


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.


+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


7438294 0





P. VIRGILII MARONIS

OPERA OMNIA.

VOL. VI.



14031.

NOTÆ VARIORUM

IN

P. VIRGILII OPERA.

ÆNEIDOS

LIBER IV.

Apollonius Argonautica scripsit, ubi inducit amantem Medeam. Inde totus hic liber translatus est de tertio Apollonii. Est autem pene totus in affectione, licet in fine pathos habeat, ubi abscessus Æneæ gignit dolorem. Sane totus est in consiliis et subtilitatibus. Nam pene comicum stilum habet: nec mirum, ubi de amore tractatur. Junctus quoque est superioribus: quod artis esse frequenter diximus. Nam ex abrupto

vitiosus est transitus: licet stulte quidam dicant, hunc tertio non esse conjunctum, (in illo enim navigationum pericula, in hoc amores exsequitur,) non videntes optimam conjunctionem. Cum enim tertium sic clauserit, 'Factoque hic fine quievit:' Intulit: 'At regina gravi jamdudum saucia cura.' Item paulo post, 'nec placidam membris dat cura quietem.' Nam cum Æneam quievisse dixerit, satis congrue subjunxit, ut somno amans careret. Alii subitum transitum factum tradunt, quia non ostendit convivium dissolutum; sed hoc subtiliter fecit, quia etiam alia convivia eam habuisse describit, 'Post ubi digressi lumenque obscura vicissim.' Sane bene *Regina*, quia contra dignitatem amor susceptus gravior esse solet. Ex hoc enim nomine, et pudoris et deliberationis nascitur causa, et præcipue potiundi difficultas. Videtur et post amissam castitatem etiam justus interitus. *Servius.*

1 *At regina*] Enarratis omnibus, ad quietem secessit Æneas: Dido autem intolerabili cura, mota recordatione loquentis et secreto incendio, torrebatur. *Donatus.*

At] Antiquus admodum codex est, in quo *d* litera ex præpositione *ad* per *t* semper notata est, tam id compositis dictionibus, quam etiam in iis quæ simpliciter proferuntur: ut, 'Meque at tua limina,' et 'ateritque vocatus Apollo,' et 'atopertus amictu.' Ubi vero *t* ex consuetudine vel ex analogia scribi nunc solet, ibi *d* notatur: ut, 'Setosi capud hoc apri,' 'Ad mihi sese offert,' atque loco hoc, 'Ad Regina,' &c. Sed enim ut de ratione scriptionis hujus, quæ adeo frequens est apud veteres, aliquid disseramus: non in codicibus tantum antiquis, verum etiam in veterum monumentis observatum sæpius *ad* et *at*, sive per *t*, sive per *d* scribantur, idem significare: quamvis juniores Grammatici præpositionem a conjunctiva, scriptione distinxerint. Indifferenter vero, uno eodemque significatio scribi plerunque Sosipater Carisius manifeste declarat, Licinii Calvi exemplo in Fuscinium ambitus reum, 'ad ita mihi Jovem deosque immortalis velim benefecisse, judices.' *At*, inquit, conjunctionem, *ad* vero præpositionem scribunt: *εὐφωνότερον* tamen est, *ad* hic per *d* scribi, ne subsequens *t*, literam duriorem suique similem sonum literæ amplexa dictum faciat immitius. *Pierius.*

At regina] *At* particula connectendi vim habet. Sic Stat. incipit Achil. II. 'At Thetis undisonis,' &c. Observavit hoc tanquam elegans principium Hadr. Card. Hunc Æn. IV. ex Apollonii Argon. IV. sumtum narrat Macrob. Saturn. v. 17. Ut Apollonius repræsentat amorem Medeæ, sic noster exponit Didonis. Ad quem alludit Ovid. Trist. II. 533. 'Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor Contulit in Tyrios arma virumque toros.' et epist. Heroidum, quæ a Didone ad Æneam scripta est. *Emmeness.*

Jamdudum] Aut nimium et vehementer: ut Terentius, 'Jamdudum te amat;' 'Jamdudum illi facile fit quod doleat.' Aut *jamdudum*, id est, a quo tempore vidit Æneam. Legimus enim, 'Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido.' Aut ex quo narrare cœpit Æneas, aut ex quo intervenit Cupido. *Saucia:* hinc subjunxit *vulnus alit*. Servius.

Saucia] Urget metaphoras a corpore ad animum. Nam postquam dixit, *saucia*, addit, 'Vulnus alit venis.' Et, *venis*, ideo: quia, ut venenum, ita amor per venas illabitur. Sic Æn. I. 692. Cupido a matre jubetur, ut Didoni 'Occultum inspiret ignem, fallatque veneno,' id est, amoris quasi veneno. Alludere autem videri potest hic quidem ad *tela Cupidinis;* uti mox ad faculam. Nam

ut sagittarum vulnus est, ita facis incendium. Lucretius: 'æterno devinctus vulnere amoris.' Alias *cæcus ignis* fuerit, quem Græci πῦρ ἐγκρύφιον, et ἐνδόμυχον vocant. Et forte hic etiam ad *imaginem Cupidinis* allusum est, qui cæcus pingitur. Porro notat Prisc. l. XVII. (p. 628.) *alit* et *carpitur*, dictum hic, pro *alebat* et *carpebatur*. Taubmann.

Cura] Amore intolerabili, quem ferre non posset: ut, 'Meque his absolvite curis.' *Cura* ergo ab eo, quod cor urat: ut, 'Veneris justissima cura.' Item, 'Mea maxima cura.' Sane per confusionem verbi et nominis dictum est, nam *cura* est et verbum, ut *curo, cures*, cum non est nomen. *Serv.*

Cura] Id est, amore, qui res est timoris solliciti plena. Horat. de art. poët. vs. 85. 'et juvenum curas.' Val. Flacc. l. VI. de Med. 'et quas alit inscia curas.' *Emmeness.*

2 *Vulnus alit*] Curam pascit. Et bene adludit ad Cupidinis tela, ut paulo post ad faculam: ut, 'Et cæco carpitur igni.' Nam sagittarum vulnus est, facis incendium. *Servius.*

Venis] Quia per venas amor currit ut sanguis, nam in sanguine anima, in anima amor est; aut sicut venenum dictum, ut, 'Fallasque veneno.' Item, 'Longumque bibebat amorem:' nam *venenum* ideo dicitur, quia per venas currit. *Idem.*

Cæco carpitur igni] Non quod non cernat, sed quod non cernatur: vel quod Dido amorem suum vult occultare, si possit, ideo *cæco*: et ait Virgilius, ut inventas frangat declamationes: ut hoc loco rem dixit sine declamatione. Unde Ovidius, 'Quoque magis tegitur, tanto magis æstuat ignis.' *Cæco* ergo *igni* possumus ut validiore accipere, cujus hæc natura est, ut compressus magis convalescat. *Carpitur* autem, paulatim consumitur; ut, 'Carpit enim vires paulatim.' Sane *igni* pro *igne*, dativus pro ablativo. *Idem.*

Cæco carpitur igni] Sic Ovid. Metam. III. 49. 'Liquitur et cæco paulatim carpitur igni.' Ubi consulendus Nob. Heinsius et Rob. Titius controv. IV. 2. Id Longus in pastoral. l. I. vocat ἐμπύρευμα λαβεῖν. Epigr. πῦρ ἐγκρύφιον et ἐνδόμυχον, ut notavit Germ. sed Longus appellat l. II. πῦρ, quum increverunt flammæ, vel, ut Apulejus Metam. l. X. ubi vesano igne tota præcordia completa sunt. *Emmeness.*

3 *Multa viri virtus animo*] Bene mediam se facit præbere Didonem, inter regalem pudorem et amoris impulsum. Simulat enim se virtutem mirari, cujus pulchritudine commovetur. *Multa* autem *virtus*, figurate dixit. Nam ad numerum transtulit, quod est quantitatis, aut *multa* pro *magna*. Servius.

Multa viri virtus] Erant enim et corporis, quia multos labores pertulerat. Erant animi: quod erat deorum cultor, amator patriæ, parentis, uxoris. Quapropter, etiam sublato amore conflato a Cupidine, cur non amaret virum domi forisque præstantem? bello strenuum, in pace religiosum? necessarium sibi viduæ destitutæ, condenti civitatem? necessarium contra Pygmalionem? Forma autem corporis cæteris animi virtutibus afferebat decus: accedebat nobilitas generis; erat enim Veneris filius, Cupidinis frater, nepos Jovis. *Donatus.*

Recursat] Frequentativo usus est verbo in frequenti amantis cogitatione. *Servius.*

Recursat] Nullum fere codicem ex his antiquis adinveni, in quo dictio *recursat* incolumis habetur: litera modo una modo altera, in hoc vel illo codice, vel suppositicia, vel desiderata. In plerisque vero abrasas medias aspexi, et alias atque alias superductas. Moveant forte stomachum, si dixero *recusat*, aut *reversat*: et alia etiam his fœdiora legitimæ lectionis loco supposita fuisse. Sed enim *recursat* frequentativa forma a *recurro*,

castam esse lectionem, tam sententiæ concinnitate, quam Servii et Arusiani Messi judicio confirmatur. *Pierius.*

4 *Gentis*] Non Æneæ, ut sit velut excusatio, sed a numinibus Dardani, aut Veneris. *Servius.*

Infixi pectore vultus] Vultus, inquit, et verba hærent, virtus et honos gentis recursat, quia superiora vehementiora sunt ad amorem. *Infixi* autem ut alibi, 'Illum absens absentem auditque videtque.' *Pectore* vero pro *pectori.* Idem.

Infixi] *Figi* ea dicuntur quæ facile avelli non possunt: et hæret quod non potest separari. *Donatus.*

Hærent infixi pectore vultus verbaque, &c.] Facit ad Maronis explicationem illud Ovidian. Met. VI. 490. 'At rex Odrysius, quamvis secessit, in illa Æstuat, et repetens faciem, motusque, manusque; Qualia vult fingit, quæ nondum vidit, et ignes Ipse suos nutrit, cura removente soporem.' Amoris curam sequuntur insomnia, Græce ἐνύπνια vel μέριμναι παράγρυπνοι, teste Macrob. in Somn. Scip. I. 3. ideoque Dido quiescere vix potuit. *Emmeness.*

5 *Nec placidam membris dat cura quietem*] Aut penitus quiete caruit, ut *placida* epitheton sit *quietis:* aut habuit quidem quietem, sed non placidam, id est, turbatam somniis, unde et ipsa paulo post, 'Quæ me suspensam insomnia terrent.' *Servius.*

Quietem] Diversa res est somnus et amor. Ergo Æneas quiescebat: Dido inquieta erat. *Donatus.*

6 *Postera Phœbea lustrabat lampade t.*] Circumlocutio orientis diei. Secundum enim et tertium librum Æneas per noctem in convivio Didonis narraverat: licet, ut supra diximus, Virgilius ista, quæ per naturam necesse est fieri, plerumque contemnat. *Servius.*

Lustrabat] Aut inlustrabat: aut re vera *lustrabat*, id est, purgabat: nam nox quodammodo polluit mundum: vel circumibat, ut, 'Lustrat Aventini montem.' *Idem.*

Phœbea lustrabat lampade] Solem Robert. Titius controv. x. 13. appellat lucernam mundi: et lampada hoc loco, ut et Æn. III. 637. 'Argolici clipei, aut Phœbeæ lampadis instar.' *Emm.*

7 *Humentem umbram*] Quia nox omnis humida est, ut, 'Noctis lentus non deficit humor.' Et nihil interest, utrum *umbram* an *noctem* dicat. Nox enim, umbra terræ est, ut supra, 'Involvens umbra magna terramque polumque.' Ergo *humentem* pro *humidam*, quia *humens* est quod facit *humidum*, unde bene *humentem* posuit. Est etiam Hysteroproteron in sensu. Prius est enim, ut Aurora umbram dimoveat, post Phœbea lampas lustret terras. *Servius.*

8 *Cum sic unanimam*] De re pudenda loquutura parum fuerat sororem eligere, nisi etiam unanimem. Dicimus autem et *unanimus* et *unanimis*, sicut *inermis.* Idem.

Cum sic unanimam] In codicibus aliquot antiquis, tum legitur: et *unanimam*, et *unanimem.* Utrumque agnoscitur a Grammaticis: De *adloquitur* per *d*, alibi dictum. *Pierius.*

Male sana] Non plene sana, amore vitiata. *Male* enim aliquoties *non;* sæpe etiam *minus* significat: *non*, ut 'Statio male fida carinis;' *minus*, ut 'male sanus:' sicut *ve*, ut *vecors*, et *vesanus.* Quanquam *male* significet et *perniciose:* ut Lucanus, 'Sic male deseruit.' Et quidam *male-sana* volunt hyphen legere, nec esse compositum verbum, quia composita unum plerumque corrumpant necesse est, ut *malesuada.* Servius.

9 *Anna soror*] Cujus filiæ fuerint Anna et Dido, Nævius dixit: et bene vocabulo necessitudinis blanditur, ut libenter Didonis audiat confessionem; sed suspense et pedetentim pudore resistente incipit. *Idem.*

Anna soror] Elegit sororem et unanimem, cui turpiorem amorem confi-

teretur; neque tamen aperte, sed per insinuationem longo verborum circulo confessa est. *Donatus.*

Anna soror] Oratio generis Suasorii, qua deliberat Dido, utrum se amori dedat, necne. Et vide, quam omnia suspense et veluti ex insidiis, pudore resistente, loquatur. Ut non sine caussa, J. Cæs. Scaliger Poët. v. 6. hæc divina appellarit. *Taubm.*

Insomnia terrent] Legitur et *terret* et *terrent*. Sed si *terret* legerimus, *insomnia* erit vigilia. Hoc enim majores inter *vigilias*, et *ea, quæ videmus insomniis* interesse voluerunt: ut *insomnia* generis feminini, numeri singularis, *vigiliam* significaret, *insomnia* vero generis neutri, numeri pluralis, *ea quæ per somnium videmus*: ut, 'Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.' Sciendum igitur quia si *terret* dixerimus, antiqua erit elocutio. *Insomnia* enim licet et Pacuvius et Ennius frequenter dixerint, Plinius tamen exclusit, et de usu removit. Sed ambiguitatem lectionis hæc res fecit, quod non ex aperto vigilasse dixit, sed habuisse quietem implacidam, id est, somniis interruptam; ut intelligamus eam et in somniis territam, et propter terrorem insomniorum vigilias quoque perpessam. *Servius.*

Quæ me suspensam insomnia t.] Patior insomnia, dum considero nihil esse in hospite, quod præferri non debeat. *Donatus.*

Insomnia terrent] Libentius omnes *terrent* cum antiquis codicibus agnoscunt, ut *insomnia* plur. numero dicantur, sive τὰ ἐνύπνια, sive vigiliam intelligamus. Nam plurali numero *insomnia* loco hoc, pro *vigiliis* positum Sosipater Carisius putat: quamvis et hic somnia intelligi possunt, in quibus terror. *Pierius.*

Insomnia] Hic in neutro plur. sed et fœmininum pro *vigilia* usurpari notum ex Ciceronis Catone: 'caret vinolentia et cruditate et insomnia:' et ex exemplis a Roberto Titio prolatis controvers. VIII. 1. *Emmeness.*

10 *Quis*] Nonnulli pro *aliquis* accipiunt, vel *qualis*. Servius.

Novus] Magnus: ut, 'Pollio et ipse facit nova carmina.' Quasi antea nunquam, ut Terentius, 'Nova figura.' *Idem.*

Quis novus] Nova in illo sunt omnia, tam in corpore, quam in animo, neque unquam in alio visa: et hæc dicuntur pro amantis animo. *Don.*

Quis novus] Od. Λ. Arete ad Phæaces de Ulysse: Φαίηκες, πῶς ὔμμιν ἀνὴρ ὅδε φαίνεται εἶναι, Εἶδός τε μέγεθός τε ἰδὲ φρένας ἔνδον ἐΐσας; Ξεῖνος δ' αὖτ' ἐμός ἐστιν. Catull. 'In nostris requiesset sedibus hospes?' *Germ.*

Quis] *Quis*, pro *qualis*: ut Æn. VI. 'Qui juvenes quantas ostentant, adspice, vires?' pro, *quales*. Prisc. lib. XVII. *Taubmann.*

Successit sedibus] Ut, 'Succedoque oneri;' et, 'Succedunt tecto, et flammas ad culmina jactant.' *Servius.*

11 *Quem sese ore ferens*] Cum eum ob virtutem laudet, addendo tamen *os*, nec pulchritudinem denegaverit. *Ore* autem *ferens*, utrum oratione, an vultu dubium est: ut, 'Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido:' item, 'Namque ipsa decoram Cæsariem nato genetrix lumenque juventæ . . . adflarat.' *Idem.*

Quem sese ore ferens] Quam gratum, quam jucundum est, quam viro forti conveniens: quod tacet, quod loquitur, quod movetur. Laudatur etiam Æneas hic, quod non amavit ut vulgaris et turpis, sed amatus est; non tamen ab ea quæ esset pudoris abjecti, sed etiam petita consilio Veneris et Cupidinis fraude. *Donatus.*

Quam forti pectore, et armis] Ut etiam ab Ilioneo audierat, dicente: 'Quo justior alter, Nec pietate fuit, nec bello major et armis.' Sane subaudis *est*. Et bene virtutis commemoratio excusat supra dictam pulchritudinis laudem. *Pectore* autem et *armis* non bis idem dicit: pector*e*

ad patientiam, armis ad fortitudinem. *Servius.*

12 *Credo equidem genus esse deorum*] Ego quidem credo. Nec enim *vana fides* est, id est, falsa. Nam *degeneres animos arguit timor*, id est, probat, ostendit. Et bono ordine amari facit Æneam ab ea. de qua ait, 'Jura dabat legesque viris.' Primo virtute et factis, deinde generis nobilitate, inde oratione, post pulchritudine, et singula singulis reddit. *Idem.*

Genus esse Deorum] Adagii forma Plutarchus de fortuna Roman. *λαμπρὰ μὲν τὰ σὰ ἔργα, καὶ μεγάλα, καὶ θεῖον ὡς ἀληθῶς ἐξέφηνας αἷμα καὶ γένος οὖσαν σεαυτήν*: *Illustria sunt et magna tua sunt facta, et revera docuisti te esse sanguinem et genus Deorum.* Talia sunt illa ab Nostro frequentissima: ut in VI. 'et mi genus ab Jove summo.' Iterum, 'Anchisa generate, Deum certissima proles.' Et, 'sate sanguine Divum Tros Anchisiade.' Sed in his locis Poëta capiendus proprie; nam vere cum relatu ad Venerem. *Cerda.*

13 *Degeneres animos timor arguit*] Generosi animi indicium, non timere; inde recte colligit Theb. Stat. l. I. 'nam vos Haud humiles tanta ira decet, generisque superbi Magna per effusum clarescunt signa cruorem.' Interritus Cyri vultus nobilitatem arguebat Just. I. 5. et eodem teste XIV. 6. constantia Olympiadis, in qua moriente poteras cognoscere Alexandrum. Quia Agrippina non extimescebat strictos gladios, se Augusto ortam testabatur, ut Tacit. Ann. I, 40. *Emmeness.*

Heu] Per hæc amoris impulsus ostenditur. Et hoc ad miserationem pertinet. *Servius.*

Heu] Incipit sensim confiteri quod amet, quod doleat casus ejus. *Donat.*

Quibus ille] Pro *quantis.* Servius.

14 *Jactatus fatis*] Casibus: ut, 'Quis te, nate dea, per tanta pericula casus Insequitur?' Et est Hysterologia; nam prius est, ut bella exhauserit, post fatis jactatus sit. *Idem.*

Quæ bella] Quanta; pronomen pro nomine. *Idem.*

Exhausta] Finita, terminata: quod nimiæ virtutis est. Nam inchoare bella, quorum libet est: vincere vel finire, paucorum. *Idem.*

15 *Si mihi non*] Adeo illum probat, ut illum judicet dignum matrimonio suo, nisi priori conjugio sit decepta. *Donatus.*

Fixum inmotumque sederet] Cogi se optat, quæ sic negat. *Immotum* autem pro *immobile*, participium vim nominis habens. *Servius.*

Sederet] Placeret: ut, 'Et sedet hoc animo.' *Idem.*

Sederet] Id est, esset in animo. Sic Æn. v. 'Idque pio sedet Æneæ.' Scalig. IV. 16. *Taubmann.*

16 *Nec cui*] Deest *viro.* Servius.

Vinclo jugali] Synæresis est, pro *vinculo. Jugali* autem propter jugum, quod in matrimonio ponebatur conjungendis. Unde et Juno *jugalis* dicitur. Quidam *jugali* accipiunt pro *conjugali* per *ἀφαίρεσιν* dictum, quæ fit cum de prima parte verbi syllaba detrahitur. *Idem.*

17 *Primus amor*] Id est, maritus. *Idem.*

Deceptam morte fefellit] Figurate dixit, morte sua decepit me, et fefellit. *Idem.*

Postquam primus amor deceptam] Postquam spe perpetui amoris, interfecto marito, frustrata sum. Scalig. IV. 16. *Taubmann.*

18 *Pertæsum thalami, tædæque fuisset*] *Pertæsus* participium est sine verbi origine: et regit genitivum, ut hoc loco. Nam genitivus est singularis. *Servius.*

Tædæque] *Teda*, arborum est resiniferarum: e qua tedas faciebant, quas novis nuptis præferebant. Vide Scalig. et Muret. ad illud Catulli Carm. 57. *manu pineam* (vel, ut Muret. et Brisson. legunt, *spineam*) *quate te-*

dam. Hinc pro ipsis nuptiis usurpatur. *Taubmann.*

19 *Huic uni forsan potui succumbere culpæ*] Bene *forsan*, quasi adhuc dubitet. Singula pronuntianda sunt, nam ingenti dicta sunt libra, quibus confessioni desiderii sui quandam injicit refrenationem. *Servius.*

Culpæ] Bene *culpæ* potius quam *amori;* et hoc propter antiquum ritum, quo repellebantur a sacerdotio, id est, fortunam muliebrem non coronabant, bis nuptæ. *Idem.*

Huic uni for. pot. succ. culpæ] Hic Servius, propter antiquum ritum, quo repellebantur a sacerdotio bis nuptæ. Certe et nunc quoque jure Pontificio qui secundo nupsit, aut viduæ se matrimonio addixit, omnibus exuitur clericorum privilegiis, nec ad sacerdotii dignitatem admittitur. Valerius lib. II. 'Olim quæ uno matrimonio contentæ fuerant, corona pudicitiæ honorabantur: multorum matrimoniorum experientiam legitimæ cujusdam intemperantiæ signum credentes:' ubi Val. *legitimam intemperantiam* vocat secundas nuptias: cui et Martial. accinuit: 'Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege est: Offendor mœchæ simplicitate minus.' Tacitus item est auctor lege apud Germanos secundas nuptias mulieribus prohibitas fuisse. Quod autem festis diebus viduarum nuptiæ apud Romanos celebrari possent, Verrius Flaccus hanc jocularem causam reddit: 'quod feriis veteres fossas tergere, novas facere non liceret.' *Germ.*

Huic succumbere culpæ] Cælius XXVIII. 22. de digamia locus. *Hartung.*

20 *Fatebor enim*] Bene uno sermone et culpam expressit et necessitatem. *Fateri* enim et coactorum est et culpabilium. Sed hic videtur per oblationem confessionis levius crimen efficere. *Servius.*

Miseri post fata Sichæi] Aut muliebriter dixit *miseri;* aut mortui, secundum Ciceronem, qui in Tusculanis *miseros*, mortuos vocat; aut certe ob hoc *miseri*, cujus jam obliviscitur; aut *miseri* sic occisi. *Idem.*

21 *Sparsos fraterna cæde Penatis*] Si Didonis, dispersos post fugam intelligimus: si fratris, pollutos cruore. *Fraterna* autem *cæde*, quam frater admiserit. *Idem.*

Sparsos fraterna cæde Penatis] Propert. II. 'Spargereque alterna communes cæde penates, Et ferre ad patrios præmia dira lares.' *Germ.*

22 *Inflexit*] Quia supra ait, 'Fixum immotumque sederet.' *Inflexit*, a proposito rigido declinavit. Et bene per gradus crevit; primum *inflexit*, ut fixos ostenderet; quæ fixa sunt enim, quoniam avelli non possunt, flectuntur; deinde *impulit labantem*, ea enim impelluntur, quæ prona sunt ad cadendum. *Servius.*

Labantem inpulit] Id est, impulit, et labare facit. Non enim lababat, quia ante immobilis fuerat. Cavendum sane, ne *labentem* contra metrum legamus. Nam *la* longa est; ut, 'Labere, Nympha, polo.' *Idem.*

Labantem impulit] Contrarium est *labantes firmare patres* apud Horat. Od. III. 5. Nostrum interpretatur Scal. III. 77. *Emmeness.*

23 *Agnosco*] Participium *agnotus*, non *agnitus*. Sallustius, 'Nec inermos ex prælio viros quenquam agnoturum.' *Servius.*

Veteris vestigia flammæ] Bene inhonestam rem, sub honesta specie confitetur, dicens, se agnoscere maritalis conjugii ardorem: hoc est, quo mariti diligi solent: nam erat meretricium dicere, in amorem Æneæ incidi. *Idem.*

24 *Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat*] Callide, ac si diceret, posse se conjungi Æneæ, si mors secuta non fuerit, et bene in vestigio revocavit. *Idem.*

Sed mihi vel tellus] Confessa de amore, melius pro Venere sibi mortem dicit. *Donatus.*

Optem] Pro *velim*. Servius.

25 *Adigat*] In codicibus aliquot antiquis, *abigat* legitur: nempe quia veriti sunt bis *ad* præpositionem repetere. Sed enim ea sic posita, majorem ostendit vim: neque desunt hujus elocutionis exempla apud Virgilium et Ciceronem: ut illud, 'Nondum erat auditum te ad Italiam adventare.' *Pierius*.

26 *Pallentes umbras Herebo*] Id est, in Herebo. Alii *Herebi* legunt; aut *Herebo*, ad Herebum: ut, 'It clamor cœlo.' Et perseveravit in atroci imprecatione: nam non sufficit, 'Adigat me fulmine ad umbras,' dixisse; adjecit, 'Pallentes umbras Herebo, noctemque profundam, Ante pudor quam te violem.' *Pudor*, pro *pudicitia* abutimur: et bene *violo*, quia pudor sacrosancte custodiendus est. *Servius*.

Pallentes umbras] Hoc audito lege in Tibullo eleg. III. 1. 'Parcite pallentes umbras quicunque tenetis, Duraque sortiti tertia regna Dei:' ubi vulgo *pallentes undas*. Sed non dubium, quin retineri queat vetus lectio, nam Virg. lib. VI. 'vada livida:' et idem Tibullus eleg. III. 3. 'ignava luridus Orcus aqua:' et clarius eleg. L. ejusdem libri, 'pallida Ditis aqua.' *Cerda*.

Pallentis] Gutherius de Jure Manium II. 16. legendum censet *palantes*, quæ nunquam conquiescunt, idque magis imprecationi convenire. Quo jure, non video. *Emmeness*.

27 *Ante quam*] *Ante* abundat, exemplo Græcorum: præcessit enim *Prius*, ut notat Turneb. XXVI. 5. *Taubmann*.

Aut tua jura resolvo] Propter illud, 'Vinclo jugali.' *Servius*.

Ante pudor quam te violo, aut tua jura resolvo] In quibusdam *violem* et *resolvam*. In Romano, et in Oblongo Vaticanæ bibliothecæ codicibus antiquissimis scriptum est, *violo* et *resolvo*. In Longobardico etiam ita prius habebatur, altera inde manu super additum est *ā*, cum nota compendiaria, quæ pro *m* poni solet. Corruptus etiam est Mediceus, ubi *violem* ex *violo* factum: et ita in Porcio contaminatum est utrumque verbum, quum *violo*, et *resolvo* prius scriptum esset. Finitivum vero modum loco hoc Sosipater dubio procul agnoscit, ubi ait: '*ante quam*, modo finitivis, modo subjunctivis jungitur. Junctum subjunctivis: ut, *Antequam venisset*. Disjunctum, finitivis, ut apud Virgilium, *ante pudor quam te violo, aut tua jura resolvo*.' Hinc, quam is lectionem probarit, patet. *Pierius*.

28 *Ille meos, primus qui me sibi junxit*] Desideria et voluptates secum abstulit moriens. *Servius*.

Ille primus] Ostendit sorori viam necessariæ persuasionis: ut quod erat amoris impulsu factura, hortatu alieno magis facere videtur: ait enim: semel nupsi; habeat ille, quamvis mortuus, pudoris mei pignus; qui mihi florem virginitatis eripuit, et secum habeat, ac suo sepulchro conservet: et sic oblique dicit: Quid dubitem nubere, cum alterius nuptias sepultus ille non videat, nec sentire possit? sufficiat illi, quod præcipuum habuit, virginitatis meæ decus tulisse: relinquat viduam necessitatibus suis inservire: et si sentit, fidem debitam illi mors substulit, quæ novitatem quandam procuravit. Vis major urget, et intolerabilis cogit. Impune secundi conjugii fortuna suscipitur: et si aliquid manes sentire potest, impune peccatur. *Donatus*.

Junxit] In antiquis aliquot exemplaribus *vinxit* legitur, quod tantundem est: nisi quis *jungere* magis ad nuptias pertinere dicat, *vincire* autem amicitiæ potius esse. *Pierius*.

Amores] Quibus amare possim, et bene videtur moram posuisse cum dicit, 'Primus qui me sibi junxit amores.' *Servius*.

29 *Servetque sepulcro*] Id est, et defunctus servet, et qui in sepulcro est: ut, 'Ipsa sed in somnis inhumati venit imago Conjugis.' Sed modo pro mortuo accipiamus. Sane ceremoniis veterum, Flaminicam nisi unum virum habere non licet, quod hic ex persona Didonis exsequitur, dolentis stuprum admissum in amore Æneæ, quod supradictis versibus probavit, 'Ille meos primus,' &c. nec Flamini aliam ducere licebat uxorem, nisi post mortem Flaminicæ uxoris, quod expeditur: quia post mortem Didonis Laviniam duxit, et quod subrepta, vel retenta Creusa, ex ipsius quoque confessione et prædicatione regia parata fuerit, quod nullum piaculum fore denuntiatur. *Idem.*

30 *Sinum lacrimis inplevit obortis*] *Sinus* dicimus *orbes* oculorum, id est, palpebras, quæ a palpitatione dictæ sunt: nam semper moventur. *Implevit* autem ideo, quia lachrymæ plerumque se intra oculos tenent. Et bene præmisit excusationem his lachrymis commemoratione prioris mariti, quasi propter maritum fleret, cum amore cogente lachrymaret. *Idem.*

Lacrimis] Quas effundebat vel recordatione veteris mariti, vel quod cogatur id facere, quod animo respuente damnaverat. *Donatus.*

Obortis] In veteribus codicibus aliquot, *lacrumis abortis* legitur: sed *obortis* interpretes agnoscunt. *Pierius.*

Sinum lacrimis inplevit] Sinus hic pro concavitate oculorum Turnebus accipit: alii pro vestibus: ut Hom. Od. H. εἵματα δ' αἰεὶ Δάκρυσι δεύεσκον· alii ἀντὶ τῶν κόλπων· ut, δεύοντο δὲ δάκρυσι κόλποι. Certe Græci quoque κόλπους tam pro concavitate illa, quæ est inter brachiorum et pectoris complexum, quam pro vestibus ipsis accipiunt: in quem sensum si consentiemus, uberiores amantis reginæ lacrimarum fluxus videbuntur, quam si Turnebi sequemur sententiam: nam non temere Epigr. III. Poëta γλυκύδακρυν ἔρωτα vocat, et πολύδακρυν. Illud Eurip. utrique, tam vestibus quam κόλποις convenire potest: δάκρυσι νοτερὸν ἀεὶ πέπλων πρὸς στέρνῳ πτύχα τέγξω: in Suppl. *Germanus.*

31 *Anna refert*] Mire videtur intellexisse Anna, quod sibi suaderi vellet Dido; et est rhetorica suasio, omni parte plena: nam et purgat objecta, et ostendit utilitatem, et a timore persuadet. Et usus est apto causæ principio: nam cum aliquid propter nos petimus, benevolum nobis eum, qui audit, facere debemus; cum in aliena causa sententiam dicimus, nos illi benevolos debemus ostendere, ut habeatur dictis fides. Postquam igitur dicendo, 'O luce magis dilecta sorori,' ostendit nihil sibi sorore esse carius, summam rei ponit, an nuptiæ faciendæ sint, 'Solane perpetua mœrens carpere juventa.' Inde partes rei a persona Didonis; an quia maritum perdiderit, alium accipere debeat: 'Id cinerem aut manes credis curare sepultos;' Æneam: 'Placitone etiam pugnabis amori?' a loco 'Nec venit in mentem quorum consederis arvis:' a timore: 'Quid bella Tyro surgentia dicam, Germanique minas?' a causa et utilitate: 'Quam tu urbem soror hanc cernes?' a modo: 'Indulge hospitio, causasque innecte morandi:' an etiam id dii fieri velint per conjecturam, 'Diis equidem auspicibus reor et Junone secunda.' *Servius.*

O luce magis dilecta] Quæ diligatur adhuc, an magis quam lux dilecta? aut dilectior luce? Nam antiqui frequenter pro comparativo jungebant particulam *magis.* Tale et illud est: 'Nate, mihi vita quondam, dum vita manebat, Chare magis.' Terentius: 'Nihil videtur mundius, nec magis compositum, nec magis elegans.' *Id.*

O luce magis dilecta sorori] Ostendit causam meri consilii fuisse, cum ex amore loquatur: et deinde aggreditur destruere causas, propter quas

ipsa negaverat secundas nuptias. *Donatus.*

Sorori] Bene Anna dilecta respondit *sorori*, quia et Dido sic cœpit, 'Anna soror.' Ergo per nomen necessitudinis ostendit, se quæ sunt utilia persuadere: ut alibi, 'Parvumque patri tendebat Iulum.' *Servius.*

32 *Solane perpetua*] Id est: solane mœrens in omni carperis juventa? *perpetua* ergo, *continua juventa*, aut pro *juventute* accipiendum; nam *Juventa* dea illius ætatis est; *Juventas* ætas ipsa juvenilis; *Juventus* juvenum multitudo. *Idem.*

Perpetua carpere juventa] Tune sola *juventam* omnem mœrore transigens consumeris? Et ingeniose eam ætatis partem nominat, quæ tota amoribus dicata est. *Taubmann.*

Solane perpetua mœrens carpere juventa] Quid *carpere* dictum Ge. III. 215. et Eustathius a κάρφω deducit, quod idem quod ξηραίνω *sicco*, *squallidum efficio*. Est igitur poëtæ sententia: Visne perire florem ætatis, in perpetuo celibatu ætatem terens? Non dissimilis adeo locus Stat. Theb. I. v. 'Si tædet inanes Æternum servare domos, turpemque juventæ Flore situm, et longis steriles in luctibus annos.' *Emmeness.*

33 *Nec dulcis natos*] Propter liberos, quæ fuit causa secundi matrimonii; ut Juvenalis, 'Sed placet Ursidio lex Julia, tollere dulcem Cogitat heredem.' Et hysterologia est; nam per Veneris præmia proveniunt nati. Alii male jungunt natos Veneris, Æneam et Cupidinem. Alii ἔρωτα et ἀντέρωτα dicunt. *Servius.*

Nec dulcis natos] Honestam causam proponit, ne libidinis, sed liberorum creandorum causam illam hortari videatur. *Donatus.*

Nec dulcis natos] Supra Ge. II. 'Et tota in dulces consument ubera natos.' Eurip. in Med. ὦ γλυκεῖα προσβολὴ, Ὦ μαλθακὸς χρὼς, πνεῦμά θ' ἥδιστον τέκνων. *Germanus.*

Veneris nec præmia] Id est, voluptates. Homerus, τά τε δῶρ' ἀφροδίτης. Et volunt quidam ἓν διὰ δυοῖν esse. *Servius.*

Veneris nec præmia noris] Tale quid in Epigr. Græco. οὐδ' ἐπὶ παστοὺς ἤγαγεν' οὐδ' ἐρατῆς ἔργα τεκνοσπορίης. Respexit autem Maro, ut observavit Servius, Homeri χρυσῆς δῶρ' ἀφροδίτης. Tusan. reddidit in Œconom. Aristot. γαμικὸν γέρας, de desultore in lectos alienos viro: ἡ μὲν γυνὴ τὸ γαμικὸν γέρας ἀφαιρεῖται. *Germanus.*

34 *Id cinerem aut manes credis curare sepultos*] Propter illud, 'Ille habeat secum servetque sepulcro,' quia marito juraverat: ut, 'Non servata fides cineri promissa Sichæo.' Et bene extenuat dicendo non *animam*, sed *cineres* et *manes sepultos*. Dicit autem secundum Epicureos, qui animam cum corpore dicunt perire. *Servius.*

Id cinerem] Id est, Hic, cui deferre contendis, nescit honorificentiam tuam. Cum anima enim sensus morientis extinguitur, totum interit perditque obsequium, quisquis illud non homini, sed cineri prorogare contendit. *Donatus.*

Id cinerem] Sic Horat. 'matris cineres' ponit pro matre mortua, od. II. 8. et de Arte poët. vs. 471. 'Minxerit in patrios cineres:' qui colligebantur et condebantur urnis. Vide Kirchmann. de Funer. Rom. III. 8. *Emm.*

35 *Esto*] Adverbium concedentis, Græcum. *Servius.*

Esto: ægram] Cum adhuc esses ægra ex recenti dolore, nulli flexerunt te: nunc non repugnabis placito amori. *Donatus.*

Flexere mariti] Non qui erant, sed qui esse cupiebant. Alii intelligunt *ægram mariti*, ut sit genitivus singularis, id est, tristem propter maritum. Vel *ægram* ad morbum animi referas; id est, ut stultitiam judicet in juventa ætate nuptiis abstinere. *Æger* enim animo dicitur, *ægrotus* corpore. *Serv.*

36 *Non ante Tyro*] Aut *in Tyro*: ac

si diceret *Tyri*: aut certe Τυρόθεν, id est, de Tyro: ut, 'Dardanus Hesperia.' Quidam autem *Libyæ*, mariti Libyæ; *Tyro*, mariti Tyrii exponunt. *Idem.*

Ante Tyro] Alii hæc aliter. Hortensius eam censet germanam sententiam: Esto; non moverint te ulli mariti; sed ne Iarbas quidem, despectus et invisus Libyæ, et multo ante Tyro: (*pro Tyriis et Libycis populis:*) tamen amori placito non repugnabis. Turneb. XXIII. 3. 'Non ante Tyro despectus Iarbas;' valet, inquit, contemptus a Tyro; et, per denominationem, a Tyria muliere. Constat enim e Justino Iarbam non Tyrium, sed Afrum fuisse. Passeratius ita dispungit: 'non ante Tyro. Despectus Iarbas,' *Duct.* ut τελεία ὑποστιγμὴ post *Tyro* ponatur. Cum non sit verisimile, Iarbam Didus ambisse matrimonium cum illa adhuc Tyri esset. Porro hanc historiam Justinus l. XVIII. commemorat, quam illic vide. *Taubmann.*

Despectus Iarbas] Rex Lybiæ, qui Didonem re vera voluit ducere uxorem. Et, ut habet historia, cum hæc negaret, Carthagini intulit bellum: cujus timore cum cogeretur a civibus, petiit, ut ante placaret manes mariti prioris: exædificata igitur pyra, se in ignem præcipitavit: ob quam rem *Dido*, id est, virago, quæ virile aliquid fecit, appellata est. Nam *Elissa* proprie dicta est. *Servius.*

Iarbas] Dicitur et *Iarba*, ut Ovid. Fast. l. III. 'et potitur capta Maurus Iarba domo.' Sic *Perdicca* et *Perdiccas*, *Marsyas* et *Marsya*. Plura de his terminationibus Dausq. in Orthogr. *Emmeness.*

37 *Ductoresque alii*] Ergo et Iarbas ductor. *Alii* autem qualis Iarbas. *Servius.*

Quos Africa terra] Derivationes frequenter majores sunt a principalitate: interdum pares inveniuntur: raro minores. Unde supra *Lacæna* notandum diximus. *Idem.*

Africa terra] Pertinet ad hunc locum observatio Columnæ. Ita enim Poëta *terra Africa*, pro Africana, ut Cato, *terra Italia*, Tibullus, *terra Campania*, Lucillius et Catullus, *terra Iberia*, et *terra Celtiberia*; et Poëta quidam apud Arist. Rhetor. l. III. 'Ασίας ὑπὸ γαίης. Quin Ennius Sat. l. III. a quo Poëta, 'Lati campi, quos gerit Africa terra politos.' *Cerda.*

Triumphis] In Romano codice legere est *triumphos* accusativo casu: ut sit, *quos triumphos*, pro *triumphales viros*. Rectius tamen est, *dives triumphis*, ut agnoscit Servius. *Pierius.*

Dives] Id est, bellicosa. Et quidam dicunt Afros nunquam triumphasse. Plinius autem secundo historiæ naturalis, et Pompejus Trogus Afros dicunt pompam triumphi primos invenisse, quam sibi Romani postea vindicaverunt. Livius autem Andronicus refert, eos de Romanis sæpius triumphasse, suasque porticus Romanis spoliis adornasse: merito ergo *dives triumphis*. Servius.

Triumphis dives] Adstruit Justinus XIX. 1. Servii sententiam, 'cujus (de Hasdrubale sermo est,) mortem, cum luctus civitatis, tum et dictaturæ undecim, et triumphi quatuor insignem fecere.' *Emmeness.*

38 *Placitone etiam pugnabis amori*] Ac si diceret, jure contempsisti eos, qui displicebant: nunquid etiam placito amori repugnabis? Et est Græcum, *pugno tibi*; nam nos *pugno tecum* dicimus. Et *placito* alii volunt vel universis hominibus, id est, conjugali amori, vel legibus dictum. *Servius.*

Placitone] Quamvis *placido* nomen in aliquot codicibus manu scriptis habeatur, longe tamen melius *placito* esse dixerim: ut emendatiora legunt exemplaria. *Pierius.*

Placito pugnabis amori] Alibi notatus hellenismus. Ovid. Met. I. 19. 'frigida pugnabant calidis.' *Emm.*

39 *Quorum consederis arvis*] Multis in locis *consistere* pro *considere* inveni-

tur, observante Nobiliss. Heinsio ad Ovid. Metam. II. 632. ubi non nulli codices *consistere corvum* pro *considere*. Quo verbo etiam utitur Apulejus Metam. l. VIII. 'an nulli scitis, quo loco consederitis:' quam lectionem etiam agnoscit Muret. var. lect. XIV. 11. *Emmeness.*

40 *Hinc Gætulæ urbes*] Ad terrorem *urbes* posuit. Nam in mapalibus habitabant. *Servius.*

Hinc Gætulæ urbes] Exprimit quod obscure dixit: 'quorum consederis arvis.' Post autem multa necessaria, quæ superius posuit, addit faciendi necessitatem, singula cum metu discurrens: dicit ergo: Non consideras te peregrinam, et in locis peregrinis te imperium velle fundare, et omnia initia, præsertim imperii, habere laborem durum? quod fœmina et sola pares urbem fundare, cum innumeræ gentes possint te magno numero urbium infestare, quæ viribus et ferocitate valent? *Donatus.*

Gætulæ] In antiquis aliquot codicibus *Gætulæ* cum diphthongo prima syllaba scriptum observavi, Græcorum more: apud quos γαιτοῦλοι Libyæ populi, per αι scribitur, iidem γαιτόλιοι Artemidoro sunt. Nostri cur nomen hoc absque diphthongo scriptitent, mihi non constat: neque cur ausus sit Martialis primam et secundam in hoc nomine corripere: quanquam in medio *o* parvum ex diphthongo abjici potest: et *y*, quod in *u* apud nos transire solet, ea ratione corripi: quod communis apud Græcos habeatur: id non ita eveniat in prima syllaba, si Græci codices recte per αι diphthongum eam scribunt. *Pierius.*

Hinc Gætulæ urbes] Locus Mart. qui libr. spectac. Epigr. 4. est, corruptus est: ubi *tradita Gætulis* legendum censent eruditi pro *traducta*. Sed varias lect. annotavit Calderinus. Sunt tamen, qui a *Getis* faciunt *Getulos*, pro qua sententia stat Isidorus Orig. IX. 2. et Dausquius in *Gætuli.* Emmeness.

Genus insuperabile bello] Ut, 'Quos nulla fatigant Prælia, nec victi possunt absistere ferro.' *Servius.*

Insuperabile et infræni] Invincibiles ostendit. *Infræni*, qui suis legibus viventes, nollent alieno imperio subjugari. *Donatus.*

Genus insuperabile] In Romano codice, *genus intractabile* legitur, eo modo, quo in Æneidos primo, 'Sed fines Lybici genus intractabile bello.' Magis tamen placet hic, *insuperabile*: quia magis terret ob difficultatem; et persuadet a necessitate validi alicujus auxilii comparandi. *Pierius.*

41 *Infræni*] Aut sævi, et feroces; ut ipse contrario, 'Hi frenum accipere:' aut quia equis sine freno utuntur. *Servius.*

Numidæ infreni] Aut sævi: aut, qui ob effrenatam audaciam, nec moribus, nec legibus, nec imperio cujusvis regebantur (Vide Æn. I. 'Justitiaque dedit gentes frenare superbas.') Aut, qui equis sine freno utebantur: atque hoc verius est, et Servio etiam notatum. Quin et Heinsius ad Silium, et Gifanius, et Jo. Leinus ex Livio l. XXXV. et Oppiano l. IV. annotarunt, Numidis equos sine frenis fuisse, ἀχαλίνους ἢ ἀχαλινώτους. Auctor est et Strabo, Numidas Massylosque equos habere, quos virga, non freno gubernent. Unde Martialis l. IX. 'Et Massylæum virga gubernet equum.' Silius: 'Hinc passim exultant Numidæ, gens nescia freni,' &c. Idem l. III. 'Et doctus virgæ sonipes.' Claudianus: 'sonipes ignarus habenæ. Virga regit.' *Taubmann.*

Cingunt] Non adjuncti sunt, sed *cingunt* quasi circumdant, ut, 'cingique urbem obsidione videret.' *Serv.*

Cingunt] Hoc ipsum *cingunt*, habet magnam vim: nam *cingere* est ambire, ut infiniti monstrentur inimici undique: ne per illos, neve etiam per deserta fugere possis. *Donatus.*

Inhospita] Barbara, aspera, et fe-

tum *inhospita*, cum *inhospes* non dicatur. *Servius*.

Inhospita] Non quod non suscipiat hospites, sed quam inhumanitatis causa omnis formidet adveniens, vel oderit peregrinus. *Donatus*.

42 *Deserta siti regio*] Inhabitabilis vel raritate aquæ. Dicit autem Xerolibyen, quæ est inter Tripolin et Pentapolin. Et bene terret dicens juxta esse aut bellicosas gentes, aut deserta loca, unde non speratur auxilium. *Servius*.

Lateque furentes Barcæi] Hi longe sunt a Carthagine. Unde addidit, 'Late furentes.' Hi secundum Titianum in chorographia Phœnicem navali quondam vicere certamine. *Barce* autem civitas est vel forum Pentapoleos, quæ hodie *Ptolemais* dicitur. Nam Cyrene et Barce reginæ fuerunt: quæ singulis dederunt civitatibus nomina. Sed hoc per prolepsin dictum est. *Idem*.

Lateque furentes Barcæi] Notat Turneb. XXII. 26. Barcæos et Cyrenæos olim in Africa plurimum potuisse: quem vide; ut et Hortensium. D. Hieronymus in epist. ad Marcellin. legit, 'lateque vagantes Barcæi.' *Taubmann*.

43 *Bella Tyro surgentia*] Necessario ad persuadendum præsenti tempore usus est. *Servius*.

44 *Germanique minas*] Propter animum, quod ei (sicut in primo diximus) tulerat. Et *minas* pro ipsis periculis posuit, ut ex præcedentibus sequentia accipiamus. *Idem*.

Germanique minas] Hoc ut validissimum posuit: quasi istis addetur, qui mare obsidebit, ne fugere possis. Postremo illi hunc cogitandum proponit, cui imperium sit relictura, si careat liberis. *Donatus*.

45 *Dis equidem auspicibus*] Hoc dicit, dii qui sunt auspices matrimonii, Æneam huc venire fecerunt. Nuptiæ enim captatis fiebant auguriis: ut, 'Contentique auspice Bruto.' Varro de pudicitia: 'Auspices in nuptiis appellatos ab auspiciis, quæ ab marito et nova nupta per hos auspices captabantur in nuptiis.' *Serv*.

Dis equidem] Poterat timere Dido, Junoni hoc non placere: sed conjecturaliter removet Anna. Ait enim: Si nollent dii nobis conjungi Trojanos, nunquam illi nostra litora tetigissent: et credit Junonem procurasse, ut Trojani a patria pellerentur, ut huic regno faverent. *Donatus*.

Dis equidem auspicibus] Adventum Trojanorum felicem conjicit ex præjudiciis deorum; Junonis præsertim, quæ et Carthagini (Æneid. I. 19.) et conjugiis (hic infra, vs. 59.) præest. Sed nec alias ullæ fiebant nuptiæ sine auspiciis captis. Quin et inopinata, divinitus obtingere, proverbio dicebantur. Terentius: 'Quid si hoc quispiam voluit Deus?' *Taubmann*.

Junone secunda] Aut quæ præest conjugiis, quæ *pronuba* appellatur; quamvis et ipsa in libris Augurum præesse dicatur auspiciis: aut quia Carthaginem fovet. *Servius*.

Junone secunda] Vide Turneb. XVI. 8. *Emmeness*.

46 *Huc cursum Iliacas vento*] Mire cum alio iter haberent, huc delati sunt; et ideo addidit *vento*. Servius.

Huc cursum] In Romano codice, et in Porcio, legere est, *hunc cursum*, hoc est, hanc viam: et ita in uno ex iis qui apud me sunt, et in Donatiano. Nonnulli tamen eruditi quidem viri magis probant adverbium *huc*. Pierius.

Tenuisse] Perfecisse, implesse. *Serv*.

47 *Quam*] Qualem vel quantam: pronomen pro nomine. *Idem*.

Quam tu urbem, &c.] Si sola tantum regnum parasti, quid facies Trojanis adjuta? ergo favorem deorum sacrificiis concilia. *Donatus*.

Quam tu urbem, &c.] Hæsit Virgilio Statius Theb. II. 'Fors aderit lux illa tibi, qua mœnia cernes Conjugis, et geminas ibis regina per urbes.' *Cerd*.

48 *Conjugio tali*] Id est, viri fortis: quod ideo non dicit, quia scit a Di-

done prædictum: et bene in ultimo conjugium posuit, propter quod universa prædicta sunt. *Servius.*

50 *Tu modo*] Pro *tantummodo.* Id.

Deos] In codicibus plerisque vetustis *deum* habetur: sed melius *deos:* multos enim inferius numerabit, quibus ea sacra faciet. *Pierius.*

Veniam] Aut beneficium, et benevolentiam, aut re vera *veniam* perjurii scilicet: ut, 'Non cineri servata fides promissa Sichæo.' *Servius.*

Posce deos veniam] Id est, pete a diis, ut concedant: atque adeo da operam rei divinæ, deosque precare: id enim ex parte significat. Cicero, pro Rab. 'Ab Jove pacem veniamque peto precorque.' Sed et *pacem* petebant, cum sibi placatos optabant deos propitiosque: vs. 56. 'pacemque per aras Exquirunt.' Hic quoque est ex parte: sacris operam et rei divinæ dant, deosque precantur: Turneb. XXIV. 26. Vide et Brisson. Formul. *Taubmann.*

Sacrisque litatis] *Diis litatis* debuit dicere. Non enim sacra, sed deos sacris litamus, id est, placamus. Ergo nove dixit. *Servius.*

Sacrisque litatis] Καλλιερησαμένη: *deos litare* Servius dicit: Maro autem *sacris litatis*, ut Suetonius *hostiis litatis.* *Litare* autem a dictione Græca nonnulli deducunt λίτομαι, καὶ ἀπὸ τῆς λιτῆς. Hom. Od. Λ. τοὺς δ' ἐπεὶ εὐχωλῇσι λιτῇσί τε ἔθνεα νεκρῶν Ἐλλισάμην: ubi ea forma dictum videtur, qua a Servio *Deos litare:* quod καλλιερεῖν Græcis. Alii autem malunt Varronis auctoritati incumbere, qui *litare* quasi *lutare* intelligunt, i. e. *luere* et *solvere:* tum siquidem Diis solvisse videmur, cum sacra accepta grataque reddidimus fecimusque. Varro: 'habes cui, et cujus rei causa fecerim Hecatomben, in quo ego, ut puto, quoniam luere est solvere, lutavi.' Prop. 'Pastor et ad calamos exta litabat ovis.' *German.*

Sacrisque litatis] Ridet ineptias Servii Salmasius, cum vetus interpres dicendum putat non *sacris* sed *diis litatis:* nam *lutare* vel *litare* idem quod sacra solvere. Eum vide pag. 11. exerc. Plin. *Emmeness.*

51 *Indulge*] Da operam: ut, 'Indulgent vino, et vertunt crateras ahenos.' *Servius.*

Indulge hospitio] Id est, illorum peregrinationem uberius fove, ne, deficientibus rebus, Trojani recedere cogantur. *Donatus.*

Causasque innecte morandi] Prætende causas, quæ illos a navigatione arceant. *Idem.*

52 *Dum pelago desævit hiems*] Enumerat, quas moræ caussas possit innectere. *Servius.*

Dum pelago desævit hiems] *Desævire*, et *exævire*, est sævire desinere: Livius, 'Consulem Claudium atrox tempestas adorta in metum ingentem adegit: Populonios inde cum pervenisset, stetit ibi, dum reliquum tempestatis exsæviret:' Lucan. 'Nec, dum desæviat ira, Expectat.' Alias tamen pro ἀγριαίνεσθαι: Columel. VI. 2. 'Patere unum diem noctemque desæviant.' Tranquil. in Nerone: 'Virorumque ac fœminarum ad stipitem deligatorum inguina ore invaderet, et, cum affatim desævisset, conficeretur a Doryphoro liberto.' *Germ.*

Desævit] Eodem modo ut *detonat* significat desinit tonare, sic *desævit* pro desinit sævire. V. Schott. Obs. Poët. II. 2. *Emmeness.*

Hiems] Antiqui omnes codices, quotquot inspexi, *hiemps* per *p* et *s* finales litteras scribunt: quod Terentius Scaurus fert impatienter, ex eo jam tempore ea oborta stribiligine. *Pierius.*

Aquosus Orion] Id est, dum occidit Orion; quoniam et oriens et occidens tempestates commovet; et bene Orion opponitur, quia et Ilioneus dixerat, 'Cum subito adsurgens fluctu nimbosus Orion.' O corripuit ratione supradicta. *Servius.*

53 *Quassatæque rates*] Hoc ad illud, 'Quassatam ventis liceat subducere

classem.' *Idem.*

Non tractabile] Asperum, intractabile. Sub quo tractari nihil possit. *Idem.*

54 *Incensum inflammavit*] Horatius ait, 'Oleum adde camino.' Alii non *incensum*, sed *impense* legunt, ut sit Terentianum, 'Inpendio magis animus gaudebat mihi.' *Idem.*

Incensum inflammavit] Bis repete: scilicet animum incensum amore, inflammavit amore. Nam data spe commodi, ex his quæ profutura dicebat, adeo dubitationem removit, ut omnis verecundia et pudor cesserit. *Donatus.*

Inflammavit] In Romano codice, et quibusdam aliis, *flammavit* simplex verbum habetur: quo usus est etiam Catullus, 'Flammati Phaëthontis.' Sed longe numerosius est, 'Animum inflammavit,' dicere. *Pierius.*

55 *Spemque dedit dubiæ menti*] Dubitativa enim fuerat Didonis oratio, dicendo: 'Si non pertæsum thalami, tedæque fuisset.' Ergo jam non ambigit de qua dubitabat, sed sine respectu pudoris palam agit. *Servius.*

Dubiæ menti] Facit huc sententia Terentiana: 'dum in dubio est animus, paulo momento huc vel illuc impellitur:' quod hic Didoni factum. *Taubmann.*

Solvitque pudorem] Propter vincula castitatis: et ad illud respondet, 'Ante pudor quam te violo, aut tua jura resolvo.' *Servius.*

56 *Principio*] Hos versus Scalig. IV. 3. exemplum perspicuitatis in summo genere laudat. *Taubmann.*

Delubra adeunt] Juxta illud dictum sororis: 'Tu modo posce deos veniam.' *Delubrum* autem dictum, aut, ut supra diximus, propter lacum, in quo manus abluuntur; vel propter tectum conjunctum, quia una opera abluitur; aut certe simulachrum *delubrum* dicimus, a *libro*, hoc est, raso ligno factum, quod Græce ξόανον dicitur. Sane in secundo libro de singulis speciebus delubri juxta Varronem relatum est, in quibus est species delubri talis, ut præter ædem area sit adsumpta deum causa, id est, spatia relinquantur juxta aras ministerii causa, ad sacrificia peragenda. Hujus moris hic meminisse eum accipere debemus, 'Principio delubra adeunt:' atque quia *delubra* quasi solum nomen sine dei significatu posuerat, voluit per *aras* expungere divini nominis causam, licet in continuatione non tam dei fecerit mentionem, quam propria deorum nomina intulerit, et quidem eum sacrificationis gratia illis versibus, 'Legiferæ Cereri,' &c. usque, 'jugalia curæ,' nec non *aræ* licet oblique attamen manifeste: ut * 'Aut ante ora deum pingues spatiatur ad aras:' quid enim est *spatiatur*, quam spatio lati loci obambulat? *Adeunt* autem proprie dixit, ad majores enim qui accedit, dat honoris signum *. *Servius.*

Pacemque] Benevolentiam, ut, 'si sine pace tua atque invito numine.' *Idem.*

Per aras Exquirunt] Vel apud aras, ut, 'It hasta Tago per tempus utrumque.' *Exquirunt* autem, id est, sacrificando explorant, an dii vellent huic rei consentire. Dicendo autem *per aras*, aruspicalem artem ostendit: unde est, 'Spirantia consulit exta.' Duo enim genera hostiarum sunt, unum, in quo voluntas dei per exta exquiritur, alterum in quo sola anima deo sacratur; unde etiam aruspices *animales hostias* appellant. Sed de exploranda voluntate divina hic expressit dicendo, 'Spirantia consulit exta.' Animalis vero hostiæ speciem ostendit, ubi Entellum facit Eryci taurum mactantem Æneid. v. dicens, 'Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis Persolvo.' *Idem.*

Per aras] Ex ritu, quia connubia celebratura. Lactantius in Theb. II. 'Apud antiquos jura nuptiarum ante aras numinum celebrari consuevisse.'

Itaque ipse Papinius Theb. II. 'Viderat hoc conjux perituri vatis, et aras Ante omnes,' &c. et Ovidius Met. v. in nuptiis Persei et Andromedæ: 'Pectora rupisset, nisi post altaria Phœbi Isset, et (indignum) scelerato profuit ara.' Lege Realinum Annotat. c. 11. *Cerda.*

Pacemque per aras Exquirunt] Turnebum adi XXIV. 26. *Emmeness.*

57 *Mactant*] Verbum sacrorum, κατ' εὐφημισμὸν, dictum, quasi *magis auctum*; unde et *magmentum* dicebant, quasi *majus augmentum*. Olim enim *hostiæ immolatæ* dicebantur mola salsa tactæ: cum vero ictæ, et aliquid ex illis in aram datum, *mactatæ* dicebantur per laudationem, per boni ominis significationem, ut adolere, nam *mactare* est proprie *magis augere*. Servius.

Lectas bidentes] Non vacat *lectas*. Moris enim fuerat, ut ad sacrificia eligerentur oves, quibus nihil deesset: ut in sexto, 'Nunc grege de intacto septem mactare juvencos.' *Idem.*

Bidentes] Dictæ sunt, quasi *biennes*: quia neque minores, neque majores licebat hostias dare. Sunt etiam in ovibus duo eminentiores dentes inter octo, qui non nisi circa bimatum apparent: nec in omnibus, sed in his, quæ sunt aptæ sacrificiis, inveniuntur. *Idem.*

Mactant lectas de more bidentes] *Mactare*, verbum est Sacrorum, κατ' εὐφημισμὸν dictum, quasi *magis augere*. Et signate dicit, *lectas*: nam ut porcus sacris debitus dicebatur *eximius*, ab eximendo; bos *egregius*, a segregando; ita ovis *lecta*, ab eligendo. Nam ex omni genere optima quæque sacris destinabantur. *Bidentes* autem erant hostiæ, quæ et cornigeræ essent, et duos dentes eminulos haberent: in qua sententia est Festus, etiamsi aliter Agellius XVI. 6. Si carerent illis, ἀτελεῖς erant, et ad sacrificia ineptæ. Omnino enim in hostia requirebatur, ut duos dentes haberet cæteris longiores: quemadmodum et in tauro τελείῳ, ut diversa cornua haberet et patentia: qualem Plautus Truc. II. 2. 'patalem bovem' vocat. Optimum Glossarium: *Bidentis*, διετὴς ὗς: διόδοντα πρόβατα. Videatur Jos. Scalig. in Conjectaneis: et in Cirin: idemque in Festum: ubi inter alia, *Bidentes*, inquit, sunt, quas μετάσσας Homerus vocat: quæ neque *agnæ* sunt, quia illæ nondum dentes ediderunt: neque *adasiæ*: quia jam ejecerunt: a quo λειπογνώμονας *oves vetulas* vocant Græci. Hinc etiam τόπος κεραυνοπλὴξ, id est, locus de cælo tactus, *bidental* dicebatur, quod in eo bidentibus hostiis sacrificaretur. Nonnullis (ut et Servio) *bidens* dicta est, quasi *biens*. Sed ita non *bidentis*, sed *bidennis* aut *biennis* dicendum fuisset. Atqui magis aperit etymon, quod et *ambidentes* apud veteres vocarentur. Notat præterea Scalig. in Cirin, non solum *oves bidentes*, sed et *bidentes verres*, et *bidentes tauros* olim dictos. *Taubmann.*

Mactant lectas de more bidentes] Etymon verbi *mactare* apud Sanctium in Min. p. 414. pro *magis augere*. Hic autem *interficere* denotat. Quod hostiæ debuerint esse integræ, non vitiosæ, locuples testis Bochart. Hist. anim. II. 46. *Emmeness.*

58 *Legiferæ Cereri*] Leges enim ipsa dicitur invenisse. Nam et sacra ipsius *Thesmophoria*, id est, legum latio vocatur. Sed hoc ideo fingitur, quia ante inventum frumentum a Cerere, passim homines sine lege vagabantur: quæ feritas interrupta est, invento usu frumentorum, postquam ex agrorum discretione nata sunt jura. *Thesmophoria* autem vocatur legumlatio; an quia in æde Cereris ære incisæ positæ leges fuerunt? *Servius.*

Legiferæ] Quia populorum consensus nisi legibus retineri non possit. *Donatus.*

Legiferæ Cereri] In Romano codice, in Mediceo, in Porcio, et quibusdam aliis antiquis, *frugiferæ* legitur: sed enim Ceres inventrix legum, a M. Tullio dicitur in fine Actionum in Verrem. Et rationem hic reddit Ti. Donatus, cur *Legiferam Cererem* veteres appellarint. *Pierius.*

Legiferæ Cereri] Inde Græcis θεσμοφόρος, Ovid. Met. v. 343. 'prima dedit leges.' De hac Plin. IX. 56. et quare prima leges invenisse dicitur. Macrob. Saturn. III. 12. et post *Phœbo* addit propter auspicia et auguria, quibus domi et militiæ Respublica regitur, ut Turneb. XXIV. 26. *Emmeness.*

Phœboque] Qui præest auspiciis, quibus urbes reguntur. *Servius.*

Phœboque] Ut in futurum prosperiora perficeret, quæ optabantur. *Donatus.*

Patrique Lyæo] Qui, ut supra diximus, apte urbibus libertatis est deus. Unde etiam Marsyas, minister ejus, per civitates in foro positus, libertatis indicium est: qui erecta manu testatur, nihil urbi deesse. Et communis hoc habet sensus. Sacrificabat, inquit, primo numinibus, quæ urbi præsunt, quasi nuptura pro utilitate reipublicæ. Deinde Junoni, cui curæ sunt nuptiæ. Alii dicunt hos deos, quos commemoravit, nuptiis esse contrarios, Cereremque propter raptum filiæ nuptias exsecratam; vel ex quo Jovi nupta prælata Junone repudiata est: nam cum Eleusine Cereris sacrum fit, ædes Junonis clauditur: item, cum Junoni Eleusine fit, templum Cereris clauditur, nec sacerdoti Junonis licet gustare, unde Cereri sit libatum. Et Romæ cum Cereris sacra fiunt, observatur, ne quis patrem aut filiam nominet, quod fructus matrimonii per liberos constet. Apollinem et Liberum contrarios nuptiis dicunt, quod ille expers uxoris vulgari amore sit usus; iste inter Bacchas non fida connubia, sed stupra exerceat, nec nisi raptam conjugem habere potuerit. Male ergo invocat hos Dido, quæ sibi nuptias optat Æneæ. Sed sicut prosperis diis, ut juvent, ita adversis, ne obsint, sacrificandum est; ut, 'Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.' Alii dicunt favere nuptiis Cererem, quod prima nupserit Jovi et condendis urbibus præsit, ut Calvus docet: 'Et leges sanctas docuit, et cara jugavit Corpora connubiis, et magnas condidit urbes.' Nam ideo et aratri sulco clauditur civitas, vel quod eandem Terram volunt, et in eadem urbes exstructas. Similiter et Liber propter Marsyam sicut supra dictum est: merito et Apollo, nam et in arce coli solet, et muros Trojanis instituit. Jure ergo in nova urbe his sacra fiunt: Junoni duplici causa, quia et Carthagini præest, et matrimonia dat. Est etiam altior sensus: nam facturi aliquid, ante adversos placamus deos: et sic propitios invocamus: ut, 'Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.' Ergo modo nuptura placat ante Cererem: quæ propter raptum filiæ, nuptias exsecratur: Apollinem, qui expers uxoris est: Liberum, qui nisi raptam conjugem habere non potuit: et sic Junonem conciliat. *Servius.*

59 *Junoni*] Quia conjugiorum tenet plenissimam potestatem. *Donatus.*

Cui vincla jugalia curæ] Quia est et Curetis, et matrona, et regina. Hanc Varro *pronubam* dicit, unde et Æolo nuptias pollicetur, et Æneæ et Didoni coëuntibus adest, cum dicit 'Prima et Tellus et pronuba Juno;' et in septimo ubi contra votum suum Laviniam promissam vidit Æneæ, ait: 'et Bellona manet te pronuba;' hoc est, non ego, quæ soleo. *Servius.*

Junoni, &c.] Ovidius: 'Junonemque toris quæ præsidet alta maritis.' Et in Epist. Medeæ: 'Conscia sit Juno sacris præfecta maritis:' unde

et *Pronuba* dicitur. Præsides quidem nuptiarum, quos γαμηλίους et ζυγίους vocant, agnoscit Plutarchus quinque numero. Apud Quintil. *dii jugales* Juppiter et Juno dicuntur; Græcis γαμοστόλοι, et παράνυμφοι. Communis autem sensus loci hujus hoc habet: Dido sacrificabat primum Numinibus, quæ urbi præsunt, quasi nuptura pro utilitate Reip. deinde Junoni, cui ἔργα γαμήλια curæ. Quod autem dicit, *vincla jugalia* alludit oblique ad morem Rom. quo ad aram *Jugæ Junonis*, quæ in vico *Jugario* fuit, nubentes vinculis, in omen futuræ concordiæ, jungebantur. Unde et in vet. marmore: JUNONI JUGALI. Vide Martian. Capellam et M. Anton. Delrio in Medeam Sen. *Taubmann.*

Junoni ante omnia, cui, &c.] Ovid. in epist. Phædræ, quæ hic *vincla* nominat, *nodos* vocat. Rem ipsam notat de Halcyone Metam. xi. 577. 'Omnibus illa quidem superis pia thura ferebat, Ante tamen cunctos Junonis templa colebat:' ubi pro *Junonis* leg. arbitratur Nobil. Heins. *Junonia.* Juvenal. Sat. vi. 48. 'auratam Junoni cæde juvencam, Si tibi contigerit capitis matrona pudici.' Quæ *pronuba* infra vs. 166. *Emmeness.*

60 *Ipsa tenens*] Alii alia faciebant: ipsa sacerdotis munere fungebatur. *Donatus.*

61 *Candentis*] Candidæ: participium est pro nomine. *Servius.*

Media inter cornua fundit] Non est sacrificium, sed hostiæ exploratio, utrum apta sit. *Idem.*

Candentis vaccæ media inter cornua fundit] Candentis est *candescentis* inquit Salmas. Plin. exerc. p. 1133. sic Varroni *candens taurus.* Inter cornua victimarum ex ritu sacrorum merum effundebatur. Ovid. Fast. i. 357. 'Rode, Caper, vitem: tamen huic, cum stabis ad aram, In tua quod spargi cornua possit, erit.' Metam. vii. 594. 'et fundit purum inter cornua vinum.' Juvenal. Sat. xii. 7. 'Quippe ferox vitulus, templis maturus, et aræ, Spargendusque mero.' Et noster Æn. vi. 244. 'frontique invergit vina sacerdos.' Vide Politian. Miscell. c. 26. *Emmeness.*

Fundit] In plerisque veteribus codicibus *fudit* habetur præterito tempore: sed præsens dilucidiorem facit narrationem. *Pierius.*

62 *Ante ora Deum*] Ante simulacra. *Servius.*

Ante ora Deum] Id est, simulacra divorum. More autem Romano hoc dicit; quo matronæ ante aras faculas tenentes gestu gravi saltationem severam et verecundam imitante movebantur et ferebantur: quod Horat. intellexit in Arte: 'Ut festis matrona moveri jussa diebus.' Turn. xxiii. 3. Propertius: 'Dulichias Pallas spaciatur ad aras.' V. N. Bucol. v. et Macrob. l. iii. iv. *Taubmann.*

Pingues] Plenas vel sanguine delibutas, ut, 'Pecudumque cruore Pingue solum?' *Servius.*

Pinguis] Pecorum corporibus oneratas. *Donatus.*

Spatiatur ad aras] Matronæ enim sacrificaturæ circa aras faculas tenentes, ferebantur quasi cum quodam gestu: unde Sallustius, 'Saltare elegantius, quam necesse est probæ.' Quidam genus sacrificii appellant, quo veteres cum aras circumirent, et rursus cum reverterentur, et deinde consisterent, dicebant minusculum sacrum. An hoc ad impatientiam amoris referendum est, quo jactata Dido, loco stare non poterat, juxta illud, 'Uritur infelix Dido totaque vagatur Urbe furens.' *Servius.*

Spatiatur] Eundi et redeundi vices crebras procurabat. *Donatus.*

63 *Instauratque diem donis*] Muneribus, quæ aut diis offerebat: aut donabat Tyriis vel Trojanis. *Instaurat* autem ideo, quia jam supra sacrificaverat: ut, 'Simul Ænean in regia ducit Tecta, simul divum templis

indicit honorem.' Sane quidam donis, sacrificiis volunt, nam et templa donariis abusive dicuntur; ut est, 'Ductos alta ad donaria currus.' *Servius.*

Instaurat] Sæpius hoc faciebat, ut produceret diem, volens diutius habere præsentem, quem amabat. *Donatus.*

Instauratque] Verbum est sacrorum. Statius l. VII. 'Da parve tuum trieteride multa Instaurare diem.' Verba sunt Adrasti consecrantis puerum Archemorum. Idem Theb. I. 'epulasque recentes Instaurare jubet.' Maro idem in sacro Herculis, 'Instaurant epulas:' ad cujus imitationem Val. Flacc. Arg. l. V. 'Dixerat: instaurat mensas, pacemque reducit.' Et Statius Theb. l. II. 'Immerito sociorum sanguine fuso Instaurare diem, festasque reponere mensas.' *Cerda.*

64 *Inhians*] Intenta per solicitudinem. *Servius.*

Spirantia] Id est, palpitantia: quasi adhuc viva. *Idem.*

Consulit exta] Proprie dixit: Aruspices enim exta consulere dicuntur, cum inspiciunt. *Exta* singularem non habent, ut *arma.* Idem.

Consulit] Respicit hostiam συμβουλευτικὴν, id est, *consultatoriam*, ut vocat Macrob. III. 5. qua divina voluntas per exta adhuc spirantia et palpitantia explorabatur. De quo et Arnob. l. VII. Et hoc sacrificii genus *Aruspicina* vocabatur, θυοσκοπία: ut, *Aruspices*, θυοσκόποι, σπλαγχνοσκόποι, θυμοσκόποι, προφῆται, &c. *Taubmann.*

Consulit exta] Pro eo Juvenal. Sat. VI. 547. 'calidæ pulmone columbæ Tractato, Armenius, vel Comagenus haruspex Pectora pullorum rimatur, et exta catelli,' &c. Sil. Ital. l. I. 'et fugientem animam properatis consulit extis.' *Extispicum* et *extispicii* meminit Cicero in l. de Divinat. Similem fere locum habet Petron. in Satyr. 'recluso pectore extraxit fortissimum jecur, et inde mihi futura prædixit.' *Emmeness.*

65 *Heu vatum ignaræ mentes*] Non sacerdotes vituperat, quasi nescios futurorum, sed vim amantis exprimit: et inde vituperat sacerdotes: *Ignaræ* ergo amoris reginæ, qui admonuerunt non credituram. Quia illæ alias causas litationis prætendebant, et ideo vota non proficiebant: nam omnia futura a sacerdotibus prædicta esse, sequens indicat locus: ut, 'Multaque præterea vatum prædicta priorum.' *Servius.*

Heu vatum] Id est, fiebant ab imprudentibus sacra, nullis amorum necessitatibus profutura. Fiebant ab iis, qui sibi veluti vaticinandi sententiam vendicabant: et cum aliud ageretur, non intelligebant Didonis ardorem. Profutura vero arbitrabantur iis, quæ, interveniente ignoratione, nescirent. Qui enim, quæ solvebantur diis vota, prodesse poterant amanti, cum ardor jam immoderata incendia dedisset? *Donatus.*

Heu vatum ignaræ mentes] Exclamatio παθητική. Quid enim sacra aut vota amanti profuerint, in tanto amoris incendio? Porro hic disputant Critici, utrum recte Poëta ex sua persona contra jus fasque exclamarit: cum nec Homerus id usquam fecerit. De quo videatur Nascimbænius, qui probat, non sine ratione a Marone factum. *Taubmann.*

66 *Delubra*] Quid sit delubrum, docet Macrob. Saturn. III. 4. Vide quæ notata a nobis sunt Ge. III. 23. *Emmeness.*

Est] Verbum indeclinabile. Nam frequenter deficit. Est autem hujus positio, *edo, es, est.* Invenimus (sed quod abolitum est) et *edo, edis, edit.* Unde est *edere,* et *comedere,* quod hodie dicimus. Nam ab eo, quod est *es, esse* et *comesse* facit: quo tempore etiam pro præsenti utimur, ut, *volo esse.* Nam in defectivis tempora pro temporibus ponimus: ut *odi, novi, memini: odisse, nosse, meminisse:* etiam

pro præsenti ponuntur: non *odire*, *novire*, *meminere*: nec enim possumus dicere. *Servius*.

Mollis flamma] Utrum *mollis flamma*, an *mollis medulas*? Idem.

67 *Tacitum*] Tacendum et pudore plenum. De quo tacuerit etiam nunc apud alios, an apud Æneam *tacitum*? quia sorori jam confessa est. *Idem*.

Vivit] Nonnulli hoc loco *vivit* pro *vescitur* dictum accipiunt. *Sub pectore vulnus*: ut, 'Vulnus alit venis.' *Idem*.

68 *Vagatur*] Potest accipi *vagatur* dum opera ostendit Æneæ. *Idem*.

69 *Urbe furens*] *Furor* enim est amor, in quo nihil stabile. Unde et Cupido puer inducitur, quasi instabilis et infans, qui non potest fari. Unde est, 'Incipit effari, mediaque in voce resistit. *Idem*.

Totaque vagatur Urbe furens] Cum omnia frustra agerentur, ex nimio amore, nullo in loco consistere poterat, et vaganti totius civitatis spacium non sufficiebat. *Donatus*.

Qualis conjecta cerva sagitta] Satis congrua comparatio: singula enim singulis, cervam Didoni, sagittam amori, pastorem Æneæ, nemora urbi, ictum lethalem amori mortifero comparavit. *Servius*.

Qualis] Didonem cervæ, silvas civitati; mobilitatem cervæ, Didonis discursibus; sagittam pastoris, sagittæ Cupidinis comparat. *Donatus*.

Qualis conjecta] Macrob. v. 6. aliique hanc comparationem ex Iliad. XI. sumptam censent. Sed negant Scalig. v. 3. et Nascimb. hic quicquam simile esse præter *cervam* et *sagittam*. Taubmann.

70 *Incautam*] Nomen perituris accommodatum: ut, 'Fallit te incautum pietas tua,' et 'Excipit incautum Triton.' *Servius*.

Incautam] Nomen perituris accommodatum, ut Æn. x. 'Fallit te incautum pietas tua.' Id. Æn. III. 'Orestes Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras.' *Taubmann*.

Cresia] Cretensia. Nam Græce *Cres*, unde et *Cretes* et *Cressia*, et Latine *Cretensis* facit, unde et *Cretensia*. Servius.

Nemora inter Cresia] In Creta cervorum copia, inde eo potius confugit, quam ad alia loca. In Creta etiam insignes sagittarii. Horat. dixit od. I. 15. 'calami spicula Gnossii.' et Propertius eleg. II. 12. 'Et pharetra ex humero Gnossia utroque jacet.' Itaque commode in una Creta junguntur et cervi, et sagittarii. *Cerda*.

Cresia] Id est, Cretensia, a Græco *Cres*. Cretam autem nominat, vel quia cervis abundat, vel quia Cretes præstantes sagittarii. Dicit, *inter nemora*: unde et Catullus Carm. 69. 'Cervam silvicultricem' vocat, expresso Græco ὑλονόμος, ut notat Turneb. *Taubmann*.

Cresia] Nulla ratio postulat cur *s* geminetur, ut in multis editionibus: κρῆττη Græcum est. *Emmeness*.

71 *Agens telis*] Urgens, persequens. *Servius*.

Liquitque volatile ferrum] Non placet *linquit* præsenti tempore, quod aliquot habent codices. Est et ubi *volatile telum* in vetustis exemplaribus legatur. Sed enim, quum sit eodem versu positum *telis*, *Pastor agens telis*, magis placet periphrasis ejus teli statim subjecta, *Volatile ferrum*. Præterea de ferro hic agitur, quod avolsum a sagitta tergo inhæserit. *Pier*.

Volatile ferrum] Sagittam. Poëta vetus apud Macrob. Saturn. VI. 5. 'volucrumque volatile telum.' Virg. ipse Æn. VIII. 'telisque volatile ferrum Spargitur.' Lucret. l. I. 'jacitque volatile telum.' et l. IV. 'Ante fuit multo, quam lucida tela volarent.' *Cerda*.

Volatile] Vide Nobiliss. Heins. ad Ovid. Metam. IX. 783. *Emmeness*.

72 *Nescius*] Aut nescius quo fugerit, aut ignoratus et latens: non qui

cervam nesciret. Et rara sunt verba, quæ per contrarium significant. Nam *vector* cum sit proprie, qui vehit, invenimus etiam eum *vectorem* dici, qui vehitur: ut Lucanus, 'Vectoris patiens tumidum superenatat amnem.' Tale est *formidolosus*, cum sit *timidus*, et *timendum* significat. Cum enim exigat ratio, ut nomina verbalia agentis habeant significationem, pro passiva significatione plerunque ponuntur. Quidam *nescius* ad Æneam referunt, qui nescit amore suo vulneratam reginam. *Servius.*

Nescius] Id est, ignoratus, vel non conspectus a cerva; passive. Vide Notas ad illud Plauti Rud. I. 5. 'Quæ in locis nesciis nescia spe sumus.' Talia sunt et illa, quæ per contrarium significant; *Vector*, qui et vehit, et vehitur. *Formidolosus*, qui timidus, et qui timendus. *Alumnus*, qui alit, et qui alitur. *Insertum*, et τὸ ἄσπορον, et τὸ κατασπαρὲν. *Enode*, quod nodosum, et quod caret nodis. *Immixtum*, ἀμιγὲς, et μικτόν. *Expers*, ἄπειρος, et ἔμπειρος, &c. Nascimbænius tamen contra omnes interpretatur hic; *nescius*, scilicet a se percussam cervam. *Taubmann.*

Fuga] Cursu: ut, 'Simul arva fuga, simul æquora verrens.' Nam intelligere non possumus fugam, cum dicit *peragrat*. *Peragrare* enim est circumire inquirendo. *Servius.*

Silvas saltusque peragrat Dictæos] Antiqui aliquot codices dictionum ordinem ita commutarunt, *saltus silvasque peragrat Dictæas*: quod in medio linquimus, quum sententia omnino eadem sit. *Pierius.*

73 *Dictæos*] Cretenses. Cervæ vulneratæ dictamnum quærunt, qua gustata, feræ vulneribus tela depellunt: ut in duodecimo legimus, 'Non illa feris incognita capris Gramina.' *Servius.*

Letalis arundo] Propter futurum omen Didonis, et admiranda copia loquendi, letalis arundo, sagitta, volatile ferrum. *Idem.*

Letalis arundo] Nota copiam, *Sagitta*, *telum*, *volatile ferrum*, *arundo*. Taubmann.

75 *Sidonias*] Pygmalionis, vel Sichæi. Quod supra ait, 'Avari Pygmalionis opes,' et, 'Ignotum argenti pondus et auri.' Et hoc additum propter illud, 'Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos.' *Serv.*

Sidonias opes] Ne sua præsentia superflua videretur. Et ostendebat urbem paratam, ut a navigandi cupiditate avocaret. *Donatus.*

Urbemque paratam] *Paratam* ad illud pertinet, quod Æneas propter civitatem navigat. Et omnia ei ostendit Dido, quibus possit inducere: et *paratam* ideo, ut sit impendium quærentibus sedes. Sed alii movent quæstionem quomodo *paratam*, cum paulo post inferat, 'Pendent opera interrupta, minæque Murorum;' sed *paratam* potest dici, cui etiam paululum superest: unde est, 'minæque Murorum ingentes.' Nam ideo alibi, 'Urbem præclaram statui, mea mœnia vidi.' *Servius.*

76 *Incipit effari, mediaque in voce resistit*] Sic Horatius, 'Cur facunda parum decoro Inter verba cadit lingua silentio?' *Idem.*

Incipit effari] Præcidebat contextum verborum, ut loquendi spacia proferret in longum. *Donatus.*

Mediaque in voce resistit] Amor enim et mentis et orationis usum eripit. Val. Æditunus apud Agell. XIX. 9. 'Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis: Quid mi abs te quæram? verba labris abeunt. Per pectus miserum manat subito mihi sudor. Sic tacitus, subitus; duplo ideo pereo.' Item Horat. Od. IV. 1. 'Cur facunda parum decoro Inter verba cadit lingua silentio?' Scalig. III. 19. Mirificus, inquit, affectus! Adeo enim perturbato sunt animo amatores, ut etiam sui ipsius obliviscantur. Itaque etiam in amentiam quandam incidunt, qui morbus a medicis ἔρως dicitur. Oritur ergo negli-

gentia rerum maxima: 'Non cœptæ assurgunt turres, &c.' *Taubmann.*

77 *Labente die*] Ad convivia retulit: peringratum est, quia in usu non erant prandia: ut Juvenalis, 'Exul ab octava Marius bibit.' *Serv.*

78 *Iliacos*] Consumptis omnibus inventionibus, redibat ad ea quæ prius erant narrata, misere illum detinere cupiebat. *Donatus.*

Demens] Quia ea, quæ noverat, audire cupiebat. *Servius.*

Iliacosque iterum] Eundem affectum Ovid. dat Calypsoni, quæ Ulyssem perdite amabat, in Arte: 'Hæc Trojæ casus iterumque iterumque rogabat: Ille referre aliter sæpe solebat idem.' Propert. quoque l. II. tale quid in amore: 'Et rursum puerum quærendo audita fatigat, Quem quæ scire timent, quærere plura jubent.' *Cerda.*

79 *Narrantis ab ore*] Ut eum intueretur: et hoc loco per omnia amantis adfectus exprimitur. *Servius.*

Pendetque iterum narrantis ab ore] Quintilianus declamat. 301. 'Habes uxorem non ambitiosam, non exactuiram comitatus, sed quæ tota ex tuo vultu pendeat.' Ovidius in epist. 'Narrantis conjux pendet ab ore viri.' Vetus inscriptio parasiti apud Salonem urbem Dalmatiæ: 'Juvat vobiscum esse, ac ab ore meo pendulos detinere, ut juvit semper.' *Cerda.*

Pendetque iterum narrantis ab ore] Ἀποστομίζει. Sane operæ pretium fecerit, qui leget Scalig. Poët. III. 19. ubi mores Didus amantis accuratissime examinantur. *Taubmann.*

80 *Obscura Luna*] Id est, nox. Nam nihil tam contrarium Lunæ est, quam obscuritas. Aut ideo nox *obscura Luna*, quia nec semper, nec eadem hora oritur. *Vicissim* autem ideo, quia per diem Sol lucet, illa per noctem: ergo apparens diurnum lumen, id est, Solis, reprimit. An ipsa Luna suum lumen reprimit occidens et se obscurans. *Servius.*

82 *Sola*] Sine eo quem amabat. Nam regina sola esse non poterat. Est autem Plauti, qui inducit inter multos amatorem positum dicentem, quod solus sit. Ut ipse alibi, 'Me sine sola vides:' quam constabat Antonii castra comitatam, sed *sola* sine amatore suo. *Idem.*

Mæret] Si diphthongum habeat, ut hoc loco, tristis est, significat: aliter militat, ut 'meret parvo.' Sane *mereor* aliud est. *Idem.*

Vacua] Aut sine Ænea et Trojanis; aut magna, ut, 'Vacua atria circum Intenti ludo.' *Idem.*

Sola domo mæret vacua] Est hic affectus ille, quem Ovidius expressit Am. III. 10. 'Secubat in vacuo sola puella toro.' Quem Propert. eleg. I. 15. 'Hypsipyle vacuo constitit in thalamo.' Semper Virgilius modestiam amat. Vides ut hic tantum *domo vacua*, subticens de lecto, sed intelligendum relinquens, non ut Ovidius et Propertius, qui clare. *Cerda.*

Relictis] Potest intelligi ab Ænea. *Servius.*

Incubat] Quasi invita. *Idem.*

Stratisque relictis Incubat] Similis plane locus est apud Homerum Il. XXIV. Ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρὰς κατακείμενος, ἄλλοτε δ' αὖτε Ὕπτιος, ἄλλοτε δὲ πρηνὴς, τότε δ' ὀρθὸς ἀναστάς. Ubi vides, Achillem jam lateri incumbentem, jam supinum, jam pronum, jam rectum. Et apud Senecam epist. 56. 'Huc nempe versatur, atque illuc, somnum inter ægritudines levem captans.' Et apud Heliodorum Hist. Æthiop. l. VII. describentem Arsaces amorem depereuntis Theagenem. Ista amatorum in lecto inquies nata procul dubio ab noctibus, quas longissimas putant, cum a suis absunt. Quem affectum attigit bis Propertius, bis Horatius. Prior eleg. I. 3. et 12. posterior epist. I. 1. et Od. I. 25. Est aliquid etiam in Apulejo ad hanc rem: et in Seneca de Tranquill. 'Quibus difficilis somnus est, versant se, et hoc atque illo modo componunt: et in Juven. Sat. III. 'cubat

in faciem, mox deinde supinus.' *Cerda.*

83 *Absens absentem*] Unum sufficeret. Sic, 'Et fratrem ne desere frater.' Terentius, 'Præsens præsentem eripi, abduci ab oculis. *Serv.*

Illum absens] Tantum fallebatur amantis animus, ut absentem videre et audire sibi videretur. *Donatus.*

Absens absentem] Adjuvat significationem et elegantiam vocabulum bis repetitum, ut Donatus ad Terent. Ad. IV. 5. 34. 'præsens præsenti.' Hec. III. 2. 15. 'sola soli.' *Emmeness.*

Absentem auditque videtque] Supra, vs. 4. 'hærent infixi pectore VULTUS, VERBAQUE.' Ita Ovid. in epist. Didonis ad Æneam: 'Æneasque oculis semper vigilantibus hæret, Æneamque animo noxque diesque refert.' Quam quidem Epistolam Scaliger Poët. l. VI. inter omnes Heroidas artificiosissimam, compositissimam, scitissimam, elegantissimam vocat. Ita et Terentii Eunucho I. 2. Phædria cum Thaide: 'Cum milite isto præsens, absens ut sies: Dies noctesque ames me: me desideres: Me somnies: me exspectes: de me cogites: Me speres: me te oblectes: mecum tota sis: Meus fac sis postremo animus; quando ego sum tuus.' *Taubmann.*

84 *Imagine capta*] Ob amati similitudinem. *Servius.*

Aut gremio Ascanium genitoris imagine, &c.] In facie Ascanii recognoscebat imaginem Æneæ, ut Apulej. Met. l. X. Ascanius referebat enim Æneæ vultum, vel ut cum Justino I. 2. lineamentorum qualitas patri ac filio similis. Sic laudat Hippolytum Phædra apud Senecam, quod pater in eo esset totus. *Emmeness.*

85 *Infandum*] Juxta judicium reginæ, ut illa sentiebat: vult enim eam culpæ eximere. Alii *infandum*, quia *falli non potest* accipiunt, hoc est, ipsam libidinem, in cujus vicem nihil subponi potest. *Servius.*

Infandum si fallere possit amorem] In Romano codice legitur, *possit imago.* Id quid sibi velit, non mihi satis liquet, propter epitheton, *infandum;* quod ita non habeat, cui adhærescat. Quidam alii codices antiqui, *Si fallere possit amantem*, habent. Sed neque id probamus. *Infandum* vero *amorem*, castiorem lectionem asserimus. Neque dubitamus lectionem eam, quæ est *imago*, ex paraphrasi aliqua huc irrepsisse. *Pierius.*

Si fallere possit] Vis hujus particulæ *si* e Græcis ducta. Ita Æn. VI. 79. 'magnum si pectore possit Excussisse Deum.' *Taubmann.*

Fallere] Est subterfugere amoris incrementa. Horat. Sat. II. 7. 'jam somno fallere curam.' Sil. Ital. l. VI. 'infandum si posset fallere monstrum.' Sic et verbum *decipere* sæpius usurpatum. *Emmeness.*

86 *Non cœptæ adsurgunt turres*] Contra illud, 'Pars ducere muros.' *Servius.*

Non cœptæ] Mirifice mortalitas expressa est. Nam cum multa mala in amore insint, illud præcipuum, quod negociorum omnium oblivionem inducit. Eadem enim Dido, quæ instabat operi regnisque futuris, nunc omnia omittit: et cum omiserit, Tyrii quoque, qui instabant ardentes, omnia nunc deserunt. Unde ostenditur rectorem complere omnia, cum insistit: cum vero contra agit, omnia frigescere. *Donatus.*

Non cœptæ] Hoc quoque *amoris* vitium est, quod negligentes facit. Ita Ecl. II. de Corydone amante: 'Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est.' Est autem hic simulacrum futuri exscidii. Nam Genius Æneæ, in quo Romani dominatus species erat, Carthaginis Genio contrarius erat. Qua de re vide divinum Scal. Poët. III. 25. *Taubmann.*

Non cœptæ] Quomodo amor teneat impeditos animos, ut rebus non va-

cent necessariis, Robert. Titius expromit exemplis bene multis Controvers. v. 6. *Emmeness.*

Non arma juventus Exercet] Aut in armis se exercet: aut sic dixit, quemadmodum illud, 'Ferrum exercebant.' *Servius.*

87 *Portusve*] Quod supra Æn. I. 'Hic portus alii effodiunt.' *Idem.*

Propugnacula] Quibus porro pugnatur. *Idem.*

88 *Interrupta*] Cœpta et omissa. *Idem.*

Minæ] Eminentiæ murorum: quas *pinnas* dicunt, hinc et *eminere* dicimus, ut in primo Æneid. 'Geminique minantur.' Quidam *minæque* ad *interrupta opera* referunt: aut quæ imperfecta sunt, quæ si videantur, ruinam minantur. *Idem.*

Minæque murorum] Minæ Græcis θριγγοὶ, στέφαναι, περιφράγματα, περιχαρακώματα, πύργων στεφανώματα Sophocli. Minas hic ἐπάλξεις Turnebus interpretatur, adferens hunc Rufini locum in Josepho: 'Desuper eam minæ quidem binis, propugnacula vero ternis cubitis ambibant.' Propugnaculum quoque Græci προβολὴν, φυλακτήριον, πρόβολον, et πρόβλημα. *Germanus.*

89 *Æquataque machina cœlo*] Exposuit quid sint 'minæ murorum ingentes.' *Servius.*

90 *Simul*] Postquam. *Idem.*

Tali] Quali utitur infœlix Dido. *Idem.*

Persensit] In antiquis aliquot codicibus, *persentit* præsenti tempore legitur: et ita est in codice Donatiano: præteritum tamen nunquam immutarim. *Pierius.*

Peste] Amore, incendio: ut, 'Toto descendit corpore pestis.' *Servius.*

Peste] Mater Medeæ apud Val. Flacc. l. VIII. ubi cognovit filiæ amores: 'cur tanta mihi non prodita pestis?' Sic Æn. I. de Didone amante: 'pesti devota futuræ.' *Cerda.*

91 *Nec famam obstare furori*] Honestam scilicet. Nam τῶν μέσων est. *Servius.*

Furori] Jam non amori. *Idem.*

Furori] Sunt antiqui codices, in quibus *nec famam obstare pudori* legitur. Sed hic *furori* magis placet: quod Servius agnoscit. *Pierius.*

Nec famam obstare fur.] Honestam scilicet: nam τῶν μέσων est. Vel, ut Scaliger exponit: Simul ac sensit, eam adversa fama æque atque amore laborare. Poët. IV. 16. *Taubmann.*

92 *Adgreditur*] Cum calliditate loquitur. Et quasi ex præparato, vel ex insidiis, ut alibi Ge. IV. 'Facile ut somno adgrediare jacentem.' *Serv.*

Quam simul adgreditur] Per hoc ostendit aliquid invidiose se esse dicturam. Tractatus Veneris magnus atque astutus cernitur. *Donatus.*

Talibus adgreditur] Hoc verbo habitus futuræ orationis ostenditur: quod Serv. et Donat. interpretantur; 'cum invidiosa calliditate loquitur.' Terent. Phorm. 'Satis astute aggredimini.' Ita vs. 107. 'Sic contra est ingressa Venus:' id est, dolos dolis eludens. Græc. διεξέρχεσθαι dicunt. Porro, si aulicum est et politicum, aliud verbis loqui, aliud agitare animo, hic certe Juno et Venus πολιτικώτατοι sunt. Utraque ingenio agit Punico. *Taubmann.*

Saturnia] Ubi nocituram Junonem Poëta vult ostendere *Saturniam* dicit, scit enim Saturni stellam nocendi facultatem habere: ut alibi, 'Irim de cœlo misit Saturnia Juno:' et 'Saturnique altera proles Irarum tantos volvit,' &c. Ubi autem propitiare eam promittit, ait, 'Iunonis magnæ:' et iterum, 'Adsit lætitiæ Bacchus dator et bona Juno.' *Servius.*

93 *Egregiam vero laudem*] Ironia est, inter quam et confessionem sola interest pronuntiatio. Ironia autem est, cum aliud verba, aliud continet sensus. Sane hujus verbi initium tractum est, quia proprie, egregius dicebatur, quasi in grege

amplissimum, quod emineret ex grege. Singula autem hic pronuncianda sunt, et morandum in singulis verbis habentibus in singula invidiam. *Idem.*

Egregiam vero] Ironia, qua argumentum a turpi proponit. Inter ironiam autem et confessionem sola interest pronunciatio. *Refertis* porro dixit, pro *reportatis*, vocabulo militari. Ita 'referre victoriam,' Livius l. IV. et Cic. 'manubias referre.' *Taub.*

Spolia ampla refertis Tuque] Translatio rei militaris, *referre* enim spolia victores ex victis dicuntur. *Servius.*

94 *Puer*] Filius: παῖς puer est, Græce dixit. Ut Horatius, 'Puerosque Ledæ.' *Idem.*

Nomen] Sunt omnino codices aliquot manu scripti, in quibus numen legitur: quod vulgata quædam exemplaria recepere. Sed numen eruditis placet, quod etiam in Mediceo prius scriptum fuerat. *Pierius.*

95 *Femina*] Bene *femina*, qualis mortalis: opponitur, ut, 'Mixta deo mulier,' pro *mortali* intelligendum est. *Servius.*

Duorum est] Bene cessit masculino fœmininum. *Idem.*

Una dolo divom si femina victa duorum est] Pro eo Ovid. Metam. III. 654. 'quæ gloria vestra est, Si puerum juvenes, si multi fallitis unum?' Vide quæ dicta Æn. II. 584. 'Memorabile nomen' hoc loco αἰσχρὸν κλέος. Adi Rob. Titium controv. IV. 1. *Em.*

96 *Adeo*] Multum, valde: ut Terentius, 'Adolescentem adeo nobilem.' *Servius.*

Nec me adeo fallit] Id est, non me latet. Pari forma Lucretius l. I. 'Nec me animi fallit.' Terentius Heaut. 'Num me fefellit hosce id struere?' Latini hoc ab Græco λανθάνειν. *Cerda.*

Nec me adeo fallit] *Fallere* Horatio sæpe idem quod λανθάνειν. Vide Lambinum ad od. I. 10. de elegantissima particula *adeo* disputat Sceffer. ad Phædr. Fab. I. 6. 'nec adeo potuit attingere.' *Emmeness.*

Veritam te mœnia nostra] Propter illud, Haud tanto cessabit cardine rerum.' *Servius.*

Mœnia nostra] Junonis hospitium. Nam legimus, 'Quo se Junonia versent Hospitia:' et *nostra* Græce dixit. *Idem.*

98 *Modus*] Finis. Juvenalis, 'Nullo quippe modo millesima surgit Pagina.' *Idem.*

Sed quis erit] Archaismos. *Idem.*

Aut quo nunc certamine tanto] Quo nunc, aut quo, aut ad quam rem, aut quid opus est tanto certamine? Aut figurate, quo tibi hoc, id est, quo nunc certamen tantum, aut quis modus erit in tanto certamine, aut quousque, ut usque extrinsecus accipiamus. *Idem.*

99 *Quin potius*] Pro, *cur non.* Idem.

Pacem æternam] Non inducias temporales. *Idem.*

Pactosque Hymenæos] Licet fabula de Hymenæo in primo libro enarrata sit breviter, tamen plenior talis est: Hymenæus Atheniensis adeo pulcher fuit, ut adolescens, puella putaretur. Is cum unam virginem nobilem ipse mediocriter ortus adamasset, ejusque nuptias desperaret, quod unum poterat, sequendo puellam, amori satisfaciebat. Sed cum Atheniensium nobilissimæ virgines Eleusinæ Cereri sacra facerent, subito adventu piratarum raptæ sunt, inter quas etiam Hymenæus, qui illo amatam fuerat secutus, tanquam puella, raptus est. Sed cum piratæ prædam per maria longa portassent, in desertam regionem delati, ac fatigati somno se dederunt; quos cum universos occidisset Hymenæus, relictis ibi virginibus, Athenas reversus est, petiitque a civibus, ut, si virgines quæ raptæ fuerant, reduxisset, dilectæ nuptias impetraret; quas cum reduxisset, optatam in matrimonium virginem meruit, quod conjugium quia felix fuerat, placuit Atheniensibus, omnibus nuptiis Hymenæi nomen interesse. Est

etiam alia ratio vocabuli: nam *Hymen* quædam membrana quasi virginalis puellæ esse dicitur, qua rupta quia desinat esse virgo, *Hymenæi* nuptiæ dictæ. *Servius.*

100 *Habes tota quod mente petisti*] Propter illud, 'Nostram nunc accipe mentem.' *Idem.*

101 *Ardet amans Dido*] Plus dixit hæc quam Venus imperaverat: illa enim dixerat, 'Sed magno Æneæ mecum teneatur amore;' hæc dixit, *ardet.* Idem.

Traxit furorem] *Traxit* dixit, ut 'spiritum trahere' dicimus. *Idem.*

102 *Communem hunc ergo populum*] Utrum ad solum Carthaginensem retulit, quem velit sibi communem esse cum Venere; an utrumque, id est, Tyrios et Trojanos? *Idem.*

Paribusque regamus Auspiciis] Æquali potestate: et ab eo, quod præcedit, id quod sequitur. Et dictum est a comitiis, in quibus iisdem auspiciis creati, licet non simul crearentur, parem tamen habebant honorem, propter eadem auspicia. Unde et consules pares sunt, cum necesse esset, ut unus prior crearetur. *Idem.*

103 *Liceat*] Id est, non necesse sit; sed in voluntate sit Didonis si velit, ut supra, 'Paribus auspiciis,' non imperio. Potest enim imperium par non esse, cum auspicium par sit. Alii invidiose dictum volunt, 'liceat Phrygio marito,' id est, qui victus est, non dixit *nubere*, sed *servire.* Quidam *servire* dubitant utrum Didonem, an Tyrios dixerit. Sane hic coëmptionis speciem tangit. *Coëmptio* enim est, ubi libra atque æs adhibetur, et mulier atque vir in se quasi emptionem faciunt: quod ante jam in primo Georgicorum, 'Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.' Quoniam coëmptione facta mulier in potestatem viri cedit, atque ita sustinet conditionem liberalis servitutis: ait enim, 'Liceat Phrygio servire marito,' et in Ge. I. 'Tibi serviat ultima Thule:' quoque omnis iste mos coëmptionis, et citra nominis nuncupationem, dotis datæ taxatione expediretur, quæ res *in manum conventio* dicitur: subjunxit, 'Dotalesque tuæ Tyrios permittere dextræ.' Quid est enim aliud *permittere dextræ*, quam in manum convenire? quæ conventio eo ritu perficitur, ut aqua et igni adhibitis, duobus maximis elementis, natura conjuncta habeatur: quæ res ad farreatas nuptias pertinet, quibus Flaminem et Flaminicam Jure Pontificio in matrimonium necesse est convenire. Sciendum tamen in hac conventione Æneæ atque Didonis, ubique Virgilium in persona Æneæ Flaminem, in Didonis Flaminicam, præsentare. *Idem.*

Phrygio servire marito] Eloquenter, emphaticôs: ac si diceret *exuli.* Nonnulli autem per fallaciam Junonis dictum accipiunt. *Idem.*

104 *Dotalis Tyrios*] Regiam spectavit personam. *Idem.*

Tuæ] Quasi indigæ. *Donatus.*

Tyrios] Invidiose *Tyrii*, quasi potentissimi. *Idem.*

Permittere dextræ] Quasi per manus conjunctionem secundum jus locutus est. *Servius.*

105 *Olli*] Aut illi, aut tunc. Cætera per parenthesim dicta sunt. Ordo enim est: *Olli sic contra est ingressa Venus.* Idem.

Simulata mente] Hoc est, talibus aggreditur. *Idem.*

106 *Quo*] Pro, *ut.* Pronomen pro conjunctione causali. *Idem.*

Quo regnum] Sensit non potuisse fieri, ut tam graves, tamque diuturnas inimicitias, sic subito deponeret. Noverat enim quid Æneæ deberetur, quo magis nitebatur id avertere. *Donatus.*

Libycas averteret oras] Absolutior hæc quidem est elocutio: sed verior et magis figurata illa, *Libycas averteret oras.* Nam plerumque trahitur schema, ut, aliquo ituri, non ad lo-

cum, sed de loco ponamus significationem: ut si dicas, *De Campania abeo in Tusciam*; *abeo* honestius est, quam si dixeris *eo*. Nec hoc tantum hoc loco facit, sed pluribus. Hinc est enim, 'ripamve injussus abibis?' *Servius.*

Averteret] In Romano quidem codice, *averteret* legitur: quod Servio mirifice placet. Sed enim in Oblongo, in Longobardico, in Porcio, et plerisque aliis codicibus antiquis, *adverteret* habetur. Quam elocutionem absolutam esse, negarit nemo: Quippe *verteret regnum Italiæ ad oras Libycas.* Si cui vero figurata illa magis placeat, non laboro. *Pierius.*

107 *Sic contra*] Melius visum est dolos dolis excludere, veluti approbatis per dissimulationem præsentibus, ne deteriorem viam inquireret atrox inimica, si contrariam se ostenderet Venus. *Donatus.*

Ingressa Venus] Calliditatis est, ut supra, habet enim hæc vox insidiarum significationem. *Servius.*

Quis talia demens] Deest *nisi*, ut sit, *nisi demens.* Idem.

Quis talia demens] Hæc vox quasi consentientis est. *Donatus.*

108 *Aut tecum malit contendere bello*] Non dixit *possit:* quod autem addidit, *si modo, quod memoras*, oblique, dum consentit, docet fieri non posse. *Idem.*

Fortuna sequatur] Aut subanditur *fortuna prospera*, aut hoc ad casum pertinet. *Idem.*

110 *Fatis incerta feror*] Bene omnia tetigit, quibus res humanæ reguntur: casum, fata, voluntatem deorum. Alii sic exponunt: Quia scio fatis aliud videri, ideo de Jovis voluntate nunc dubito. Ergo *fatis*, propter fata. Sane oratorie et blanditur et pugnat, sed non palam, dicendo incertam se esse de voluntate fatorum. *Idem.*

Sed fatis incerta feror] Non fuit incerta: sed ita posuit, ut neque reniti videretur, et tamen non posse fieri subdole demonstraret. *Donatus.*

Si Jupiter] Sciebat non posse fieri, sed noluit ostendere se nolle: sed ad Jovem eam demisit, ut ab eo sciret, non posse fieri. Nam virorum secreta facile intelligunt uxores. *Id.*

112 *Probet*] In aliquot antiquis codicibus, *jubet* legitur: quod non ita placet: quia structuræ ordo, *jubeat*, exposceret, ea specie, qua velit positum. *Pierius.*

Aut fœdera jungi] Si *fœdera*, per se plenum est: si *fœdere*, ad populos pertinet. *Servius.*

113 *Tu conjux*] Dicendo *conjux*, ostendit eam non posse ignorare, impossibile esse, quod petit. *Idem.*

Tibi fas animum tentâre precando] Sic Æolus, 'Tuus, o regina, quid optes Explorare labor.' *Idem.*

Animum tentare precando] Sic Horat. od. III. 23. 'tentare multa cæde bidentium Deos.' et noster hocce lib. vs. 413. 'Iterum tentare precando,' id est, experiri quid posset impetrare precibus. *Emmeness.*

114 *Perge: sequar*] Per te incipiet. Bene aliud agens, aliud ostendit. Ante enim est Junonis officium ex matrimonio: sic usus Veneris. Unde paulo post, 'Adero, et tua si mihi certa voluntas.' *Servius.*

Tum] Quidam ordinis esse volunt, *tunc* temporis. *Idem.*

Excepit] Subsecuta est: et potest *excepit*, pro insidiose respondit, accipi; ut, 'Æmulus exceptum Triton,' et, 'Excipit incautum.' *Idem.*

Excepit] Verbum insidiarum, monente Servio. Cicero ad Atticum l. IV. 'Admoniti sumus, ut caveremus, ne exciperemur a Cæsare.' Inde in III. 'excipit incautum.' et Ecl. III. 'excipere insidiis.' et Propertius eleg. II. 19. 'Hæc igitur mihi sit, lepores, audacia, molles Excipere, et stricto figere avem calamo.' Inde Seneca epist. 48. captiunculas, et sophismata Philosophorum vocat *exceptiones*, cum ait: 'Quantum potes ergo, mi Lucili, reduc te ab istis exceptionibus,

et præscriptionibus Philosophorum.' Dici etiam potest simpliciter dictum ad Græcorum imitationem, qui sæpissime ὑπολαβὼν, dicunt, cum quis alteri respondet. Theocrit. Εἶτα δ' ἀμοιβαίην ὑπελάμβανε Δάφνις ἀοιδάν: *Sic deinde Daphnis excepit cantum responsivum.* Quo loci nullæ insidiæ. Sic Val. Arg. VIII. 'At ille Excepit, blandoque prior sic ore locutus.' *Cerda.*

Excepit] Sic Ovid. Metam. IV. 789. 'excipit unus E numero procerum.' Petron. 'qui Agamemnonis suasoriam exceperat.' *Emmeness.*

115 *Iste labor*] Scilicet explorationis a Jove. Quod dixerat 'si Juppiter unam.' *Servius.*

Quod instat] Quod fieri volo. *Idem.*

116 *Confieri*] *Con* abundat: ut, 'Fata renarrabat divum cursusque docebat.' Quamvis veteres indifferenter *confieri* dicebant. *Idem.*

Confieri] In Oblongo perveteri codice, et in Mediceo, *quo fieri* legitur: adscriptumque superne est in illo, *quo* abundat, in hoc *quo modo.* Et ita in plerisque aliis codicibus: ut sit, *quo*, scilicet *modo fieri possit.* Apud Servium *con*, abundat, qui *confieri* agnoscat. Alii quidam codices manu scripti, *quod fieri* legunt. Idque in nonnullis per *t* notatum est, cujusdam ætatis consuetudine loco *d* sæpe *t*, uti paulo ante dictum, supponentis. In nonnullis abrasa est tota dictio, præsertim ubi per compendiariam notam *quod*, scriptum fuerat. Sed enim in Romano codice, *confieri* legitur: et ita scriptum erat in Longobardico: unde abrasum est *con*, et *quo* suppositum. *Confieri* tamen et Latinum est pro *confici*, et in primis Cæsari familiare vocabulum VII. de bello Gallico Commentario, ubi de Labieno loquitur: 'Postquam id difficilius confieri animadvertit.' *Pier.*

Confieri] Recte ita legere videtur Servius. Lucret. 'geri debent nimirum et confieri res.' Non videtur autem cum particula πλεονάζειν, ut Servio videtur: Juno siquidem communicato consilio συνεργὸν sibi Venerem adjungit. Sic et rursus Lucret. V. 'Ne forte ex homine et veterino semine equorum Confieri credas Centauros posse, neque esse.' Græci συμπράττεσθαι, unde συμπράκτωρ. *Germanus.*

Confieri] Id est, confici. Scal. IV. 16. Terent. Adelph. V. 8. 'Confit quod volo,' id est, perficitur: unde 'confectum negotium,' quod ad plenum perficitur. Cic. ad Att. l. IX. 'ut per te res tota confieret.' Cæsar: 'Posteaquam id difficilius confieri animadvertit.' Castissima est vox, de re gravi et magni momenti. Utitur crebro etiam Lucretius. Vide Erythræi Indic. Alii particula *con*, Græcum συμποιεῖν, συμπράττεσθαι, unde συμπράκτωρ, hic exprimi putant: quasi Juno Venerem συνεργὸν adsciverit. *Taubmann.*

Paucis adverte] Id est, animum adverte, parte pro toto usus est. Et, aut adverte paucis, aut paucis docebo. *Servius.*

117 *Miserrima Dido*] Aut ex persona miserantis dictum, dolet enim insidiis circunventam, aut *miserrima* quæ perdiderit castitatem. *Idem.*

118 *Nemus*] Pro silvis et montibus. *Idem.*

Ubi] Hoc loco, pro *cum.* Idem.

119 *Titan*] Sol, unus enim de Titanibus, Hyperionis filius, contra Jovem non fecit. *Idem.*

Retexerit orbem] Quem nox tegebat. Ergo inluminaverit: huic contrarium, 'Quotiens humentibus umbris Nox operit terras.' *Idem.*

120 *Nigrantem*] Nigrum: participium pro nomine, sine verbo. Et quæritur quis prius *nigrantem* dixerit. *Idem.*

His ego nigrantem] Lucret. 'Aut ea quæ nigrant nigro de semine nata.' lib. II. *Germanus.*

Trepidant] Hoc loco, *sensim* accipiunt; non ut alibi festinant: ut 'Hic me dum trepidi:' quia saltus

non cursu, sed sensim cinguntur. Quidam *trepidant* ab equis, qui hodieque *trepidare* dicuntur, appellari putant. Cato, ‘Sedere non potest in equo trepidante.’ *Servius.*

121 *Alæ*] Equites: ob hoc *alæ* dicti, quia tegunt pedites, alarum vice. *Idem.*

Indagine] Ferarum inquisitione. Et quidam cum vestigatoribus alatorum mentionem inductam accipiunt. Nam *indaginem* vestigatorem ipsum tradunt. Alias vero *alatores*, qui dextra et sinistra plagarum sublata voce prohibent feras exire. *Idem.*

Indagine cingunt] Servius ‘ferarum inquisitione’ interpretatur. Aliis *indago* accipitur series plagarum, quibus saltus, stabula, et latibula ferarum a venatoribus cinguntur: qui et στοῖχοι dicuntur, et ἄρκυες, ἄρκυα, unde et ἀρκυοστασία, et ἀρκυοστάσιον. *Germanus.*

Saltusque indagine cingunt] Id est, ferarum inquisitione, ut vult Servius. Budæo, *indago* est plagarum series in varos sive perticas arrectarum, h. e. περιστοιχισμός. Alii dicunt, *indagines* esse canes, ab indagandis ferarum lustris sic dictos: quod vs. 132. ‘Odora canum vis,’ appelletur. *Taubm.*

Saltusque indagine cingunt] Vlitius ad auctores Rei venat. p. 422. ineptias Grammaticorum explodit, qui *indagine* hic de canibus dici volunt, cum nihil aliud sit hoc loco, quam retium cassiumque series. Ibidem quid *alæ*, nempe extremitates retium. Sed eum consule. De verbo *trepidare* Salmas. ad Hist. Aug. tom. II. p. 10. pro *tripidare* a τριποδίζειν. *Emmeness.*

122 *Desuper infundam*] Quia aër est Juno. Bene ergo hic se facturam dicit, quod habet in potestate. *Serv.*

Omne ciebo] Pro *totum*. *Omne* enim, numeri est: *totum*, quantitatis. *Idem.*

123 *Nocte opaca*] Nubium caligine. *Idem.*

125 *Tua si mihi certa voluntas*] Id est, si etiam tuum subsequatur officium. Quia Juno conjugium, Venus causa conjunctionis sit. Igitur Juno nil se posse adnuntiat, nisi voluntas Veneris adfuerit. *Certa* autem firma, quia promiserat. *Idem.*

126 *Connubio*] Hoc Veneri contrarium est, et hic est dolus, quem intellectura est et risura. *Nu* naturaliter longa est, ab eo quod est *nubere*: ut, ‘Connubia nostra Reppulit:’ sed modo metri causa corripuit. *Idem.*

127 *Hic Hymenæus erit*] Id est, hæ erunt nuptiæ. Sane de Hymenæo licet superius dictum sit, tamen sunt etiam aliæ opiniones: nam alii hunc Veneris et Liberi filium dicunt primum nuptiis prospere usum, ob quod in nuptiis vocatur: unde nuptiale carmen *Hymenæus*. Alii nuptiarum inventorem tradunt, et ideo carminibus decorari, quod exemplum ab eo proditum ubique servatur. Cornelius Balbus *Hymenæum* ait Magnetis filium, musicæ artis peritum, pulchritudine muliebri, dum nuptias Liberi patris et Alteæ religiosis cantibus celebrat, expirasse, propter quod ei talis honor nuptiis attributus est, ut celebratio nominis ejus nuptiarum jungendarum perpetuum nomen esset. *Idem.*

Hic Hymenæus erit] Eustath. lib. XVIII. *Hymenæum* dicit ait, ἀπὸ τοῦ ναίειν ὁμοῦ τὸν νυμφίον καὶ τὴν νύμφην: quod una habitent. *Taubmann.*

Non adversata] Legitur et *aversata*. Servius.

Adversata] In Romano codice legere est, *aversata petenti adnuit*: ut, ‘Diva solo fixos oculos aversa tenebat?’ Sed enim id pertinet ad supplicia, quæ obandiantur. Loco vero hoc magis placet *adversata*. Quia de consensu, deque in eandem sententiam eundo, sermo est. *Pierius.*

128 *Risit*] Proprium Veneri: quæ ob id φιλομειδὴς Homero. *Taubmann.*

Repertis] Vel compertis vel depre-

bensis. Cur autem *dolis repertis risit*, qui altius intelligunt sic tradunt: hoc est, quos jampridem compererat, cum Ilium oppugnaretur. *Servius*.

129 *Relinquit*] In aliquot antiquis codicibus, *relinquit* legitur, præsenti tempore, in aliis *reliquit*. Nam simul oriente Sole, 'It portis jubare exorto delecta juventus.' Non est vero hic, etsi κατὰ πάρεργον, prætereundum, quod Varro *ortum jubaris* significare ait, 'esse circiter extremam noctem.' Itaque ait Pacuvius, '*Exorto jubare*, noctis decurso itinere.' Ajunt vero *Jubar* stellam esse, quam Græci *Phosphoron*, nonnunquam *Hesperon* appellant, cujus splendor in morem leoninæ jubæ diffundatur. Neque id dissimulandum, quod C. Cæsar, Flavio Sosipatro teste, præcipit: 'Neutra nomina *ar* nominativo clausa, per *i* dativum ablativumque singulares ostendere. *Jubar* tamen et *Far*, ab hac regula dissidere.' Nam ut *huic Jubari* dicimus, *ab hoc Jubare* dicendum est. *Pierius*.

130 *Jubare exorto*] Nato Lucifero. Nam proprie *Jubar* Lucifer dicitur, quod *jubas lucis* effundit. Unde etiam quicquid splendet, *jubar* dicitur, ut argenti, gemmarum. Est autem Lucifer interdum Jovis. Nam et antiqui *Jubar*, quasi *Juvar* dicebant. Plerunque Veneris stella. Unde Veneris dicta est: ut, 'Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes.' Alii *Jubar* Solem, alii splendorem siderum dicunt. Sane modo Hysteroproteron est in sensu: *Jubar* enim præcedit Auroram: et facit *hoc jubar, hujus jubaris*. Servius.

131 *Retia rara, plagæ*] Multi dividunt, ut sic *retia rara*, majora: *plagas* vero, minora intelligant. Alii *plagas* per definitionem accipiunt: ut intelligant quæ sunt retia rara, plagæ. Sane sciendum proprie *plagas* dici funes illos, quibus retia tenduntur circa imam et summam partem. Ergo, *retia rara, plagæ, lato venabula ferro*, subauditur *portantur*; aut Zeugma est, *ruunt*. Idem.

Lato venabula ferro] Lati ferri; *venabula* autem ob hoc dicta, quia apta venatui, quasi *excipiabula*. Idem.

132 *Massyli*] Massyliorum gens est haud longe a Mauritania: et *Massyli* legendum per unum *l* literam, ne non stet versus. *Sy* enim longa est: ut, 'Hic mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos.' *Idem*.

Massylique] In antiquis aliquot exemplaribus, *Massilici* legitur, omnino corrupte. Nomen id una plus syllaba scribitur apud Græcos: Μασσαισύλια, χώρα Λιβύης προσέχης τῶν Μαυρουσίων. Latini vero scriptores *Massyliam* et *Massylum* agnoscunt. *Pier*.

Massylique] Secunda producta, ut apud Stat. Thebaid. l. II. 'Massylas depastus oves:' quorum mos est *equitare, jaculari*, ut Salust. bell. Jug. unde Lucanus IV. 684. 'Et gens, quæ nudo residens Massylia dorso, Ora levi flectit, frenorum nescia, virga.' Sic supra vs. 4. 'infrenos Numidas' appellat. *Emmeness*.

Et odora canum vis] Plus enim est quam si diceret, *multitudo*. Ut Salustius, 'Qua tempestate ex ponto vis piscium erupit.' Ergo *vim* aut ad multitudinem, aut ad naturam retulit. *Odora* autem, non olens, sed odorem inveniens, ergo improprie dixit. Nam *odorum* est, quod ex se odorem emittit, non quod odorem sequitur: ut Statius, 'Et odoro vulnere pinus.' Sic est, 'Inter odoratum lauri nemus,' pro *odorum: odoratum* est quod aliunde odorem accipit, ut odoratum templum. Tria ergo sunt: *odorum*, quod per se olet: *odoratum*, quod aliunde odorem accipit: *odorisequum*, quod odorem sequitur, sicut modo de canibus debuit hic dicere. *Servius*.

Odora canum vis] Dictum *canum vis*, pro, canes. In voce *odora* signat miram sagacitatem, qua præditi sunt canes ad investigandum. Duo dixi: primum *canum vim* dici pro canibus:

est hæc Græcorum imitatio. Pindar. Olymp. Od. x. βίη Ἡρακλέος ἐκτίσσατο, *Herculea vis constituit*: id est, Hercules. Sic βίη Πριάμοιο, pro Priamo. Inde Latini hauserunt. Lucret. l. iv. 'promissa canum vis.' Adi Turn. xxviii. 30. Alterum de canum sagacitate, quæ exprimitur voce *odora*: de qua re sparsa frequens mentio. Nullum sane est animal, quod possit in hac re cum cane conferri. Andronicus: 'Dirige odorisequos ad certa cubilia canes.' Quo loci Delrius reponit *cæca*: nam si *certa*, cur dirigantur? Seneca in Hipp. canes vocat 'nare sagaci.' Opp. Halieut. l. iv. canem εὔρινον *sagacem*, sic egregie describit: ἐν ὄρεσσι θηρὸς ἐπιχνεύει σκολιὴν βάσιν ἐξερεείνων Ῥινὸς ὑπ' ἀγγελίῃ νημερτεῖ; καί τέ μιν ἄκα Μάρψε. Cicero de Natur. ii. 'canum incredibilis ad investigandum sagacitas narium.' Sed præclare admodum Seneca in Thyest. 'Sic cum feras vestigat,' &c. *Cerda.*

Odora canum vis] Poëtam valido monosyllabo procedentem ac mobilem versum sustentasse de industria, docet Scal. iv. 48. Vide et Not. ad illud Æn. ii. 'aversa deæ mens:' eundemque Scal. v. 9. Sed et Erythræus contra doctissimum Servium docet, versum monosyllabo finiri, nec vitiosum, nec rarum, cum ejusmodi versus trecentis plures exstent in hoc Poëta. Hoc autem sumpsit a Lucretio, qui lib. iv. 'promissa canum vis.' et lib. vi. 'fida canum vis,' id est, canes. Ita ab eodem dicitur 'vis equi,' id est, equus: 'vis animi,' id est, animus. Item 'plumbi potestas,' pro plumbo: quod observat Turneb. vi. 6. Porro notat Servius, *Odora*, improprie hic dici, cum debuerit *odorisequa*. Odorum enim esse, quod ex se odorem emittit; non, quod odorem sequitur. ut Statius, 'et odoro vulnere pinus.' *Vis* autem *canum*, est ingens multitudo: ut Sallust. 'Vis piscium erupit.' *Taubm.*

133 *Cunctantem*] Morantem: atqui amatrix ad eum, quem amabat, debuit festinare: sed pathos naturale superat: ut mulierem et reginam ostendat, ut Terentius, 'Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.' Deinde hæc morabatur jam studio placendi. Hic enim inducitur veste, armis, auro, vel purpura comptior, cum supra naturalis pulchritudinis gloria contenta sit, ut, 'Regina ad templum forma pulcherrima Dido.' *Servius.*

Cunctantem] Hunc locum Maronis in examen vocat Vlitius ad Gratium p. 184. *Emmeness.*

Ad limina] Ante, vel apud. *Serv.*

Primi] Principes: ut, 'una omnes juvenum primi.' Et bene reginæ officio *primi* adsunt, quia de plebe dixerat: 'It portis jubare exorto delecta juventus:' et, 'Massylique ruunt equites.' *Idem.*

135 *Stat sonipes*] Adest, præsens est. Nam si *stat* simpliciter acceperis, vituperatio est. Quia legimus, 'Stare loco nescit.' Denique sequentia dictum hoc explanant: ut, 'Ac frena ferox spumantia mandit.' *Id.*

Stat sonipes] Ad Virgilii imitationem Sedulius: 'equi, phaleris qui pictus, et ostro Ore cruentatum mandenti concutit aurum.' Melius magistro suo Sedulius institit, quam Silius, qui ita lib. v. de equo Flaminii Cos. 'Stat sonipes, vexatque ferox humentia fræna, Caucasiam instratus virgato corpore tigrim.' *Cerda.*

Spumantia] Spumas moventia; ut 'naufragum mare,' quod naufragos facit. *Servius.*

Fræna ferox spumantia mandit] Hæc Græce Callimach. in Hymno Pall. vs. 12. χαλινοφάγων ἄφρον ἀπὸ στομάτων. Ad quem locum consule Vulcanium. *Ferox* Nonio est *sævus, indomabilis.* Cerda.

136 *Tandem*] Hoc ad illud redditum, 'Reginam thalamo cunctantem.' *Servius.*

137 *Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo*] Veteri ceremoniarum jure præceptum est: ut, 'Flamen venenato operta sit.' *Operta* autem cum dicitur Pallium significatur, *Venenatum* autem infectum, quod ipse ait in Bucolicis: 'Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.' Hic vero cum dicit *Sidoniam*, ostendit Tyriam et purpuream quæ erat infecta: *chlamydem* autem pallium esse quis dubibitet? Præterea Flaminicam habere præcipitur arculum, ricam, venenatum, fibulam: de venenato dictum est. *Arculum* vero est virga, ex malo Punico incurvata, quæ fit quasi corona; et ima summaque inter se alligatur vinculo laneo albo, quam in sacrificiis certis regina in capite habebat: Flaminica autem Dialis omni sacrificatione uti debebat. Virgilius ergo propter nominum et intellectus difficultatem aliter omnia comprehendit: nam pro pallio *chlamydem*, pro venenato, id est, infecto, *Sidoniam*. Arculum vero et fibulam ex auro factam commemorat, dicendo, 'Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum:' quod in arculum potest referri: nam de fibula manifestum est, cum ait: 'Aurea purpuream subnectit fibula vestem.' *Subnectit* autem quid aliud est, quam sursum nectit, ac per hoc succinctum facit? *Vestem* vero possumus *ricam* accipere, quia *rica* genus est vestis. Sciendum sane, sicut supra dictum, ubique Didonem Flaminicam ostendi. *Idem*

Chlamydem] *Chlamys* non tantum pallium militare, aut viatorium, sed etiam venatorium est. P. Victorius II. 21. observat ex Polluce, chlamydis usum in venatione hunc etiam esse, ut sinistræ manui implicata vim insilientis feræ sustineat: aut si ipse ultro feram invadit, pro clypeo fit. Pacuvius: 'Chlamyde contorta clypeat brachium.' Cæterum, dum hic *Sidoniam* dixit, ab arte commendavit. Hom. Il. Z. ἔργα γυναικῶν Σιδονίων. *T.*

Limbo] *Limbus* est, ut supra dictum est, fascia quæ ambit extremitatem vestium, secundum antiquum ritum: ut, 'Victori chlamydem auratam quam plurima circum Purpura.' *Serv.*

Limbo] *Limbus* regibus deputatur et diis: qui eorum caput candido orbe circundat. *Donatus.*

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo] Pro eo Stat. Achill. l. II. 'Et picturato cohibet vestigia limbo.' et Thebaid. l. VI. 'et picto distinguit pectora limbo:' De *limbo* vide Bayfium de re vest. c. 16. Inde *limbolarii*, qui vestes prætexerent limbo, ut Non. Marc. et Ferrar. de re vest. III. 21. qui l. III. part. 2. c. 8. et seqq. Chlamydem, Sagum, Paludamentum idem vestimentum esse asserit, et cum eo Salmas. ad Hist. Aug. tom. II. p. 328. tunicæ quod superinduebatur, fibulaque nectebatur, nam per se erat indumentum apertum. Videndus Suidas in χλαμὺς, cujus diminutivo utitur Longus in pastor. χλαμύδιον. *Emmeness.*

138 *Cui pharetra ex auro*] Deest *erat*, et amat Poëta iterare voces, vel pretiosas, vel necessarias, vel optabiles. Pretiosas, ut Æn. I. 'Ærea cui gradibus surgebant limina.' Æn. VII. 'Aurea pectoribus demissa monilia pendent.' Necessarias item Æn. VII. 'Ab Jove principium generis, Jove Dardana pubes.' Optabiles ita, 'Humilemque videmus Italiam.' *Serv.*

Cui pharetra] Totum quod habuit, aut aurum fuit, aut purpura, ut placeret. *Donatus.*

Cui pharetra ex auro] Circumscriptio est adjectivi, pro, *aurea pharetra.* Ita Æn. XI. 'equites in armis,' pro, armatis equitibus. Alii leg. *ex humero*, sed altera lectio castior videtur etiam Fabricio. Vide et P. Victorium, XXXIII. 12. ubi docet, Poëtam rem ornamenti plenam significasse, tergemina repetitione vocis *auri*: quemadmodum et Æn. XI. 774. item Æn. VII. 278. Tale illud Ovidii:

'Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curvatura rotæ.' *Taubmann.*

Cui pharetra ex auro] In Romano illo codice dubio procul antiquissimo, legere est, *cui pharetra ex auro:* quod ideo placet magis quam *ex humero*, quia Dido tunc pulcherrima esse studuit, ut Æneæ placeret; ideoque ornatissima, et quam maxime divite habitu instructa processit. Congruitque mirifice cultui muliebri lascivia hæc prorsus aurea: 'Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum, Aurea purpuream subnectit fibula vestem.' Et tamen sunt, qui lasciviam hanc Virgilianæ majestati non convenire clamitent, contradicendi potius studio, quam quod sciant, quid sit in carmine majestas, aut quid in scribendo lascivia. Quorum stuporine dicam, an imperitiæ responsum faciam Virgilianam hanc esse phrasim, Virgilianum ornatum, Virgilianum elocutionis modum, cujusmodi figura utitur in octavo, 'Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla Auro innectuntur.' Neque illud huic dissimile, quod ait in XI. 'Aureus ex humeris sonat arcus, et aurea Vati Cassida, tum croceam chlamydemque sinusque crepantis Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro.' Sed quid illud in septimo, 'Aurea pectoribus demissa monilia pendent, Tecti auro, fulvum mandunt sub dentibus aurum.' Ubi easdem etiam voces *aurea, auro, aurum* aspicimus, quas hoc loco identidem posuerat. Isti vero, quia apud Ovidium repererint, 'Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curvatura rotæ,' Ovidianam esse figuram contendunt, non autem Maronianam. Atqui si Ovidium sequeremur, non *ex auro*, sed *ex humero* in hanc sententiam legendum esset. Nam ubi is de Atalantæ cultu loquitur, ita scribit: 'Crinis erat simplex, nodum collectus in unum, Ex humero pendens resonabat eburnea lævo Telorum custos.' Sed valeant cum suo tam acri judicio, tamque emunctis naribus pulchelli isti Critici. Nos lectionem hanc, *cui pharetra ex auro*, antiquorum pene omnium codicum testimonio corroboramus. Ita enim in Longobardico, ita in Porcio legitur. In alio vero perveteri ejusdem Vaticanæ bibliothecæ, dictio tota *auro* improbe ac imperite admodum abrasa est: non ita tamen, ut singularum literarum vestigia non extent, et manifeste *auro* prius scriptum fuisse discernatur. Est etiam vetus codex in civitate Belluno, patria mea, in quo pleraque cum his veteribus Vaticanæ bibliothecæ exemplaribus convenientia deprehendi, et hoc præcipue *cui pharetra ex auro.* Ita etiam in aliquot aliis codicibus, qui apud me sunt. Sed ne tam multa congeram, litem secundum nos dat Ti. Donatus, dum ita subscribit: '*cui pha.* Totum quod habuit, aut aurum fuit, aut purpura, ut placeret.' Denique Probus in Pollione versum hunc citat: ubi de iteratione loquitur, eo versu, 'Pan etiam Arcadia.' Dicitque iterationem fieri etiam casuum permutatione. Et inter exempla hoc etiam apponit, 'quoi pharetra ex auro crines nodantur in aurum.' Hæc ut forte plus nimio coacervarem, id in caussa fuit, quod nonnulli sunt ita pravo ingenio præditi, ut meliores se doceri literas ægre ferant: proindeque alios ab eorum cognitione, quæ ipsi hactenus ignorarunt, avertere conentur. *Pierius.*

Crines nodantur in aurum] Veluti retiolum dicit, quod colligit comas, quæ Græce κρωβύλη dicitur. *Servius.*

Crines nodantur] In nodum colliguntur velut reticulo quodam. Vide Turn. IV. 19. Manilius l. v. 'tortos in fluctum ponere crines,' (id est, diffundere, et quasi undantes facere) 'Aut vinclis revocare comas, et vertice denso Fingere.' κρωβύλον et σκορπίον parvo discrimine inter se discre-

pantes ejusmodi *crinium suggestus* vocabant Attici: quod canones Clementis vocant ποιεῖν εἰς ἕν, ut notat ibid. Scaliger F. Cæterum, cum Dido ubique ut Flaminica ostendatur; hanc autem habere oporteat *arculum*, *ricam*, *venenatum*, *fibulam*: vide mihi Servium Dan. quomodo hæc omnia eo applicet. *Taubmann.*

Crines nodantur in aurum] Ad hunc locum consule Salmas. Plin. exercit. p. 764. *Emmeness.*

139 *Subnectit fibula vestem*] Ex more venantium fœminarum, quibus vestis substricta, ne impediantur. De fibula, deque hac veterum elegantia alibi. Nunc tantum audi Philostratum Juniorem, qui in Iconibus dat fibulam Atalantæ venatrici: τῆς ἐσθῆτος εἰς περόνας συνεχομένης: *veste ad fibulas contracta:* et dat rationem, διὰ τὸ ἔνεργον εἶναι, *ut sit prompta ad agendum.* Ait Pollux VII. 13. vestes connecti solitas fibulis signate circa humeros: περόναις κατὰ τοὺς ὤμους διῄρητο. Fibulam Nonnus intellexit l. I. νεβρίδα σφίγξατέ μοι στέρνοισι: *cervinam mihi astringite pectori.* Cerda.

140 *Phrygii comites*] In antiquis aliquot exemplaribus, *Tyrii comites* legitur. Quippe qui Reginam Tyro comitati fuerant, et paulo infra *Tyrios comites* appellabit. Magis tamen placet *Phrygii.* Quia Dido magna stipante caterva progressa erat: neque oportuit Æneam incomitatum advenire; aliter quænam agmina jungeret? *Pierius.*

Lætus Iulus] Ita Agellius, 'adolescens lætæ indolis.' *Taubmann.*

141 *Ipse ante alios*] Quia amabatur, et ideo ei dat pulchritudinem: licet Ascanio magis congruat. *Servius.*

Pulcherrimus] Ex animo Didonis, hoc enim ei videbatur: alibi epitheta Æneæ dat; cum religiosum ostendit, dicit *pium*; cum fortem, *magnanimum.* Idem.

142 *Agmina*] Comitatum suum. *Taubmann.*

143 *Qualis*] Ut Æneæ pulchritudo præferri cæteris posset, deficientibus humanis ad divinam comparationem accessit: et quia Didonem Dianæ comparaverat, hunc comparat Apollini. *Donatus.*

Ubi] Hoc est *cum.* Servius.

Hybernam Lyciam] Non asperam, sed aptam hiemare cupientibus. Sic enim se habet natura regionis: sed bene aliud agens, aliud ostendit. Nam constat Apollinem sex mensibus hiemis apud Pataram Lyciæ civitatem dare responsa (unde *Patareus Apollo* dicitur) et sex mensibus æstivis apud Delum. Ergo *hibernam*, utrum quod ibi hiemare soleat, an frigidam, an hieme temperatam, an quam hiberno tempore deserere soleat? *Idem.*

Hybernam Lyciam] Patara civitas Lyciæ, ut et Xanthus ejus regionis flumen, teste Mela I. 13. bene *hibernam*, ad quam alludit Stat. Thebaid. 'Phœbe parens, seu te Lyciæ Pataræa nivosis Exercent dumeta jugis.' Ad firmandam Servii sententiam facit illud Horatianum od. III. 4. 'Qui Lyciæ tenet Dumeta natalemque silvam Delius et Patareus Apollo.' *Emmeness.*

Qualis ubi hybernam] Non δυσχείμερον, sed εὐχείμερον, ut vocat Aristot. Polit. VII. id est, *aptum hiemantibus:* ita enim regionis est ingenium. Sed bene aliud agens, aliud ostendit. Nam opinio erat, Apollinem mutare sedem: et sex quidem menses hiemales apud *Pataram* Lyciæ civitatem dare responsa: et sex æstivos, apud *Delum:* ut notat Servius, et Turneb. XXIV. 26. Hanc autem comparationem idem Turn. III. 2. et Scal. IX. 6. e lib. I. Argonauticon Apollon. expressam, auctam, superatam, docent. Quintil. VIII. 3. affirmat, Poëtam hic aperta occultis demonstrasse. At vatem hoc decuisse tantum, non item Oratorem. *Taubmann.*

Xanthique fluenta] *Que*, pro *vel* posuit. Hoc enim dicit: vel cum Xan-

thum, vel cum Lyciam relinquit: ut est, 'Suspectaque dona Præcipitare jubet, subjectisque urere flammis.' *Servius.*

144 *Deserit*] Relinquit: ut, 'Desertosque videre locos litusque relictum.' *Idem.*

Delum maternam] Quæ Latonam fugientem, dracone Pythone insequente, suscepit. Et hoc ideo, quia, sicut dictum est, sex mensibus æstivis apud Delum responsa dat. *Idem.*

Delum maternam] Quia *Delon*, in qua natus Apollo, mater *Latona* occupavit. Turn. XIX. 29. *Taubmann.*

Invisit] Repetit, per quod ostendit relicta Delo ad Lyciam transire. *Servius.*

Apollo] Apollini Æneam vel propter sagittas, quibus in venatu utebatur, comparat: vel certe propter futurum infœlix matrimonium, ut enim supra diximus, nuptiis est hoc numen infensum. Vel Apollini Æneam, ut in primo Didonem Dianæ, quomodo germanorum nuptiæ esse non possunt. *Idem.*

145 *Choros*] Sacra. *Idem.*

Altaria circum, &c.] Saltantes in altaris ambitu, ubi jam igni admota forent sacra, concinebant *hyporchemata:* quæ quidem dicta, quod inter saltandum fere generosum quiddam servarent ac virile. Observabant autem, ut ab sinistris dextrorsum pergerent prius, Zodiaci quadam imagine, cujus motus cælo diversus appareat, ab occasu ad exortum: inde a dextris lævorsum, pro ratione cælestis vertiginis. Plura vide apud Cælium Rhodig. V. 3. quibus huic loco facem præluxit. *Taubmann.*

146 *Cretes*] Ab eo quod est Cres. *Servius.*

Dryopesque] Populi sunt juxta Parnassum: ut, 'Dryopumque trahens Erasinus aristas.' Erasinus vero fluvius est. Hi populi ab Hercule victi Apollini donati esse dicuntur. *Id.*

Dryopes] Hos Parnassum incoluisse in Pausania reperi l. V. per initia. Itaque inde credibile est illos occupatos Phœbi religione. Turnebus scribit idem se reperisse in Græcorum Grammaticis. Vide illum l. XXIV. 26. *Cerda.*

Pictique Agathyrsi] Populi sunt Scythiæ, colentes Apollinem Hyperboreum, cujus logia, id est, responsa, feruntur. *Picti* autem non stigmata habentes, sicut gens in Britannia, sed pulchri, hoc est, cyanea coma placentes. Hos Melissus ab Homero Achabas appellari ait, qui propter scientiam sagittarum Apollini sunt gregales, sicut Cretes. *Servius.*

Pictique Agathyrsi] Docet ex Marcellino Turnebus, quare *picti* dicantur: cujus hæc sunt l. XXXI. 'Gelonis Agathyrsi collimitant, interstincti colore cæruleo corpora simul et crines: et humiles quidem minutis ac raris; nobiles vero latis, fucatis, et densioribus notis:' unde et Mela: 'Agathyrsi ora artusque pingunt, ut quisque majoribus præstat, ita magis vel minus.' *Germanus.*

Pictique Agathyrsi] Cælius V. 3. Cur autem *picti*, Solinus habet c. 25. *Hart.*

Pictique Agathyrsi] Ut *pictæ volucres, picta vestis*, coloribus variata, sic *Agathyrsi picti*, variis vel aliquibus coloribus fucati. Vide Salm. exerc. Plin. p. 189. Quid de Gelonis pictis dictum sit, habes Ge. II. 115. *Emmeness.*

147 *Cynthi*] Mons est Deli Cynthos. *Servius.*

Ipse jugis Cynthi] Ipse Apollo in Cyntho, Deli monte, elato gradu spatiatur. Æn. I. 'gradiensque deas supereminet omnes.' *Taubmann.*

Fluentem] Unguentatum, odoribus abundantem, aut prolixum et effusum, ut τὸν ἀκερσεκόμην significet. *Servius.*

Mollique fl.] Id est, tenera lauru fluentem unguento comam, aut etiam effusam et promissam (ut τὸν ἀκερσεκόμην significet) coërcens et componens. *Taubmann.*

148 *Fronde premit*] Id est, comprehenso crine efficit ne fluat. *Servius.*

Fingens] Componens. *Idem.*

Premit crinem fingens] Est hoc, quod Propertius dixit eleg. I. 3. 'formare capillos.' Pari verbo Suetonius in Nerone c. 51. 'comam in gradus formatam.' A Virgilio variis in locis habes *crinem innectere, componere, coërcere.* Contrarium ab hoc est, crines errantes, dispersi, vagi, irreligati, indociles, et sine lege. De quibus omnibus obvia sunt Poëtarum testimonia. *Cerda.*

Implicat auro] Non frontem, sed crinem, qui est illi retrorsum in nodum collectus. *Servius.*

149 *Tela sonant*] Ut in nono, 'Pharetramque fuga sensere sonantem.' *Servius.*

Humeris] Aut *in humeris*, aut *ex humeris.* Idem.

Tela sonant humeris] Nota propria Apollinis. Ovid. Rem. II. 'Phœbus adest, sonnere lyræ, sonuere pharetræ: Signa Deum nosco per sua, Phœbus adest.' Arnobius l. I. 'Arquitenentes Diana, et Apollo.' Inde a Græcis τοξοφόρος dictus, quod Ovid. reddit, *Arcitenens.* Pindarus Pyth. Od. IX. hunc Deum vocat εὐρυφαρέτραν. Homerus Il. I. Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο, Αὐτοῦ κινηθέντος: *Sonuerunt autem sagittæ in humeris irati Cum moveretur.* Porro de Phœbi pulchritudine, quam in toto hoc tractu attingit Poëta, lege Tibullum eleg. III. 4. et Propertium eleg. II. 31. *Cerda.*

Haud illo segnior] Id est, non illo deformior. Nam plerunque virtus et pulchritudo per se invicem componuntur. Hinc est, 'Satus Hercule pulchro Pulcher Aventinus.' Nam Herculi satis incongrua est pulchritudo. Sic Plautus in Pyrgopolinices fabula de muliere interrogat, 'Quidnam, fortis est?' Id est, pulchra. *Serv.*

Haud illo segnior] Servii sententiam magnus Scal. probat Poët. IV. 16. et I. 22. de caussis Lat. linguæ, quæ videre operæ pretium est. *Taubmann.*

150 *Egregio*] Præclaro: et sic dicimus quasi extra gregem. *Servius.*

Enitet] Ita Horat. Od. II. 8. 'enitescis Pulchrior multo.' et Od. I. 19. 'urit me Glyceræ nitor.' *Cerda.*

151 *Lustra*] Latibula ferarum vel luporum: unde et lupanaria meretricum, *lustra* dicuntur. *Servius.*

152 *Ecce*] Adverbium demonstrationis est, ut ostenderet velociter factum: et bene hac particula utitur; facit enim nos ita intentos, ut quæ dicuntur putemus videre. Ita enim capreæ suspensæ super saxa currunt, ut putes cadere illas cum exiliunt. *Id.*

Feræ capræ] Hoc est, capreæ. Et bene aptat descriptionem ad species: ut *cervis* campos, *capreis* saxa permittat. *Feræ capræ.* Quas Græci αἰγάγρους vocant. *Idem.*

Feræ capræ] Dubitat Apulejus Met. l. VIII. an epitheton sit conveniens: 'indagaturus feras, si quid tamen in capreis feritatis,' &c. *Emmeness.*

Saxi] Pro *montis;* ut, 'Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.' *Serv.*

153 *Decurrere*] Bene præterito usus est tempore, ad exprimendam nimiam celeritatem. Ostendit enim jam factum. Sane *decurrere* juxta analogiam dixit, non, ut imperiti putant, *decurrerunt.* Idem.

154 *Transmittunt*] Celeriter transeunt: præcipue *transmittere* est de loco ad locum transitio. *Idem.*

Transmittunt] Speciose dictum, pro, *celeriter transeunt.* Lucret. II. 325. 'Et circumvolitant equites, mediosque repente Tramittunt valido quatientes impete campos.' *Taubmann.*

Cervi] An in Africa sint cervi, disputat Voss. de Instit. Poët. I. 3. ubi, qui pro utraque parte stant, auctorum examinat argumenta. Non errasse tamen Maronem probat. Sed Aldrovando eruditius nemo hanc controversiam decidit l. I. *de quadrupedibus bisulcis* p. 783. 784. *Emmeness.*

155 *Pulverulenta*] Num cervorum

pulverulenta agmina, quæ pulverem faciunt, ut, 'Pulverulenta coquat maturis solibus æstas.' *Servius.*

Glomerant] Pro *involvunt*. Alias pro *in unum contrahunt*: ut, 'Quem circum glomerati hostes,' vel glomeratim eunt. *Idem.*

Glomerant agmina] Gregatim se colligunt. *Taubmann.*

157 *Gaudet equo*] Gaudet, quod acrem equum habeat, et velocem. *Servius.*

Gaudet equo, &c.] De dexteritate in tractandis equis, qua nobilis fuit Ascanius, Stat. Silv. l. v. 'stupui, Martemque putavi. Getulo sic pulcher equo, Trojanaque quassans Tela, novercales ibat venator in agros Ascanius, miseramque patri flagrabat Elissam.' Usus procul dubio illo equo, qui illi dono datus a Didone, cujus mentio Æn. v. 571. 'Pulcher Iulus Sidonio invectus equo, quem candida Dido Esse sui dederat monumentum et pignus amoris.' Contra de molli et delicato puero, qui duriores labores fugit, loquitur Horat. od. III. 24. 'Nescit equo rudis Hærere ingenuus puer, Venarique timet.' *Emmeness.*

Jamque hos cursu] Id est, modo: ut, 'Jamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.' Et bene puerilem ostendit animum, qui per mobilitatem frequenter optat timenda. *Servius.*

158 *Pecora inter inertia votis*] Bene per contemptum *pecora*, cum ea sint *pecora*, quæ non silvestri, sed humano usui aluntur. *Inertia* autem pro ignavis et innocuis posuit, et hoc ad capras et cervos retulit, ut in Georgicis, 'Imbelles dant prælia cervi.' Nam *iners* proprie quid sit Lucilius declarat, 'Ut perhibetur iners, ars in quo non erit ulla.' *Idem.*

159 *Optat aprum*] Sic Horat. de art. Poët. vs. 161. 'Imberbis juvenis, tandem custode remoto, Gaudet equis canibusque, et aprici gramine campi.' *Emmeness.*

Monte leonem] Per transitum tangit historiam. Nam Ascanius præter Iulum et Ilum, quæ habuit nomina, etiam Dardanus et Leontodamas dictus est, ad exstinctorum fratrum solatium. Ideo nunc eum dicit optare adventum leonis. Paulo post, 'Dardaniusque nepos Veneris.' Constat etiam Ænean *Dardanum* dictum, ut ostendit Virgilius, 'Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus.' Item, Ilioneus, 'Hinc Dardanus ortus.' Hic repetit: nam latenter illud nomen ostendit. *Servius.*

Fulvum leonem] Πυρσὸν λέοντα, Euripidi. Qui color sit *fulvus* docet Agellius II. 26. Observetur hic autem puerilis affectus, qui viribus majora optat. Porro quæri etiam potest, unde huc Ascanius venerit, cum Æn. I. 696. audiverimus eum in Paphum a Venere abductum, et Cupidinem in locum ejus substitutum. *Taubmann.*

160 *Interea magno misceri*] Fiunt ea, quæ Juno futura prædixerat; movetur cælum, tonitrua concrepant, nimbi funduntur, de sommis montium verticibus amnes præcipitantur plurimi. Deserta venandi voluptate, fugiunt omnes, et diversa occupant tecta. Diversa ideo, quod dispersæ rusticæ domus tantam multitudinem adunatam capere non poterant. Vel quod unusquisque usus in tanta necessitate compendio, non pulchrum suffugium tecti, sed proximum quærebat. *Donatus.*

161 *Commixta grandine nimbus*] Secundum Junonis promissa, 'His ego nigrantem commista grandine nimbum.' Et bene etiam *grando* dicitur: quia poterat nimbus contemni facilius. Murmur autem cœli ad infaustum omen pertinet, quia tonitru diriruntur auspicia. *Servius.*

Commixta grandine] In codicibus aliquot antiquis, *comitata grandine* legitur: quod minime placet. *Pierius.*

163 *Nepos Veneris*] Quidam indecenter dictum volunt, ut Venus avia sit. *Servius.*

164 *De montibus amnes*] Ne vel investigare possint Tyrii reginam. *Id.*

165 *Speluncam Dido dux et Troj. eand.*] Nicolaus Loensis IX. 23. liberat Didonem impudentis meretricis nota, quod casu, non mercede allecta stupri commercium admiserit. Supra vs. 125. *devenient*, nunc præsens convenit. Sil. Ital. l. II. 'Hinc et speluncam furtivaque fœdera amantum Callaïcæ fecere manus: it clamor ad auras, Latratusque canum, subitoque exterrita nimbo,' &c. Speluncæ hujus meminit Ovid. in epist. Didonis: 'Illa dies nocuit, qua nos declive sub antrum Cæruleus subitis impulit imber aquis.' *Emmeness.*

166 *Deveniunt*] Bene supprimit rem pudendam: sic Terentius, 'Quid tum fatne? fateor.' *Servius.*

Prima et Tellus] Satis perite loquitur. Nam secundum Etruscam disciplinam, nihil tam incongruum nubentibus, quam motus terræ vel cœli dicitur. Quidam sane, Tellurem præesse nuptiis tradunt, nam et in auspiciis nuptiarum vocatur, cui etiam virgines, vel cum ire ad domum mariti cœperint, vel jam ibi positæ, diversis nominibus, vel ritu sacrificant. *Idem.*

Prima et Tellus] Terræ primatus debetur originis, ut, quæ e chao prima, ante elementa omnia extiterit. Vide Turn. VII. 9. et Not. Æn. VII. 136. Sed dubitat Pimpontius, utrum ista Turnebi huic loco conveniant: quod πρωτόμαντιν Æschylus γαῖαν vocet; et Aristoteles Meteor. II. moneat, antiquos theologos Poëtas tam venerande de Terra pronunciasse, ut a Cælo eam tanquam famulante ambiri crederent: ut quæ medio et honoratissimo loco consisteret, &c. Nec adsentitur Nannio, qui *Junonem* hic pro *Terra* capit. *Signum* autem datum a *Tellure*, quod idem terræ motum interpretatur; et *signum Junonis*, terrestre tonitru; id vero probat. Nam et terra mugiente, tonitru auditum esse, docuit Trebell. Pollio. *Taubmann.*

Et pronuba Juno] Quæ nubentibus præest. Iunonem autem dedisse signa per tempestatem constat et pluvias, quæ de aëre fiunt. Varro *pronubam* dicit, quæ ante nupserit, neque uni tantum nupta est; ideoque auspices deliguntur ad nuptias. *Servius.*

167 *Fulsere ignes*] Ut dei nuptiales. Varro dicit, 'Aqua et igni mariti uxores ducebant.' Unde hodieque et faces prælucent: et aqua petita per fœlicissimum puerum aliquem, aut puellam, de puro fonte, interest nuptiis, de qua nubentibus solebant pedes lavari. Alii *fulsere* pro malo omine positum volunt. Cum enim ait *fulsisse ignes*, infaustum connubium videtur ostendere, quia actio perimitur, cum de cœlo servatum est, et bene hoc totum ad Junonem refertur, quia aër esse dicitur: unde aquas cum ignibus dedit. *Idem.*

Fulsere ignes, &c. summoque, &c.] In fulmine autem omen esse nuptiarum, multis testimoniis probari potest: ut ex Claudiano l. II. de raptu Proserpinæ. Ad ritus ergo nuptiales pertinet, *Summoque ulularunt, &c.* Moris enim fuit, ut puellæ ante thalamos, ubi novi nupti inerant, vesperi usque ad mediam noctem concinerent, quæ carmina κοιμητικὰ, hoc est somni conciliatoria vocabantur. Fiebat autem id, ne quid foris audiretur, quod intus fieret. Rursus alia ab iisdem canebantur carmina matutina, quæ διεγερτικὰ, hoc est, excitatoria nuncupantur. *Ululare* vero, luctus et lætitiæ vocabulum est, unde Lucanus, 'lætis ululare triumphis.' Quamobrem Virgilius in incerto reliquit, lugubriter an festiviter concinuerint, naturam prodigiorum sequens, in utramque partem dubia significatione replicatilem. Miscell. VII. 14. *Nann.*

168 *Connubiis*] In codicibus aliquot vetustis, *conubiis* habetur acquisitivo casu numeri multitudinis. *Conscius* enim apte dativo jungitur. In quo-

dum antiquo etiam exemplari, *connubio* numero unitatis, eodem tamen casu habetur: passimque unica n litera. Lectio hæc tametsi non displicet, nunquam tamen respuerim *connubii* genitivo casu, cum etiam optime dicatur, *Sum conscius hujus rei.* Pierius.

Ulularunt] Bene elegit medium sermonem. Nam ait Lucanus, 'Non tu lætis ululare triumphis.' In luctu autem *ululare* non dubium est. Et ideo medium elegit sermonem, quia post nuptias mors consecuta est. Nonnulli ita accipiunt, quod *ululare* veteres etiam in sacris dicebant, ex Græca consuetudine. Ergo *ulularunt Nymphæ*, quasi nuptiarum sacra celebrarunt. Græci autem ὀλολυγμὸν appellant, nam et primam congressionem ὀλολυγὴν dicunt, quod Virgilius ostendit, 'magnoque ululante tumultu.' *Servius.*

Summoque ulularunt vertice Nymphæ] *Summo vertice* ut apud Phædr. fab. II. 6. *monte summo* pro *in monte:* et luctus et lætitiæ verbum *ululare*. Stat. Theb. l. IX. 'Jam gaudia magna Testantur voces. Victorque ululatus inerrat Auribus.' Ad Virgilianum carmen alludit idem Silvar. l. III. 'Immadait: qualem Libyæ Saturnia nimbum Attulit, Iliaco dum dives Elisa marito Donatur, testesque ululant per devia Nymphæ.' *Emmeness.*

169 *Ille dies primus leti, &c.*] Muret. var. lect. XIII. 16. Melesippi Spartiatæ dictum putat, qui repudiatus, nec auditus a Græcis, magnos illis motus et turbas prædicebat. Verba habes in Thucydide l. II. *Idem.*

170 *Specie famave movetur*] *Species* rerum præsentium est, quod quasi aspicitur: *fama* autem rerum absentium. Hoc ergo dicit: Non eam movet, nec præsens deformitas, quod non in thalamo, sed in spelunca concubuerat; sed nec futura mox fama. Alii *fama* accipiunt facti qualitate, aut respectu honestatis τῷ πρέποντι. Adeo illam nec Tyriorum pudebat videntium talia, nec aliarum gentium quæ audiebant. Ergo *fama*, deest *mala*. Servius.

Famave] Pro eo Ovid. Met. IX. 555. 'Reverentia famæ.' *Emmeness.*

171 *Meditatur*] Exercet: sic Horatius, 'horrendamque cultis Diluviem meditatur agris.' Nec incongrue dictum. Actus enim est in ipsa meditatione. Nam *exercitium* meditatio est. Sciendum tamen est hoc hodie in usu non esse. *Servius.*

172 *Prætexit*] Prætegit. *Idem.*

Prætexit] Prætegit et velat stupri consuetudinem titulo conjugii. Etiam supra vs. 19. *culpam* tantum vocavit. Ita Ovid. Metam. 'Conjugiumne vocas, speciosaque nomina culpæ Imponis, Medea, tuæ?' Vide J. a Wouweren in Petron. *Taub.*

Culpam] Ut supra, 'Succumbere culpæ.' *Servius.*

173 *Libya*] Nonnulli codices manu scripti, *Libyes* legunt, declinatu Græcanico, ut incitatius proferatur. Sed *Libyæ* longe suavius est. *Pierius.*

174 *Fama malum quo*] Diffinitio est, ut *quo* ex præcedenti pendeat nomine: quanquam alii *qua* legant. Sane *quo* nisi diffinitio sit, legi non potest: nec enim procedit, ut ordo sit: Fama quo non aliud malum est velocius. *Servius.*

Qua] Non eo inficias *quo* in pluribus exemplaribus haberi. Sed forte non displiceat, quod in Romano *qua* scriptum est. Qua scilicet fama nullum aliud malum velocius: sed omnino *quo* receptius est. *Pierius.*

Fama malum] Græcismus: pro eo quod est, fama aliquid mali, vel aliquod malum. Græci enim subaudiunt τὸ τί. Euripides in Supplicibus: σφαλερὸν, ἡγεμὼν θρασὺς, &c. Homer. Iliad IV. de contentione, quæ Maro de fama Macrob. V. 13. *Hartung.*

175 *Mobilitate viget*] Dat ei σωματοποιΐαν: et laudat a contrario. Cum enim omnia labore minuantur, hæc crescit. Sane *viget* quidam pro *vi-*

gescit accipiunt. *Servius.*

Mobilitate viget] Proverb. 'Ex minimis initiis maximum.' Hom. Iliad. IV. ἥτ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη. Macrobius v. 3. et 13. *Hartung.*

Mobilitate viget] De domicilio et natura famæ Ovid. accurate Met. XII. 41. et seqq. *Emmeness.*

Adquirit] Antiqua pene omnia exemplaria integras servant præpositiones in compositis: ut *adquirit:* et ita scribi solitum usque ad Aurelii Antonini Pii tempora, publica declarant monumenta. Ea enim libenter in testimonium adducimus: quod notæ semel in marmoribus excavatæ, nulla sunt transcriptione mutatæ. In arcu igitur aquæ Marciæ verba hæc inter alia ita notata leguntur, ADQVISITO ETIAM FONTE NOVO. *Pierius.*

176 *Metu primo*] Non primo metu, sed primum, quod initio cautius loquatur, id est, in principio: cum enim quis veretur ne auctor is sit, quod audit continet; at ubi sit vulgatum, passim loquitur: et modo *primo* adverbium est, non nomen. *Servius.*

Attollit in auras] Sumpta licentia quæ minuebatur timore. *Idem.*

Attollit] Dicebamus quidem præpositiones *ad, ab, in*, et hujusmodi incolumes in compositis apud veteres adservari: parcissime tamen scriptum *adtollit*, per *ad* inveni. Tametsi Grammatici veteres *ad* ante *t* indifferenter scribi concedant, propter soni similitudinem, quæ in *d* et *t* auditur. *Pierius.*

177 *Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit*] Hoc vult ostendere: nec humili eam fortunæ parcere, nec superiori. Vel quia famæ incertus auctor. *Servius.*

Ingrediturque solo] Muretus I. 18. hunc versum ex isto Callimachi de Cerere, versum esse, Ἴθματα μὲν χέρσῳ, κεφαλὰ δέ οἱ ἅψατ' Ὀλύμπῳ: vel potius ex iis quæ apud Hom. de Eride dicuntur, Iliad. IV. quod et Turnebo XXIX. 6. videbatur. Famæ autem magnitudinem ostendit, cum attollit eam in auras; et versari inter homines docet, cum ingredi eam solo facit: et quod multa secum ferret, quæ non statim cernerentur, verane an falsa essent, intra nubila caput abscondit: etenim cum oculis nostris affusa nubes est, veras cernere rerum species nequimus, &c. Videatur Pontanus in Antonio: ubi hunc locum contra intempestivos canis (ita vocat Macrobium) latratus v. 14. acerrime defendit: parique calore Scaliger Poët. v. 3. quæ ita finit: 'Abscondit Maro *caput Famæ nubibus:* propterea, quod *Famæ caput:* id est, auctor rumorum, fere incertus est. Et dixit, *nubila*, non *cælum:* quia ad nubes usque pervenire e terra clamor potest.' *Taubmann.*

178 *Terra parens*] Generalis est rerum omnium parens Tellus. *Serv.*

Illam Terra parens] Παμμήτωρ alias. Quod autem Poëta famam sororem Cœi Enceladique, et Terræ filiam facit: nimirum passim Poëtæ γίγαντας γηγενεῖς dicunt et πηλογόνους. Cœum autem Terræ et Cæli filium, et Cœi Latonam filiam Hesiodus: cui Λητὼ κοιογένεια· et Apoll. II. ἡ ὑπὸ τοῦ κοίου γεννηθεῖσα. *Germ.*

Ira irritata deorum] Amphibolon est, utrum ira sua propter extinctos gigantes: an ira deorum irritata, quæ exstinxerat gigantes. Vel ideo *ira deorum*, quod in eam fulmina et grandines de cœlo cadunt. *Servius.*

Irritata] Non levi quidem de caussa minimis his quæstiunculis cogimur inhærescere, quoties quædam sese offerunt, quæ præter rationem omnem turpiter fuerint negligentia posteriorum contaminata, velut in hoc verbo *irito*, prava invaluit consuetudo, ut geminato *rr* ab omnibus jam librariis scribatur. Volunt enim a litera,

quæ de nare canina sonat, *irrito* deductum. Quare perperam omnino legitur in nonnullis exemplaribus, *inritata*. Sed enim *irito* ab ira potius est, ut et *irascor:* et ita unico *r* scribendum: nam in iram stimulare significat. *Irritum* vero, vel *inritum* pro non rato, vel *rr* geminato, ex Scauri sententia, vel per *n* et *r*, veterum more scribi manifestum est. *Pierius.*

Terra parens, ira irritata] Iræ describendæ crebra *r* usui sunt, teste Voss. Instit. Poët. I. 8. *Emmeness.*

179 *Extremam*] Aut post omnes gigantes, quæ ideo ad deorum ultionem nata est (nam per ipsam eorum crimina vulgata sunt) aut certe *extremam*, pessimam. Omnes enim, qui de medicina tractant, dicunt naturale esse, ut inutiliores sint, qui nascuntur ultimi. Famam ergo inducit ultam esse fratres, quia ipsa deorum delicta vulgavit. *Servius.*

Ut perhibent] Quotiescunque fabulosum aliquid dicit, solet inferre, *Fama est*. Mire ergo modo cum de ipsa fama loqueretur, ait, *Ut perhibent.* Idem.

Cæo Enceladoque] Isti Gigantes fuerunt inter alios, qui Jovem superpositis montibus regno cœlesti detrudere conati, fulminibus sunt deleti: et bene elegit ex fratribus maximos, ex quibus existimaretur. *Idem.*

180 *Pedibus celerem et pernicibus alis*] Convertit rerum epitheta. Nam *pernix* pedum est: ut, 'Pernicibus ignea plantis:' celeritas pinnarum est: ut, 'Celerique fuga sub sidera lapsæ.' Aut certe intentio describentis est: supervacuum est enim alas habenti pedum pernicitas: aut sic intelligit, *pedibus celerem*, et *alis velocibus*. Idem.

181 *Monstrum*] Bene vituperavit famam ex accidentibus personæ, per parentes, alas, et fratres: et quod eam describit, non est narratio, sed argumentatio. Quidni monstrum? quæ hujus naturæ sit, ut quot plumas, tot oculos, tot linguas, tot aures, et cætera. *Idem.*

Monstrum horrendum] Scal. IV. 1. 'Character,' inquit, 'dictio est similis ejus rei, cujus nota est, substantia, quantitate, qualitate. Est in Fama substantia sua, *monstrum:* est quantitas, *ingens:* est qualitas, *horrendum*. Rei dictio similis: namque in voce hac, *monstrum*, asperitas est: in hac, *ingens*, magnitudo: in hac, *horrendum*, sane horror.' *Taubmann.*

Quot sunt corpore plumæ] Non ipsius, sed in omnium corporibus. Nam exaggeratio est: ac si diceret, 'quot sunt arenæ.' *Servius.*

182 *Oculi subter*] Adverbium est: ac si diceret, non sub plumis, sed sub ipsa: et mire *subter*, quasi quæ non videatur, et omnia videt reliqua. *Id.*

Subter] In plerisque codicibus antiquis legere est pro *subter*, *subsunt:* 'Tot vigiles oculi subsunt.' *Pierius.*

Mirabile dictu] Sic exclamavit Poëta, quasi minus admirationis haberet ipsa descriptio. *Servius.*

183 *Tot linguæ*] Infinitus est numerus. Nam re vera quot sunt homines, in quibus est fama, tot ora habent, quot sunt et hominum. *Id.*

Totidem ora sonant] Aliud visu, hoc est *ora;* aliud auditu, hoc est *sonant*. Idem.

Ora] Os de Fama. Tacitus Annal. XIV. 'Hæc in ore Famæ credentium otio agebantur.' *Cerda.*

Ora] Ovid. Met. XII. 1. de eadem: 'tota est ex ore (ita Grut. non, *ære:*) sonanti: Tota fremit: vocesque refert: iteratque, quod audit: Nocte dieque patet,' &c. *Taubmann.*

Tot subrigit auris] Sic *lumbos surgere* apud Plautum in Epid. in fine fabulæ, quod pro *subrigere*, ut *surpere* pro *surripere*. Vide Sciopp. suspect. lect. Epist. IV. 17. *Emmeness.*

184 *Nocte volat*] Bene naturalem rem dixit. Denique quanto celatum est aliquid, tanto magis quæritur: et

sine dubio incipiens fama semper obscura est: quæ divulgata conquiescit. Unde ait, 'Luce sedet custos.' *Servius.*

Cœli medio] Absolute, quia inter cœlum terramque medium est. *Idem.*

Terræque per umbram] Noctem, umbram terræ esse nusquam significavit apertius. *Idem.*

185 *Stridens*] Potest et ad oris sonum, et ad volatum referri. *Idem.*

Stridens] In Oblongo Vaticano codice sane quam vetusto, *stridet* habetur finitiva forma: quod minime displicet. Et *umbras* numero multitudinis in bona codicum veterum parte. *Pierius.*

Dulci declinat lumina somno] Qui est omnibus animalibus dulcis. Et *somno*, utrum ablativo an dativo. Melius interpreteris, quasi non succumbit illi. *Servius.*

Lumina] Nequaquam placet, quod in plerisque codd. antiquis *limina* legitur; quum præsertim apud Catullum, unde phrasis descripta, legere sit, 'Flagrantia declinavit lumina.' *Pierius.*

186 *Luce sedet*] Id est, per diem, aut ut lux cœpit, et bene nocturna illi et diurna officia dat, ne dulci somno capiatur. *Servius.*

Custos] Speculatrix. Ne quid eam præteriret; non, quæ custodiat aut servet. *Idem.*

Summi culmine tecti] Per domos nobilium, propter res privatas. *Idem.*

187 *Turribus aut altis*] Per domos regum, propter res publicas. *Idem.*

Urbis] Populos. Id est, plebejos. Et ostendere vult famæ linguis neminem exceptum, qui non exagitari possit. *Idem.*

188 *Tenax*] In omnibus perseverans: tam enunciandis falsis rebus, quam in veris. *Idem.*

Tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri] *Facta* et *infecta* loquitur fama, ut noster et Stat. Theb. l. III. Maronem respexit Sil. Ital. l. VI. 'Vera ac ficta simul spargebat fama per urbem.' *Emmeness.*

189 *Hæc tum*] Vel fama talis, vel hæc facta. *Servius.*

Multiplici] Est hoc quod Statius Theb. III. 'Geminatque acceptos Fama pavores.' Lucanus lib. I. 'Innumeras solvit falsa in præconia linguas.' Ammianus l. XXXI. 'Fama rumorum nutrix.' De eadem Ovid. Met. l. IX. 'e minimo sua per mendacia crescit.' et XII. 'mensuraque ficti Crescit, et auditis aliquid novus adjicit auctor.' *Cerda.*

Populos] Utrum generaliter, an Tyrios et Trojanos tantum? *Servius.*

190 *Gaudens*] Propter inventam materiam. Et quidam non temporale famæ epitheton *gaudens* esse volunt, sed generale, ut multiplici sermone gaudeat, quo tunc populos implebat. *Idem.*

Facta atque infecta] Sicut sequentia indicant. Et est quasi proverbiale; nam hoc est, 'Tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri.' *Idem.*

Pariter atque] Consecutio vocum ex vetere elegantia observata Godescalco. Ita Sallust. Jugurth. 'vultu, colore, ac motu corporis pariter atque animo varius.' Martial. l. I. 'Sus vitam pariter perdidit, atque dedit.' *Cerda.*

191 *Venisse Ænean*] Hæc facta sunt. *Servius.*

192 *Viro*] Marito, ut, 'Vir gregis ipse caper.' *Idem.*

Dignetur] Libravit sermonem, quasi personæ superioris. *Idem.*

Dignetur jungere] Ovid. Metam. VIII. 326. 'O felix, si quem dignabitur, inquit, Ista virum.' *Emmeness.*

193 *Hyemem inter se luxu, quam longa, fovere*] Id est, nunc hiemem inter se fovere luxu, in quantum longa est ipsa hiems. Sic in VIII. 'Tybris ea fluvium, quam longa est, nocte tumentem Leniit:' quam longa est ipsa nox. Veteres *fovere* pro diu incolere et inhabitare dixerunt, ut

ipse alibi, 'Fovet humum.' *Servius.*

Quam longa] Id est, totam hiemem Genio indulgere. Ovidius: 'Et vacuus somno noctem, quam longa, peregi.' *Taubmann.*

194 *Regnorum immemores*] Hoc fingit. Nam et illi curæ est Carthago, et Æneæ Italia. An quia quod una patitur, duobus assignat? *Servius.*

Cupidine] Veteres immoderatum amorem dicebant. Afranius Neæra: 'Alius est amor, alius Cupido; amant sapientes, cupiunt cæteri.' Plautus cum distinctione posuit, 'Cupidon' te conficit, anne amor?' Quo intelligitur vehementer illam amare vel impatienter. Ipse alibi initio Carcul. 'Quo Venus Cupidoque imperat, suadet amor:' dicendo *imperat*, violentiam ostendit, *suadet* addendo, moderationem significat. *Idem.*

195 *Dea fœda*] Crudelis, impia: quod alibi interpretatur, 'Eadem impia fama furenti Detulit.' *Idem.*

Dea] Famæ olim aræ et templa. Pausanias in Atticis: *Est sua apud illos Pudori, Famæ, Alacritati ara.* Iterum, aram illi dicatam scribit, una cum *Pudore, Misericordia, Impetu.* Plutarchus etiam de fortuna Romanorum illi templum assignat una cum o[illegible]e. Statius Theb. l. II. 'Nec minus Ogygias eadem Dea turbida terras Insilit.' Et III. . 'Terga comasque Deæ Scythica pater increpat hasta.' Utrobique sermo est de Fama. Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμέρ. l. II. de Fama loquens, θεός νύ τίς ἐστι καὶ αὐτή: *Dea et ipsa est.* Dio Chrysostomus orat. 37. Aristides in 2. Platonica. Demosthenes de falsa legat. et Æschines contra Timarchum, omnes θεὸν nominant, et omnes Hesiodum advocant. Postremus etiam in orat. contra Demosthenem ita scribit: καὶ τῇ μὲν φήμῃ δημοσίᾳ θύομεν, ὡς θεῷ: *ac Famæ quidem sacra publice facimus, ut Deæ.* Homerus sæpe ὄσσαν nominat, quæ vox signat divinum rumorem. Et Aristides orat. de non agendis Comœdiis κληδόνι dat βωμοὺς, *aras.* Cerda.

Diffundit] In antiquis aliquot exemplaribus *diffudit* præterito tempore habetur. Sed longe magis placet præsenti. *Pierius.*

In ora] Palam, ut antequam audiant loquantur, et proprie *ora.* Terentius, 'In ore est omni populo.' *Servius.*

196 *Iarban*] Filium Jovis Hammonis. Liber, vel, ut alii dicunt, Hercules, cum Indos peteret, et per deserta Libyæ, hoc est, per Xerolibyam exercitum duceret, fatigatus siti, Jovis patris sui imploravit auxilium, cui ille arietem ostendit, quem secutus ille pervenit ad locum quendam, in quo aries terram pede suo scalpsit, e quo loco fons manavit. Unde factum est, ut Jovi Hammoni, ab harenis dicto lingua Libyca, templum et simulacrum cum cornibus arietinis constitueretur; quod ideo fingitur, quia satis ejus sunt involuta responsa. Aut quia Libyci Hammonem arietem appellant. Alii hunc Hammonem in luco natum ubi sola ovis fuerat, a finitimis inventum dicunt, creditumque ex Iove et ove natum, appellatum *Hammonem* ab harena, quia ibi tale solum est. Alii inter Cyrenas atque Carthaginem locum tradunt fuisse, in quo pastores puerum arietinis cornibus insignem, in harena sedentem ac vaticinantem deprehenderunt. Hic sublatus tacebat, repositus loquebatur: mox cum a conspectu hominum subito recessisset, creditus est deus: unde Iovem ideo ibi colere cœperunt, nomine Hammonem, quod in harena fuerat visus. *Idem.*

197 *Aggerat iras*] Super eas quas habebat ex contemptu. *Idem.*

198 *Hic Hammone satus*] Virgilius hic ostendit, Hiarbam conditorem templi Jovis Hammonis fuisse, quod apud Garamantas oraculo nobile erat, lucernamque ignis perpetui et

inexstincti habebat: quemadmodum et in Prytaneis Græciæ pervigil erat æternusque ignis, ut narrat Plutarch. De defectu Oracul. Item Turn. II. 14. et XXIV. 26. *Taubmann.*

Hammone satus] Qui *Ammon* scribunt, ab ἄμμος *arena* originem deducunt. Qui aspirationem addunt, a *Cham* (unde *Ham*) derivant. De his Dausquius. De hoc Deo, ejusque templo, erudite disputat Vossius ad Melam I. 8. ubi et nummos, hujus Dei figuram exhibentes, videas. *Emmeness.*

Rapta] Stuprata, ut, 'Rapti Ganymedis honores.' Et 'rapta raptoris mortem, vel nuptias optet.' *Servius.*

Garamantide Nympha] Et proprium potest esse, et gentile. Nam Garamantes sunt juxta Libyam. A Garamante filio Apollinis. *Idem.*

199 *Centum*] Finitus numerus pro infinito. Sane in primo Æneidis, qui mos sit templorum constituendorum, relatum est, quæ aut tantum sacra sunt, aut ibi etiam respublica administrari auspicato potest. Hic ergo *templa* tantum *sacra* declarat, cum subjungit, 'Centum aras posuit, vigilemque sacraverat ignem, Excubias divum æternas, pecudumque cruore,' &c. quibus scilicet et sacratio ageretur, et nihil de publicis rebus actum aliqua narratione subjungit. Alii *templum* dicunt non solum quod potest claudi, verum etiam quod palis aut hastis, aut aliqua tali re, et lineis aut loris, aut simili re septum est, quod et factum est. Amplius uno exitu in eo esse non oportet, cum ibi sis cubiturus auspicans. *Idem.*

200 *Aras posuit*] Per præteritum perfectum intulit. *Idem.*

Centum aras] Turn. XXVI. 5. notat apud Hom. Il. II. ἑκατὸν, id est, *centum*, significare *multa:* ut et h. l. Virgilii. Pimpontius dubitat an per *centum aras* βωμοὺς ἑκατονταπρήνιδας innuat Poëta: quorum mentionem facit Iulianus ad Sarapionem: qua processum per denarium numerum ad *centenarium* μυστηριώδη καὶ αἰνιγματώδη docet. Utut sit, locus hic saltem admonebit, *centenarium* antiquis mysticum visum: neque hic pro indefinito accipiendum: ut nec Æn. I. 420. 'centumque Sabæo Ture calent aræ.' Item Ovid. Fast. VI. in persona Iunonis: 'Centum celebramur in aris.' *Taubmann.*

Sacraverat] Per præteritum plusquam perfectum. At e contrario, 'Multa vastabat cæde,' et, 'Ardentesque avertit.' Alibi simile schema per tempora, 'Ipse oratores ad me, &c. cum sceptro misit, mandat,' &c. et, 'Mactat binas de more bidentes Vinaque fundebat pateris.' *Servius.*

Vigilem ignem] Utrum ad quem vigiliæ agebantur, an perpetuum? *Idem.*

201 *Excubias divum æternas*] Diffinitio est æterni ignis. Quid est ignis pervigilis? excubiæ deorum. Quod significat sine intermissione fieri sacrificia, atque excubare per diem et noctem, ut dicimus, cotidie in officio esse. Non ergo apud quas dii excubant, sed quæ diis excubantur. Et sciendum non vacare ratione, ut in aliquibus templis sit ignis pervigil. Nam potestates aut terrenæ sunt, aut aëriæ: sed quia æther ignis est, ideo in ætheriarum potestatum templis ignis est, ut reddatur eis imago sui elementi. Est autem in templo Iovis, qui æther est: et Minervæ, quæ supra ætherem est: unde patris de capite procreata esse dicitur. *Idem.*

Excubias] Vetusta quædam exemplaria legunt *excubiasque deum æternas.* Sed vulgata lectio magis adprobata. *Pierius.*

202 *Variis florentia sertis*] Aliis atque aliis, ac sic perpetuo tempore. *Servius.*

203 *Isque amens animi*] Et amator et barbarus: et *amens animi*, ut, 'Sævit inops animi.' Sane *amens animi*

nominativum pro genitivo posuit: num ergo amentis animi? *Idem.*

Amens animi] Vide de hac structura Sanct. Min. p. 318. *mentem animi* qui dictum veteribus contendit: ut apud Lucretium 'mens animi vigilat:' sed *dolore* subaudiendum docent alii. Tales hellenismos congessit Vechn. Hellenol. I. 2. *Emmeness.*

Amaro] Quod audierat sibi prælatum Æneam. *Amaro*: aspero: ut, 'Hostis amare, quid increpitas?' *Servius.*

204 *Media inter numina divum*] Ac si diceret, et diis testibus: ut Salustius, 'Quæ medius fidius vera licet mecum recognoscas.' Id est, sis dictis medius Fidius, id est, Διὸς υἱὸς, Jovis filius, id est, Hercules. *Medium* dixit testem. Sane multi *munera* legunt, hoc est, in media precatione deorum: et est invidiosius, si inter munera quæ ipse sacraverat. *Idem.*

205 *Manibus supinis*] Juxta rationem; nam Inferos demissis ad terram manibus invocamus, ut Homerus inducit Alteam, matrem Meleagri, manibus in longum porrectis, ut ipse alibi, 'Passis de litore palmis:' Cœlestes levatis ad cœlum, ut modo, et alibi: 'Duplices tendens ad sidera palmas.' *Servius.*

Supplex orasse] Hæc adlocutio conquestionem habet, *orasse* autem, dixisse. Unde *oratores* dicti: nam *rogare* non procedit, quia conqueritur magis. *Idem.*

Manibus orasse supinis] Ovid. Met VIII. 'Attoniti novitate pavent, manibusque supinis Concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon.' Omnino Græca illius Æschyli imitatione, sub persona Promethei: καὶ λιπαρήσω τὸν μέγα στυγούμενον Γυναικομίμοις ὑπτιάσμασιν χερῶν, Λῦσαί με δεσμῶν τῶνδε, τοῦ παντὸς δέω. Horat. quoque: 'cælo supinas si tuleris manus.' Contrariæ autem manus, χεῖρες καταπρηνεῖς·' Hom. Od. N. καὶ ὣ πεπλήγετο μηρὼ Χερσὶ καταπρηνέσσι. *Germanus.*

206 *Jupiter omnipotens*] Epitheta quæ commemorationem potentiæ habent, interdum exprobrationis vim obtinent, ut hoc loco. *Servius.*

Jupiter omnipotens] Si hæc vides, cur non punis? si non vides, non es dignus ut colaris. *Donatus.*

Maurusia] Maura, nam protentio est. Cœlius, 'Maurusii qui juxta Oceanum colant.' *Servius.*

Maurusia] In antiquis codicibus manu scriptis, passim legere est *Maurusia*, ut Græce scribitur per υ vocalem quintam in pene ultima, Μαυρούσιοι γὰρ, μαῦροι, ἔθνος μέγα Λιβύης. In quibusdam *Maurisia.* Neque tamen mirandum υ literam in ι transisse, quum multa hujusmodi reperiamus, quæ per ætates immutata sunt. Sed enim et *Mauritania*, cujus nominis secunda syllaba a principio per *iota*, tam apud Græcos quam apud Latinos scribitur, olim per *e* psilon notabatur, ut inspicere est in Adriani Augusti nummis: MAURETANIA. Jam vero et *Jupiter* unico *p* in antiquis codicibus habetur. *Pierius.*

Maurusia gens] Mauritania. Vitruvius VIII. 2. 'Maurusia, quam nostri Mauritaniam appellant.' Strabo lib. ultimo scribit, qui a Græcis *Maurusii* appellantur, a Romanis et indigenis *Mauros* dici. Horum elogium vide apud Ælianum de Animalib. XIV. 5. *Cerda.*

207 *Gens epulata*] Pro *epulans* participium. Et bene dixit: dum in epulis est: quasi celebrantibus ejus sacra tanta injuria acciderit. Officia enim in deos, licet æternam habeant gratiam, et spectent tam præteritum quam futurum, tamen in præsenti plus valent. Semper autem propter hospitalitatem Jovi libabatur. Et bene conqueritur, quia humanas res ne tum quidem curat, cum ei sacrificatur. *Servius.*

Lenæum] Bacchicum. Nam Liber

Lenæus dicitur, quia lacubus præest, id est, ἀπὸ τοῦ προϊστάναι ληνοῖς. Nec potest dici *Lenæus* a mentis delinimento, cum sit a Græco tractum, ex calcatorio, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, hoc est, lacu. *Idem.*

Læn. hon.] Pro *vino*, ut Sil. Ital. l. VII. 'Vestæ honorem,' id est, focum. *Emmeness.*

208 *Aspicis hæc*] Id est, talia. Et hoc sentit: Itane talia adspicis, nec vindicas? *Servius.*

Aspicis hæc, &c.] Eodem modo obtestatur Jovem Juven. Sat. XIII. 113. 'Audis Juppiter hæc, nec labra moves, cum mittere vocem Debueras vel marmoreus vel aheneus? aut cur,' &c. *Emmeness.*

An te, genitor] In vetustis aliquot exemplaribus legere est, *an næ genitor:* ut, 'Næ intelligendo,' apud Terentium. Verum in plerisque *ne* absque diphthongo notatum est. Utcunque vero, magis placet vulgata lectio, 'An te, genitor, quum fulmina torques, Nequicquam horremus? *Pierius.*

Fulmina torques] Vel intorques, vel gubernas. *Servius.*

209 *Nequicquam horremus*] Quia non judicio hæc facis. Quia non punis malos, et supervacua *horremus.* Aut quia existimamus ea non emitti manu tua. An *nequicquam* pro *non?* ut sit: *Tu fulmina non torques.* Idem.

Nequicquam horremus] Opinio erat ab Jove mitti fulmina: quod Epicurei negant: ad quorum sententiam Maro respexit: quasi non judicio id faciat Juppiter, aut quasi ipsius manu non mittantur fulmina. Vide et Lucret. l. VI. et Turn. XXIV. XXVI. Lucanus l. VII. 'Mentimur regnare Jovem,' &c. *Taubmann.*

Cæcique ignes] Non quia non videntur: sed quorum origo non apparet. An quorum rationem ignorantes timemus. Alii enim de ventis dicunt fieri: alii de nubibus: alii de aëre fulmen: Juvenalis, 'Non quasi fortuito, nec ventorum rabie, sed Iratus cadat in terras et vindicet ignis.' *Servius.*

In nubibus] Ac si diceret, Non ex te fiunt. Si enim errant, tuo non reguntur imperio. *Idem.*

210 *Terrificant animos, et inania murmura miscent*] Latenter secundum Epicureos locutus est. *Idem.*

Terrificant animos] Ita Lucret. l. I. et IV. 'mentes terrificant.' Ita l. II. 'terrificas cristas' dixit. *Taubmann.*

Inania murmura] Tonitrua vi omni carentia. Ita Propert. l. II. el. ult. negat puellas 'rationem quærere mundi, Nec si consulto fulmina missa tonent.' *Taubmann.*

211 *Femina*] Invidia sexus contemptu inferioris, et jam incipit specialis conquestio. Est autem ordo: fœmina errans, quæ in nostris finibus urbem posuit. Et est exaggeratio: primum quod pretio, deinde exiguam, dein certis legibus. *Servius.*

Femina] Quasi abjecti sexus: unde magis dolendum. Sic Terent. 'Tu, inquam, mulier, quæ me omnino lapidem, non hominem putas.' *Donatus.*

Errans] Exul, peregrina, et sine urbe. *Idem.*

212 *Pretio* Ut ostendat eam nec meruisse per gratiam, nec invasisse virtute. Et si vendidit, quid conqueritur? Scilicet aut de fraude facta per corium, aut ex nuptiarum promissione. Aut *exiguam pretio*, pro *exigui pretii.* Servius.

Pretio] Ita in I. 'Mercatique solum.' Sed Livius lib. XLIV. precium amovet, et preces ponit, nam de hac re loquens ita: 'Advenis, quantum secto bovis tergo amplecti loci potuerint, tantum ad urbem communicandam precario datum.' *Cerda.*

Pretio] Quasi quæ nec gratia meruerit, nec virtute invaserit. Vide Floridum Succis. Lect. I. 10. *Taubm.*

Litus] Non ait agros, sed *litus*, terram mari vicinam, ut supra diximus. Modo etiam infertilem sibi, et angus-

tam vult ostendere; hoc est, talem illi dedimus terram, quæ nulli esset necessaria, qua tamen contenta fuit. *Servius.*

Arandum] Videtur illud attingere moris antiqui, quod cum conderetur nova civitas tauro et vacca, ita ut vacca esset interior, a magistratu muri designarentur. Nam ideo ad exaugurandas vel diruendas civitates aratrum adhibitum, ut eodem ritu, quo condita, subvertatur: Horatius, 'Imprimeretque muris hostile aratrum.' *Idem.*

213 *Loci leges dedimus*] Aut quam tributariam fecimus: aut cui ideo civitatem concessimus, ut in nostrum veniret matrimonium; ut justa ira sit. *Idem.*

Connubia] Hic nu produxit, cum alibi corripuerit, ut, 'Connubio jungam stabili.' *Idem.*

Connubia nostra] A facto et persona facit comparationem. *Donatus.*

Nostra] Pro *mea;* nobilium est autem hic sermo. Sic Numanus, 'En qui nostra sibi bello connubia poscunt.' Salustius, 'Nos in tanta doctissimorum hominum copia.' *Servius.*

Nostra] Quasi dicat, tanti viri: et dolet, quod suum connubium reppulit; id est, se maritum: et accepit Æneam exulem, non maritum, sed dominum: quem deinde ab habitu vituperat. *Donatus.*

214 *Dominum*] Ut superius, 'Liceat Phrygio servire marito.' Est autem de Jure quasi per coëmptionem. Vel *dominum* maritum, ut alibi *dominam* uxorem, 'Hi dominam Ditis:' et est quasi vehemens accusatio: me maritum respuit, et Æneam non virum, sed dominum recepit. *Serv.*

215 *Et nunc*] Dici hoc cum stomacho, jam idem Passeratius animadvertit, ut illud Propertii eleg. I. 21. 'Et nunc inter eos tu sermo es.' *Cerda.*

Paris] Similis Paridi: et injuria a persona. Probrosis enim nominibus veteres convicia dicebant: ut Sallustius, 'Tyrannumque et Cinnam maxima voce appellans.' Bene autem *Paris*, quasi qui sustulit alii matrimonium pactum: sic Juvenalis, 'Et calvo serviret Roma Neroni.' *Serv.*

Semiviro comitatu] Ut, 'O vere Phrygiæ, neque enim Phryges,' id est, effœminati. Et bene non solum regi, sed et sociis convicium facit. Sane quidam tradunt jure hoc in Phrygas dictum, ab ipsis enim ferunt cœpisse stupra puerorum. *Idem.*

Semiviro] Duos proferunt sexus, sed dimidiatos, ut neque viri neque fœminæ sint: qua conjectura probet infames esse. *Donatus.*

Paris cum semiviro comitatu] Ἡμιτελὴς ἀνὴρ, εὐνοῦχος. Alex. Aphr. ἡμίανδρος, ἡμίγυνος. Ut autem *rapto potitur*, in similem sententiam Tib. 'Omnia persolvi, fruitur nunc alter amore, Et precibus felix utitur ille meis.' *Germanus.*

216 *Mæonia mitra*] Lydia: nam utebantur et Phryges et Lydii. *Serv.*

Mitra] Hoc est, incurvo pileo: de quo pendebat etiam buccarum tegimen. Sane quibus effœminatio crimini dabatur, etiam *mitra* eis adscribebatur: multa enim lectio *mitras* proprie meretricum esse docet. Ergo ex habitus qualitate mutuatur invidiam: eum enim non jam effœminatum, velut meretricem appellat, quod est inimici, non mulieris tantum: sed etiam meretricem vocat, cum, sicut supra dictum est, alios insectetur dicens: 'O vere Phrygiæ, neque enim Phryges.' *Idem.*

Mitra] *Mitra* incurvus est pileus, auctore Servio, de quo pendebat et buccarum tegmen. Solæ autem mulieres Lydiorum et Trojanorum gerebant, viris probrosam: sed et multo magis, cum redimiculum habebat, ut Æn. IX. 'Et tunicæ manicas et habent redimicula mitræ.' Turn. XXIX. 25. *Molliusculi* θηλυμίτραι, et μιτροφόροι Græcis. Propert. el. III. 15.

'Cinget Bassaricas Lydia mitra comas. Lævis odorato cervix manabit olivo.' Ita et hic *crinem* dixit *madentem*, id est, unguentatum: ut supra, vs. 147. 'mollique fluentem Fronde premit crinem.' *Taubmann.*

Mæonia mentum mitra crinemque, &c.] De hoc pileo Phrygio, quo utebantur mulieres, et quidem sæpe inhonestæ, Juvenal. Sat. III. 66. ubi poëta in peregrinos mores invehitur: 'Ite, quibus grata est picta lupa barbara mitra.' Adeundus Salmasius Plin. exerc. p. 556. ubi multa erudite de *mitra;* et legendum censet versu seq. *Subnexus* pro *subnixus* auctoritate veteris auctoris apud Athenæum, cujus hæc sunt; τοὺς πώγωνας ὑποδεδεμένοι, *barbam et mentum subnexi.* Emmeness.

Crinemque madentem subnixus] Crinem unguentatum, subnixum et subligatum habens. Aut *subnixus,* fiducia elatus. *Servius.*

217 *Rapto potitur*] Stupro fruitur. Nam proprie *raptus* est inlicitus coitus. Nec enim hic rapuerat. *Idem.*

Rapto potitur] Didone rapta. Mss. leg. *raptu*. *Raptum* vel *raptio,* est violenta injuriæ perpetratio. *Raptus* est stuprum ipsum: illud caussæ, hoc effectus, auctore Fabricio. Sed et Servius *raptum* hic interpretatur illicitum coitum; neque enim rapuerat Didonem. *Taubmann.*

Potitur] Ita Æn. III. 'auro Vi potitur.' Ovidius, *poteremur,* pro *potiremur*. Idem.

Nos munera] Quasi dicat, incassum sacrificamus, cum non tuis cultoribus, sed alienigenis prodes. *Donatus.*

Nos munera, &c.] Exprobrat Jovi, quod olim apud Platonem II. Alcib. eum sibi nihil æquiorem esse, licet plurimas ei immolaret victimas. Ita Juvenal. Sat. XIII. 'Aut cur In carbone tuo charta pia tura soluta Ponimus, et sectum vituli jecur, albaque porci Omenta?' *Emmeness.*

218 *Templis quippe tuis*] Ac si diceret: Non mirum si hæc patimur te colentes. Sic supra ad inrisionem dictum, 'Iuppiter omnipotens:' ac si diceret, Tu es qui potes omnia? *Servius.*

Fovemus inanem] Aut quia frustra te credimus mundi esse rectorem: aut quia me tuum filium esse confido. *Fovemus* autem auxiliamur, quasi rem per se infirmam. *Idem.*

219 *Orantem*] Perorantem, non precantem, ut supra dictum est, 'Talibus orabat Juno.' *Idem.*

Arasque tenentem] Veteres *asas* dicebant, postea immutata litera *s* in *r*, *aras* dixerunt, sicut *Valesios* Valerios, *Fusios* Furios: quod Varro libro quinto Rerum divinarum ap. Macrob. sat. III. 2. plenius narrat: 'Necesse enim aras a sacrificantibus teneri, quod si non fieret, diis sacrificatio grata non esset:' quo plenius intelligi voluit gratum hoc esse numinibus, subjungendo: 'arasque tenentem Audiit omnipotens.' *Idem.*

Arasque tenentem] Dictum hoc de sanctissima obsecratione et obtestatione: ut et in jurejurando religiosissimo aras tangebant. Æn. XII. 'Tango aras mediosque ignes, et numina testor.' Cicero pro Flacco: 'Is si aram tenens juraret, crederet nemo.' Turn. XXVI. 5. Nam et *ara* prius *asa*, deinde *ansa* dicebatur, quod a sacrificantibus eas teneri oporteret. Vide Macrob. Saturnal. III. 2. *Taubmann.*

220 *Audiit omnipotens*] Benignus Juppiter, etsi injuriis lacessitus, amantis tamen miseretur: auditque non quidem fatuam illius orationem, sed ipsum nimio amore fatue orantem. *Idem.*

Oculosque ad mœnia torsit] Ut inde pellat Æneam: nec videatur esse contrarium, quia turbantur omnia Jove in Africa respiciente: nam utrumque a turpi liberat fama. *Serv.*

221 *Oblitos famæ melioris amantes*] *Oblitos* et eos dicimus qui aliquid negligunt, vel quibus aliquod excidit, ut

hoc loco, et id quod de memoria excidit: sed figurate: ut, 'Nunc oblita mihi tot carmina.' *Idem.*

Famæ melioris] Hoc est, 'Neque enim specie famave movetur.' *Idem.*

222 *Tum*] In antiquis aliquot *tum* habetur, in aliis *tunc*. Pierius.

Mercurium] Hunc mittit nuntium: nam Mercurius præses sermonis. Apto huc verba Arnobii, l. III. 'Mercurius quasi quidam Medicurrius dictus est, et quod interloquentes duos media currat, et reciprocetur oratio, nominis hujus concinnata est qualitas.' *Cerda.*

223 *Vade age, nate*] Singulis verbis et jubentis, ut *vade*, et hortantis, ut *age*, et blandientis, ut *nate*, expressit adfectum. *Servius.*

Voca Zephyros] Aut quibus Æneas naviget: unde est, 'Nec Zephyros audis spirare secundos:' aut quia vehebant Mercurium: ut, 'Ventosque secabat.' Item, 'Rapido pariter cum flamine portant.' *Idem.*

Voca Zephyros] Qui vehant te Mercurium. Scalig. v. 3. *Taubmann.*

224 *Dardaniumque ducem*] Ordo est: Dardaniumque ducem adloquere. *Servius.*

Tyria Carthagine] Quasi homini iratus, civitati epitheton patrium dedit. *Carthagine* autem pro *Carthagini*: et pro adverbio in loco, de loco posuit: sic Horatius, 'Romæ Tybur amem, ventosus Tybure Romam,' pro *Tyburi*. Idem.

225 *Exspectat*] Moratur, deterit tempus. *Idem.*

Non respicit urbis] Non cogitat, cum illum necesse sit ad Italiam navigare. *Idem.*

Respicit] In Oblongo codice, et in Mediceo, *perspicit*. In aliquot aliis *prospicit* habetur: sed eodem sensu *respicit* paulo infra repetitum eo versu, 'Nec prolem Ausoniam et Lavinia respicit arva.' Cujus loci testimonio plerique in liminari pagina, libro primo, *Lavinia venit Litora*, legendum arbitrati sunt, quasi utrumque nomen ex commodo suo formare Poëtæ non licuerit. *Pierius.*

226 *Celeres*] Pro *celer*, vel *celeriter*. Servius.

227 *Non illum nobis*] Κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus. *Idem.*

Pulcherrima] Epitheton perpetuum, nec ad præsens negotium pertinens. *Idem.*

Genetrix pulcherrima] In pervetusto codice *genetrix pulcerrima*. Ac de *pulcro* quidem satis disputatum; ita etiam de *genetrice*, cujus nominis secundam syllabam per *e* scribi debere, antiqua marmora, nummi, et Grammatici veteres monent. *Pierius.*

228 *Graiumque ideo bis vindicat armis*] Alii dicunt bis; semel a Diomedis singulari certamine, in quo a Diomede percussus est saxo: Juvenalis, 'Vel quo Tydides percussit pondere coxam Æneæ.' Iterum in excidio sicut legimus, 'Descendo ac ducente deo,' et, 'Hoc erat, alma parens.' Alii dicunt propter Diomedis et Achillis certamina singularia contra Æneam. Sed quando cum Achille dimicavit, a Neptuno liberatus est. Quando cum Diomede, a Venere; potest tamen quod pro Venere fit, a Venere factum videri: sic enim Juno imputat Veneri, quod pro ea factum est, dicens: 'Potes in totidem classes convertere Nymphas.' Potest etiam et aliter esse sensus. Nam Troja antea ab Hercule, qui et ipse Græcus fuit, capta est: ut intelligamus jam tunc Æneam natum fuisse. Nec enim multum temporis fuit: cum constet Priamo tunc ab Hercule imperium traditum. *Servius.*

Vindicat] Pro *vindicarit*, et quædam ideo præterita præsenti tempore ponuntur, ad majorem significationem figurandam, ut, 'Vel qualis equos Threïssa fatigat,' Ge. I. 'Cœumque Iapetumque creat.' Ut e contrario præteritum tempus ad exprimendam celeritatem, ut, 'Suras incluserat

auro,' et, 'Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos:' et *vindicat*, eripit, ut, 'Qui in libertatem vindicat,' id est, eripit servituti. *Idem.*

Vindicat] In Longobardico codice *vendicat* per *e* legitur. Sed *vindex* et multa alia, per *i* scribi debere indicant. *Pierius.*

229 *Gravidam imperiis*] Quasi parituram imperia, vel unde multi imperatores possent creari: ut, 'Hinc populum late regem.' Ideo autem *gravida* ablativo jungitur: quia etiam *gravis illa re* dicimus. Unde est hujus origo sermonis. Sic Plautus in Amphitryone: 'Uxor tua non puero, sed peste gravida est.' Alii hunc ordinem volunt: sed fore qui Italiam, gravidam bello, frementem imperiis regeret. *Servius.*

Gravidam imperiis] Pro, gravidam Imperatoribus, quæ loquutio non infrequens. Sic ex observatione Passeratii in Propertium, dicuntur *hospitium*, *servitium*, *conjugium*, *exilium*, *regnum*, pro hospite, servo, conjuge, exule, rege. Adjungo Senecam in Œdip. qui *exsequias* dixit, pro his qui exsequias peragunt. Nam in peste ita ait: 'Quin luctu in ipso luctus exoritur novus, Suæque circa funus exsequiæ cadunt.' Ita ergo *imperium*, pro imperatore. Italorum porro laudes bellicas habes Ge. II. ab illo loco: 'Hæc genus acre virum, Marsos, pubemque Sabellam,' &c. Ubi nos multa. Quæ ibi dicta sunt, illustrari possunt, etiam perlustrata elegia 22. Propertii, quam habet l. III. *Cerda.*

Imperiis gravidam] Nostrum imitatur Ausonius Epigr. 4. de Danubio: 'imperiis gravidas qua seco Pannonias:' quia genuerant multos imperatores. *Emmeness.*

Belloque frementem] Exceptis temporibus quibus a Latino regebatur: ut, 'Longa populos in pace regebat.' Nam aliis bellicosa fuit Italia. *Serv.*

230 *Alto*] Illustri, nobili. *Idem.*

Alto a sanguine] In codicibus plerisque veteribus absque *a* præpositione scriptum est, *genus alto sanguine*, venustate haudquaquam pari. *Pierius.*

231 *Proderet*] Modo protenderet, et propagaret. *Propago* autem si genus significet, *pro* brevis est: ut, 'sit Romana potens Itala virtute propago.' Si de arbore dicas, *pro* longa est: ut, 'Flexos propaginis arcus Exspectent.' *Prodere* sane significat et occulta detegere; unde *proditores* dicti: et decipere vel perdere: ut, 'Unius ob iram Prodimur:' et est in infinitum hæc glossula polysemos. Plautus, 'Nam, illud quod dat perdit, et illi prodit vitam ad miseriam,' cum de paupere loqueretur. *Servius.*

Totum sub leges mitteret orbem] Petronius: 'Orbem jam totum victor Romanus habebat, Qua mare, qua terræ, qua sidus currit utrumque.' Hinc illi passim sermones: 'Romanos Orbis dominos.' 'Solem utrumque in eorum imperio currere.' Et si autem Roma non omnem orbem sub imperio suo habuit: tamen quicquid OPPORTVNVM aut DIGNVM vinci videbatur vicit: cætera judicio reliquit, et contempsit. Sane flos Asiæ, Africæ, et Europæ in hoc Imperio fuit. Vide Lipsium. *Taub.*

233 *Super sua laude*] Id est, pro sua laude: et Græcum est schema. Sic enim Demosthenes, ὑπὲρ τοῦ στεφάνου, id est, *pro corona*. *Servius.*

Molitur] Præparat, exercet. *Idem.*

Molitur laude] Pro sua laude nititur. Scal. IV. 16. Repetuntur hæc vs. 272. *Taubmann.*

234 *Ascanione*] Propter illud quod frequenter diximus, ipsi imperium deberi. Ideo autem hoc adserit Poëta, ut laudando Iülum, Cæsarem laudet: quod ab eo originem ducit: ut, 'Julius a magno demissum nomen Iülo.' *Servius.*

Ascanione pater] Utraque vox emphasin habet. Hæc autem in gratiam

Julii Cæsaris dicuntur, qui ab Iulo originem traxisse gloriari solebat. Vide Turn. x. 7. *Taubmann.*

Romanas invidet arces] Honestior elocutio est, si addamus quam rem invidemus, ut, 'Liber pampineas invidit collibus umbras.' *Servius.*

235 *Inimica in gente*] Præoccupat quasi præscius; nam nondum inimica est. *Idem.*

236 *Nec prolem Ausoniam*] Ut in sexto, 'Nunc age, Dardaniam prolem quæ deinde sequetur Gloria.' Vel quia de Lavinia Silvium habuit. *Idem.*

237 *Hæc summa est*] Id est, mei præcepti collectio. Hoc est totum propter quod mitteris: ut, 'In summa, non Maurus erat, nec Sarmata, nec Thrax.' *Idem.*

Summa est] Sic Sil. Ital. l. I. 'Mandati summa est.' Subaudit Sanct. Min. p. 334. *ratio.* Emmeness.

Hic nostri nuntius] Pro *talis:* 'Manibusque meis Mezentius hic est;' et, 'Hunc ego te, Euryale, aspicio,' pro *talem.* Servius.

238 *Parere parabat*] Non respondit quasi numen inferius; sed dictis obtemperat. Ut, 'Paret Amor dictis caræ genetricis.' *Idem.*

Parere parabat Imperio] Melius, *parabat*, quam *paret:* apparatum namque profectionis ostendit in ipsa talarium adaptatione *Scal.* v. 16. et 3. Hunc autem locum sumpsit ex Odyss. v. et Iliad. XXIV. et imitatus etiam est Stat. Theb. I. 'Summa pedum propere plantaribus illigat alis, Obnubitque comas, et temperat astra galero. Tum dextræ virgam inseruit, qua pellere dulces Aut suadere iterum somnos: qua nigra subire Tartara, et exsangues animare adsueverat umbras.' Maro *galerum* omisit. *Taubmann.*

239 *Talaria nectit*] Mercurius ideo dicitur habere pennas, quia citius ab omnibus planetis in ortum suum recurrit. Unde et velox et errans inducitur: ut, 'Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.' *Servius.*

Talaria] Sunt hæc calceamenta alata Mercurii. πέδιλα Græcis, quod pedibus necterentur, Latinis *talaria*, quod talis. Val. Flacc. l. I. nominat, *plantaria*, cum ait, 'Aërii plantaria vellet Perseos.' Papin. 'Alas plantares.' Inde est, ut apud Athen. l. VII. Mercurii πτερὰ *alas*, de talaribus accipiam. Ubi enim insanissimas quorundam opiniones ponit, qui se Deos putabant, de quopiam sic scribit: ἄλλος δέ τις, ὡς Ἑρμῆς, χλαμύδα ἔχων, καρύκειον, πρὸς δὲ τούτοις πτερά: *Alius quispiam Mercurium* (se faciebat) *habens chlamydem, caduceum, alas insuper.* Sicut et Artemidorum l. II. qui hunc Deum vocat πτηνὸν, et Dionem Chrysost. qui orat. 32. πετόμενον: Quia de alis pedum frequentior mentio. Fulgentius: 'Pennata talaria habet, quod negotiantium pedes ubique pergendo quasi pennati sunt.' Vides, ut una cum talaribus *pedes* conjungat: quia talaria erant in pedibus. Orpheus in hymno illum vocat πτηνοπέδιλον. Ov. Met. I. signate: 'Parva mora est: alas pedibus, virgamque potentem Somniferam sumpsisse manu.' Et Fast. v. 'alato pede:' ait enim: 'Pacis et armorum, superis imisque Deorum, Arbiter, alato qui pede carpis iter.' eundem *Alipedem* vocat: 'Alipedis de stirpe Dei,' et Virgilius hic, 'pedibus talaria nectit.' Minucius clare: 'pedibus Mercurius alatis, Pan ungulatis, Saturnus compeditis.' Et Philo de Legat. πέδιλα Ἑρμῆς ὑποδεῖται πτερῶν ταρσοὺς ἔχοντα: *Mercurii pedibus alata subligantur talaria.* Cerda.

Talaria] Unde πτερόπους et ἀρβυλόπτερος dicitur. *Talaria* sunt calcei aligeri sive pinnati. Mercurius Catullo *pennipes* dicitur: Ausonio *volucripes.* Etiam Cic. ad Attic. l. XIV. *Talaria induere*, dixit, pro fugam adornare, et q. avolare velle. Porro hunc Mercurii habitum ad Eloquentiæ vim naturamque referunt. *Taub.*

Talaria nectit] Proverb. *Talaria nectere.* Homer. Odyss. E. ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα, Ἀμβρόσια, χρύσεια. *Hart.*

240 *Aurea*] Ex decoro Dei. Homerus quoque Mercurio dat χρύσεια πέδιλα, *aurea talaria.* Apul. lib. x. As. 'aureas pinnulas.' Martialis, *auream virgam*, cum ait, 'Aurea cui torto virga dracone nitet.' Sicut et Horat. 'virgaque levem coërces Aurea turbam.' Ab eadem virga aurea Homerus hunc Deum vocat χρυσόῤῥαπιν. et Homeri imitator Pindarus Od. 4. Pyth. Ἑρμῆς χρυσόῤῥαπις. *Cerda.*

241 *Rapido*] Celeritate pari ventis. Ita mox: 'Illa Fretus agit ventos:' nam si non adsint venti, quomodo cum Homero ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο? Iccirco, 'Vade, voca Zephyros.' Scal. v. 3. *Taubmann.*

Rapido pariter cum flamine] Miscell. III. 41. *Brodæus.*

242 *Tum virgam capit*] Id est, caduceum: quod primo Apollo habuit, et donavit Mercurio accepta ab eodem lyra sibi tradita. Sic Horatius, 'Fraternaque humerum lyra.' Hujus autem virgæ hæc est ratio: Mercurius et orationis deus dicitur, et interpres deorum. Unde virga serpentes dividit, id est, venena. Nam serpentes ideo introrsum spectantia capita habent, ut significent inter se legatos colloqui et convenire debere, quia bellantes interpretum oratione sedantur. Unde secundum Livium legati pacis, *caduceatores* dicuntur. Sicut enim per Feciales, a federe bella indicebantur, ita pax per caduceatores fiebat. Quibus caduceis duo mala adduntur, unum Solis, aliud Lunæ. Sane in ipsis serpentibus hæc opinio est: Mercurius hæc tam fera animalia concordat: nos quoque concordare debere certum est. Ἑρμῆς autem Græce dicitur, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας. Latine *interpres.* Sane caduceum postea inventum dicitur; *virga* vero insigne potestatis est, nam ideo ea et magistratus utuntur; dicta *quod vi regat.* Hac et vates plerunque utuntur; unde et Circe videtur homines mutasse, ut, 'Aurea percussum virga.' Et hodieque tam athletarum, quam gladiatorum certamina virga dirimuntur, et præfecti gentium Maurarum cum fiunt, virgam accipiunt et gestant. *Servius.*

Virgam] Caduceum seu caruceum (καρύκειον), quod primum Apollo habuit, et pro lyra Mercurio tradidit. Horatius Od. I. 21. 'Insignem fraterna humerum lyra.' *Taubmann.*

Virgam capit] Qua hic nuntius vel διάκτορος, qui et Homero υἱὸς Διὸς, utitur in mulcendis et regendis animis: quare Stat. Silv. l. v. hanc *virgam* appellat *interpretem:* qua *ducit et reducit* animas, et cum nostro Petron. in Satyr. de qua sic Stat. Theb. l. I. 'Tum dextræ virgam inseruit, qua pellere dulces, Aut suadere iterum somnos, qua nigra subire Tartara, et exsangues animare assueverat umbras.' Hanc Ovid. Met. I. 671. *virgam somniferam* vocat. Vide Fab. Argi. *Emmeness.*

Animas] Pro umbris: secundum poëticum morem. Animæ enim in cœlo sunt: ut, 'Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis.' Hujus autem rei ratio alterius est scientiæ. *Servius.*

Ille evocat] In Longobardico quidem exemplari *vocat* esse videtur: sed si accuratius inspicias, *ille 'vocat* more Græco per apostrophen scriptum deprendes. Utebantur vero Latini veteres hujusmodi scribendi modo, quem adhuc in veterum monumentis inspicimus; ut apud Marium Maffeum præsulem Aquinatem: SI QUICQUAM HUMANITUS IN TE'ST: et inferius, QUOIUS LAUDATI MORES ET FORMA PROBATA'ST. Missa vero facio ea innumera, quæ apud Plautum et Lucretium in hunc usque diem perseverant in manibus hominum; nempe

quia eruditioris sæculi tempore in lucem rediere. Non temere autem scriptum invenias apud Velium Longum, ubi de synalephe loquitur (sit enim hoc testimonium Latinos eo genere scriptionis usos) 'Quum dicimus, *Hic illest*, unum *e* scribimus, et duo audimus, quod apparet in metro.' *Pierius.*

Evocat] Signate; nam hoc verbum magiæ est, et δύναμιν quandam, atque imperium signat. Inde Magis tribuitur. Medea apud Senecam: 'Secreta nudo nemora lustravi pede, Et evocavi nubibus siccis aquas.' De Mercurio autem Prudentius in Symmachum, 'Thessalicæ doctissimus ille magiæ.' *Cerda.*

243 *Tartara tristia*] In veteribus aliquot codicibus, *sub tartara tristia* legitur, mutatis loco dictionibus. Sed *tristia tartara* omnino vocalius sonat. *Pierius.*

244 *Lumina morte resignat*] Claudit, perturbat. Et est illud, quod Physici dicunt: pupillas, quas in oculis videmus, morituros ante triduum non habere: quibus non visis, est summa desperatio. Hoc ergo dicit: *resignat*, hoc est, aufert signa luminibus. Id est, signorum, quibus quæque noscuntur, intellectum tollit. Cicero *resignare*, pro auferre, in Orat. pro Archia ait, 'Quandiu incolumis post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem resignasset:' hoc est, abstulisset. Alii tradunt *resignare* vetuste ita dictum, ut nos *adsignare* dicimus pro damno, ut est apud Catonem in Lucium Furium: 'De aqua quod attinet, ad salinatores ærarios, cui cura vectigalium resignat:' et idem in oratione, 'Ne spolia figerentur, nisi de hoste capta; sed tum ubi ii dimissi sunt, revertantur resignatis vectigalibus.' *Servius.*

Lumina morte resignat] Id est, aperit. Dictumque ex Rom. consuetudine, qua mortuis in rogo oculi aperiebantur, qui ante domi clausi fuissent. Plin. XI. 37. 'Morientibus oculos operire, rursusque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu sacrum est: ita more condito, ut neque ab homine supremum eos spectari fas sit; et cælo non ostendi, nefas.' Id igitur a Marone ita dictum est, ut quia dicitur Mercurius ψυχόπομπος, id est, *manium ductor*, videatur ipse in pyra mortuis oculos a nobis clausos aperire. Servius nobilis Grammaticus, hic lapsus est. Hæc Turn. XXIV. 26. et XXVI. 5. Contra Jos. Castalio Observat. Dec. 4. 4. Turnebi etiam opinionem explodit: et, *resignare lumina morte*, ait esse, oculos morte occludere: adimere oculorum usum, et necare: quo fere modo usus sit Cicero pro Archia: 'Cum, quamdiu incolumis fuit levitas Gabinii, post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem resignasset,' id est, sustulisset, abrogasset: ut, 'lumina morte resignat,' idem sit, quod illud, 'sub tristia tartara mittit.' Alludit istud Æn. XII. 'in æternam clauduntur lumina noctem.' Censet autem similitudinem ductam esse ab iis rebus, quæ quamdiu consignatæ sunt, satis salvæ videntur; secus, si resignentur. Turnebum autem itemque Achill. Statium falli, qui a more obsignandi et resignandi literas hoc sumptum tradiderint. Sane cum Castalione fecit et Servius Danielis, qui ita: *Lumina m. resignat*, id est, perturbat, claudit: aufert signa luminibus, id est, signorum, quibus quæque noscuntur, intellectum tollit. Et allegat illud ipsum Ciceronis pro Archia. *Taubmann.*

245 *Agit ventos*] Non vocat aut transit; nam sequitur, 'Et turbida tranat:' an ergo ducit atque moderatur? ut, 'Mulcentem tigris et agentem;' unde et pædagogos dicimus: an excludit ac pellit? ut, 'Ac membris agit atra venena:' an sequitur? ut, 'Palantes Troas agebat.' An ante se agit, ne reflectant? ut,

'equos agit,' quia illis defertur? nam dixit, 'Rapido pariter cum flamine portant.' An *agit*, in actu est? Salustius: 'Inter certamina dominationis aut libertatis agit.' *Servius.*

Tranat] Transvolat: ut, 'Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen.' *Idem.*

Turbida tranat] Tametsi vetusti aliquot codices, *transnat* scriptum habeant, adeo tamen asperum id mihi videtur, ut recipiendum nunquam censuerim. *Pierius.*

246 *Apicem et latera*] Bene ei, quæ sunt hominis, dat. Nam et humeros, barbam, mentum, senem dicit. Hic autem Atlas rex fuit, qui habuit, sicut quidam volunt, juxta Æthiopas pomarium, in quo mala aurea nascebantur, quæ Hesperides et insomnis Draco custodiebant. Hic cum audisset a Themide, antiquissima dearum vate, cavendum esse a Jovis filio, qui ea poma quandoque sublaturus esset; præ timore nullum susciperet; et audito quod Perseus Jovis esset filius, suscipere eum hospitio noluit; a quo in montem conversus est, viso Gorgonis capite. Ut autem in primo diximus, peritus astrologiæ fuit. Nam et siderum cursum deprehendisse dicitur, et Herculem docuisse. Sane Latine *Atlas Telamon* dicitur, sicut *Nilus Melo.* Servius.

247 *Atlantis*] Ætheris et Diei filius, cui pœnæ gratia cœlum impositum dicitur, quod, ut quidam volunt, cum Titanibus steterit. *Idem.*

Duri] Laboriosi, et merito, qui cœlum sustinet: unde alt *fulcit*, hoc est, sustinet, propter altitudinem: nam *altus* est nimis. *Idem.*

Latera Atlantis] Scal. III. 3. Lepidissime divinus Poëta, cum haud ignoraret *Atlantem* esse montem altissimum: ejusdemque nominis virum, qui ibi regnarit: utrumque simul descripsit in uno: ita, ut dum montem depingit, apponat humani corporis appellationes quasdam quibusdam partibus attributas. Nam *latera ardua* communi significato vel de viro, vel de monte dicere licuit: sicut et *verticem*, atque etiam *caput*, quanquam duriuscule. At ubi ait; 'Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento Præcipitant.' et, 'glacie riget horrida barba:' ea vocabula nominavit, quæ hominis interessent: itaque audacter etiam *Senem* appellare potuerit: ita Ovid. Met. l. IV. 'Quantus erat, mons factus Atlas? nam barba comæque In silvas abeunt: juga sunt humerique manusque. Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen, Ossa lapis fiunt, tum partes auctus in omnes Crevit in immensum.' Quæritur hic etiam, cur Mercurius dispendio viæ sit usus, cum per compendium ad Æneam potuerit venire Carthaginem. Turn. XXV. 6. ideo factum credit: et, quod Atlas avus ejus fuerit: et, quod diis de cælo descendentibus scalas etiam quasdam, ne præcipites caderent, fabricarint: etsi superior caussa verior sit. Ad avum igitur visendi caussa divertit. Sidonius: 'vix contigit arva, Et toto descendit avo.' *Durus* autem est laboriosus: quia cælum sustinet. *Taubmann.*

Cælum fulsit] Ob altitudinem: ideoque *cæli columnam* vocarunt incolæ. Ennio *Telamon* Latine dictus. Eum describit et Silius l. I. 'Atlas subducto tacturus vertice cœlum, Sidera nubiferum fulcit caput, ætheriasque Erigit æternum compages ardua cervix: Canet barba gelu, frontemque immanibus umbris Pinea silva premit: vastant cava tempora venti Nimbosoque ruunt spumantia flumina rictu.' *Idem.*

248 *Atlantis, cinctum*] Repetitio cum emendatione et actu. *Servius.*

249 *Piniferum caput*] A pinis, quas sustinet. Pineta solent montes vestire, præsertim sitos in locis æstuosis, qualis Africa; inde a pinorum multitudine dictus mons Atlas habere ca-

put piniferum. Cerda.

250 *Nix*] *Nivis* facit: sed verbum *ningwit* non hinc venit: sed ab eo, quod est *hæc ninguis*, et *hæ ningues*. Lucretius, 'Atlas effundere ningues.' *Ninguit* autem prima persona caret, et secunda: quia non est in nostro arbitrio. Fabula autem talis est: Nilus Callirhoën, Oceani filiam, amabat: ex his nata puella nomine Chione, quam rure vitam agentem Juppiter a Mercurio tolli, et nubibus misceri præcepit: unde factum est, ut nives, quæ cadunt, Græce χιόνες appellentur; quæ tamen nives repræsentantes virgines et vitam priorem, montibus magis inhærent. Ideo autem calentes nives sata exurunt, ut ostendant puellam injuriam, quam pertulit a rustico, vindicare. *Serv.*

Nix] Herodot. in Melpom. οὐδέποτε γὰρ αὐτὰς (præcessit, κορυφὰς,) ἀπολείπει νίφεα, οὔτε θέρεος, οὔτε χειμῶνος: *Neque unquam vertex nivibus caret, vel per æstatem, vel per hiemem.* Inde a Græcis, νιφόβολος Ἄτλας, *nivibus obrutus*. Plin. v. 1. 'verticem altis, etiam æstate, operiri nivibus.' Solin. 'vertex semper nivalis.' *Cerd.*

Humeros] Mihi non dubium, quin Plinius II. 44. ut est sedulus Virgilii imitator, respexerit ad hunc locum, cum montes generatim describens, illis humanas partes attribuit: *verticem, cubitum, humeros, sinus, voces.* Idem.

Flumina] Nam feruntur inde aliqua flumina ortum habere. Solin. c. 37. 'Amnes circa eum non tacendi.' Mox nominat Asanum, et Nigrum. Ille enim locus corrigendus videtur ex Plin. quod vidit Joan. Camers. Plin. v. 1. 'Scatebris fontium rigunm.' Solin. iterum, 'qua ad Oceanum extenditur, manat fontibus.' Silius: 'Nimbosoque ruunt spumantia flumina rictu.' *Idem.*

251 *Præcipitant*] Ut, 'Nox humida cœlo Præcipitat:' præcipitantur. *Servius.*

Senis] Aut propter ætatem: aut adlusit ad nives: ut, 'Gelidus canis cum montibus humor Liquitur.' *Id.*

Senis] Allusum ad ætatem, et ad nives. Claudian. 'Perpetuaque senex subductus mole parumper Obstupuit proprii spectator ponderis Atlas.' *Cerda.*

Riget] Aut frigida est, aut recta est: unde et *rigorem* dicimus *directionem*. Inde est, 'Vestesque rigescunt,' et, 'Diriguere oculi.' *Serv.*

Glacie riget horrida barba] Scite admodum. Nam rigor glaciei est, horror barbitii inculti. Ergo, barba, cujus est horror; asperatur glacie, cujus est rigor. Inde mira verborum dispositio. Junguntur enim, 'glacie riget,' et 'barba horrida.' *Cerda.*

252 *Paribus alis*] Leni volatu: ut, 'Dixit et in cœlum paribus se sustulit alis.' *Servius.*

Paribus] Æquatis pennis, atque adeo volatu leni, et tranquillo. Ita alibi, 'in cœlum paribus se sustulit alis.' *Cerda.*

Nitens] Quidam pro *volans* accipiunt, et est participium a verbo *nitor*. Servius.

Nitens] Signata vox in volatu. Ovidius Pont. II. 'Et quod aves motis nituntur in aëre pennis.' Lucret. l. VI. *Nixor, nisus, conamen*: ait enim, 'Claudicat extemplo pennarum nisus inanis, Et conamen utrinque alarum proditur omne, Hic ubi nixari nequeunt, insistere et alis.' Porro *nictari* legunt, sed Gifanius *nixari* mavult. *Cerda.*

Cyllenius] Aut ab avia: unde paulo post, 'Cyllenia proles.' Aut a Cylleno Arcadiæ monte, ubi dicitur esse nutritus. *Servius.*

253 *Toto corpore*] Uno impetu excussus. Sic Lucanus, 'Nec se tellure cadaver Paulatim per membra levat, terraque repulsum est Erectumque semel.' *Idem.*

254 *Avi similis*] Incongruum heroico credidit carmini, si *mergum* di-

ceret, vel, ut quidam volunt, *fulicam*: ut alibi *ciconiam* per Periphrasim posuit: 'Candida venit avis longis invisa colubris.' Sic est, 'Et testa cum ardente viderent Scintillare oleum.' Sane fabula de mergo talis est: Æsacus quidam puer Nympha Alexirhoë editus, aliam ejusdem fontis Nympham amabat: quæ cum insequentem amatorem fugeret, ad quoddam specu delata, calcato serpente interempta est, quod postquam amator vidit, in mare se præcipitavit, cujus cum membra ferrentur fluctibus, miseratione deorum in avem mergum mutatus est, quia semper mergi fluctibus gaudent. *Idem.*

255 *Piscosos*] Pisculentos, causa cur volet. *Idem.*

Humilis] Humiliter, et tractum est ab *humo*, ut, 'Qua me quoque possim Tollere humo.' *Idem.*

256 *Haud aliter terras inter cælumque volabat*] In Oblongo codice, in Mediceo, et aliquot aliis sequitur versus: *Materno veniens ab avo Cyllenia proles, Litus harenosum Libyæ, ventosque secabat.* Nempe ad duarum syllabarum in continuatis versibus homœoteleuton evitandum. Hinc in plerisque codicibus post dictionem *harenosum*, *ac*, in nonnullis et reperitur, hoc modo copulativa postposita: *Litus harenosum et Libyæ, ventosque secabat:* ut dissolutum membrum ita apte connectatur. *Pierius.*

257 *Litus arenosum Libyæ*] Bene *arenosum* addidit. Nam in Libya erat: sed non in arenosa. Mauritania enim aspera et silvestris est. *Servius.*

Ventosque secabat] Quia omnis avis in ventum volat, ut, 'Illa notos atque atra volans in nubila fugit.' *Id.*

258 *Materno ab avo*] Per Majam Atlantis filiam. *Idem.*

Avo materno] Ab Atlante monte: in quem Atlantem patrem Majæ convertit Perseus. *Donatus.*

259 *Alatis*] Participium verbo carens. *Servius.*

Magalia] Afrorum casas, et mapalia: idem significant: sed *magalia*, *ma*, producitur: *mapalia* vero corripitur: ut, 'Et raris habitata mapalia tectis.' *Idem.*

261 *Stellatus jaspide fulva*] Gajus Memmius de triumpho Luculli, 'Syriaci calceoli gemmarum stellati coloribus.' Participium sine verbo. *Jaspide* autem *fulva*, pro viridi: ut, 'Fulvaque caput nectentur oliva.' Dicit etiam Plinius in naturali historia, multa esse jaspidum genera; in quibus etiam *fulvum* commemorat. Hoc et Dydimus et Nicander adfirmant. Alii tradunt *Jaspidem* in smaragdum transire. *Idem.*

Stellatus jaspide] In quo jaspides plures velut stellæ fulgebant. Vide, quæ ad hunc locum observavit Salm. Plin. exercit. p. 758. facere huc videtur illud Apulejanum Metam. l. VI. 'bullisque te multis aureis inoculatum, veluti stellis sidereis relucentem.' i. e. stellatum bullis, ut Maroni. *Emmeness.*

262 *Ensis erat*] *Ensem* pro *vagina* posuit. Et multi jaspidem volunt ad gratiam pertinere. Alii ad salutis custodiam plurimum posse. Ergo necessaria Æneæ in rebus trepidis, qui inter ignotas et bilingues devenerat gentes. Traditur etiam hanc gemmam concionantibus necessariam, nam Gracchus ea dicitur in concione sæpe usus, et hic Æneas quasi regni particeps, in publico velut in concione, a Mercurio corripitur. Bene ergo hic ei habitus datur, ne eum Tyrii aut ut profugum aspernarentur, aut obedire, ut advenæ nollent. Sane bene describit luxuriantis ensem: aliter Æneid. VIII. 'Fatiferumque ensem,' et, 'Ensem Quem Dauno ignipotens.' Hic capulum aut vaginam, at in illis ferrum. Sed peritus Poëta cum amatoris luxuriantis vaginam describit, alias etiam inseruit rationes, cur *Jaspidem* dixerit. *Idem.*

Ensis erat] *Ensem* pro vagina gladii gemmata sumi, cum Servio et Turn. xxvi. 5. docet et Juvenalis, Sat. v. 'A digitis, quas in vaginæ fronte solebat Ponere zelotypo juvenis prælatus Iarbæ?' Cur autem signate *jaspidem* nominarit, docuit Servius Dan. item, cur *læna* potissimum indutum dicat. Item alia commentatur subtilissimæ artis. *Taubmann.*

Læna] Genus vestis. Est autem proprie toga duplex, amictus auguralis. Alii amictum rotundum, alii togam duplicem in qua Flamines sacrificant infibulati. Quidam tradunt bene filio Veneris habitum *lænæ* datum, quia hunc sibi amictum genus Veneris vindicavit; unde populi *Lænates* propter hunc habitum, qui se de Veneris genere ortos volebant. Alii inventorem hujus vestis ab hac ipsa veste *Lænatem* appellatum tradunt. Quidam muliebrem vestem quasi amatori aptam volunt. Quidam Pontificalem ritum hoc loco expositum putant. Veteri enim religione Pontificum præcipiebatur inaugurato Flamini, vestem quæ *Læna* dicebatur, a Flaminica texi oportere: quam vestem cum cultro, quæ *secespita* appellabatur, geri debere. *Secespita* autem est culter oblongus ferreus, manubrio eburneo, rotundo, solido, vincto ad capulum argento auroque, fixo clavis æneis, quo Flaminicæ virgines Pontificesque ad sacrificia utuntur, eaque jam sacra est. Appellatur autem *secespita* a secando. Hic ergo Virgilius in Ænea quem sacratum intelligere vult, omnia supradicta latenter amplexus est. Nam inaugurationis meminit, cum dicit, 'Paribus nitens Cyllenius alis,' et, 'Avi similis,' et 'Volat æquora juxta:' ostendit enim Æneam auspicato, et a Carthagine jussum abire. Togam autem duplicem, quam purpuream debere esse non dubium est, hoc versu declarat, 'Tyrioque ardebat murice læna.' *Secespita* autem quoniam gratum non erat ipsius nominis facere mentionem, ita meminit, 'Stellatus jaspide fulva Ensis erat.' *Ensem* ergo pro cultro longiore debemus accipere; *stellatum* autem pro acutis uncis vinctum. *Jaspidem* autem ideo intulit, ne totus a rege discedere videretur, cui propositum est, veterum ceremoniarum ritum, aliud agens contingere. *Servius.*

Ardebat] Sic Stat. Theb. I. v. 'Chlamys ardet et illi.' *Ardere* hic teste Non. Marcello, est fulgorem et splendorem emittere. Juven. S. xi. 155. 'Quos ardens purpura vestit.' Multi hic *vario* legunt male pro *Tyrio*, teste Rutgersio var. lect. v. 10. Operæ pretium est de Læna legi Ferrar. de re vest. ii. 13. ubi Servii sententia rejicitur. Allusit Juven. Sat. v. 42. 'præclara illi laudatur iaspis. Nam Varro, ut multi, gemmas ad pocula transfert A digitis: quas in vaginæ fronte solebat Ponere zelotypo juvenis prælatus *Iarbæ.*' De hac *læna* noster xi. 72. 'Tum geminas vestes ostroque auroque rigentes Extulit Æneas: quas illi læta laborum Ipsa suis manibus quondam Sidonia Dido Fecerat, et tenui telas discreverat auro.' *Coccina* utebantur divites, unde Juvenal. Sat. iii. 283. 'Cavet hunc, quem coccina læna Vitari jubet, et comitum longissimus ordo.' *Emmeness.*

263 *Demissa ex humeris*] Ex qualitate amictus ornatum amatoris expressit. *Servius.*

Demissa] In pervetustis admodum exemplaribus *dimissa* legitur per *di*, ut negligentiam quandam in cultu, quod virum decet, ostendat. Sed si *demissa* placet, ut apud Statium, 'It tergo demissa chlamys:' non adversor, quum in statuis, et in nummis habitum hujusmodi sæpe observaverim, quæ sunt plurimum paludamento ab humeris dejecto bona anterioris corporis parte nuda. *Pierius.*

Dives quæ munera Dido] Non addi-

dit cujus rei dives, ut alibi, 'Dives opum variarum,' et 'Dives equum, dives pictaï vestis et auri.' Sane hoc loco docuit Flamini a Flaminica fieri vestem oportere, cujus lanam ipsa per se et nere debeat et texere. Non enim dixit, fieri jusserat aut miserat, quod ad expositionem nominis pertinet. *Servius.*

264 *Et tenui telas discreverat auro*] Ostendit ipsius manibus textam. *Id.*

265 *Invadit*] Habitum futuræ orationis ostendit. Et notandum non eum tantum nuntii, sed etiam caduceatoris, id est, oratoris officio fungi. Nam et persuadet et nuntiat. *Idem.*

Invadit] Invectivam futuram esse hoc verbum ostendit: et ex hoc acri habitu Mercurii ostendit, qualis debuit esse Jupiter. *Donatus.*

Tu nunc] *Tu* invectio est; et *nunc*, id est, hoc tempore, quo tibi navigandum, vel pro tua spe laborandum est. *Servius.*

Altæ] Quam altam vis fieri. *Idem.*

Carthaginis altæ] Est Imperii epitheton ac quasi insigne. Græci *ἱερὸν* ferme, id est, *magnum*, usurpant. Æn. 'ruit alto a culmine Troja.' Vide N. Æn. I. 7. 'Altæ mœnia Romæ.' *Taub.*

266 *Locas*] Pro *collocas*, vel jacis. *Servius.*

Uxorius] Nimium uxori deditus, vel serviens: ut Horatius, 'Uxorius amnis.' *Idem.*

Pulchram uxorius urbem] Stulti est aliena curare, sua negligere. *Donat.*

267 *Extruis*] A struice. Plautus in Menechmis, 'Tantas struices concinnat patinarias.' Nævius nominativo singulari, 'Struix malorum.' *Servius.*

Heu regni] Hic increpat, ut misereatur. *Idem.*

Rerumque oblite tuarum] Papin. Theb. IX. 'Heu nimium mitis, rerumque oblite tuarum.' *Cerda.*

268 *Ipse*] Dat dictis auctoritatem: ut, 'Quæ Phœbo pater omnipotens.' Et, 'Imperio Jovis huc venio.' *Servius.*

Ipse deum] Hujus personæ auctoritate graviorem facit suam objurgationem: et, ut major sit metus, potestatem ipsius describit. Utrunque autem damnat, et quod sublevet inimicorum opes, et quod in re agenda otium sibi proponat: quoniam negligentis est et incauti. Addit, ne per eum pereat, quod Ascanio debetur, quod, nisi per ipsum, præstari non potest. *Donatus.*

Claro demittit Olympo] Olympus quasi *ὁλολαμπὴς* dictus est: sive mons sit Macedoniæ, qui dicitur esse diversorium deorum; sive cœlum. Unde addidit *claro*: ut, 'Plemmyrium undosum.' Accentus sane Græcus tunc potest esse, si sit Græca declinatio, *ὄλυμπος ὀλύμπου*, nam Latine *Olympi*. Servius.

269 *Cœlum et terras*] Omnem mundum. *Idem.*

Torquet] Utrum quia mundus volubilis est? an *torquet*, regit, sustinet? ut, 'Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques.' *Idem.*

Numine] Est, aut nutu, aut potestate. *Idem.*

270 *Hæc*] Quæ dicturus est. Nam supra dicta ex se dixerat. *Idem.*

271 *Quid struis*] Utrum ædificas? an moliris? an incipis machinari? *Id.*

Qua spe Libycis teris otia terris] *Terra* totum orbem significat, *terræ* autem partes sunt. *Idem.*

Otia] In antiquis *otia*, ut alibi diximus, per *t*. Præter vero ea, quæ posita sunt in Bucolicis, vidi nuper in hortis palatii, quod D. Augustini templo proximum est: NEGOTIANTI PULLARIO PATER B. M. F. Et ultra Thermas Dioclitianas, in hortis, quæ Mæcenatis nunc dicuntur: POSSESSORES INQUILINI NEGOTIANTES: utrunque per *t*. Pierius.

Teris] Per negligentiam tempora consumis, et est verbum, ad ignaviam positum: Sallustius, 'Ibi trien-

nio frustra trito.' Et cum Juppiter dixerit, 'Inimica in gente moraris,' adhuc non dixit quæ non esset intellecturus Æneas. *Servius.*

Teris otia terris] Allusum ad etymon, ut in XII. 'sermonesque serit.' Nam *terra* a terendo dicta. Quod Virgil. 'teris otia,' Tibull. l. IV. dixit, 'peragit otia.' *Cerda.*

272 *Si te nulla, &c.*] Recte eadem repetuntur exemplo Homerico: neque enim legatus mandatis quicquam prævaricari debet. *Taubmann.*

274 *Surgentem*] Crescentem: ut, 'Surgentem cornua cervum.' Item, 'Surgentemque novæ Carthaginis arcem.' *Servius.*

276 *Debentur*] Honestius plurali numero respondit. *Idem.*

Cyllenius] Antonomasticum est pro proprio. *Idem.*

Ore] Oratione. *Idem.*

Tali Cyllenius ore locutus] Id est, oratione: *vel*, talia locutus ore. Notat Fabric. in Mss. legi, 'tali Cyllenius ore locutus Mortalis visus:' Βροτῷ ἀνδρὶ ἐοικώς. Ita Æn. IX. 'Sic orsus Apollo Mortales medio aspectus sermone reliquit.' *Taubmann.*

277 *Mortales visus*] Aut oculis se Æneæ sustulit: aut humanam reliquit effigiem, quam sumpserat, ut ab Ænea posset videri: quod melius est. *Servius.*

Medio sermone] Atqui exsequutus est omnia, quæ Juppiter dixerat: sed sermo est consensio orationis, et confabulatio duorum vel plurium. *Medius* ergo *sermo* est, cum persona, cum qua quis loquitur, non respondet, ut nunc fecit Æneas. *Idem.*

Medio sermone] Quia non expectavit responsum, quod erat dimidium sermonis, qui oritur inter duos. *Don.*

279 *Aspectu*] Numinis scilicet: ut, 'Ipse deum manifesto lumine vidi Intrantem muros.' *Servius.*

Amens] Id est, consternatus: quod evenire solet horrore perculsis. Lucret. l. VI. 'Ne trepides cæli divisis partibus amens,' id est, ex metu ne compos mentis non sis. Simile Æn. VIII. 'non te rationis egentem Lernæus turba capitum circumstetit anguis,' id est, non te expavefecit, neque consternavit. Turn. XXIV. 26. *Taubmann.*

280 *Arrectæque horrore comæ*] Subaudi, *sunt.* Servius.

281 *Dulcesque relinquere terras*] Deest *quanquam.* Per quod intelligi vult Æneam amorem, unde est, 'Invitus, regina, tuo de litore cessi:' ut non videatur ingratus, deorum excusatur imperio: sic ipse in sexto, 'Sed me jussa deum.' *Idem.*

282 *Attonitus tanto monitu*] Proprie juxta quem deus missus a Jove stetit, a quo et fulmina jaciuntur, quæ attonitos faciunt; *attonitus* enim est proprie, juxta quem fulmen cadit. *Idem.*

283 *Heu quid agat*] Ut solet, personis, de quibus loquitur, adfectum commodavit: ut nono Æneidos: 'Heu quid agat, qua vi juvenem, quibus audeat armis Eripere?' *Idem.*

Ambire] Blanditiis vel subdole circumvenire. Et *ambio illam rem* dicimus: ut 'Neu connubiis ambire Latinum.' Sallustius: 'Ambitio multos mortales falsos fieri subegit.' Significat et *rogare;* Sallustius in Jugurth. 'Quos ego audio ambire, fatigare vos singulos.' Dicebatur et *ambio illum*, pro *rogo illum;* Sallustius, in primo, 'Idem fecere Octavius et Quintus Cæpio sine gravi cujusquam expectatione, neque sane ambiti publice,' hoc est, neque valde rogati. *Ambitores* etiam dicuntur, qui, ut honores consequantur, discurrendo et rogando suffragia adquirunt. *Idem.*

Ambire] Non. Marc. *interpellare* interpretatur, sed *appellare* rectius videtur, et quidem, ut Servius, *blanditiis.* Ter. And. II. 2. 36, *ambire* pro prensare. *Emmeness.*

284 *Audeat adfatu*] In nonnullis codicibus, oppido quam vetustis, non

invenuste legitur absque particula copulativa, *Quo nunc ambire furentem Audeat adfatu? quæ prima exordia sumat.* In aliis invenitur copula: *audeat adfatu, et quæ*, &c. *Pierius.*

Exordia] Orationem, vel hic pro initiis, sed *exordium* in duo dividitur, in principium et orationem, sicut in Rhetoricis legimus. *Servius.*

285 *Atque animum nunc huc*] In tam ambigua consultatione prævaluit in religioso viro divinum præceptum. *Donatus.*

Atque animum, &c.] Homerum expressit noster, qui Iliad. A. 189. ἐν δέ οἱ ἦτορ Στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν. Recte Terent. And. I. 5. 31. 'dum in dubio est animus, paullo momento huc illuc impellitur.' Exemplo sit Cæsar Rubiconem transiturus, de quo Plutarchus in ejus vita. Eleganter animus dicitur tunc *dividi*, cum æstuat dubitatione et se in utramque partem versat. Vide Catull. in Carm. Nupt. 'nos alio mentes, alio divisimus aures:' ad quem locum vide Turneb. XXI. 29. *Emm.*

287 *Alternanti*] Varia mente tractanti. Et per hoc ostenditur cogitasse etiam amorem, sed prætulisse voluntatem deorum. *Servius.*

Visa est] Ideo visa est pro necessitate deorum. *Idem.*

Hæc alternanti] Homericus versus Iliad. X. Ἥδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή: *Hæc autem illi in anima optima visa est sententia.* Ergo ex hac imitatione verba Poëtæ conjungenda sic sunt, *sententia hæc visa est potior alternanti*, non, *sententia visa est potior alternanti hæc.* Cerda.

288 *Fortemque Cloanthum*] In Mediceo, et codicibus aliquot aliis antiquis *fortemque Serestum* habetur. Sed *fortis* epitheton passim apud Virgilium *Cloantho* adpositum. *Pierius.*

289 *Classem aptent*] Deest *præcipit:* et *aptent*, modo parent, alibi adnectere: 'Sed hæc lento mos est aptare flagello.' *Servius.*

Taciti] Pro *tacite*, sine strepitu celantes consilia. *Idem.*

Taciti, socios] In antiquis plerisque codicibus absque particula copulativa legere est, *socios ad litora cogant*. In non nullis *sociosque*. Et ita tertium quoque membrum solutum, *Arma parent.* Elocutio brevis, et imperanti adcommodata. *Pierius.*

Socios ad litora cogant] Ad votum, subaudiendum *taciti*. Servius.

290 *Arma parent*] Contra impetum iratæ forte reginæ. *Idem.*

Quæ sit rebus caussa novandis] Sallustius, 'Quæ caussa fuerat novandis rebus.' Non *quæ caussa novandarum rerum* dicimus. *Idem.*

292 *Quando*] Non est temporis: sed significat *siquidem:* et est conjunctio rationalis. Sane *quando, do* brevis est naturaliter: sic Serenus, 'Quando flagella ligas, ita liga.' Virgilius usurpat, 'Si quando Tybrim vicinaque Tybridis arva.' *Idem.*

Optima Dido] Pro *adhuc optima.* Idem.

293 *Tentaturum aditus*] Ut illam adeat: ut, 'Sola viri molles aditus, et tempora noras.' *Idem.*

Quæ mollissima fandi] Cato: 'Qua mollissimum est adoriuntur.' Et ubique *temptaturum* subaudis. *Idem.*

Quæ mollissima fandi temp.] Juxta illud Terentianum H. II. 3. 228. 'in tempore venire omnium rerum primum est.' Sic *tempora quærenda*, ut cum Horat. Sat. I. 9. Noster hoc libro vs. 423. 'Sola viri mollis aditus, et tempora noras.' Ubi plura. *Emm.*

294 *Quis rebus dexter modus*] Quis sit optimus rebus eventus. Ut, 'Et nos et tua dexter adi pede sacra secundo;' id est, bonus, ac per hoc propitius, ut, *lævum* pro malo: 'Et lævo contristat lumine cœlum.' *Modus* autem terminus. *Servius.*

Quis rebus dexter modus] Ἐπεξήγησις præcedentium. P.Victorius XXVII. 16. 'Tentare aditus et tempora,' vertit ex Euripid. καιρὸν λαμβάνειν. *Ce-*

pere tempus, Historicis frequens. *Taubmann.*

Ocyus] Velocius: et nota quod habeat adverbium, et nomen illius non facile reperiatur. *Servius.*

Ocyus] Gifanius docet, omnes libros vet. omnium auctorum repræsentare *ocius*, per *i* simplex: et ita omnino scribendum, contendere etiam Priscianum: si vel sit a Gr. ὠκύς. *Taubmann.*

295 *Læti*] Alacres, festini. *Serv.*

Facessunt] Modo frequentativum est, ut in Georgicis, 'Matris præcepta facessit.' Alias *discedit* significat, ut et Terentius, 'Hæc hinc facessat, tu molestus ne sies.' *Idem.*

Facessunt] Id est, libenter et cum desiderio faciunt: nam hoc esse *facessere*, docet Glossarium vetus Terentii. Ge. IV. 'matris præcepta facessit.' *Taubmann.*

296 *Quis fallere possit amantem*] Quamvis de Didone loquatur, generalem sententiam posuit. *Servius.*

Quis fallere possit amantem] In fabula Pyrami et Thisbes Ov. Met. IV. 68. 'Quid non sentit amor? primi sensistis amantes.' Stat. Thebaid. l. II. 'Quos callide motus, Quamve fugam moliris, ait, nil transit amantes Sentio,' &c. *Emmeness.*

297 *Præsensit*] Ac si diceret, ante quam ille moliretur: et nimia in hoc vis amantis exprimitur. *Servius.*

Excepit] In codicibus aliquot pervetustis, *accepit* legitur. In aliis *adcepit*, atque si Deo placet, etiam *atcepit*, *d*, in *t* mutata. Sed huic sententiæ magis quadrare videtur *excepit*, quum id clam delatum intelligatur. Insidiæ enim dolive insunt in verbo *excepit*. Pierius.

298 *Omnia tuta timens*] Id est, etiam tuta, nedum illa, quæ timebat: et est exaggeratio. *Servius.*

Omnia tuta timens] Non tantum ita ingenium est amantium, ut, quæ obscure cogitari possint, perhorrescant, sed et omnium candidatorum hoc proprium, ut rumorem, fabulam fictam, falsam metuant, de quibus accuratissime Cicero in Miloniana c. 16. *Emmeness.*

Eadem fama] Quæ et Iarbæ nuntiaverat. Et ideo *impia*, quia supra, 'Fama malum.' *Servius.*

Furenti] Aut amanti, aut detulit ut faceret furentem. *Idem.*

299 *Armari classem*] Στόλον ὁπλίζεσθαι· nam et ὅπλα armamenta velaque dicuntur. Vide infra eum locum, 'Colligere arma jubet, validisque incumbere remis.' *Germ.*

Cursumque parari] Modo navigationem: ut alibi, 'Ni teneant cursus.' *Servius.*

300 *Inops animi*] Sine animo, sine consilio. *Idem.*

301 *Bacchatur*] Furit more Bacchantum. Et bene uno sermone præoccupavit futuram comparationem. *Idem.*

Commotis excita sacris] Verba antiqua usum tradunt; *moveri* enim *sacra* dicebantur cum solemnibus diebus aperiebantur templa instaurandi sacrificii causa, cujus rei Plautus in Pseudolo meminit, 'Scis tu profecto mea si commovissem sacra, quo pacto et quantas soleam turbas dare.' Hoc vulgo *apertiones* appellant. Quidam dicunt: *Commotis sacris* ideo dixit, quia in sacrorum renovatione commovebantur simulacra: unde Horatius, 'Non ego te, candide Bassareu, Invitum quatiam.' *Idem.*

302 *Thyias*] Baccha: nam sicut a *Baccho Bacchæ*, sic et a *Thyoneo Thyades* dicuntur. Quidam ἀπὸ τοῦ θεῖν, quod est *insane currere*, dictas volunt. *Idem.*

Thyias] Velius Longus ait Græcos repugnare, ne θύας scribatur per υ tantum. Velle vero eos υ literam adsciscere sibi *i* ante alteram vocalem, ut unam syllabam faciant. Et ita scriptum observavi in Mediceo codice *Thyias*, quanquam in aliis per *y* tantum. *Pierius.*

Trieterica] Triennalia. Liberi enim sacra tertio quoque anno innovabantur. Sane sciendum *orgia*, apud Græcos dici sacra omnia, sicut apud Latinos *ceremoniæ* dicuntur. Sed jam abusive sacra Liberi, *orgia* vocantur: vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est, *a furore*; vel ἀπὸ τῶν ὀρῶν, a *montibus*, vel *silvis*. Serv.

Trieterica Baccho Orgia] Græce enuntiavit Poëta. Sunt enim τριετηρικὰ sacra Bacchi tertio quoque anno celebrata, quæ et τριετηρίδες vocantur: qua forma a Græcis πεντετηρικὸν quinquennale et lustrale dicitur, quod quinto quoque anno instauratur: unde et πεντετηρὶς, et πενταετηρίς. *Trieterica* autem et *triennalia* nominantur *orgia*: unde et κατοργιάζεσθαι initiari, μυεῖσθαι. Interpres tamen Apollonii lib. I. ὄργια dici ait μυστήρια, παρὰ τὸ εἴργειν τοὺς ἀμυήτους αὐτῶν, ἢ τὰ ἐν ὀργάσι γινόμενα, ὀργάδας δὲ συμφύτους τόπους καὶ ὑγρούς. Alii ἀπὸ τῆς ὀργῆς, ἢ ὀρῶν, ut, 'nocturnusque vocat clamore Cythæron:' nam et *Nyctelia* sacra illa dicebantur, quæ antiquata causa turpitudinis a populo Romano admonet Servius. Sunt et apud Orpheum hymni *Trieterici*. Germanus.

Trieterica] Festa sunt Bacchi triennio quoque celebrari solita. Alii vocant *triennalia*. Ovid. Met. IX. vocavit, *triennia*. 'Ismariæ celebrant repetita triennia Bacchæ.' Idem flexu isto: 'Tertia quæ solito tempore bruma refert.' Sunt hæc instituta in memoriam triennalis expeditionis, quam in Indiam Bacchus suscepit. De orgiis dictum jam in Georgicis. Versus veteris Poëtæ, quem ibi advocavi ex Clemente, illustrabit Horatium dicentem: 'Odi profanum vulgus, et arceo.' Respicit quippe ad etymon εἴργειν. *Cerda*.

303 *Nocturnusque*] Nocte celebratus, unde ipsa sacra *Nyctelia* dicebantur: quæ populus Romanus exclusit causa turpitudinis. *Servius*.

Nocturnusque] Alludit Stat. Thebaid. l. II. 'non hæc trieterica vobis Nox patrio de more venit.' *Emm.*

Cithæron] Mons est circa Thebas Bœotias, ex quo clamor veluti numinis Bacchas vocabat. *Servius*.

Cithæron] Noster Ge. III. 43. 'vocat ingenti clamore Cithæron.' Mela II. 3. montem in Bœotia positum dicit 'fabulis carminibusque celebratum.' Ovid. Met. II. 223. 'natusque ad sacra Cithæron.' et III. 702. 'electus facienda ad sacra Cithæron Cantibus, et clara bacchantum voce sonabat.' Ubi fabulam exponit Penthei, quam respicere videtur Stat. Thebaid. l. I. 'et pingues Bacchææ sanguine colles Inde plagam, qua molle sedens in plana Cithæron.' *Emmeness.*

305 *Dissimulare etiam*] Hic quasi reus Æneas a Didone accusatur. Ingrati ergo *dissimulare*, quasi ab actu criminis cœpit: nam qui dissimulat aliquotiens cogitat: et quasi non sit dubium cum proficiscendo Didonem lædat Æneas; ita incipit: *dissimulare*, id est, non tantum proficisci, quod est per se malum, sed ut me falleres. Satis artificiosa adlocutio est. Nam interdum subtiliter, et sibi consulit sub facie utilitatis Æneæ, et nunc irata, nunc supplex agit. *Dissimulare* autem ideo, ac si diceret, Ita rem pudendam cogitas, ut eam fateri nolis. Supra enim dixerat, 'Quæ rebus sit caussa novandis Dissimulent.' Post illud inducit quod dictum est, Primum accepisti beneficium, 'Nec te data dextera quondam:' reliqua per singula loca aperientur. *Servius*.

Dissimulare etiam, &c.] J. C. Scalig. III. 23. *Taubmann*.

Perfide] Muliebre verbum: hoc enim frequenter utitur: 'Solam nam perfidus ille Te colere:' et alibi, 'Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit.' *Servius*.

Perfide, tantum] Apollon. lib. IV. et III. Unde videntur istæ querimo-

niæ esse petitæ. *Hart.*

306 *Nefas*] Bene amans ejus quem amabat consilium profectionis *nefas* dixit. *Servius.*

Tacitus] In Grammatica observabis debuisse dicere, *tacitum posse decedere*, juxta Latinos canones; sed maluit Græcam constructionem, observatore Budæo. *Cerda.*

Mea decedere terra] Dicendo *mea*, stultum ostendit, qui putavit, quod amanti possit abripere. *Servius.*

307 *Data dextera*] Fœdus amicitiarum. *Idem.*

308 *Nec moritura tenet*] Secundus locus accusationis est: magis enim augere injuriam non potuit, quam si se ostenderet. *Idem.*

309 *Quin etiam*] Immo etiam, sed insuper, sed forte difficile est, quod peto, immo quod tu facis: *Quin etiam hiberno* usque *ire per altum.* Idem.

Moliris] Aut moves, aut paras. *Idem.*

Hyberno sidere] Non hieme, sed hiemali sidere: aut propter quod ait supra, 'Dum pelago desævit hiems, et aquosus Orion.' Ergo aut pro tempore: ut, 'Quo sidere terram Vertere Mæcenas:' aut re vera *sidere*, propter Orionem. Et bene tempestatis eum admonet, qui naufragus venerat, et hoc agit, quasi non sua causa eum remanere velit, sed etiam utilitatis Æneæ. *Idem.*

Hyberno sidere] Credo alludere Poëtam ad morem Romanorum, qui post Kal. Novembres intempestivam navigationem censebant, et ex eo claudi mare; admonitus a Brissonio, fori et sæculi nostri gloria, quemque in publico et observare soleo, et domi magno studio complector: ut et idem docuit ex Vegetio IV. 39. et l. quoties in fine. C. de naufrag. l. civiles. C. de off. rect. prov. Patet etiam ex Symmacho ep. II. 155. 159. 192. 274. 304. *Germanus.*

310 *Mediis Aquilonibus*] Media hieme, ut per *Aquilones* hiemem significet, aut quod *Aquilones* ex Africa navigantibus adversi sunt. *Servius.*

Et mediis properas Aquilonibus] Affectus veri amoris, quo, qui amant, timent pericula eorum quos amant, sive ii maria adeant, sive bella, aut quidvis aliud. Phyllis Demophoonti: 'Interdum timui, ne, dum vada tendis ad Hebri, Mersa foret cana naufraga puppis aqua.' Deianira Herculi: 'Ipsa domo vidua votis operata pudicis Torqueor, infesto ne vir ab hoste cadat. Inter serpentes, aprosque, avidosque leones Jactor, et hæsuros cerno per ossa canes.' Medea Iasoni: 'Ante oculos taurique meos, segetesque nefandæ, Ante meos oculos pervigil anguis erat.' Laodamia Protesilao: 'Sed timeo: quotiesque subit miserabile bellum, More nivis lacrimæ Sole madentis eunt. Ilion, et Tenedos, Simoesque, et Xanthus, et Ida, Nomina sunt ipso pene timenda sono.' Ergo Dido timet cursum Æneæ per hiemem, per medios Aquilones, unde certum naufragium conjici, et certa mors poterat. *Cerda.*

Per altum] Exacerbavit sententiam per *altum* dicendo, quamvis notum esset Æneam per altum navigaturum. *Servius.*

311 *Crudelis*] Etiam in te odio mei: sic Lucanus de Cæsare, 'Sævitia est voluisse mori.' *Servius.*

Arva aliena] Blande, quasi hæc jam tua sunt. *Idem.*

Domosque Ignotas] Ac si diceret: Carthago jam tibi nota est. Et ne hoc responderet Æneas, Aliena sunt arva; ideo adjecit, 'Domosque Ignotas peteres.' Sed æquum est, te hic esse, et non in tuo regno: 'Quid si non arva aliena domosque Ignotas peteres?' *Idem.*

Domosque] Sunt veteres admodum codices, in quibus *domus* hic quarto declinatu habetur. Cujusmodi casum Fl. Sosipater per *us* melius quam per *os* proferri censet. *Pierius.*

312 *Troja antiqua maneret*] Vel nobilis, vel illa tua patria, quam doles amissam: et deest *si*: et quasi per interrogationem, intelligendum est: 'Etiamsi Troja staret, per hiemem Troja peteretur?' *Servius.*

313 *Undosum æquor*] Sic III. 693. 'Plemmyrium undosum.' *Emmeness.*

314 *Mene fugis?*] Adhuc aperte non vult imputare beneficia: sicut paulo post facit irata. Et est intellectus: Fac non esse undosum æquor, æquum est ut me fugias? Et paulatim descendit ad preces, nam sequitur: 'Per ego has lacrimas dextramque tuam te:' vel per amicitiam, vel per virtutem: et bene virum fortem per dextram adjurat. *Servius.*

Mene fugis, &c.] Non male Didonis oratio confertur cum illa Scyllæ apud Ovid. Metam. VIII. 106. nisi quod Dido preces subjungat: 'Consumtis precibus violentam transit in iram: Intendensque manus, passis furibunda capillis, Quo fugis, exclamat, meritorum auctore relicta, O patriæ prælate meæ, prælate parenti? Quo fugis immitis? cujus victoria nostrum Et scelus et meritum est. Nec te data munera, nec te Noster movit amor,' &c. *Emmeness.*

Per ego has lacrimas] Hæc et vicem epilogi possunt obtinere; contra illud vero, 'me dii expellunt,' modo nihil potuit dicere; non enim audierat hoc, sed postea respondit, 'Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat.' Sed hic rursus redit ad exprobrationem beneficii: 'Te propter Libycæ gentes Nomadumque tyranni Odere: infensi Tyrii te propter eundem.' Hic aut inconstantiam amantis expressit: aut quia in causa nihil potentius erat, unde cœpit, ibi desiit. *Servius.*

Per ego has lacrimas] Argute observat Turneb. XXIV. 26. non solum Latinos, sed et Græcos in jurejurando ejusmodi trajectione delectatos. Ita Ter. Andr. V. 1. 'Per ego te deos oro.' Plaut. Men. V. 7. 'Per ego vobis deos atque homines dico.' Seneca Agamemn. 'Per te parentis memoriam obtestor mei.' Vide et Gruterum Suspic. libr. itemque Charis. de præposit. *per.* Taubmann.

Per ego has lacrimas, &c.] Similem trajectionem invenias in Bris. apud Ovid. 'Per tamen ossa viri,' &c. 'perque trium fortes animas.' *Emmeness.*

Lacrymas] Quam in istas proni, qui amant! Ovid. Art. III. 'Quo non ars penetrat? discunt lacrimare decenter: Quoque volunt plorant tempore, quoque modo.' His loquuntur, qui amant: idem in Bris. 'Sed tamen hæ lacrimæ pondera vocis habent.' His rem gerunt: ibid. 'Sis licet immitis, matrisque ferocior undis, Ut taceam, lacrimis comminuere meis.' His decipiunt: Medea Iasoni, 'Vidi etiam lacrimas, an et est pars fraudis in illis? His blandiuntur, ut hic Dido. Est vero similis obtestatio apud Sen. Rhet. Controv. I. v. 'Per has lacrimas, per hunc squalorem, per hæc necessaria omnibus periclitantibus instrumenta.' *Cerda.*

315 *Nihil ipsa*] Non pudorem, non regnum. Et est sensus: Si enim aliquid sperares, retinere te possem; sed contemnis me, quia tibi ab initio cuncta concessi. *Servius.*

316 *Inceptos Hymenæos*] Qui novitate sunt dulces: et bis idem dixit. *Idem.*

317 *Si bene quid de te merui, &c.*] Ovid. Metam. VII. 852. 'per nostri fœdera lecti, Perque Deos supplex oro, superosque, meosque; Per si quid merui de te bene.' *Emmeness.*

318 *Dulce meum*] Tetigit rem inhonestam. Sic Terentius, 'Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.' Alii non accipiunt de re Venerea, *dulce meum*, sed ita: 'Si ea, quæ in te contuli, grata fuerunt et dulcia.' Alii pro, 'Si ego tibi quicquam dulcis fui:' vel quia amantes, amores suos

dulcia sua dicunt: id est, si talis in te fui, ut mererer, quam tu diceres *tuum dulce*. Servius.

Dulce meum] Consuetudinem amoris κατὰ περιπλοκὴν verbis honeste tegit. *Taubmann*.

Dulce meum] Longus pastor. l. III. nominat consuetudinem γλυκὺ ἔργον. Inde Pindar. Olymp. od. VI. γλυκεῖαν ἀφροδίτην appellat. Honesta narratio est Alcmenæ in Amphitr. II. 2. 212. 'ea dos est, tibi morigera ut sim:' alloquentis Amphitruonem maritum. *Emmeness*.

Miserere domus labentis] Turneb. XXVI. 5. Dictum eleganter et insigniter: quod, distracto conjugio, domus dissolvatur atque dilabatur. *Taubmann*.

319 *Exue mentem*] Rejice a te propositum mei relinquendi. *Servius*.

320 *Te propter*] Hoc est, propter te. *Idem*.

Te propter] Ejusdem argumenti est illud Phyllidis ad Demophoontem: 'At mea despecti fugiunt connubia Thraces, Quod feror externum præposuisse meis.' et Medeæ ad Jasonem: 'Proditus est genitor: regnum patriamque reliqui: Munus, in exilio quod licet esse tuli.' Magnum argumentum amoris, suos contemnere, quod fecit Phyllis; genitorem prodere, et patriam relinquere, quod Medea: non hæc satis divino viro, incurri in odium Libycarum gentium, Nomadum tyrannorum, Tyriorum adhuc, propter te unum, o Ænea, atque adeo et meos prodidi, et externos provocavi. *Cerda*.

Libycæ gentes] Redit ad enumerationem beneficiorum, et hanc cum auctu explicat, dicendo inimicas gentes factas, dum illis præponitur. *Servius*.

Nomadumque tyranni] Non eo inficias *Nomadum* in codice Longobardico, et aliquot aliis legi. Sed enim in Oblongo, in Mediceo, *Numidum* habetur Latinorum idiomate. Appianus enim, quos Græci *Nomadas* appellant, *Numidas* a Latinis appellari dicit. Neque dicat quispiam primam syllabam produci, si *Nu* scribatur, quia sit *ου* diphthongus apud Græcos: Appianus enim Romanorum sonum non syllabæ tempus exprimere curavit, quamvis alias pro *u* brevi apud nos O μικρὸν illi scribere soleant, ut pro *Numa* Νόμαν, ita illi νομάδας, nos *Numidas*. Pierius.

Tyranni] Nihil interearat apud majores inter regem et tyrannum: ut, 'Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.' *Servius*.

321 *Te propter eundem*] Bene servavit rem causæ necessariam. Et sunt, qui hic distingunnt, ut sequatur, *Extinctus pudor*. Idem.

Qua sidera adibam] Hom. Od. T. de Penelope: ἧ γάρ σευ κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει. *Germanus*.

Extinctus pudor, et, qua sola sidera adibam] Sic supra vs. 55. *pudorem solvisse* dicitur. Nunc autem pudicitiæ vitium esse additum et inustam notam queritur, quæ, Plauto teste in Amphitr. II. 2. 209. vera dos est: 'non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur: sed pudicitiam, et pudorem, et sedatum cupidinem.' Ter. Ad. III. 2. 48. 'Tum præterea, quæ secunda ei dos erat, Periit, pro virgine dari nuptum non potest.' Recte igitur noster, 'qua sola sidera adibam, Fama prior.' Contra in nullo honore sunt, quibus flos pudicitiæ delibatus est. Inde Horatius od. III. 27. *Europen vilem* appellat. Elegantissimam floris et pudicitiæ comparationem apud Catullum in Carm. nuptial. 63. si legis, operæ es facturus pretium. *Emmeness*.

323 *Fama prior*] Quæ melior fuit sine dubio. *Cui me moribundam*: hoc est, quod supra, 'Nec moritura tenet crudeli funere Dido;' sed ibi invidiose, hic per miserationem. *Servius*.

Deseris] Subdistinguendum: dubitat enim, quo eum nomine potissi-

mum appellet. *Idem.*

Hospes] Non dixit *marite*, id est, quia non vis dici maritus: Æneas enim et hospes fuerat, et maritus: sed modo maritum se negat, hospitem confitetur. Unde nunc Dido hoc dixit, 'Cui me deseris, hospes?' *Idem.*

Hospes] Latet hic emphasis non vulgaris. Est enim indignum cogi ad mortem ab hospite, in quem ex-prompta humanitatis argumenta. Cum pari emphasi Propertius eleg. II. 21. 'Colchida sic hospes quondam decepit Iason.' et eleg. 34. 'Hospes in hospitium Menelao venit adulter.' *Cerda.*

Deseris, hospes] Eodem utitur verbo Ter. And. I. 5. 56. 'ne abs te hanc segreges, neu deseras:' et vs. 330. 'deserta viderer.' Et bene *hospes* in contemtum, nam mariti nomine indignus, quia clam fugam moliebatur, ut Catull. in Nupt. Pelei et Thetidos Carm. 64. 'Nec malus hic celans dulci crudelia forma Consilia in nostris requiesset sedibus hospes.' *Emmeness.*

324 *Hoc solum nomen quoniam de conjuge restat*] Hoc est, superest. Alii *restat* intelligunt *resistit*, id est, contrarium tibi est. Nonnulli dicunt: Hoc solum nomen quoniam superest, ut te conjugem dicam. Dicitur autem ingenti adfectu hos versus pronuntiasse, cum privatim, paucis præsentibus, recitasset Augusto. Nam recitavit voce optima primum, tertium et quartum. *Servius.*

325 *Quid moror*] Utrum, quid in hac terra moror, an, quid in vita moror? *Idem.*

327 *Saltem*] *Vel hoc*: est autem sermo tractus a captivis, qui cum frequentius ab hostibus captarentur, dicebant, *Sublatis omnibus, salutem concede.* Inde per Synæresin hic natus est sermo; ut in contemptu rerum multarum petituri aliquid, *saltem* dicamus: quasi quod negari minime debeat; cum extremum aliquid petitur, inde necessitate additur *saltem*, veluti *salutem* postremo poscentes, vel *salutem* si aliter non potest. Et hic ostendere vult Didonem, ut est mos inconstantibus animis, præ amore id agere invidiose; quasi a legitimo marito deseratur: quis enim ignorat matrimonia liberorum suscipiendorum gratia iniri? Ait enim, 'Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles.' Dixerat enim, 'Miserere domus labentis,' id est, futuri generis. Alii hoc a sorore natum volunt, quæ dixit: 'Nec dulces natos Veneris nec præmia noris.' *Idem.*

Si qua mihi de te, &c. si quis mihi p.] *Qua* et *si quis* addita putantur, nam integrum est: 'Si suscepta fuisset ante fugam soboles, et mihi parvulus aula Luderet Æneas.' *Idem.*

328 *Ante fugam soboles*] Et amatorie et amare. Nam hæc *fugam* dicit: quam ille nominat *profectionem.* Amor autem ex filii desiderio comprobatur. *Idem.*

Ante fugam] *Fugam* dicit: nam non vult honestare rem, si dicat *discessum.* Donatus.

Soboles] Cur in antiquis codicibus *suboles* habeatur, alibi dictum. Nunc duo adhuc succurrunt exempla ex antiquis monumentis, ubi *suboles* per *u* scriptum legitur. Ea sunt ad Æsculapii, ubi nunc Divi Bartholomei fanum: CVNCTORVM HAEC SVBOLI SEDEM POST MORTE RELIQVIT. Et alio versu eodem epitaphio: ET FACIET SVBOLES MVLTOS MEMORATA PER ANNOS. A *subolescere* enim hoc deductum esse nomen, alibi diximus. *Pierius.*

Si quis mihi] Bene iterat *mihi*: et secundum jus loquitur. Nam ubi non est justum matrimonium, liberi matrem sequuntur. *Servius.*

Parvulus] Sumptum credo ex Catullo, qui in Nuptiis Jul. et Mal. 'Torquatus volo parvulus Matris e gremio suæ Porrigens teneras manus,

Dulce rideat ad patrem Semihiante labello.' *Cerda.*

329 *Luderet*] *Ludere*, proprie puerorum est: unde et παῖδες Græci ἀπὸ τοῦ παίζειν, a *ludendo*, dici quidam volunt. *Taubmann.*

Luderet] Sic Juven. Sat. v. 138. 'nullus tibi parvulus aula Luserit Æneas.' Et recte *referret*: nam, ut Horat. od. IV. 5. 'laudantur simili prole puerperæ.' *Emmeness.*

Qui te tantum ore referret] Aut sic dixit, quasi amatrix; ut supra de Ascanio, 'Infandum si possit fallere amorem.' Aut illud dicit: Optarem filium similem vultui, non moribus tuis. *Servius.*

Qui te tantum ore referret] *Te tantum*, et *tantum te* transpositæ dictiones in diversis codicibus sententiam identidem variant. Nam quum Servius exponat: 'Optarem filium similem vultui, non moribus tuis,' quadrat ea lectio, *qui te tantum ore referret*. Quod si, ut in quibusdam aliis codicibus, manu scriptis, habetur, eam lectionem adprobaverimus, *qui tantum te ore referret*: *tantum*, magnum amoris affectum ostendet, et ipsam petitionis honestatem; quum non quærat invitum retinere, neque futuræ ejus felicitati velit invidere, optare vero tantum ejus imaginis memoriam apud se perpetuo permanere, quam assidue spectando delectetur, et solitudinis tædium levet, desertique amoris amaritudinem leniat, quod in suscepto filio contingere potuisset: et ideo ad optatorum diminutionem descendit, aitque *tantum*, ut ex pluribus, quæ forte negaturus erat, hoc saltem unum impetraretur. Tota enim orationis vis eo vertitur, ne deserat amatus amantem; aut si deserturus omnino sit, non ita miserabilem in ærumnis et calamitatibus derelinquat. Est et alia lectio in codice Longobardico, atque etiam in Mediceo, neque non in Porcio, *qui te tamen ore referret*. Cui lectioni nonnulli alii veteres codices adstipulantur. Et ita apud Arusianum in libello de Virgilianis elocutionibus scriptum habetur. Quæ quidem oratio et ipsa affectus et amoris plena est. Ait enim: 'Tametsi summo opere concupiscat filium ex Ænea suscipere: nolle tamen, nisi patri futurus sit similis suo. Totaque in eo est, ut ostendat, se regnum, opes, famam, omnia denique posthabuisse, præ uno Ænea, quo si potiri non liceat, imaginem saltem Æneæ similem assidue contemplari possit. Quas vero impudicitiæ voluptatisque notas interpretes huic inurunt, a Virgiliana sententia mihi videntur alienæ, qui amorem Didus exscribere videtur: de quo fertur unam esse animam in gemino corpore.' *Pierius.*

330 *Capta, ac deserta*] In Longobardico codice, in Mediceo, in Porcio, et aliquot aliis legitur, *ac deserta*, quod infelicitatem augere videtur. Multi enim captivi sunt, non tamen auxilii spe deserti; multi sine spe, non tamen captivi: se vero ait Dido omnino captam; sed, nisi aliqua saltem imago Æneæ sit penes se, etiam desertam. Hinc illud horrificum in somnis ejus sequetur, 'Semperque relinqui Sola sibi, semper longam incomitata videtur Ire viam, et Tyrios deserta quærere terra.' In non nullis legitur, *aut deserta*. Idem.

331 *Jovis monitis*] Bene præscribit, ne ei det impietatem. Sane et *hæc monita* dicimus: ut, 'Carmentis nymphæ monita, et deus auctor Apollo,' et *hos monitus*, ut Persius, 'Hos pueris monitus patres infundere lippos.' *Servius.*

Ille Jovis] Confundebatur pudore, utpote qui ingrati, qui fallacis, qui fugitivi infamiam subiret contra institutum suum. Sed solum Jovem sibi ante oculos ponebat, quod efficiebat, ut vir alioquin mitis et humanus, quamvis moveretur officiis Didonis, tamen a proposito non discederet.

Recte autem dixit *monitis* potius quam *jussis*: quia non solum imperium eum movebat, sed ea quæ imperabat, quæ ad regnum Italicum acquirendum pertinebant, et ne Carthaginem, suo imperio inimicam futuram, foveret. *Donatus.*

Immota tenebat Lumina] Physicum est, ut qualitatem animi ex oculorum, aut corporis stabilitate aut mobilitate noscamus. Ergo modo vult ostendere Æneam a proposito non esse deviaturum. *Servius.*

332 *Obnixus*] Id est, obstinatus. Scal. IV. 16. *Taubmann.*

Curam] Vel simpliciter accipe, vel amorem. *Servius.*

333 *Ego te, quæ plurima fando*] Controversia est plena, in qua expurgat objecta removens a se crimen ingrati: et veniali utitur statu, profectionem suam retorquens in voluntatem deorum. Habet etiam finem; nam purgat objectam fugam, nomine profectionis. *Idem.*

Ego te, quæ plurima] Captatio benevolentiæ in re dubia, a Didonis et sua persona. Tantum autem abest, ut Æneas ingratus fuerit, ut etiam gratissimo animo fuisse, ubique appareat: neque hic tantum gratias agit Reginæ, sed luculentis verbis in primo etiam, ob clementer auditam legationem atque socios receptos. Pollicetur etiam æternam apud se memoriam beneficii: 'Dum memor ipse mei,' &c. Ne vero aut crudelem, aut ingratum putes, ubi dicitur, 'sed nullis ille movetur Fletibus.' Rejectus enim est et effectus et causa in deos, illis versibus, 'Fata obstant; placidasque viri Deus obstruit aures.' Ita placidæ suapte natura erant aures, fato autem factæ duræ: de quibus Scalig. III. 11. *Taubmann.*

334 *Numquam, regina, negabo*] Palam habet beneficia accepta, sed necessitate impulsum, et non voluntate, ostenditur se illi non obsequi. Breviter autem purgavit, quæ objiciebantur, ne multiloquio tempus tereret: et ingratitudinis vitium primo confutat, ut secundum artem incipiat a validioribus adversariorum objectis. *Donatus.*

335 *Promeritam*] Præstitisse, et bene egisse: et est sermo de his, qui per contrarium magis lucent. Terentius, 'Ita me velim ames promerentem, pater,' id est, bene agentem. Et congruit, ut præstet, qui bene agit; contra commeritus, qui aliquid delinquit, ut alibi ipse Terentius, 'Quid commerui aut peccavi, pater?' id est, quid male egi? et est sensus: Quantacunque enumerare potueris in me tua beneficia conlata, eorum tibi debere gratiam non repugno. *Servius.*

Meminisse pigebit Elissæ] *Memini* et *illius rei* dicimus, ut hoc loco: et *memini illam rem*, ut, 'numeros memini, si verba tenerem.' *Elissæ* autem Didonis, quæ appellata est lingua Punica *virago*, cum se in pyram sponte misisset, fingens placare manes prioris mariti, cum nubere se velle Iarbæ mentiretur. *Idem.*

336 *Dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus*] Hic versus superioribus jungendus, ut sit sensus, Tamdiu beneficiis tuis obligatus ero, quamdiu vixero. Et bene hoc de futuro dixit, et congrue: nam *Piget* ad futurum spectat, *pudet* ad præteritum; et licet pene sit una significatio, tamen dicimus, *Piget me illud facere* et *fecisse*. Unde interdum, præcipue a Sallustio, simul ponuntur. *Idem.*

337 *Pro re pauca loquar*] Remoto ingrati crimine descendit ad causam: et proprie, id est, si rei magnitudinem cogites, *pauca*. Idem.

Pro re pauca loquar] Pro rei veritate, cui paucis verbis opus est. Pindarus: *εὐώνυμον εἰς δίκαν τρία ἔπεα διαρκέσει*. *Taubmann.*

Neque ego hanc] *Profectionem* scilicet subaudis. Nam posteriori non potest jungi, ne sit confessio. Et hoc est, quod reddidit, 'Dissimulare etiam sperasti?' *Servius.*

Neque hanc abscondere furto] Probat

quod non fugam, sed navigationem paravit: quia non venerat ut matrimonium conficeret, quod probat, quod nullis solitis ceremoniis conjugium celebratum sit. *Donatus.*

339 *Prætendi tædas*] Probat non esse matrimonium. Quia illa dixerat, 'Per connubia nostra.' Et est quasi status finitionis, quid sint legitimæ nuptiæ: et hic *Æneam* inducit agentem, nullo se matrimonii jure posse constringi, qui neque confarreatione Didoni conjunctus fuerat, ut Flamini ac Flaminicæ convenit: ait enim, 'Nec conjugis unquam Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni:' et *tædas* quidem quantum ad ignem pertinet, per quem mos confarreationis firmabatur, dixit; scilicet ne aut legitime jugatam contra fas reliquisse videretur, aut fœdus, id est, fidem rupisse perpetuæ castimoniæ, quia eam fuissent juncti, scirent tonuisse, quæ res dirimit confarreationes. Dixerat enim Juno, 'Et tonitru cœlum omne ciebo,' et paulo post, 'Insequitur commixta grandine nimbus.' *Servius.*

Nec conjugis Prætendi tædas] Quamvis *νυμφίας δᾷδας* et *δᾳδούχους* respicere videri possit: tamen non displicet doctis, *prætendi tedas*, ea forma dictum, qua Euripid. in Androm. *προὔτεινα παιδὸς θάνατον*, id est, *pueri mortem prætexui et confinxi. Ich hab mich auch nie vor ein Ehman auszgeben.* Taubmann.

Aut hæc in fœdera veni] Id est, matrimonii: et jungendum est superiori, aut certe ad posteriora pertinet: et hoc dicit: Non ad hoc veni, ut hic morarer: sicut et nunc probat dicens, 'Me si fata meis paterentur ducere vitam;' et dixit in I. 'Quæ me cunque vocant terræ.' Ergo *veni*, consensi: hoc est: Non ad hæc consensi fœdera: ut, cum vellem discedere, non liceret. *Servius.*

340 *Me, si fata meis, &c.*] Observat H. Stephan. lib. Sched. c. 11. has locutiones *ducere vitam suis auspiciis*, et, *componere vitam sua sponte*, esse easdem cum illa, *sibi vivere*, qua usi Horatius in epist. et Ovidius Trist. III. 4. quodque Plato *τὰ ἑαυτοῦ πράττειν*. *Cerda.*

Paterentur] In antiquo admodum codice pro *paterentur* suppositum est *voluissent*. Sed *paterentur* multo quid majus habet, et multo magis eruditis satis auribus facit. *Pierius.*

Meis Auspiciis] Argumentum a necessitate: et *auspiciis* ideo, quia majores omnia auspicato gerebant. Ergo *auspiciis*, dispositionibus. Potest et *auspiciis* dixisse ominibus, quia in Jure Augurali *auspicium* dicitur, quod non petentibus nobis, ad ea quæ in animo habemus, jure ominis, offertur: vult enim ostendere Æneam semper animo volutasse ominibus, ut, quæ mente agitaret, offerrentur auspicio, atque augurio firmarentur: unde si bene advertas singula hic illi loco in tertio ad singula redduntur; nam quod ibi imprecatione, ubi augurio petit ea quæ negaverat firmari, hic in refutatione comprehendit. Ibi enim dixit: 'Serva altera Trojæ Pergama,' hic, 'Urbem Trojanam primum:' ibi, 'Relliquias Danaum atque immitis Achilli,' hic, 'Dulcesque meorum Relliquias colerem:' ibi, 'Mansuram urbem,' hic, 'Tecta alta manerent:' ibi, 'Ubi ponere sedes,' hic, 'Recidiva manu posuissem Pergama victis:' ibi, 'Quove ire jubes,' hic, 'Italiam magnam Grynæus Apollo:' ibi, 'Da pater augurium,' hic, 'Me si fata meis paterentur ducere vitam.' Alii *auspiciis* potestate: ut, 'paribusque regamus Auspiciis,' vel quæ animo ac mente agitarentur, de quibus consulturi essent. *Servius.*

Meis Auspiciis] Mea dispositione: id est, ut vellem et optarem: nam hic, *mea auspicia* dicit, quæ, quod volo, pollicentur, neque voluntati meæ refragantur: et proinde pro voluntate posuit, ait Turnebus XXIV. 76. *Taubm.*

341 *Sponte mea*] Modo nomen est. Nam et genus et casum habet. Sic et *mane*, cum ei et genus et casus additur, nomen est: ut, 'Dum mane novum, dum gramina canent.' Sic est, 'Forte sua Libycis tempestas appulit oris.' Alias adverbia sunt. Verum autem dicit non sua sponte. Nam supra legimus, 'Hos cape fatorum comites.' Item, 'Diversas quærere terras Auguriis agimur divum.' *Servius.*

Sponte mea conponere curas] Id est, meo arbitratu deliberare. *Scalig.* IV. 16. Ita Celso dicitur 'Homo suæ spontis,' qui more suo vivit, et ut libet, ac nulli vitæ instituto adstrictus est: ὁ μὲν καὶ τῇ τύχῃ καὶ προαιρέσει ἐλεύθερος. I. 1. 'Sanus homo, qui et bene valet, et suæ spontis est, nullis se obligare legibus debet.' *Taubmann.*

342 *Primum*] Id est, Hoc vellem præcipue. *Servius.*

343 *Colerem: Priami*] In Mediceo, et antiquioribus quibusdam exemplaribus et copulativa particula non habetur, positum vero est κατὰ διάλυτον, *Relliquias colerem, Priami tecta alta manerent.* In aliis est particula, *et. Pierius.*

344 *Recidiva*] Post casum restituta. Alii *recidivum* proprie dicunt, quod excisum denuo nascitur. *Serv.*

Recidiva] Quamvis exemplaria multa *rediviva* legant, magis tamen placet, quod Servius etiam agnoscit, *recidiva:* a *cado* enim *recidivus*, quod ait ille post casum restituta. Ita etiam Fl. Sosipater sentit, qui *rediviva* dici monet, quæ post interitum redeunt. *Recidiva*, quæ ex suo casu restituuntur. Unde Virg. 'Recidiva manu posuissem Pergama victis.' *Pierius.*

Recidiva] Ita legendum; non, *rediviva:* nam *recidivum* de hac gente perpetuum apud Poët. Miræ enim emphaseos et energiæ singularis: quod profecto ignoravit Servius, qui a *redivivo* vix distinguit. Non ignorat Ausonius pro Consulatu Grat. actione: 'Quæ bona præstas, efficis, ne caduca sint: quæ mala, prospicis, ne possint esse recidiva.' Et eleganter de Phœnice Corippus: 'A busto recidiva suo:' ut notat D. Heinsius ad illud Sillii l. I. 'Gens recidiva Phrygum,' &c. Aus. Popma explicatius ita: *Recidiva* sunt, quæ ex suo casu restituta eodem modo et genere redeunt: ut 'recidivas febres' dixit Plinius: Virgilius 'recidiva Pergama,' quæ fiunt ab his, quæ superstites sunt Trojanis periculis: Tertullianus 'Reciprocárum frugum et vividorum elementorum, et recidivi anni fidem argumentantur:' Arnob. l. IV. 'Quicquid prior ætas abstulisset, recidiva substitutio denegaret.' *Rediviva* autem sunt, quæ ex vetustis renovantur, et quasi in vitam, nova adsumpta forma, denuo revocantur: ut *redivivus lapis*, qui ex vetere in novum ædificium translatus de integro politur, &c. Quæ Turnebus XXIX. 24. annotat, minus accurata sunt. Vide etiam, quæ Æneid. VII. notavimus. Porro hic locus, eodem auctore, hanc continet sententiam: Mihi, si, ut volo et opto, res meas constituere et consilia componere liceret, Coloniam ad renovandum nomen et memoriam antiquæ patriæ conderem: at mihi non licet arbitratu meo vivere, sed parendum fatis est, et Imperium Italiæ fatale capessendum, non colonia tantum condenda, cui vel in Africa possem sedem ponere. XXVI. 5. Denique de *Acervatione*, sive *Coagmentatione* hujus loci videatur Scal. Poët. III. 42. *Taubm.*

345 *Sed nunc Italiam*] Facit rem verisimilem: nam nullus ab ocio ad negotium, nisi invitus accedit. *Don.*

Grynæus Apollo] Clazomenæ civitas est Asiæ. Unde Horatius, 'Dives agebat Clazomenis.' Juxta hanc nemus est Grynæum, ubi Apollo colitur. Qui traditur ibi Grynem Amazonam stuprasse. Inde epitheton: licet in

Delo acceperit oraculum. Hic tamen singula commemorat, quibus se ostendat coactum voluisse abscedere. *Servius.*

346 *Italiam*] Necessaria repetitio Italiæ, quia ibi ei dicebatur imperium, et ipsa est causa navigandi. *Idem.*

Lyciæ sortes] Nec hinc accepit responsum: sed sic dixit *Lyciæ*, ac si diceret Apollineæ. *Idem.*

Lyciæ sortes] Cujusmodi autem hæ sortes fuerint, disputant eruditi. Legatur Alciatus Parerg. v. 22. ubi docet, apud antiquos oracula etiam sortibus data esse: et notat Pimpontius eadem significatione et κλῆρον et κλήρους Græcos, et ποινὰς Eurip. in Med. pro oraculis et vaticiniis dicere. *Taubmann.*

Jussere] Bene quæ contemni non possunt. *Servius.*

Capessere] Occupare, et ideo frequentativo verbo usus est, quia multas se dicit super hoc sortes accepisse; quidam *capessere* pro *ire* accipiunt, ut Titinius, 'Lucius domum se capessit.' *Idem.*

347 *Hic amor, hæc patria est*] Eo, inquit, desiderio per voluntatem deorum, circa Italiam teneor, quo possim circa Trojam: et ad illud spectat, quod dixit, 'Troja per undosum peteretur classibus æquor.' An quia Dido dixerat etiam illud, 'Nec te noster amor:' et potest hoc verbum interdum per confusionem verbi et nominis poni, ut *amor amaris*, et *hic amor, hujus amoris.* Idem.

Hic amor, hæc patria est] Si te cepit amor novæ patriæ, non ægre feras, quod ego quoque novæ patriæ amore capiar. *Donatus.*

Si te Carthaginis arces Phœnissam] Et tu externo regno delectaris. Sensus enim est: Si tu ex Phœnice veniens Carthaginem in Africa habere potuisti, quæ invidia est, ut propriam sedem possint habere Trojani? Et multum ponderis habet sensus cum epitheta ista, *Phœnissam* et *Teucros*, ponit. *Servius.*

Si te Carthaginis arces] Ad principis sui imitationem Pap. Theb. I. 1. inducit Junonem, expostulantem cum Jove, hunc in modum: 'Tibi templi Gratus honos: placet Ida nocens, mentitaque Manes Creta tuos: me Tantaleis consistere tectis Quæ tandem invidia est?' *Corda.*

348 *Aspectus detinet urbis*] Potest pro *delectat* accipi, ut Æn. VIII. 'Capiturque locis.' Sane quidam in novis et emendatis libris, pro *detinet*, *demeret*, inventum adserunt, nam et Ciceronem in prima Philippicarum, ita ajunt dixisse, 'Putasne eum immortalitatem mereri voluisse?' Alii ab eo, quod est *mereor*, *mereris.* Servius.

Aspectus detinet urbis] Juvat urbem videre. Scal. IV. 16. *Taubmann.*

349 *Quæ tandem, Ausonia*] Hoc ad illud pertinet, 'Quid si non arva aliena domosque Ignotas peteres?' *Servius.*

350 *Et nos fas*] *Nobis fas* dicimus: sed hoc loco non est jungenda elocutio, ne sit vitium. Nam legimus, 'Fas mihi Grajorum sacrata resolvere jura.' Sed hoc dicit: Fas est etiam nos extera regna requirere. *Idem.*

Et nos] Quemadmodum et te. *Donatus.*

Extera] Priscianus loco hoc, quod repetere non pigeat, 'Antiqui,' ait, '*citer* dixerunt: unde *citerior.* Sic et *Exter.* Statius VIII. *Nec sua pignora curæ Exter honos.* Et Virgilius in IV. *Et nos fas extera quærere regna.*' Adverte vero κακοφωνίαν in triplicata *re* syllaba in earum dictionum continuatione, *quærere regna.* Pierius.

Extera regna] Sic, teste Sanctio p. 37. apud Stat. *exter honos* et passim *exteras nationes.* Emmeness.

351 *Me patris Anchisæ*] Quasi adhuc responsis non crederet, addidit patris admonitionem. *Servius.*

Me patris Anchisæ] Similem, inquit, objurgationi video in somniis, per quietem patrem meum, et instantem,

ut Italiam petam: nec id semel, sed noctibus singulis. Toties ille adest, et sua me præsentia, auctoritatis plena, horrore quodam perfundit, et ex officio paternæ pietatis me de itinere, a principio instituto, ad finem perducendo admonet. *Donatus.*

352 *Nox operit terras*] A verisimili, ideo tempus posuit. *Servius.*

Quotiens] Per unamquamque noctem. *Idem.*

Astra ignea surgunt] Unam rem bis dixit: *astra* autem *ignea* a sapientibus dicuntur. *Idem.*

Astra ignea] Facit verisimile ex ipso tempore, in quo somnus capitur. *Donatus.*

Astra ignea] Ita ἄστρα ἔμπυρα καὶ φωτεινὰ et Poëtæ et Philosophi dixerunt. Ita in Epigr. πυριλαμπεῖς ἀστέρες. Cæterum hic aut rem unam bis dixit: aut vult, noctesque diesque a patre urgeri. *Taubmann.*

353 *In somnis*] More suo pro *in somniis.* Servius.

Turbida] Id est, prius me admonuit, post negligentiam etiam terruit; *turbida*, terribilis: quod et umbræ convenit, et parentis auctoritati. Aut *turbida* pro *turbata* et *sollicitata*, ut ipse Æn. VI. 'Quam metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent.' Nam et Æneas sic respondit, 'Tua me, genitor, tua tristis imago.' *Idem.*

Turbida terret imago] De nocturnis spectris, quæ terrorem incusserunt, et somnum interpellarunt, fusius Meursius ad Lycoph. 310. 311. *Emm.*

354 *Me puer Ascanius*] Amor Ascanii scilicet admonet: et bene, et patrem, et filium posuit; ut ille increpando, hic dum videtur, urgeret. Sed hæc ad necessitatem profectionis adjecit. *Servius.*

Capitisque injuria cari] Sic Græci φίλην κεφαλὴν dicunt. Il. Θ. τεῦκρε, φίλη κεφαλή, τελαμώνιε κοίρανε λαῶν· et Il. Ψ. τίπτε μοι, ἠθείη κεφαλή, δεῦρ' εἰλήλουθας; Sic sæpe φίλον υἱὸν Græci Poëtæ. *Germanus.*

Capitisque injuria cari] Scali 16. sublimem hunc dicendi m notare jubet. *Injuria* autem, quam illi facio, defraudando regno fatali. Hoc vero dictu familiam Juliam, cui fatis Imp Poëta debitum fuisse canit: no blandimento quærendæ gratia ris. Turn. XXVI. 5. *Taubmann.*

355 *Quem*] Longe repetiit: et non ad caput, sed ad Ascanium lit, et, licet excusetur, tamen κοφανὲς est. *Servius.*

Regno fraudo] Sic apud Just 2. 'militem fraudare stipendio. de 'defraudare genium.' Ter. 1. 10. *Emmeness.*

356 *Interpres divum*] Herme pressit verbum de verbo. S *Interpres* pro *nuntio* posuit: et te fingere putaretur, addidit, ' utrunque caput:' deinde mult adfirmatione hoc agit; dicendo se deum manifesto in lumine non ab alio dictum: et lumin in tenebris, non per quietem: tamen hæc per translationem tur. *Servius.*

Ab ipso] Id est, magno: ut 'Ipse deum tibi me claro de Olympo.' *Idem.*

357 *Utrumque caput*] Aut me tuum, aut Jovis et Mercurii: a chisæ et Ascanii. Alii volunt et Ascanii. *Idem.*

Testor utrumque caput] Me tuum: alii, meum et Ascanii ut Donatus, et Scalig. III. 37. et Mercurii. Græci per caput rius jurabant. Juvenal. Sat. 'Græcis nondum jurare parat caput alterius.' Ovid. epist. B ad Achill. 'Perque tuum nostr caput,' &c. Vide Brisson. F l. VIII. Capiti autem divini tribuit consensus hominum. per hoc jurabant: et stern salutabant: et in fide facien nuebant. *Taubmann.*

Celeres mandata per auras] Si

pta, 'Celeres defer mea dicta per auras.' *Servius.*

358 *Manifesto in lumine*] Aut claro: aut in nimbo, cujus majus est lumen. Sic Lucanus: 'Postquam se lumine vero Miscuit.' Et fingenda sunt hæc, ut habeant admirationis venerabilem fidem. *Servius.*

Manifesto in lumine] Confirmatio rei, ne credat esse deceptum: et interponit jusjurandum utriusque scilicet, Jovis, qui misit, et Mercurii, qui missus est. *Donatus.*

359 *His auribus hausi*] Accepi: et est Pleonasmos. *Haurit* enim pro *percipit* ponebant veteres, et ideo qua potissimum parte sensus percipiant adjungunt, ut, 'simul hoc animo hauri;' et 'Hauriat hunc oculis ignem.' Probus enim ait, 'Nemo haurit vocem.' *Servius.*

Vocemque his auribus hausi] Ter. Hec. III. 3. 3. hoc utitur pleonasmo: 'partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus.' Lactant. in lib. de Opificio Dei. c. 8. ubi *aures* appellatas dicit 'a vocibus hauriendis, vel quia (inquit) Græci *vocem* ipsam αὐδὴν vocant ab auditu, per immutationem literæ aures velut audes nominatæ.' Plura illic de structura aurium. De hac locutione videndus Scal. poët. IV. 34. *Emmen.*

360 *Desine*] Quia cognovisti justas discessus causas. *Donatus.*

Incendere] Exagitare. *Servius.*

Incendere] Ita in re pari Catull. in Nupt. Pelei: 'Nostros ut luctus, nostræque incendia mentis.' *Cerda.*

Querelis] Usus obtinuit, ut *querela* unico *l* scribatur. Antiqui codices variant. Monumenta veterum duplicato *ll* plerunque scribunt. Legas enim in palatio montis Jordani: DULCITER SINE QUERELLA. Et in monumentis Claudiæ Sympherusæ: SINE QUERELLA. Atque ita alibi sæpius. *Pierius.*

Querelis] *Querellis l* literam metri causa addidit: nam *querela* dicitur, quia *querulus* facit: hac modo, et *loquela*, et *suadela*. Servius.

361 *Sequor*] Ut, 'Italiam sequimur fugientem,' et orationem ibi finivit, ubi vis argumenti constitit. *Idem.*

362 *Talia dicentem*] Bene, non postquam dixit. *Idem.*

Jamdudum] Ab initio orationis. *Idem.*

Jamdudum] Ex quo incepit loqui, quæ sibi non placerent: qua consideratione incensa fuerat. *Donatus.*

Aversa] Id est, irata: *aversa* ergo ad animum referendum est, nam incipit esse contrarium: *adversa tuetur*, ut est, 'Diva solo fixos oculos aversa tenebat.' *Servius.*

Aversa tuetur] In Mediceo, et plerisque veteribus exemplaribus, *aversa* legitur: quod agnoscit Servius: ut, 'Diva solo fixos oculos aversa tenebat:' de iis enim est, qui obaudiunt: sed quomodo *tuetur*, si *aversa?* Torve scilicet, et eo gestu, quo irati, quas res oderimus vel despiciamus, intueri solemus, oculis quippe in obliquum versis. *Adversa* in non nullis codicibus. *Pierius.*

363 *Huc illuc volvens oculos*] Medea simili affectu occupata apud Val. Flaccum l. VII. 'Oculos incerta tenet.' *Cerda.*

Totumque pererrat] Irascentis signum: ut cum totum nolit visum, totum tamen oculis errantibus cernat. *Donatus.*

364 *Luminibus tacitis*] Pro *ipsa tacita:* ut, 'Tacitumque obsedit limen Amatæ,' hoc est, ipsa tacita. Sequitur autem invectio, quæ semper statu caret. Sane *tacitis* participium passivum pro activo. Quidam *tacitis* epitheton oculorum volunt. Alii *tacitis*, siccis præ iracundia. *Servius.*

365 *Nec tibi Diva parens*] Non est sola in Ænean objecta vituperatio, sed etiam in se dijurgatio, quia dixerat, 'Credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.' Unde nunc dicit, 'Generis nec Dardanus auctor.'

Et studet illud destruere, 'Tune ille Æneas quem Dardanio Anchisæ?' et nominando *Venerem* et *Dardanum*, et maternam et paternam generositatem destruit. *Idem.*

Nec tibi Diva parens] Ubi vidit illum non flecti precibus, vertit se ad convitia, ut saltem animo suo morem gerat. Est autem animorum maxima commutatio: nam cum amaret, dixit: 'Credo genus esse deorum.' *Donatus.*

Nec tibi Diva parens] Ubi nunc sunt istæ laudes magnificæ, et dulcia verba, quibus Æneam in exordio libri prædicabat? Conferatur autem hic locus cum illo Catulli in Nupt. Pelei, ubi querellas plus quam Simonideas Ariadnæ, a Theseo desertæ, audias. *Taubmann.*

366 *Perfide*] Amantum verbo eum increpat. Sic supra, 'Dissimulare etiam sperasti, perfide?' *Servius.*

Duris te cantibus] Quia asper es, et ab humanitate alienus. *Donatus.*

367 *Caucasus*] Mons Scythiæ inhospitalis. Sane quidam absurde putant *Caucasum* et *tigres* a Didone memoratas, quia nec Didoni perturbatæ venire in mentem Caucasus potuit: nec tigres juxta eum cognitæ Hyrcanæ: nam quod ait *genuit Caucasus*, elaboravit, dicendo *genuit*, incredibilius facere de monte masculini generis; sed hic imitatur Græcos, qui magis proprie Γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα, quod hic ad propria nomina transtulit. *Servius.*

Caucasus] Mons omnium fere excelsissimus, Indiam a Scythia dividens. Vide Ortelii Thesaurum in voce *Caucasus.* Hunc Alexand. Mag. XVII. dierum spatio cum exercitu superavit: ubi rupes eidem monstrata dicitur, in qua Prometheus religatus fuisse narrabatur. *Taubmann.*

Hyrcanæque tigres] Arabicæ, nam Hyrcania silva est Arabiæ. Et notandum relictis mediis comparationibus, eum augmenta fecisse, nam post deos, non homines, sed saxa intulit. *Servius.*

Hyrcanæque tigres] *Hyrcaniam* intelligit, non eam quæ in Ionia est, sed quæ in Scythia, quæ ab *Hyrcania silva*, tigribus, pantheris, pardis, et similibus belluis abundantissima nuncupata est. Plutarchus, ut feritatem tigrium demonstraret, docuit eos musica in furorem agi. Vide et Melam. III. 5. *Taubmann.*

Caucasus, Hyrcanæque admorunt ubera tigres] De monte Caucaso Mela I. 15. Altitudinem attingit Voss. ad Melam II. 2. Accurate describit Curtius VII. 3. inde 'agmen processit ad Caucasum montem, cujus dorsum Asiam perpetuo jugo dividit.' Huc facit Lactantii locus V. 11. ubi feritatem bestiarum describit. 'Nam quis Caucasus, quæ India, quæ Hyrcania tam immanes, tam sanguinarias unquam bestias aluit?' Inde Stat. Theb. l. VIII. 'sic Hyrcana leo Caspius umbra.' Quid asperitatis ferat nutricatio et educatio docet Macrobius Saturn. V. 9. quare materno lacte alendos infantes suadet Gell. II. 1. et Scal. V. 3. *Emmeness.*

Ubera tigres] Propter quod hominum mansuetudinem nescis. Ostendit autem per alimoniam lactis, mores pueris infundi, quod et Ciceroni placet: qui in educatione oratoris jubet præcipuas adhiberi mulieres, cum per obsequia uberum, natura ex alia in aliam mutetur. *Donatus.*

368 *Quid dissimulo*] Tacitæ quæstioni occurrit, ne quis ejus nimiam iracundiam reprehenderet, dicens Ænean posse mitigari forsitan precibus. *Servius.*

Quæ me ad majora reservo] Aut ad majores scilicet injurias: aut ad superiora pertinent, quia et maledixit. *Idem.*

369 *Num fletu ingemuit*] Nam hoc est, 'generis nec Dardanus auctor.' *Idem.*

Num fletu ingemuit nostro] Aspira-

vit. Flac. Arg. VII. ubi Medea ad Jasonem: 'Hei mihi, cur nullos stringunt tua lumina fletus?' *Cerda.*

Num lumina flexit] Hoc est, 'genuit Caucasus,' vel ad illud pertinet, 'Ille Iovis monitis immota tenebat lumina.' *Servius.*

Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?] Ostendit non esse in Enea, quæ in bono viro esse solent. Tria autem hæc sunt, per quæ homo miseratione motus esse videtur: gemitus, lacrimæ, oculorum flexio. *Donatus.*

Num lumina flexit] Hominis ferrei descriptionem tradit Terent. Ad. III. 2. 8. 'Quem neque fides, neque jusjurandum, neque misericordia repressit, neque reflexit.' *Emmeness.*

370 *Miseratus amantem*] Hoc est, 'Hyrcanæque admorunt ubera tigres:' et *miseratus* accusativum regit, ut hoc loco: *misereor* genitivum: ut, 'Miserere animi non digna ferentis.' Et bene avertit ab eo sermonem, et non dixit, *Ingemuisti*, num flexisti, aut miseratus es? ut, 'Hic alienus oves custos.' Non dixit *tune ille es?* et *miseratus*, hoc est, 'Nec tibi diva parens.' *Servius.*

Miseratus] Verbum hoc frequens in ore amatorum. Ecl. II. 'Nil nostri miserere.' Phædra suo Hippolyto: 'Nobilitas sub amore jacet, miserere priorum, Et mihi si non vis parcere, parce meis.' Et suæ Cydippæ Acontius: 'Juncta salus nostra est: miserere meique tuique.' Theocrit. Idyll. XV. Ἵλαθι νῦν φίλ' Ἄδωνι: *Miserere nunc, dilecte Adoni.* Inde in amatoribus signatissimum est epithetum apud Poëtas, qui illos dicunt *miseros*, et *miserrimos*, non Latini solum, sed et Græci. Anacreon se τλήμονα signanter nominat. Exempla abundant. Catull. dixit, 'misellæ Ignes interiorem edunt medullam.' Ita etiam hic affectus est vehemens, ut misericordia plerunque movearis in hominem ea peste occupatum. *Cerda.*

371 *Quæ quibus anteferam*] Amphibologia est: quid prius, quid posterius dicam? Quod fieri solet, ubi omnia et paria, et magna sunt. Sane *anteferam*, non est dividendum, ut *præferam.* Servius.

Nec maxima Juno] Aut in Junonem maledictum est, ut eam non esse *maximam* dicat, sicut etiam in Jovem: nam convicium est, quod eum *Saturnium* dicit, hoc est, nocentem. Aut certe jungitur: ut, *Nec Juno aspicit, nec Juppiter:* ut se dementem dicat, quod regina ejectum et egentem in partem regni receperit: aut certe *maxima Juno*, quæ solet amare Carthaginem, vel quæ nuptias dedit, quod optaverat Dido. *Idem.*

Juno] Quæ, vel quia deorum sit regina, vel a se colatur, patriam ulcisci debebat, vel quia inimica esset Trojanis. *Donatus.*

372 *Nec Saturnius*] Ut supra dictum est, ubicunque infestos vult ostendere, vel Junonem vel Jovem *Saturnios* appellat: ut, 'Veterisque memor Saturnia belli,' et, 'Saturnique altera proles Irarum tantos volvit sub pectore fluctus;' et Jovem ideo *Saturnium* modo appellat, quia Æneam a Carthagine præcipit abscedere. *Serv.*

373 *Nusquam tuta fides*] Hoc est, nec apud rem, nec apud hominem. Terentius, 'Quid credas, aut cui credas?' Et declamavit per contrarium. Nam omnis fides tuta est, cujus hæc proprie virtus est, ut tuta sit: hic ait, 'Nusquam tuta.' *Idem.*

Nusquam tuta fides] In codicibus aliquot antiquis, *nusquam est tuta* legitur. Sed enim *est* verbum ex paraphrasi additum est contextui. Magis enim Poëtica est elocutio, absque eo verbo, *Nusquam tuta fides*, dicere. *Pierius.*

Nusquam tuta fides] Est hoc, quod Propertius, eleg. II. 34. 'Expertus dico, nemo est in amore fidelis.' Quod Catull. in Nupt. Pelei: 'Nulla viri speret sermones esse fideles.' Teren-

tium explicans dedi. Verba ista, *nusquam tuta fides*, ita aliqui explicant, *neque in re*, *neque in persona*. Cerda.

Nusquam tuta fides] Turn. XXVI. 5. *Nusquam tuta fides est* hic valet, non tutum est, quenquam in fidem recipere, aut de quoquam bene mereri, cum tanta in hominibus perfidia et ingrati animi perversitas reperiatur. Nam Æneas, de quo tam bene merita sum, in me studiosus et gratus est; et ingrato tamen animo prætexit deorum imperium, perfidiæ latebram quærens, cum simulet se deorum jussis cogi. Id enim est, *Nunc Lyciæ sortes, &c.* Taubmann.

Nusquam tuta fides] Eadem querela est Birrhiæ Terentiani A. II. 5. 14. 'Nullane in re esse homini cuiquam fidem?' Stat. Thebaid. l. III. 'nusquam pietas, non gentibus æquum, Fas, aut jura Jovis.' Vide Turn. XXVI. 5. *Emmeness.*

Ejectum] Naufragum. Legimus enim, 'Huc pauci vestris adnavimus oris,' et est separandum *ejectum*. Serv.

Ejectum] Qui naufragio erepti et superstites ad litus perveniunt, *ejecti* ἔκβλητοι Gr. dicuntur. Ter. And. I. 3. 18. 'Navem is fregit, &c. Ibi tum hanc ejectam Chrysidis patrem recepisse;' et v. 4. 20. 'Apud Andrum ejectus est ..... tum ille egens.' Cicero alibi, 'Quid tam commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis.' *Emmeness.*

Litore egentem] Id est, egentem litoris: ut, 'Hospitio prohibemur arenæ:' vel si jungas *ejectum litore*, pro *in litus*, ut, 'Inferretque deos Latio,' pro *in Latium*: et in tribus modis hæc elocutio profertur: '*Egeo hanc rem*, Plautus in Menech. 'Linum, lanam præbeo, neque quicquam eges:' *Egeo hujus rei*, 'Has ego Dardanio juveni, cum classis egeret:' et *Egeo hac re*, ut, 'litore egentem.' *Servius.*

Ejectum litore, egentem Excepi] Animadvertenda loco hoc distinctio dictionum: quia Priscianus *Ejectum litore* legit, pro *in litus*. Quamvis quidam distinguentes *ejectum* ac consequens verbum dicant, *Litore egentem suscepi*. Ita enim ibi scriptum est, propterea quod *excipere* significationem habere nonnunquam videtur cum insidiis, ut eo loco, 'Æmulus excepit Triton.' Invenitur tamen verbum id hospitalitati etiam adcommodatum. Nusquam vero alibi, quam apud Priscianum, idque in antiquo codice manu scripto, qui est apud eruditissimum virum Hieronymum Aleandrum contubernalem meum, legi, *Litore egentem Suscepi*. In Virgilianis autem omnibus exemplaribus, *Excepi*. Pierius.

374 *Excepi*] Ad illud respondet, 'Ejectum litore egentem.' *Servius.*

Regni in parte] Ut, 'Ac dominum Ænean in regna recepit,' quod Iarbas conqueritur, et est invidiosum, quando optantem, vel litoris egentem, in regni partem recepi. Mire autem recordatione beneficiorum iracundia accenditur. Sane etiam hic mentio ceremoniarum inducitur. Mos enim apud veteres fuit Flamini ac Flaminicæ, ut per farreationem in nuptias convenirent, sellas duas jugatas ovili pelle superinjecta poni, ejus ovis quæ hostia fuisset, et ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione Flamen ac Flaminica residerent: quod Dido meminit cum queritur, se ab Ænea contra jus nexus maritalis deseri, his verbis: 'Regni demens in parte locavi.' *Locata* enim *uxor* dicitur, quod simul cum eo sedeat dum confarreatur. *Idem.*

Regni dem. in p. l.] Ab hoc beneficio non dissidet illud, quo Phyllis ornavit Demophoonta, quodque ipsa late exprobrat apud Ovid. 'Quæ tibi subjeci latissima regna Lycurgi, Nomine femineo vix satis apta regi: Qua patet umbrosum Rhodope glacialis ad Hæ-

num, Et sacer admissas exigit Hebrus aquas.' *Cerda.*

Regni demens in parte locavi] Vide, quæ diximus ad illa, Æn. I. 'Vultis et his mecum pariter considere regnis?' *Taubmann.*

375 *Amissam classem*] Subaudis, *renovavi.* Ad illud respondit, 'Quassatam ventis liceat subducere classem.' *Servius.*

Amissam classem] Quasi contra me feci: nam sine illa navigare non posset. *Donatus.*

Amissam classem] Hoc satis fuit vati. Poëta aliquis vulgaris laxasset hic habenas, et diceret, Refeci classem, qua me desereres: et multa in hunc modum. Parcius Noster: hoc enim cogitandum reliquit, nam et dolor illud supprimebat. Sic Jul. Scal. quibus verbis Ovidium tacite reprehendit, apud quem Phyllis: 'Ah, laceras etiam puppes furiosa refeci, Ut qua desererer, firma carina foret.' *Cerda.*

Socios a morte reduxi] Scilicet quos hospitio ejectos excepi, quibus classem reparavi. *Servius.*

Reduxi] De classe dicamus solum *reduxi classem:* de sociis vero, *reduxi a morte.* Donatus.

A morte reduxi] Ἀναλῦσαι καὶ ἐξαναλῦσαι ἐκ θανάτου, apud Homerum. *Germanus.*

Amissam classem, socios a morte reduxi] Codices vetusti partim *amissam classem et socios a morte* legunt, partim absque particula copulativa *amissam classem, socios a morte reduxi:* quæ quidem membra ita soluta magis conveniunt indignatæ personæ. Est et illud animadversione dignum, quod in Prisciani codicibus hoc citato versu legere est, *ejectam classem, socios a morte reduxi.* Sed quia paulo ante, *ejectum litore egentem* legitur, magis placet cum Servio et aliquot antiquis codicibus legere *amissam classem.* *Pierius.*

376 *Heu Furiis incensa feror*] Aut quod necesse habeo exprobrare beneficia. Terentius, 'Insanire occipiunt homines ex injuria.' Quia multa erat in deos loquutura: et bona præmittitur excusatio. Nam numina non credere curare mortalia, et ab his beneficium non sperare, furoris est. Subjungit enim, 'Si quid pia numina possunt.' *Servius.*

377 *Nunc Lyciæ sortes, nunc et Jove missus ab ipso*] Irrisio est honesta satis: cum his verbis fit quibus laus promissa est: ut, 'Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit, Necdum illis labra admovi, sed condita servo.' Scimus autem Æneam superius hæc verba dixisse: 'Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo, Italiam Lyciæ jussere capessere sortes.' *Lyciæ* autem *sortes*, Apollinem Lycium appellat, sive de Lycio, quem vicit, et victoriæ suæ testimonium hoc nomen induit; sive quod est λευκὸς, a candore: idem enim et Sol creditur; sive quod transfiguratus in lupum cum Cyrene concubuit, et inde eadem provincia *Lycia* vocata; sive quod in lupi habitu Telchinas occiderit; sive quod lupus ei primus post interemptum Pythonem, ex eo loco, qui appellatur Tempe, aurum attulit; sive quod pastoralis deus lupos interemerit. Et est alia fabula cur *Lycia* vocata sit regio. Diana harum regionum gaudebat venatu, sed quodam tempore tanta vis luporum se ibi infudit, ut omnes feras eorum incursus absumeret: cum ergo omnis oblectatio deæ, quæ de venatione veniebat, extinctis cæteris animalibus, defecisset,* Apollini ob hanc rem consecrata est. Est alia de hoc fabula: Danaus trahens ab Ægypto originem, cum videret ira Neptuni vindictam sumentis, quod adversum se de condendis Athenis Hisagus fluvius pro Minerva judicasset, urbi siccitatibus solum, filiam Amymonem ad aquam inquirendam proficisci jubet, quæ cum vidisset repertum fontem, hiatu terræ receptum

exaruisse, ad patrem detulit: quo ille prodigio commotus, oraculum Apollinis adit, cui Apollo respondit, ut profectus ubi invenisset taurum et lupum inter se pugnantes, spectaret exitum pugnæ, et si taurus vicisset, Neptuno templa constitueret; si vero lupus, Apollini delubrum sacraret. Sed cum Danaus lupum videret vicisse, Apollini Lycio templum dedit: in hujus autem Lyciæ regione Patara sacer olim lucus Apollini fuit, ubi Apollo responsa dedit, unde etiam *Patareus* appellatus est. *Idem.*

Nunc] Quasi dicat, nunc cum vult abire: sed cur non antea, cum opera mea egeret? *Donatus.*

Nunc Jove missus ab ipso] Sicut supra *ab ipso magno.* Et bene *nunc* sæpius posuit ad inrisionem, quasi nunc de te curant, qui ante periclitanti non curaverunt subvenire. *Servius.*

Nunc Lyciæ sortes, nunc et Jove missus ab ipso, &c.] Irrisionis specie utitur, quæ *mimesis* appellatur, qua alicujus verba, ante prænuntiata, repetuntur ad contemtum. Hæc dicta ab Ænea vs. 346. 355. Ter. E. I. 2. 75. 'At ego nesciebam quorsum tu ires? Parvula,' &c. In Maroniana tamen Didonis plus acerbitatis est. Videndus Turneb. qui XXVI. 5. Didonis invectivam interpretatur: Æneam nempe ingrato animo prætexere Deorum imperium, &c. *Emmeness.*

378 '*Horrida jussa*] Et hoc per inrisionem quasi plena venerationis, vel quæ tu timeas. *Servius.*

Jussa] Non male interpreteris, *fata:* observavi enim *jussa* et *fata* eadem esse, cum de Diis est sermo. Id ipsum confirmat attributum, nam hic jussa *horrida,* sicuti fata in XI. 'eadem horrida belli Fata vocant:' et versus ille superior, 'Italiam Lyciæ jussere capessere sortes:' ad quem hic allusum. *Cerda.*

379 *Is*] Legendum omnino, *is:* quippe *labor,* ex codicibus fere omnibus antiquioribus. *Pierius.*

Scilicet is sup. labor est] Dixi his attingi dogma Epicureorum, qui dicebant Deos non implicari mortalium curis. Ex qua opinione Lucret. ita scripsit l. I. 'Omnis enim per se Divum natura necesse est Immortali ævo summa cum pace fruatur, Semota a nostris rebus, sejunctaque longe.' Probat hoc Lucretius, 'Nam privata dolore omni, privata periclis, Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri, Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.' Idem ex eadem opinione de Diis loquens: 'Quidve novi potuit tanto post ante quietos Illicere.' et Æschyl. in Agamem. *Οὐκ ἔφα θεοὺς βροτῶν Ἀξιοῦσθαι μέλειν. Negabat Deos curare res mortalium.* et Plin. II. 7. 'Irridendum vero, agere curam rerum humanarum illud, quicquid est summum. Anne tam tristi, atque multiplici ministerio non pollui credamus, dubitemusve?' Pari Epicureorum dogmate dictum ab Horatio 'quietis ordinibus Deorum:' et ab Cedreno de Deo, *ἡσυχάζων ἥδεται ἐν τῇ ἀκροτάτῃ εὐφροσύνῃ: quietus lætatur in summa voluptate.* Est etiam in Virgilio Euripidis imitatio, quam Germ. animadvertit. *Cerda.*

Scilicet is superis labor est] Semper cum *εἰρωνείᾳ* ponitur *scilicet,* ut Donat. ad Ter. And. I. 2. 14. 'id populus curat scilicet.' Horat. od. III. 5. 'auro repensus scilicet acrior Miles redibit.' Nihil apud Ciceronem frequentius. Videsis Scal. III. 80. *Emmeness.*

Quietos Sollicitat] Cicero in libris de deorum natura, triplicem de diis dicit esse opinionem: Deos non esse: cujus rei auctor apud Athenas exustus est. Esse, et nihil curare: ut Epicurei. Esse, et curare, ut Stoici: secundum quos paulo post, 'Si quid pia numina possunt.' Nam modo secundum Epicureos ait, 'Ea cura quietos.' Quidam superos deos Mercurium, Apollinem, et Jovem accipiunt; *quietos* vero infernos, quia Æneas dixerat, 'Me patris Anchisæ.'

... vero sollicitos habet. Terent. quia non redit filius, quæ cogito ... nunc sollicitor rebus.' ...

... quietos Sollicitat] Quemad... Eurip. Troad. Deos ἡσύχους ... dicit, sic Horat. cum nostro ... appellat od. III. 'et ad... quietis Ordinibus patiar De...' Claud. de Rapt. Proserpin. ... princ. 'Ancipites, trepidi... ...unt, quæ caussa quietos Ex..., tanto quæ res agitanda tu...' Emmeness.

Neque te teneo] Vide Quintil. Scalig. III. 88. Apophasin vo... non dicendo dicimus. Taub.

...] Vel retardo, vel falsa esse ...: refello enim ab eo quod ... venit. Servius.

I, sequere Italiam ventis] Satis ... prohibitio, quæ fit per ...ionem: quæ tamen ne non ...ecta sit persuasio, permiscenda ...liqua, quæ vetent latenter; ut, , per undas, nomina terribilia; ...ere, quasi fugientem. Sic Teren... 'Profundat, perdat, pereat: ...ad me attinet.' Ergo hic cum videtur dimittere, admonendo ...uli retinet. Sane multi Italiam ...gunnt, ut sequatur, 'Ventis regna per undas.' Idem.

... Spero equidem] Videtur eadem ...mmodo repetere, et de tem... te et de beneficiis suis vehemen... Idem.

...diis scopulis] Aut manifestis, ut, ...loque ex hoste recepi:' aut illa ...dixit, quæ sunt inter Africam et ...niam atque Siciliam. Idem.

... Hausurum] Luiturum, daturum.

...plicia hausurum] Supplicium ex... ... est, non aliud, ut falsi multi. ...ræus legit hæsurum supplicio, mo...rtasse insolentia vocis, nam fre...tius, hausturum. Sed ego nihil ... Dirissime Dido imprecatur ...arminibus, vultque, ut Æneas, tanquam perjurus, mediis fluctibus obruatur. Putabant enim veteres hoc supplicii genus paratum esse a Numine iis, qui fidem violassent, præsertim qui amorem læsissent. Dido apud Ovidium morem hujus imprecationis attingit, et illius causam his versibus: 'Nec violasse fidem tentantibus æquora prodest, Perfidiæ pœnas exigit ille locus. Præcipue cum læsus Amor, quia mater amorum Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.' Cerda.

Dido] Potest et vocativus esse, et accusativus, ut et o Dido, et hanc Dido. Servius.

Dido] Quod Didum uspiam scriptum inveniatur, non adeo mirum est, quum Plinius eam declinationem, asserente Sosipatro, videatur admisisse. Qui tamen consuetudinem dicat facere, hanc Calysto, hanc Calypso, et similia. Atteius sane Philologus librum suum sic edidit inscriptum: An amaverit Didum Æneas. Et L. Anneus Cornutus in Maronis commentariis, Æneidos x. Didus ait: 'hospitio Didus exceptum esse Æneam.' Quo minus reformidemus illud egentem excepi. Sed enim hoc loco, ut ad rem veniamus, Dido per synæresin, ex Διδῶα, et peritiorum consensus, et antiquorum codicum testimonia comprobant. Pierius.

Dido] Inclino, ut sit quartus casus, Græca forma, qua usus et Livius XLII. 'literasque eis dat ad Praxo hospitam.' Cerda.

384 Sæpe vocaturum] Ita enim solent naufragi in extremo discrimine. Illustrat diligenter Passeratius. Ovidius Metam. XI. 'Ceycis in ore Nulla nisi Alcyone est.' iterum, 'sed plurima nantis in ore Alcyone conjux, illam meminitque refertque.' Et adhuc, 'Oraque nostra tuum frustra clamantia nomen Implerunt fluctus.' Demum: 'Dum natat, absentem, quoties sinit hiscere fluctus, Nominat Alcyonen, ipsisque immurmurat un-

dis.' Vides quater inculcari morem hunc in eadem fabula. In fabula etiam Icari idem Poëta: 'Oraque cærulea patrium clamantia nomen Excipiuntur aqua.' Ita etiam Propertius eleg. II. 26. 'At tu vix primas extollens gurgite palmas, Sæpe meum nomen jam peritura vocas.' Neque abit illud ejusdem eleg. I. 17. 'Illa meum extremo clamasset pulvere nomen.' *Idem.*

Sequar atris ignibus] Alii Furiarum facibus dicunt: hoc est: *Invocatas tibi immittam Diras.* Alii sociorum facibus dicunt, ut paulo post, 'Ferte citi flammas.' Melius tamen est, ut secundum Urbanum accipiamus, *atris ignibus*, rogalibus, qui visi tempestatem significant, ut Æneæ (sicut in quinto legimus) contigit. Hoc ergo, quod factum est, dicit, id est, Occidam me, et rogalibus te persequar flammis. *Servius.*

Absens] Mortua: vel de suis dicit hominibus, ut paulo post: 'Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.' *Atris* autem, rogalibus, ut in Horatio legimus: 'Nigrorumque memor dum licet ignium:' et debuit *absens* conjungere, ut esset *quanquam absens.* Id.

385 *Et cum frigida mors*] Id est, post mortem. Scal. IV. 16. *Taubm.*

Anima seduxerit artus] Hypallage pro *animam artubus seduxerit.* Aut certe *anima*, pro *ab anima*, et est mortis periphrasis. Quid enim est mors, quam separatio animæ a corpore? *Servius.*

Anima seduxerit] In antiquis aliquot exemplaribus, *subduxerit* habetur: quam lectionem Servius agnovisse videtur, dum exponit hypallagen esse, pro *animam artubus subduxerit.* Ubi vide ne in Virgiliano codice ex hac interpretatione Servii *animæ* dativo casu sit legendum, si hypallagen, quam ille loco hoc commentus est, facere voluerimus. Sed enim, ut utranque lectionem approbarim, sive *anima seduxerit*, sive *animæ subduxerit* legere quis maluerit: ita hypallagen a philosophica ratione alienam esse contenderim. Nam quum finiat Plato philosophiam esse mortis meditationem, veteres ejus interpretes duplicem mortis rationem comminiscuntur, aut duas potius mortes: unam, qua corpus separatur ab anima, alteram, qua anima separatur a corpore: hanc per ecstasin fieri, et intentiorem contemplationem, qua ab omnibus pene humanis sensibus abalienamur, eamque esse philosophiam, de qua intellexerit Plato: illam vero, qua corpus ab anima separatur, eam esse mortem, qua species ipsa corrumpitur, ac esse desinit. Si igitur Servianam hypallagen admittamus, quæ animam artubus subducat, Ecstasis intelligetur, et Platonica philosophia. Sin, uti Virg. posuit, dicamus, *anima seduxerit artus*, sive *animæ subduxerit artus*, de ea morte sermo erit, quam hic Dido vult intelligi. Si quis vero quærat, quæ mea sit sententia ex duabus lectionibus, eam ego castiorem dico, quæ Platonicæ finitioni propior est, quippe *anima seduxerit artus:* id est, quum mors corpus ab anima separaverit. *Pierius.*

386 *Omnibus umbra locis adero. Dabis, inprobe, pœnas*] Dicunt Physici biothanatorum animas non recipi in originem suam, nisi vagantes legitimum tempus fati compleverint: quod poëtæ ad sepulturam transferunt: ut, 'Centum errant annos.' Hoc ergo nunc dicit Dido: Occisura me ante diem sum: vaganti mihi dabis pœnas. Nam te persequar et adero quamdiu erravero semper. Si autem fuero recepta in originem, pœnas tuas audiam, quas videre non potero. Hic ergo sensus est: Si tempestatem evaseris flammarum rogalium, umbra mea te persequetur: si et hanc evaseris, vel recepta audiam famam suppliciorum tuorum. *Servius.*

Omnibus umbra locis adero, &c.] Ad hanc rem alluisse Homerum Iliad.

t Spondanus, ubi Elpenor petit me, uti se tumulet, quod, ni fac minatur, μή τοι τι θεῶν μήνιμα ι: ne qua tibi Deorum indignatio Apud Suet. in Neron. c. 34. x Nero est 'sæpe confessus ex- se materna specie, verberibus m, ac tedis ardentibus.' Idem , c. 7. 'dicitur ea nocte per m pavefactus gemitus maximos s, repertusque a concursantibus nte lectum jacens, per omnia rum genera Manes Galbæ, a turbari expellique se viderat, are tentasse.' Eadem Dido Ovid. 'Conjugis ante oculos m stabit imago Tristis, et effu- guinolenta comis.' Et in Ibin: quoque factorum veniam me- mbra tuorum, Insequar et vul- ea forma tuos.' Apud Liv. l. a. Martius hac maxime super- s milites suos ad bellum con- um ait: 'Scipiones me ambo noctesque curis insomniisque , et excitant sæpe somno, neu invictos per octo annos in his milites suos, commilitones ves- a Remp. patiar inultam.' Et lippo rege Macedonum, qui in- interfecit filium Demetrium, l. xl. Agnoscit Horatius Epod. min ubi perire jussus exspira- Nocturnus occurram furor, Pe- e vultus umbra curvis ungui- mæ vis Deorum est Manium: sietis assidens præcordiis Pa- mnos auferam.' Et Quintilia- clamat. 314. Brodæum ad hunc consule Miscell. v. 11. Cerda. s, improbe, pœnas] More Græ- qui passim δοῦναι δίκην· Eurip. st. ἀλλ' ὡς μὴ δίκην δοίη πόσει· ι: εὖ φασι πρῶτον δαναὸν αἰγύπτῳ ἄδοντα: hoc est, ut alibi: δίκας . Germanus.

Manes imos] Ad hunc locum e Salmas. Plin. exercit. p. 412. ...

Medium sermonem] Propter hoc, quod sequitur, 'Multa metu cunctantem, et multa volentem Dicere.' Ut supra, 'Mortales visus medio sermone reliquit.' Sane multi dictis, participium, non appellationem volunt, hoc est, cum hæc dicta essent. Servius.

Auras ægra fugit] Animi ægritudine exanimatur: non respirat exanimata: nam, qui respirat, aura fruitur: qui non respirat, aëre nihil utitur, nec vescitur. Turn. xxvi. 5. Taubmann.

390 Linquens] Multi pro derelinquens Æneam: alii pro deficiens accipi volunt more antiquo, sicut delinquere pro deficere: Cælius historiarum, 'Delinquere frumentum, Sardiniam hostes tenere.' Tubero, 'Nam delinquat aut superet aliquid tibi,' id est, deficiat aut superet. Gellius Annalium, 'Deliquium Solis,' et 'delinquionem' dicit: quod Virgilius, 'Defectus Solis varios:' nam in hoc ipso loco sequitur. Servius.

Multa parantem] Vetusti aliquot codices, multa volentem dicere legunt: sed parantem longe melius. Pierius.

391 Suscipiunt famulæ] Eam subaudi. Servius.

Suscipiunt] Exprimitur Gr. ἀντιλαμβάνεσθαι, quod est, auctore Galeno, manus proprium. Ita Lucæ i. 54. ἀντελάβετο, suscepit, id est, prostratum porrecta manu sublevavit; ut explicat ibi Gallicanus Interpres. Lucan. l. viii. de Cornelia: 'famulæque attollere terra Semianimem conantur heram.' Taubmann.

Collapsaque membra] Elegantissime casum exanimatæ expressit. Idem.

392 Thalamo] Dativus casus. Serv.

393 At pius Æneas] Ordo est: at pius Æneas jussa divum exequitur. Bene autem excusat Ænean pium dicendo, cum ei et gemitus dat, et ostendit solatia dolenti velle præstare, et probat relligiosum, cum deorum præceptis paret. Idem.

Dolentem] Sollemne verbum agnosco, quod datum amatoribus creberrime, illorum enim cura dolor nuncupa-

ta. Ovid. de Art. II. 'doluit Calypso.' et Rem. II. 'si quid dolebis.' Iterum: 'Quid, Menelae, doles?' et in epist. 'sic Helene doleat.' Obvium hoc. Bene ergo Hen. Steph. illud Anacreontis, *οὐ δὲ καρδίην πονήσεις*, amatorio verbo reddit: *at cor tibi dolebit*. Cerd.

395 *Animum labefactus*] Pro *animum labefactum habens*. Servius.

Amore] Num Didonis quo illa flagraret? *Idem.*

Labef. amore] Lucr. l. XII. 'Membra voluptatis cum vi labefacta liquescunt.' *Taubmann.*

396 *Jussa exsequitur*] In Virgilio, synonyma sunt, *jussa exsequi*, *capessere*, *facere*. Hic vides primum: duo reliqua habentur Æn. I. 'mihi jussa capessere fas est:' 'et jam jussa facit.' *Cerda.*

397 *Tum vero Teucri*] Regis scilicet præsentia: sic in nono, 'Tum vero incumbunt, urget præsentia Turni.' *Servius.*

Litore] De litore. *Idem.*

398 *Natat*] Ita Catullus, Tibullus, Propertius, dant hoc verbum navibus. Primus in nupt. Pel. alter eleg. I. 5. tertius eleg. II. 26. *Cerda.*

Uncta] Pice delibuta. *Servius.*

399 *Frondentesque ferunt*] Non qui erant, sed qui esse potuerant: ut, 'Quos ego sim totiens jam dedignata maritos.' *Idem.*

Robora silvis Infabricata] Aliquando *αὐτόξυλα*, et *αὐτούργητα*· Epigr. l. VI. *ἀνέργαστα*, *ἀποσχεδιασθέντα*· quibus opponuntur *ἐργάσιμα ξύλα*. Sic et Calab. l. M. de studio et solertia Epœi in Durateo equo fabricando: *οἱ δ' ἄρ' ἀπ' ὄζους Λείαιον πελέκεσσιν ἔτ' ἀπρίστων ἀπὸ φιτρῶν*. *Germanus.*

400 *Infabricata*] Bene expressa est festinatio navigare cupientum. *Serv.*

Fugæ studio] Celeris profectionis: ut, 'Ille volans simul arva fuga, simul æquora verrit.' *Idem.*

401 *Cernas*] Honesta figura, si rem tertiæ personæ in secundam referas: hoc est, *si quis cernat*. Idem.

Cernas] Solet Virgilius sæpe inter narrandum orationem ad aliquem dirigere. Sic hic, 'cernas migrantes.' In VIII. 'totumque instructo Marte videres Fervere Leucatem.' Iterum: 'Credas innare revulsas Cycladas.' et G. III. 'incassum videas gestire.' Id vero ad Homeri imitationem Il. III. *φαίης κεν ζάκοτόν τινα ἔμμεναι.* Iliad. V. *Τυδεΐδην δ' οὐκ ἂν γνοίης.* Iliad. IV. *ἴδοις Ἀγαμέμνονα.* Notavit Macrob. Sat. V. 14. *Cerda.*

402 *Formicæ*] Ad studium respicit hæc comparatio hoc loco, non ad personas: et notandum cautelam exprimi per hanc comparationem. Horatius, 'Parvula nam exemplo est magni formica laboris.' Juvenalis, 'Formica tandem quidam expavere magistra.' Sane *formica* dicta est ab eo, quod ore micas ferat. De qua fabula talis est: In Attica regione quædam puella Myrmix nomine fuit, Minervæ ob castimoniam et solertiam dilecta, quæ postea hoc modo Minervæ in se odium concitavit. Namque cum vidisset Minerva Cererem segetes invenisse, volens ipsa ostendere Atticis, quo expeditius segetes parerent, aratrum dicitur invenisse, quod cum manu ageret, et Myrmix ei adhæreret, ausa est occulte aratri stivam subripere, et apud homines se jactare infructuosum esse Cereris munus, nisi suo uterentur invento, quo terra aratro resoluta expeditius ederet fructus: quod cum proditum ægre tulisset Minerva, Myrmicem illam virginem in formicam convertit, eamque ut proditricem adversam frumentis, quæ semper insequitur et subripit, esse præcepit; quæ res cum Jovi miserationem movisset, excogitavit quemadmodum formicæ honorem daret. Nam cum Æacum filium suum ex Ægina susceptum, Thessalis imponeret regem, et agros ipsos videret hominibus indigere, formicas colligi in unum jussit, easque in homines commutavit, unde Myrmidones

appellati sunt. *Servius.*

Ac veluti, &c.] Respicit hæc Comparatio ad Trojanorum sedulitatem; quam et Phocyllides commendavit. Qui putant eam a muscis Iliad. xvi. sumptam esse, refutat Nascimbænius: cum muscarum, quæ militibus circa Sarpedonis cadaver versantibus comparantur, impetus et multitudo, non industria aut solertia, ut hic formicarum, describatur. Hujus insecti providentiam studiumque commendant etiam S. litteræ, Prov. c. 6. Videatur et Aristoteles Histor. Animal. ix. 38. Item Plinius, qui ii. 30. scribit, 'itinere formicarum vidisse attritos silices, et semitas factas: ne quis dubitet, qualibet in re, quid possit quantulacunque assiduitas.' Apul. Miles. l. vi. de istiusmodi ruricolarum (ut vocat) formicarum concursatione, lepide scribit: 'Runnt aliæ, superque aliæ, sepedum populorum undæ (instar undarum ruentium: ut Virg. Georg. *Mane salutantum totis vomit ædibus undam*) summoque studio singulæ granatim totum digerunt acervum,' &c. Vocat eleganter *sepedes*, a senis pedibus. *Taubmann.*

Farris] Solum nomen est quod *r* geminet in genitivo. Monadicon est ergo, sicut *Sol.* Item *cor, cordis,* solum in *dis* mittit genitivum. Item *s* geminat *as, assis:* et hæc carent exemplis. *Servius.*

Ac veluti, &c.] Vide de formicarum diligentia et prudentia ea, quæ dicta Georg. i. 186. quibus addideris ea, quæ Lactant. in lib. de ira Dei c. 7. 'Quid tam proprium homini quam ratio et providentia futuri? atqui sunt animalia, quæ provident: ut *ingentem formicæ, &c.* quod non facerent nisi inesset iis intelligentia et cogitatio.' *Emmeness.*

403 *Cum populant*] Antique dixit. Nam *hoc* verbum apud veteres activum fuit, nunc tantum deponens est. Et bene rei parvæ per metaphoram sublimitatem dedit, ut non videatur de formicis, sed de exercitu loqui. *Servius.*

Hiemis memores] Hoc est, caute, in adventum hiemis. Horatius, 'Quæ simul inversum contristat Aquarius annum, Non usquam prorepit.' *Idem.*

Tecto] Ὑπὸ tecto, id est, cavernis. *Idem.*

404 *It nigrum campis agmen*] Ut, 'It portis jubare exorto delecta juventus,' Hemistichium Ennii de elephantis dictum, quo ante Accius est usus de Indis. *Idem.*

It nigrum campis agmen] Quid formica humilius? quid verbis hisce sublimius? de qua re Scal. ii. 29. et iv. 1. *Taubmann.*

405 *Convectant*] Non convehunt, quia non semel, sed *convectant*, quia sæpius itant more prædantium militum, quos, 'Convectare juvat prædas, et vivere rapto.' Ad hæc tarditas Spondæorum *convectant calle angusto*, laborem formicarum, fatigationemque signat. Nasc. Sed et illud quoque accedit incommodi, ut prædas ferant *calle angusto:* ergo et onere, et angustiis viarum premuntur: ideo ad hanc difficultatem exprimendam sequuntur verba *obnitur*, et *trudo*. Cerda.

Calle angusto] *Callis* est semita tenuior, callo pecorum prædurata. Unde et *callum* et *callidos* dicimus. *Semita* est semis via: unde et *semita* dicta est. *Via* est, *actus* dimidius: qua potest ire vehiculum: nam *actus* duo carpenta capit propter euntium et venientium vehiculorum occursum. *Servius.*

Calle angusto] Maroni masculinum est, Livio sæpe femininum, teste Nonio c. 3. 'per devias calles.' *Emm.*

Grandia trudunt] Quæ portare non possunt. *Servius.*

Grandia] Actius in Meleagro: 'Fruges perhibent pergrandescere:' alii legunt, *grandescere*. Pacuvius in Duloreste: 'Nec grandiri frugum fœtum posse, nec mitescere.' Plinius

XVIII. 30. 'crescente luna frumenta grandescunt.' Signat autem voce *grandia* Poëta vires formicarum. Plin. 'Si quis comparet onera corporibus earum, fateatur nullis portione vires esse majores.' Ælianus illas vocat φιλοπόνους, a labore. *Cerda.*

Grandia trudunt frumenta] Meminit Macrob. Saturn. v. 20. rustici veterisque cantici: 'hiberno pulvere, verno luto, grandia farra, Camille, metes.' Citat Cl. Grævius in lect. Hesiodeis ad vs. 466ι ἔργ. ἐκτελέα βρίθειν, formulam lustricam, quam Cato de re rust. sect. 142. habet: 'Mars pater te precor, &c. utique tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire beneque evenire sinis.' Plura ille: utitur et Lucret. l. II. *grandescere:* ut 'pabula grandescunt.' Claudian. de rapt. Proserp. III. 24. 'Incultis ne sponte seges grandesceret arvis.' *Emmeness.*

406 *Obnixæ*] Plinius ab Nostro, 'humeris obnixæ,' loquens etiam de formicis. *Cerda.*

Obnixæ] Quæ portare non possunt. Alii l. *obnixe.* Taubmann.

407 *Moras*] Tardas, morantes, quia solent resistere. *Servius.*

Castigantque moras] Id est, accelerant. Scal. IV. 16. *Taubmann.*

Semita fervet] Aptum verbum festinationi; ut e contrario *frigidum*, tardum. *Servius.*

408 *Quis tibi tunc, Dido, cernenti*] Totum hoc magna prosphonesi dictum est: plus enim est in re, quam in verbis: quamvis enim totum dictum non sit, tamen et cogitatur et capitur ab auditore; hæc est enim magna emphasis, quæ perpetuam personam complectitur. Terentius, 'Quid illi tandem credis fore animi misero, qui cum illa consuevit?' *Idem.*

Quis tibi tunc, Dido] Pari phrasi Hom. Il. Ω. τίς ἂν δή τοι νόος εἴη; et Cic. Phil. 'Quid tibi tunc animi?' Apoll. ζεῦ ἄνα, τίς πελίαο νόος; Eurip. in Orest. ἐπεὶ τίν' εἶχες ὦ τάλας ψυχὴν τότε; Et Anacr. τί μῆχος οὖν γένηται; Tale quid accidisse Ariadnæ narrat Catullus elegantissimis versibus: 'Namque fluentisono prospectans litore Diæ Thesea cedentem celeri cum classe tuetur Indomitos Ariadna gerens in corde furores.' *Germ.*

409 *Fervere late*] Infinitus hic a tertia est conjugatione, id est, a *fervo, fervis.* Secundæ conjugationis verba, perdito *e*, quod habent ante *o*, in tertiam migrant: ut *ferveo fervo, fulgeo fulgo.* Hinc est, 'Fervere Leucatem: auroque effulgere fluctus.' Sic etiam Horatius, 'Vade, vale, cave ne titubes, mandataque frangas.' Nam *cave, ve* longa est; nec vocalis sequitur, ut in Virgilio, 'Vale vale, inquit Iola.' Sed dicimus tertiæ esse conjugationis imperativum, ut *cavo cavis.* Hinc etiam Catullus *cavere* dixit. *Servius.*

Litora fervere] Stat. Achill. l. I. 'fervent coëuntia litora,' multitudine et studio eorum, qui se itineri accingebant. Sic Lucret. l. II. 'fervere cum videas classem lateque vagari.' *Emmeness.*

410 *Arce ex summa*] Regium enim fuit habitare in arcibus propter tutelam. Denique Romæ Valerius cum in Esquiliis domum haberet altissimam, invidiæ causa eam complanavit. Item Augustus post Actiacum bellum palatium ex suo præcepto ædificatum, cum esset domus privata, donavit reipublicæ. *Servius.*

Prospiceres arce] Teste Sceffero ad Phædr. f. I. 18. *prospicit*, qui ex editiori loco vergit oculos in depressiorem. *Emmeness.*

411 *Misceri*] Pro *repleri*, aut *commoveri.* Servius.

Ante oculos] Emphasis. Nam 'oculi (ut ait Cic. ep. VI. 1.) augent dolorem.' *Taubmann.*

Tantis clamoribus] Nautarum scilicet vocibus. *Servius.*

412 *Inprobe amor*] Exclamatio a poëta contra amorem: et hoc est

quod Horatius dicit, 'Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.' Tale est et illud in tertio, 'Auri sacra fames:' id est, cupiditas. Nam et illic amoris est increpatio, qui secundum philosophos omnium generalis est rerum. Hinc est quod apud inferos Eriphyle inter amantes commemoratur, quæ monile concupierat. *Idem.*

Improbe amor] Exclamatio in amorem. Vide Turn. XXII. 12. *Taub.*

Quid non mortalia] Supra lib. III. de avaritia, carmen est hic de amore: utrobique autem deterret nos Poëta. Non dissimilis Homeri illa iteratio: πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. Iliad. Z. Et Od. A. μῦθος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. *Hart.*

413 *Ire iterum in lacrymas*] Hinc est amoris improbitas, quæ cogit lacrimis rogare dudum superbam. Est autem speciosa eloquutio, 'Pergit in lacrimas.' *Servius.*

Ire iterum in lacrymas] Propertii l. III. in Elegia, cui est initium, 'Credis eum jam posse tuæ meminisse figuræ,' illum versum, 'Tantisne in lacrimis Africa tota fuit?' credo equidem pace doctorum omnium, hunc locum Maronis aspicere. Quippe Propertii illud mihi videtur consilium, ut rivalem quendam, qui potior ex eodem carminis contextu apud puellam videbatur, in oblivionem et invidiam dominæ trahat, quod nec amore, nec ejus fletu ab instituta profectione revocari potuisset, sed præfracte perrexisset, ut Æneas nec lacrimis, nec precibus Didus et Annæ, atque adeo totius Carthaginis, a navigatione dimoveri potuerat: quam sententiam illud, inquam, satis accommodate innuere videtur, *Tantisne in lacrimis*, &c. quasi dicat amicam istum superbum amatorem largiore ploratu prosecutam accingentem itineri, quam tota prius Africa Æneam ipsum. *Germanus.*

Precando] Cantando: *do*, naturaliter brevis est: sic Terentianus, 'Ut vitæ dubius varios renovando dolores.' Plerunque tamen a Virgilio producitur: ut, 'Cantando tu illum?' et, 'Cantando rumpitur anguis.' *Serv.*

414 *Cogitur*] Sibi respondet Poëta: Amor cogit, Dido cogitur. Ita hujus tyranni vis explicatur. Ibycus apud Platonem in Parmenide, εἰς τὸν ἔρωτα ἀναγκάζεσθαι, *ad amorem cogi*. Inde quoque Ovidius in Cydipp. 'Cogere cur potius quam persuadere volebas, Si poteram audita conditione capi?' *Cerda.*

Animos submittere amori] Quidam pro *iras* accipiunt, ut *animosus* dicitur pro *iracundus*, et, 'Supplex animos summittere amori,' id est, supplices preces adhibere, quæ erat amore victa: *summittere autem amori*, ac si diceret, non Æneæ: aut certe Æneam amorem vocavit; ubique tamen subaudiendum, *cogitur*. Servius.

Animos] In codicibus aliquot antiquis, *animum* legitur numero unitatis. Sed enim *animos* numero multitudinis sæpe pro superbia et indignatione reperias: ut, 'Vince animos, iramque tuam:' et ipsa Dido jam indignata recesserat. *Pierius.*

415 *Nequid inexpertum frustra*] Rogabat, inquit, non spe impetrandi: sed ne esset, quod sibi possit imputare, si non rogasset: quanquam frustra rogaret. Id est, ne derelinqueret medium aliquod intemptatum: et hoc *frustra*, quia moritura erat. Terentius, 'Omnia experiri certum est, priusquam pereo.' Et *frustra* ex judicio poëtæ dictum est. Sic Salustius, 'Falso queritur de natura sua genus humanum:' ut supra, 'Hoc amet, hoc spernat promissi carminis actor.' *Servius.*

Ne quid inexpertum, &c.] Ab Poëta accepit Livius lib. XXV. 'Tamen, ne quid inexpertum relinqueret, transfugas Syracusanos,' &c. *Cerda.*

416 *Anna*] Prope invidiose, quia ipsa nuptias suas suaserat. *Servius.*

Vides] Quasi diceret, Ipsa tibi credidi; et est major vis adfirmantis cum dicit *vides*; petitio autem hæc etiam deliberationis modum a quibusdam putatur tenere. *Idem.*

Properari litore circum] Utrum circumspicis, an circum totum litus? et est ordo: *Anna, i soror, atque hostem supplex adfare superbum.* *Circum* non est præpositio, sed adverbium loci: nam postposita præpositio et accentum mutavit, et suas perdidit vires. *Properari* autem impersonale est. *Id.*

417 *Undique*] Bene non addidit *qui*, sed intelligitur. *Idem.*

418 *Et læti nautæ*] Id est, aut minime timentes. Aut adeo non necessitate nec jussu abeant, sed volentes: et hoc ad spem retinendi, aut ad indignationem commovendam dictum est. Et sicut supra prope ad invidiam Annæ loquitur, ut est alibi: 'Tu prima furentem His, germana, malis.' Probus sane sic adnotavit, 'Si hunc versum omitteret, melius fecisset.' *Idem.*

Coronas] Multi funium coronas accipi volunt, qui solent, quotiens navigatur, in modum coronarum componi: nam fugientes quemadmodum naves coronabant? *Idem.*

Puppibus et læti naut. imp. coronas] Sic et Ovid. 'Torta coronatæ solvunt retinacula puppes.' Sunt autem, qui putent coronatas naves dictas ab Ovidio, Virgilioque, ut ab Hom. Il. B. *ἐν νήεσσι κορωνίσι*, quod puppes et summitates sinuosas rostratasque habeant: sed vis verbo nimia afferri videretur, nec *κορωνὶς* coronæ respondere, quam in puppi imponi solitam, annotat Turnebus: quod in ea parte navigii sacrarium esset. Nimirum solventes e litore, et reduces advertentes litori naves a nautis bono omine coronari solebant: ut supra, 'pressæ portum tetigere carinæ, Puppibus et læti,' &c. Et Plato in Phædon. *ἔτυχε γὰρ τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης ἡ πρύμνα ἐστεμμένη τοῦ πλοίου, ὃ εἰς Δῆλον Ἀθηναῖοι πέμπουσιν κατ' ἔτος·* nihil reluctante illo quod sequitur: *ἀρχὴ δὲ τῆς θεωρίας ἐπειδὰν ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀπόλλωνος στέψῃ τὴν πρύμναν τοῦ πλοίου·* coronabat enim sacerdos puppim ex more nautico, non ex solennibus tantum festi: et Calab. ΧΙΙ. de reditu Græcorum Troja eversa: *κατεστέψαντο δὲ νῆας, καὶ κεφαλὰς, καὶ δοῦρα, καὶ ἀσπίδας ᾗσι μάχονται.* *Germanus.*

419 *Si potui*] Pro *potuissem*: et sic dictum est, ut, 'Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.' Ac si diceret, Nihil mihi novum contigit. *Servius.*

Sperare dolorem] Pro *timere*: et est Acyrologia, superflua dictio. Nam speramus bona, timemus adversa. Hoc autem dicit: Si scirem abiturum Ænean, non tantum diligerem: si non dilexissem, minus dolerem. *Idem.*

Sperare dolorem] Juven. Sat. IV. 57. 'Jam quartanam sperantibus ægris.' Vide Notas Ecl. VIII. 26. et Æn. I. 547. Henr. Stephanus *spectare* legendum censet in lib. de Latin. Lipsii. *Emmeness.*

420 *Hoc tamen unum*] Vel hoc solum. *Servius.*

421 *Mihi*] Pro me exsequere: id est, pro mea causa. *Idem.*

422 *Colere*] Pro *colebat* vel *colit*, infinitus pro indicativo. *Credere*: *credit* vel *credebat*, id est, committebat. *Idem.*

Credere] Ter. And. I. 5. 38. 'quæ mihi suum animum atque omnem vitam credidit.' *Emmeness.*

423 *Molles aditus*] Faciles: ut, 'Et quæ mollissima fandi Tempora.' *Servius.*

Molles aditus] Id est, faciles: supra: 'et quæ mollissima fandi Tempora.' Plato *ἐγκαιρίας* vocat: quibus *ἀκαιρίας* opponit. *Taubmann.*

Sola viri molles aditus et tempora noras] Recte Cic. ad Famil. ep. XI. 16. 'permagni refert, quo tibi hæc tempore epistola reddita sit: utrum cum

sollicitudinis aliquid haberes, an cum ab omni molestia vacuus esses. Itaque ei præcepi, quem ad te misi, ut tempus observaret epistolæ tibi reddendæ. Nam quemadmodum coram qui ad nos intempestive adeunt, molesti sæpe sunt: sic epistolæ offendunt, non loco redditæ.' Ideo multi voti non fiunt compotes, qui commoda tempora vel ignorant, vel negligunt: inde Ovid. Met. IX. 602. 'Forsitan et missi quædam sit culpa ministri. Non adiit apte: non legit idonea, credo, Tempora: nec petiit horamque animumque vacantem.' Ter. Hec. v. 4. 13. nominat 'attemperate venire.' Notanda etiam prudentia Phædri, qua utitur in initio l. III. Vide N. ad IV. 298. *Emmeness.*

424 *Atque*] Conjunctio complexiva est, et disjunctiva, cum dicimus, *aliter atque debuit fecit;* est et expletiva, 'Atque illum in præceps prono trahit alveus amni.' *Servius.*

Hostem superbum] Postquam ex aperto denegavit se Carthagini esse mansurum: et reddit causas, ob quas suppliciter adloquatur, quod et *hostis et superbus;* quasi dicat, Æquo animo patiamur nos supplices esse, quoniam incidimus in hostem superbum. Nonnulli autem juxta veteres *hostem* pro *hospite* dictum accipiunt: Plautus in Curculione, 'Si status condictus cum hoste intercedit dies.' Idem in Cistellaria: 'datum est hostimentum, opera pro pecunia.' Nec enim vere *hostem* diceret, quem revocare cupiebat. Ipsa enim ait, 'hospes, Hoc solum nomen quoniam de conjuge restat.' Herodotus, Persas, qui erant Græcorum hostes, ξένους a Lacedæmoniis appellatos refert. Inde nostri, *hostes* pro hospitibus dixerunt, nam inimici *perduelles* dicebantur. *Idem.*

426 *Aulide juravi*] *Aulis* insula est in Ægæo mari, in qua conjurarunt Græci, se non ante reversuros ad patriam, quam Troja caperetur. *Aulide*, aut in *Aulide*, aut pro *Aulidi.* Idem.

Aulide juravi] *Aulis* fuit, teste Mela II. 3. 'Agamemnoniæ Grajorumque classis in Trojam conjurantium statio.' Ideo Homer. Iliad. B. 303. Χθιζά τε καὶ πρώϊζ', ὅτ' ἐς Αὐλίδα νῆες Ἀχαιῶν Ἠγερέθοντο, κακὰ Πριάμῳ καὶ Τρωσὶ φέρουσαι. Ubi adverso vento detenti opinione diutius morati sunt Græci, quod Ovid. XII. 9. docet: 'Bœotaque tellus Aulide piscosa puppes tenuisset ituras.' Et Epist. Heroid. XIII. 3. 'Aulide te fama est, vento retinente, morari, Ah! me cum fugeres, hic ubi ventus erat?' Ideo Lucan. v. 236. nominat 'iniquam classibus Aulim.' Alludit Horat. od. I. 15. 'quam multo repetet Græcia milite Conjurata tuas rumpere nuptias.' Stat. Achill. l. III. 'ipsum jam puppibus æquor Deficit, et totos consumunt carbasa ventos. Prima rates Danaas Hecateïa congregat Aulis.' Et paulo post, 'Cœtus ibi armorum, Trojæ fatalis, ibi ingens Juratur bellum donec sol annuus omnes Conficeret metas.' Vide Eurip. in Iphigenia, Pausan. in Corinth. Objicit Strabo l. IX. in Aulidis, quam Apoll. l. IV. πόλιν vocat Βοιωτίας, portu non factam esse conjurationem, qui tot numero naves non capiebat, sed proximo quodam multo ampliori. *Emmeness.*

Ad Pergama] In Pergama: id est, contra Pergama. *Servius.*

Ad Pergama] Id est, adversus. Vide Torrent. ad Horat. Epod. IX. 'ad hunc,' pro *contra hunc.* Emmen.

427 *Anchisæ cineres manesve revelli*] Ad hoc quod dicitur ex oraculo fecisse Diomedes, et secum ejus ossa portasse: quæ postea reddidit Æneæ, cum multa adversa perferret. Hinc est: 'Salvete recepti Nequicquam cineres.' Sciendum sane Varronem dicere, Diomedem eruta Anchisæ ossa filio reddidisse: Catonem autem adfirmare, quod Anchises ad Italiam

venerit: tanta est inter ipsos varietas, et historiarum confusio. *Servius.*

Revelli] Non *revulsi*. Nam *velli* et *revelli* dicimus: *vulsus* vero et *revulsus* usurpatum est tantum in participiis, contra naturam. *Idem.*

Revelli] In Oblongo codice Vaticano *revulsi* legitur: quod improbat Servius. Sed enim *vello* utroque modo reddere præteritum Priscianus, et multo ante illum Carisius auctores sunt. Cic. de suppliciis, 'Revellistis, atque in profundum abjecistis.' Apud Lucanum vero sæpe *vulsi* et *vulserat* invenies. Apud Ovid. *revellit* more Ciceronis, eo loco præsertim, 'Continuam diduxit humum pariterque revellit In totidem mediis, quot cernis, Echinadas undis.' Sed apud eundem etiam *revulsi* eadem fabula paulo superius, libro Metam. VIII. 'A silvis silvas, et ab arvis arva revulsi.' *Pierius.*

Anchisæ cineres manesve revelli] Sepulcra non violanda esse, nec cineres dissipandos docet Turn. XIV. 21. et præcipue virorum illustrium notavit Torrentius ad Horat. Epod. XVI. 'Barbarus, heu! cineres insistet victor, et urbem Eques sonante verberabit ungula. Quæque carent ventis et solibus, ossa Quirini, Nefas videre, dissipabit insolens.' *Revelli* non *revulsi*, ut recentiores volunt, dicendum monet Hadrian. Card. de Serm. Latino. *Emmeness.*

428 *Cur mea dicta negat*] Non interrogat, sed queritur. Quidam *revelli* jungunt, ita ut sequatur, 'Cur mea dicta negat.' *Servius.*

429 *Quo ruit*] Properat, sine respectu salutis. Nam hoc dicit, Quod peto, etiam ipsi prodest: amoris scilicet impatientia. *Idem.*

Extremum hoc miseræ det munus amanti] A qualitate beneficii dictum. *Idem.*

430 *Facilemque fugam*] Permanet in eodem sensu, ut dicat petitionem suam etiam Æneæ prodesse. *Idem.*

Ferentes] Bene flantes, propitios, prosperos. *Idem.*

Ventos ferentes] Id est, secundos. Ita Seneca lib. De B. V. cap. 21. 'Navigantem secundus et ferens ventus exhilarat:' id est, ventus qui a puppe: *οὐρία*. Plinius Paneg. 'Venti ferentes et brevis cursus optentur.' Homero est *φέρων ἄνεμος*. Ita et Euripid. *πνοὰς πομπίμους* dixit, et *ναυσίπομπον αὔραν*. Hac metaphora Seneca 'Fortunam ferentem' dixit, Epist. 22. *Taubmann.*

431 *Antiquum*] Aut primum; aut carum, ut *nihil antiquius habuit*, dicimus: aut antiquatum et irritum. *Servius.*

Quod prodidit] Quod decepit. Et bene: ad disruptionem enim conjugii immutata voluntas sufficit. Quidam *prodidit*, pro *perdidit*, accipiant: ut, 'Unius ob iram Prodimur.' *Idem.*

Non jam conjugium antiquum, quod prodidit, oro] Non dissimilis plane locutio apud Stat. Thebaid. l. II. 'nil fœdere rupto, Connubiisque super moveor, viduaque juventa.' *Emmeness.*

432 *Pulchro ut Latio careat*] Quod illi pulchrum videtur. Sic est illud, 'O tantum libeat mecum tibi sordida rura:' quæ tibi sic videntur. *Serv.*

Relinquat] Negligat. *Idem.*

433 *Tempus inane peto*] Id est, sine matrimonio, sine officio coëundi. Nam sine beneficio, non procedit, cum spatium petat et requiem. Aut quasi non magnam rem: vel quo vacuus et ociosus est, cum illi tempus inane est. *Idem.*

Requiem spatiumque furori] Ut possim habere spacium, quo amori finem imponam. *Idem.*

Tempus inane peto, requiem, &c.] De hac concessione Scal. III. 56. cum non potest impetrare Dido, ut maneat Æneas, abitum concedit ei. Ut Maro hic *requiem*, sic Cicero *requie-*

tem habet, teste Charisio instit. gramm. l. I. p. 52. ‘Dies adimit homini ægritudinem,’ ut Comicus. Eodem modo morari Ulyssem conatur Circe apud Ovid. ‘Ne properes oro, spatium pro munere posco. Quid minus optari per mea vota potest.’ *Emmeness.*

434 *Dum mea me victam*] Mea fortuna, id est, adversa: ut, ‘Hac Trojana tenus fuerit fortuna secuta.’ Ex statu in quo est, *fortunam* dixit. *Docent* autem *dolere* illud est, quia non habet in adversis patientiam, nisi quid dolere consuevit. Hoc ergo petit, ut ei præstetur tempus, per quod discat adversa perferre. *Serv.*

Dum mea me] Ita Dido etiam apud Ovid. ‘Dum freta mitescunt, et amor dum temperat usum, Fortiter ediscam tristia posse pati.’ Nullus enim dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat: ut in Epist. apud Cic. est l. IV. 5. *Taub.*

435 *Oro veniam*] Beneficium: juxta morem antiquum: ut, ‘Orantes veniam.’ Terent. in Hecyra: ‘Mi gnate, da veniam hanc mihi, reduc illam.’ *Servius.*

Miserere sororis] Genitivum tantum regit. *Idem.*

436 *Quam mihi cum dederis, cumulatam morte remittam*] Sensus est: Quod beneficium cum mihi cumulatum dederis, sola morte derelinquam: et hinc intellectus est melior, quod sorori loquitur. Nam male quidam legunt, *Quam mihi cum dederit*, id est, Æneas, *cumulata morte relinquam*: et volunt intelligi, acceptum ab illo beneficium, mea morte cumulabo, et sic relinquam: ut amantes dicere consueverunt: ut, ‘Præceps aërii specula de montis in undas Deferar, extremum hoc munus morientis habeto.’ Nam si eam odio habet Æneas, restat ut ejus morte lætetur. Hoc sorori quoque potest dicere, quæ credit eam ex amore concitatam id loqui, nec tamen facere; sed eloquutio non procedit. nemo enim dicit *veniam cumulata*, sed *cumulatam*. Alii ita intelligunt: reddam illi gratiam, occidam illum: nam alibi ait, ‘Non potui abreptum divellere corpus.’ Sed hoc totum sorori dicit. An perplexe loquuta est, ut solent loqui mali aliquid molientes? *Cumulatam* autem *veniam*, nunquid solidam et plenam, et cui nihil desit, debemus accipere? *Idem.*

Cumulatam morte remittam] In Mediceo; in Porcio, et antiquis aliquot aliis codicibus, *remittam* legitur. Tu vero quid hic Servius ex Tuccæ et Varri sententia disputet, videris. Legitur et *cumulata morte relinquam.* Pierius.

Quam mihi cum dederis, &c.] Si mihi, soror, hanc veniam dederis, non moriar prius, quam tibi cumulatissime satisfaciam. Ita Turneb. XX. 21. et plerique omnes. *Taubmann.*

437 *Talibus orabat*] Aut simpliciter accipiendum, loquebatur: aut orabat, ideo quoniam preces inmixtæ erant: aliter Æn. IV. ‘Multa Jovem manibus supplex orasse supinis.’ Alibi pro *oravit*: ‘Talibus orabat Juno.’ *Servius.*

Fletus] Pro *verbis*, id est, verba debilia. *Idem.*

438 *Fertque refertque*] Non ab Ænea, qui nihil dicit; sed a Didone fert et refert, id est, iterum portat. Nam subjunxit: ‘Sed nullis ille movetur Fletibus:’ mire autem *fletibus* repetit. *Idem.*

Sed nullis ille movetur Fletibus] Simillima his Ovidius habet Remed. I. de Ulysse discedente, qui Circes querelas acceperat: ‘Illa loquebatur, navem solvebat Ulysses: Irrita cum velis verba tulere Noti.’ Simillima Horatius Od. III. 7. ‘scopulis surdior Icari Voces audit adhuc integer.’ *Cerda.*

439 *Voces ullas tractabilis audit*] Cur mitis et placidus et tractabilis non audit? Quasi mirum est: excusat

et recusat dicendo: *Fata obstant, placidasque viri deus obstruit auris:* aut certe *voces tractabilis* accipe, aut alias *tractabilis*. Servius.

Fata obstant] Excusat Æneam, cum eum, ne ingratus videatur, non duritia mentis facit immobilem, sed voluntate divina. *Idem.*

Deus] Juppiter scilicet: unde et supra Dido ait, 'Saturnius:' vel certe Mercurius. *Obstruit:* obcludit ἐμφατικῶς. *Idem.*

Viri deus obstruit auris] Tacitus Annal. l. xx. 'Restitit idem Valentinus, obstruxitque suæ civitatis aures.' *Taubmann.*

441 *Ac velut, annoso validam cum robore quercum*] Quæ quidem lectio agnita etiam videtur Ovidio, quum dixit, 'Stabat in his ingens annoso robore quercus.' Sunt tamen, qui vulgatam lectionem magis adprobent, magisque proprium esse dicant, *Annosam quercum*, et *validum robur*. Pier.

Ac velut annoso] De hac Comparatione Scal. v. 3. et 14. *Taubmann.*

442 *Alpini Boreæ*] Flantes de Alpibus: quæ Gallorum lingua, *alti montes* vocantur. Et speciem pro genere posuit: nam *Alpinum Boream* pro quocunque vento dixit, vel quia potentiores montani sunt venti. *Serv.*

Alpini Boreæ] Flantes de Riphæis montibus, qui cum Alpibus iidem sunt: quos Hyperborei tenent. De quo Parrhasius ad Claudian. et Cæl. xv. 7. Intelligit autem tres illos a Septentrione spirantes ventos; ἀπαρκτίαν, ejusque collaterales, θρασκίαν et *Aquilonem*. Taubmann.

Nunc hinc, nunc illinc] Sicut Æneas ab Anna et Didone. *Servius.*

443 *It stridor*] Ad dolorem Æneæ pertinet; de quo ait, 'Magno persentit pectore curas.' *Idem.*

Alte] Aut jugiter, diu, aut ex alto cadentes. *Idem.*

Alte] In veteribus aliquot exemplaribus *altæ* scilicet frondes, non *alte* adverbium habetur: sed enim adverbium longe venustius hic ponitur. *Pierius.*

444 *Consternunt*]. Implent, cumulant: ut, 'Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma.' *Servius.*

Frondes] Sicut lacrimæ Æneæ. *Stipes* autem media pars est arboris, quæ ramos sustinet. *Idem.*

445 *Hæret scopulis*] Sicut ille in consilio perseverat. *Idem.*

446 *Tantum radice in Tartara*] Secundum physicos, qui dicunt parem esse altitudinem radicum et arborum. *Idem.*

Radice] In codicibus nonnullis ex his vetustioribus, *radicem* incusativo casu legitur: quam lectionem si admittamus, *tendit* pro *extendit* positum erit. Quanquam in Oblongo codice perveteri *mittit*, non *tendit* habetur. Quod si recipiamus, membrum illud superius *quantum vertice ad auras Ætherias* figura erit: quam brevitatis per detractionem Quintilianus appellaret, quum scilicet unum verbum, et id quidem manifestum siletur. Sed enim tametsi tam multi codices, manu scripti, refragentur, libentius ego legerim *radice* casu septimo, ut cum superiore membro colligatum lectionem reddat dilucidiorem. *Pierius.*

448 *Tunditur*] Sæpe pulsatur. Terentius, 'Tundendo atque odio effecit senex:' et ipse alibi, 'Rhiphæo tunditur Euro.' *Servius.*

Magno persentit pectore] Quamvis magno, sentit curas, sed eas forti pectore patitur: *curas* potest Didonis, potest et suas. *Idem.*

Persentit] In plerisque codicibus antiquis, *persentit* legitur. In aliquot etiam *persensit* præterito tempore. Sed magis movet in instanti dictum. In aliis etiam *præsentit*. Pierius.

449 *Mens immota manet*] Ad illud refertur, 'Ipsa hæret scopulis.' *Serv.*

Lacrymæ inanes] Quia mens immota manet: et utrum *inanes*, quæ Didoni nihil prosint? quidam tamen *lacrimas inanes* vel Æneæ, vel Didonis, vel An-

næ, vel hominum accipiunt. *Idem.*

450 *Tum vero*] Post desperationem. *Idem.*

Exterrita] Atqui in fine ait, 'Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.' *Fatis* ergo aut malis suis, aut a verbo *For, faris. Fatis*, id est, responsis Æneæ. *Exterrita* autem præcipitata, turbata. *Idem.*

451 *Mortem orat*] Pro *desiderat*: ut, 'Mortemque miserrimus opto:' aut certe ideo *orat*, quia consecrata fuit, nec mori poterat, nisi soluta consecratione. *Idem.*

Cœli convexa] Incurva cœli. *Idem.*

Tædet cœli convexa tueri] Id est, vitæ pertæsum est. Vide Scalig. III. 19. et IV. 23. Porro annotant Grammatici quidam, *convexum cœli* cerni non posse, sed ejus concavum.: ac proinde *convexa* pro concavis dixisse Poëtam: cum sit *convexum*, curvum cavo oppositum. Sed *convexum* cavum esse retur Turnebus, idque e Justino intelligi posse, l. II. de Xerxe scribente: 'Et montes in planum deducebat, et convexa vallium æquabat.' Item Maron. Æn. I. 'Classem in convexo nemorum sub rupe cavata,' &c. Advers. XXX. 27. *Turnebus.*

Tueri] 'Os homini sublime dedit cœlumque tueri' Ovid. Met. I. 8. ubi non nulli *videre* legunt. *Emmen.*

452 *Quo magis inceptum peragat*] Id est, mortem sibi inferat. *Servius.*

Lucemque relinquat] Ad illud, 'Tædet cœli convexa tueri.' *Idem.*

Relinquat] Ennius Annal. III. 'Lumina sic oculis etiam bonus Ancus reliquit.' Et Lucretius l. III. 'Lumina qui linquunt moribundi.' et Lucilius in epig. Τοὺς καταλείψαντας γλυκερὸν φάος. *Cerda.*

453 *Turicremis*] Id est, cremantibus tura, nomen mire compositum, et hoc genus ominis Didoni factum, de augurali disciplina translatum est, quæ Diris observatur. *Dira* enim, deorum ira est, quæ duplici modo colligitur, aut ex signis, aut quocunque modo, quacunque ex parte; quodque in illo factum tempore traditur, ex signis hic ostenditur: dicens enim, *Vidit turicremis*, usque, *nigrescere sacros*, non solum adversa petitionibus inveniri, verumetiam mortem denunciari: nam præmisit: 'Quo magis inceptum peragat lucemque relinquat.' Item, tumulis Sichæi exaudiri voces et verba vocantis, quod asperius fuit, ut mariti defuncti vox audiretur e tumulo, quod erat dirum, ad se vocantis. Sunt et de avibus dira auspicia, quod hic subjunxit dicendo: 'Solaque culminibus ferali carmine bubo Sæpe queri:' in quo satis non fuit diram avem bubonem nominatam, nisi adjecisset *ferali carmine*, et *sæpe queri*, et ut non utique canendi usus significaretur, sed fletus, vice querelarum. *Servius.*

Turicremis] Lucretius l. II. 'Turicremas propter mactatus concidit aras.' Sic dictæ aræ, quod in his tus adoleatur. *Cerda.*

454 *Horrendum dictu*] Quanto magis visu, quod Didoni contigit. *Serv.*

Latices nigrescere sacros] Tanquam malum omen observatum a Stat. Theb. l. V. 'niger omnibus aris Ignis, et in nullis spirat deus integer extis.' *Emmeness.*

455 *In obscenum se vertere*] Hoc est, 'Latices nigrescere sacros;' et quidam *Nigrescere* et *vertere*, ideo incertum tempus positum volunt, ut ostendant, non vere vertisse se, quod contra naturam est, sed verti a Didone visa; ut, 'Visæque canes ululare per umbram;' non ululasse ergo, sed fieri visum. *Obscœnum* autem, mali ominis, ut Æn. III. 'Obscœnas pelagi volucres.' *Servius.*

456 *Hoc visum nulli*] Hoc quod viderat, nulli dixit. Quid est *nulli?* ne sorori quidem, cui fuerat de amore confessa: et forte ideo sororem celavit, ne et ipsa se perimeret; post queritur, 'Idem ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset.' *Idem.*

Effata sorori] Veteres plerique codices *sorori est*, una plus dictione legunt: placet vero verbum id in fine narrationis. *Pierius.*

458 *Conjugis antiqui*] Aut prioris, aut chari. Lucilius, 'Concilio antiquo sapiens vir solus fuisti:' *antiquus* ergo est, qui præcedit eum, qui præsens est. *Servius.*

Fuit in tectis de marmore templum Conjugis antiqui] Nonius, Gifanius, aliique, *Templum* hic sepulchrum interpretantur: cum veteres *Templum* pro quovis loco posuerint, auctore Varrone: quod sepulchrum sive cenotaphium prioris mariti Dido *velleribus niveis*, id est, στεμματίοις (quæ, ut Nannius Miscell. l. VII. docet, lana erat ramo circumvoluta, qua deos coli mos erat) itemque frondibus quasi circumvestierit. Cæteri ædiculam sacram sive sacellum interpretantur. Turneb. XXII. 12. et XXIV. 26. Censeo, inquit, Maronem hic respicere ad consuetudinem Romanorum, qui suos Cæsares in deorum numerum referebant, flaminibusque et sacerdotibus honorabant: nam Dido videtur fuisse Sichæi Flaminica. Solebant autem vittis laneis et infulis ornare fores templorum et aras: quod attigit Maro: quanquam hoc ad nuptiarum consuetudinem retulit Servius: a quo dissentio. Ita Statius Silv. I. IV. 'Pande fores superum, vittataque templa Sabæis Nubibus, et pecudum fibris spirantibus imple.' *Taubmann.*

Miro quod honore colebat] Exhibendo ea mortuo, quæ circa vivos solent fieri. Ritum veri et venerabilis templi, mariti templum obtinere cupiebat. Templa enim velamentis religiosa monstrantur, et moris fuerat, ut nubentes puellæ, simul cum venissent ad limen mariti, postes, ante quam ingrederentur, propter auspicium castitatis ornarent laneis vittis. Unde ait, 'Velleribus niveis:' et oleo ungerent, unde *uxores* dictæ sunt, quasi *unxores*. Bene ergo Dido, cum templum marito extrueret, veluti devota viro, quippe post quem nuptura non esset, ad conciliandum amorem, officia ritus maritalis adfixerat, ut morem instauraret uxorum: nam ait post, cum in pœnitentia inducitur a Poëta: 'Non servata fides cineri promissa Sichæo.' Hi tamen qui de nuptiis scripsisse dicuntur, tradunt cum nova nupta in domum mariti ducitur, solere postes unguine lupino oblinir, quod hujus feræ et unguen et membra multis rebus remedio sunt. Alii hoc Romuli dicunt temporibus institutum, quod Romulus et Remus lupino lacte nutriti sunt. Dicitur etiam Lupam in concilio multorum ejusdem generis sociari marito, atque, amisso eo, nulli alteri post jungi, quod ipse subjecit, 'expertem sine crimine vitam Degere more feræ,' id est, Lupæ. Hæc ergo ideo a nove nuptis fiebant, ut sciret puella se domum religiosam ingredi, simul lanam ferens, lanificium promittebat. *Serv.*

459 *Velleribus, &c.*] Pro eo Stat. Silv. I. IV. 'vittata templa.' Quomodo templa coronaverint veteres, Paschal. de Coronis IV. 18. *Emmeness.*

Festa fronde] Divina, tanquam numen coleret. Sane hoc loco latenter, quam supra diximus, tangit historiam. Nam si amabat Æneam, utique non coleret extinctum maritum. *Servius.*

460 *Hinc exaudiri voces*] Simile Cæcinæ accidisse narrat Tacit. Ann. l. I. his verbis: 'Ducem terruit dira quies: nam Quintilium Varum, sanguine oblitum, et paludibus emersum cernere et audire visus est, velut vocantem, non tamen obsecutus, et manum intendentis repulisse.' Ovid. de eadem Didone: 'Hinc ego me sensi noto quater ore citari: Ipse sono tenui dixit, Elissa veni.' *Cerda.*

461 *Visa viri*] Ut, 'visæque canes ululare per umbram.' Terentius, 'Audire vocem visa sum modo militis.' Non enim erant vera, ut supra. *Serv.*

Nox cum terras] Ut augeret terro-

rem, tempus adjecit, a verisimili. *Idem.*

462 *Sola bubo*] *Sola*, quærendum quod dixerit, utrum ἐμφατικῶς, an pro *solis*, id est, desertis; ubi enim *sederit* et cecinerit solitudinem significat. Secundum auguralem disciplinam volunt greges avium minus significare, et juxta hanc avem si alia sederit, malum, quod imminet, creditur evanescere; ut, 'Et sola in sicca secum spatiatur arena.' Sane bubo, si cujus ædes insederit, et vocem miserit, mortem significare dicitur. Si autem de busto sudem ad tectum detulerit, incendium ædibus portendere. Ergo hic *Sola* utrum quod alia avis non sedebat in culmine, an *sola*, quia nihil deferebat, ut mortis signum esset? In hanc autem avem conversus est Ascalaphus Acherontis, vel, ut quidam volunt, Stygis filius, ira Cereris, cum Proserpinam prodidisset, malum granatum de pomario Ditis gustavisse, quod plenius in primo initio Georgicorum dictum est, ubi est, 'Nec repetita sequi.' Sane *sola* contra genus posuit. Lucanus, 'Et lætæ jurantur aves bubone sinistro.' Item Ovidius, 'Infandus bubo.' Et hoc est in usu, sed Virgilius mutavit, referens ad avem. Plerumque enim genus, relicta specialitate, a generali sumimus: ut si dicas *bona turdus*, referendo ad avem. Item si dicamus *prima est a*, id est, litera; cum *a* sit neutri generis. *Idem.*

Ferali carmine] Bene addidit: non enim omni modo malum est bubonis omen. Sed cum canit, omnimodo malum est, quia aut fletum imitatur, aut gemitum: tacens autem ostendit felicitatem. Omnes enim aves oscines malæ, præpetes bonæ sunt: vel e contra, malæ præpetes, oscines bonæ sunt. *Idem.*

Solaque culminibus ferali carmine bubo] Non. Marcellus, ubi Virgilium præter aliorum auctorum morem fœmineo genere *bubonem* appellasse dicit, hoc citato versu, non *sola*, sed *sera* legit, epitheto inauspicatæ volucri proprio: ut illud, 'Seraque terrifici cecinerunt omina vates.' Reliqui tamen codices quotquot inspexi, *sola* legunt. *Pierius.*

Solaque culminibus ferali carmine bubo] Idem Ovid. in Ibide vs. 223. 'Sedit in adverso nocturnus culmine bubo Funereoque graves edidit ore sonos.' Vide eruditum Bochartum Hist. anim. qui de ave hac ferali et inauspicata agit de avibus II. 22. Pro *sola* sunt, qui *sera* legunt, ut supra Pierius. Turnebus autem *serum* dirum, ominosum exponit XXVI. 17. De genere ineptiunt femininum esse aliquando affirmantes: sed hic, ut apud Ovid. exprimitur, 'Martia picus avis,' subaudiendum avis: teste Sanctio Min. p. 287. *Emmeness.*

463 *Sæpe queri*] Quidam propterea *queri* positum volunt, quod doleat de Ascalapho se in avem mutatum: ut, 'Veterem in limo ranæ cecinere querelam.' *Servius.*

Longas in fletum ducere voces] Hinc Propertius, magnus et frequens Virgilii imitator, eleg. I. 10. 'In longam ducere verba moram.' Quo versiculo etiam hæsit Ecl. IX. 'Nostros in longum ducis amores.' et eleg. IV. 10. de bobus Herculis mugientibus 'longo mugitu.' *Cerda.*

In fletum ducere voces] Eleganter, *voces ducere in fletum:* quod Æn. VI. 'flendo ducimus horas.' *Taubmann.*

464 *Piorum*] Legitur et *priorum*. Sed *priorum* illud spectat, 'Heu vatum ignaræ mentes! quid vota furentem?' quod superius expositum. Sed *piorum* religiosorum, castorum. *Servius.*

Piorum] Ex antiquis exemplaribus, quæ præ manibus habuerim, plura fuerunt omnino, quæ *piorum*, quam quæ *priorum* legerent. Quod si prædicta, in se *prius* habere consideremus, superhabundare quodammodo *priorum* judicabimus. Sin *piorum* le-

gerimus, et proprium epitheton Vatibus dabimus, et vaticinio auctoritatem. Sane Servius utrunque agnoscit. *Pierius.*

465 *Horrificant*] Horrorem incutiunt. *Servius.*

Horrificant] Horrorem incutiunt. Catullus: 'Horrificans Zephyrus proclives incitat undas.' *Taubmann.*

466 *In somnis ferus Æneas*] Non est epitheton *ferus*, sed phantasia: talem enim illum imaginabatur, qualem timebat. Et *in somnis* pro *insomniis*, id est, vigiliis. *Servius.*

Semperque relinqui] Per omnes noctes navigare videbatur Æneas, quasi eam semper relinqueret. *Idem.*

467 *Longam viam*] Nonnulli inferorum accipiunt. *Idem.*

Incomitata] Quod ferale, id est, mortiferum omnibus; et præcipue regibus, qui nunquam soli sunt. *Id.*

468 *Ire viam*] Veteri more juxta jus, ut, *ite viam, redite viam:* et alibi, 'Primus et ire viam.' *Idem.*

Tyrios deserta quærere terra] Bona affectio: solent enim qui deficiunt, suos desiderare, ut dulcius moriantur. *Idem.*

469 *Eumenidum veluti demens*] Antiqui aliquot codices, *Eumenidum veluti demens;* alii *Eumenidum demens veluti.* Pierius.

Agmina Pentheus] Aut impetus: aut secundum quosdam, quia habitus earum et sibila serpentium faciem agminis præbent: vel quia plures Furiæ putantur; vel quia furiosis pro tribus plures videntur. Et bene *videt agmina*, expressit furentem: cum ait *videt*, non existimat, sed putat se videre. Pentheum autem furuisse traditur secundum Pacuvii tragœdiam, de quo fabula talis est: Pentheus, Echionis et Agaves filius, Thebanorum rex, cum indignaretur ex matertera sua Semele genitum Liberum patrem coli, tanquam deum; ut primum comperit eum in Cithærone monte esse, misit satellites, qui eum vinctum ad se perducerent, qui cum ipsum non invenissent, unum ex comitibus ejus Acoëten captum ad Pentheum perduxerunt. Hic cum de eo graviorem pœnam constitueret, jussit eum interim claudi vinctum: cumque sponte sua et carceris fores apertæ essent, et vincula Acoëti excidissent, miratus Pentheus, expectaturus sacra Liberi patris, Cithærona petit, quem visum Bacchæ discerpserunt. Prima autem Agave mater, ejus amputasse caput dicitur, feram esse existimans, aut secundum Urbanum, agmina serpentum. *Servius.*

Pentheus] Hæc ex Euripide in *Bacchis* sumpta sunt, ubi Pentheus rex Thebanorum furiosus: *καὶ μὴν ὁρᾷν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ, Δισσὰς δὲ Θήβας.* Cur autem furiosis, ebriis, et pupillam oculi intorquentibus, res duplices appareant, docet Aristot. in Probl. sect. 3. Item Lucret. l. IV. *Taubmann.*

Pentheus] Fabulam Penthei enarrat Ovid. Met. III. 700. et in. Græcis Paus. l. II. in Corinth. p. 89. Ovid. in Ibide: 'Aut lacer in silvis manibus spargare tuorum, Sparsus ut est Thebis angue creatus avo.' *Emmen.*

470 *Solem geminum*] Tragice dixit, imitatus Euripidem. *Servius.*

Duplices Thebas] Civitas in Bœotia a Cadmo et Zetho et Amphione constituta, in qua Œdipus Laii filius cum matre concubuit, ex qua Eteocles et Polynices, qui se propter regnum invicem peremerunt. *Idem.*

Et solem gem. et dupl. se ostend. Thebas] Prorsus ex illo Eurip. in Bacchis: *καὶ μὴν ὁρᾷν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ, Δισσὰς δὲ Θήβας.* Vide probl. Aristot. sect. 3. cur furiosis, ebriis, et pupillam oculi intorquentibus res duplices appareant: et metaphys. lib. XI. de iis, qui oculos digito subtorquent: cujus quidem *ἀνωμαλίας* ratio videtur a contrario cognosci, hoc est, ab æquabili, et bene constituta oculorum acie, qua licet gemina, res sin-

gulas tamen nobis repræsentamus: ὅτι πνεῦμα τῶν ὀμμάτων αὐγοειδὲς ἐκπῖπτον ἀνακιρνᾶται τῷ περὶ τὰ σώματα φωτί, καὶ λαμβάνει τὴν σύμπηξιν, ὥστε ἓν ἐξ ἀμφοῖν σῶμα διόλου συμπαθὲς γενέσθαι· κεράννυται δὲ ἕτερον ἑτέρῳ συμμετρίας λόγῳ καὶ ποσότητος· οὐ γὰρ ἀναιρεθῆναι δεῖ θάτερον ὑπὸ θατέρου κρατηθὲν, ἀλλ' ἀπ' ἀμφοῖν ἐστι μέσον ἁρμονίᾳ καὶ κοινωνίᾳ συναχθέντων μίαν δύναμιν ἀποτελεσθῆναι. Plutarchus συμπ. α. probl. η. Διατί τὰ γράμματα πόῤῥωθεν οἱ πρεσβύτεροι, &c. In hoc idem argumentum et Lucr. lib. IV. 'At si forte oculo manus uni subdita subter Pressit eum, quodam sensu fit uti videantur Omnia quæ tuimur fieri tum bina tuendo: Bina lucernarum flagrantia lumina flammis, Binaque per totas ædes geminare supellex, Et duplices hominum facies, et corpora bina.' Et Nicand. Alex. τὰ δὲ διπλόα δέρκεται ὄσσοις, Οἷα χαλικραίῃ νύχιος δεδαμασμένος οἴνῃ· et Calab. M. de Laocoonte, in furorem a Pallade verso: μαινομένῳ δ' ἤϊκτο, καὶ ἔδρακε διπλόα πάντα. *Germanus.*

471 *Agamemnonius scenis agitatus Orestes*] Hunc Oresten Electra soror ejus, post occisum ab Ægisto, dolo Clytemnestræ matris, Agamemnonem, subtraxit, quem Strophio alendum dedit. Eum cum filio Pylade educatum in adultam produxit ætatem; qui, ut primum de scelere matris ac morte patris agnovit, venit Mycenas, et adjuvantibus amico Pylade et sorore Electra, Clytemnestram matrem cum adultero Ægisto occidit; ob quam rem aliquandiu furiis agentibus insaniit. Sane *Agamemnonius* non est patronymicon, nam *Agamemnonides* facere debuit. Ergo sicut, 'Agamemnoniæque phalanges.' *Servius.*

Scenis agitatus Orestes] In antiquis aliquot codicibus, *furiis agitatus* legitur, ut rem vero proximiorem faciat: nam quæ in scenis repræsentantur, fabulosa esse solent. Verum ego crediderim *furiis* ex paraphrasi desumptum: et *scenis* inde legitima lectione expuncta, adulterinam suppositam. *Agitatus* enim non tantum pertinet ad Furias, quæ omnino subintelliguntur: verum etiam ad fabulæ actionem, quæ frequenter scilicet recitari consuerit. Advertendum etiam *Orestes* absque aspiratione scribi, licet in codd. manu scriptis ea fere passim huic nomini adposita inveniatur. *Pierius.*

Scenis agitatus] Famosus, celebratus tragœdiis: Qualiter a Græcis in scena inducitur. *Agitatus* autem, aut quia furiis agitatus, aut quia multæ sunt de eo tragœdiæ: quasi frequenter actus. *Servius.*

Scenis agitatus Orestes] Omnibus in theatris actus et celebratus Orestes. De eo enim multæ tragœdiæ scriptæ et actæ sunt. Hæc autem, quæ hic perstringit Poëta de Oreste, apud Æschylum spectari in Eumenidibus, notat Muret. Var. VII. 24. Vide et Not. ad Æn. III. 331. Alii, *scenis agitatus* interpretantur in prætoriis et judiciis agitatus: ut sit respectum ad illud de Oreste judicium in Areopago habitum. *Taubmann.*

Scenis agitatus Orestes] De Oreste agitato furiis, et ejus decantata in scenis fabula, dictum alibi. Adde Horat. Sat. II. 3. 131. et seqq. Sic 'Agamemnonio Orestæ' Ov. in Ibide vs. 527. *Emmeness.*

472 *Armatam matrem*] Causam ipsam furoris. *Servius.*

Armatam facibus matrem] Clytemnestram facibus Furiarum, quarum singuli capitum pili serpentes erant. Cum autem hoc in tragœdiis non ad hunc modum narretur, existimat Nascimb. ita accipiendum; ut, cum Poëta matrem insectatam facibus et serpentibus filium dicat, de Furiis intelligatur: ut quod per Furias Clytemnestra fecerit, id ipsa videatur fecisse. *Taubmann.*

473 *Sedent in limine Diræ*] A Pa-

cuvio Orestes inducitur Pyladis admonitu, propter vitandas furias, ingressus Apollinis templum: unde cum vellet exire, invadebatur a furiis. Hinc ergo est, 'Sedent in limine Diræ.' Alii dicunt, quod cum absolutus in templo Minervæ, de judicio exiret a furiis correptus est. *Servius.*

Sedent in limine Diræ] Quia, apud Æschylum, Furiæ templum Apollinis καθαρτοῦ, quod suasu Pyladis ingressus erat Orestes, non ingrediuntur, sed ipsum exspectant in limine. Nam earum ingressu religio fani violata fuisset. Vide Turneb. XXVI. 5. *Taubmann.*

474 *Concepit Furias*] Furore completa est, et quidam *furorem* pro bono et innocenti motu accipiunt, *furias* semper pro malo. Concepit ergo furorem, postquam amori dolor immixtus est. *Servius.*

Evicta dolore] Ἀποκαρτερήσασα. Hom. Od. Λ. de Epicasta vel Iocasta, quæ laqueo vitam finierat: ᾧ ἄχεϊ σχομένη. *Germanus.*

475 *Tempus secum ipsa modumque*] *Tempus*, id est, quando; *modum*, id est, quomodo, et qua morte. *Serv.*

476 *Exigit*] Ad certum redigit: ut solent pondera: et vires ad exactum redigi: ergo definit. *Idem.*

477 *Consilium vultu tegit*] Ut, 'spem vultu simulat.' *Idem.*

Consilium] Propositum consciscendi sibi necem. Ita Æn. I. 'Spem vultu simulat, premit alto corde dolorem.' Catullus: 'celans dulci crudelia forma Consilia in nostris requiesset sedibus hospes.' Scal. IV. 16. *Taubmann.*

478 *Viam*] Rationem, remedium. Ita enim antiqui dicebant, ut ipse alibi, 'Aut tu, si qua via est.' *Serv.*

Gratare] Gratulare, suscipe gaudium pro sorore. Sic enim dicimus, *grator tibi honorem.* Et bene a gratulatione incipit, quæ vult suum dissimulare consilium. *Idem.*

Gratare sorori] Σύγχαιρε congratulare. *Germanus.*

Gratare sorori] Hoc verbo pro *gratulor* usos non solum Poëtas, sed scriptores, alii jam observarunt. Nam Tacitus Hist. I. 'proximi militum gratabundi:' et Livius lib. IX. 'invicem inter se gratantes.' *Cerda.*

479 *Reddat*] Reconciliet. *Eum*: Æneam: quem, ut notum, noluit dicere. *Servius.*

Eo me solvat amantem] Mori disponens, duo mentitur, vel ut se solvat, vel ut alliget Æneam. *Idem.*

Reddat eum, vel eo me solvat] In Oblongo illo codice perveteri legere est, *Quæ mihi reddet eum, vel eo me solvet amantem.* Utrunque verbum futuro tempore, finitivo modo. In Longobardico, *Quæ mihi reddat eum, vel eo me solvet amantem:* ut primo agat de præsenti, ut *reddat*: id si nequaquam fieri possit, de futuro saltem, ut sit solvenda Dido præcavetur: propterea *solvet* affirmativum est: et hoc saltem eventurum firmiter proponit. Sed enim mihi magis faciat satis utrunque verbum eadem figura, eodem tempore et modo positum, magisque finitivum illud *reddet*, et *solvet*. Nam ut Anna propere ad opus adcingeretur, certa aliqua spes proponenda fuit. Est et sua tamen elegantia in lectione altera. *Pierius.*

Quæ mihi reddat eum, &c.] Hoc versu putat Lactantius, sive Luctatius in Theb. V. allusum ad Venerem cognominatam *verticordiam*, quæ sic dicta, quod curas inferret, auferretque a cordibus humanis. Hujus Deæ plures meminere, præsertim Val. Max. lib. VIII. quam Ovid. Fast. IV. sic circumscripsit: 'Templa jubet fieri Veneri, quibus ordine factis, Inde Venus verso nomina corde tenet.' *Cerda.*

480 *Oceani finem juxta*] Finem Oceani nullus novit, sed initium: quod et ipsum potest finis videri aliunde sumpto principio. Et longinquitate argumentatur. Terentius, 'Ex Æ-

thiopia est usque hæc.' *Servius.*

481 *Æthiopum*] Æthiopiæ duæ sunt, una circa ortum Solis, altera circa Oceanum in Mauritania, quam nunc dicit. Et dicta Æthiopia a colore populorum, quos solis vicinitas torret. Græce enim αἴθειν *torrere*, ὤψ *aspectus* dicitur. *Idem.*

Atlas] Nullum nomen Græcum in as terminatur. *Idem.*

482 *Axem*] Nunc pro *cælo*, non enim in axe sunt stellæ. *Idem.*

Torquet] Sustinet, portat. *Idem.*

Stellis aptum] Satis perite loquitur. Nam *aptum*, conjunctum dicit, ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι, non insignitum stellis. *Axis* enim non habet stellas, qui est medius inter septentriones. Unde et Græce ἄναστρος dicitur. Septentriones autem non occidere, axis vicinitas facit, non quia in axe sunt. Ergo bene *aptum*, coniligatum. Cicero in Timæo, 'Qua ex conjunctione cœlum ita aptum est,' id est, constrictum et complexum. Item in Oratore, 'Facilius est enim apta dissolvere, quam dissipata connectere.' *Idem.*

Axem stellis aptum] *Axem*, id est, cælum stellis fixum et consertum conspersumque. Ejusdem plane sensus cum illo Lucr. lib. v. 'stellisque micantibus æthera fixum:' ut quidem Turneb. exponit, XXII. 23. et XXIX. 6. Anaximenes enim stellas, clavorum more, cælo affixas dicebat. Mutuatum autem ex Ennio est, repetiturque Æn. lib. VI. et XI. Servius et alii *Aptum* interpretantur συναπτόμενον, conjunctum, connexum, compactum, colligatum: exemplo etiam Ciceronis in Tuscul. 'Fulgentem gladium e lacunari seta equina aptum.' Et, de astrorum ordine, De Nat. D. III. 'Inter se omnia connexa et apta,' &c. Pimpontius et H. Grotius *aptum* derivant ab antiquo *apere*, quod colligare significet: citantes illud Lucr. l. v. 'Sic ubi non erimus, cum corporis atque animai Discidium fuerit, quibus e sumus uniter apti.' Etiam Gifanius *aptum* hic exponit connexum, pendens: itaque sæpius usurpatum a Cicerone itidem asserit. Lucret. lib. v. 'nos nil lædit veste carere Purpurea, atque auro signisque ingentibus apta.' Ergo *aptum* hic fuerit ab *apere*, quod sit vinculo comprehendere, συναρμόζειν. Inde et *apex*, auctore Festo. *Aptus*, συναρμοσθείς. Aliud postea est *aptus*, ab apiscendo, &c. Denique Hier. Columna *haptum* legit: ἀπὸ τοῦ ἅπτειν: ut *haptum* sit inflammatum, &c. nec displicet Merulæ. *Taubmann.*

Ubi maximus Atlas Axem, &c.] Poëtica hæc figmenta quod portaverit cœlum humeris, ut Juven. Sat. XIII. 48. unde passim *cælifer:* Stat. Theb. lib. v. 'respirat cœlifer Atlas:' docet idem Hyginus fab. 150. Sed, ut non nulli, *Atlas* mons est altissimus, ut supra vs. 246. de quo Mela III. 10. 'In arenis mons est Atlas, dense consurgens, verum incisis undique rupibus præceps, &c. Qui quod altius, quam conspici potest, usque in nubila erigitur, cœlum et sidera non tangere modo vertice, sed sustinere quoque dictus est.' Ad hunc adhibe Salmasium Plin. exercit. p. 293. Servius eruditum astrologum fuisse docet Æn. I. 745. et ut noster 'oceani finem juxta solemque cadentem,' sic Stat. Achill. l. I. 'Hos abolere metus magici jubet ordine sacri Carpathius vates, puerumque sub axe probato Secretis lustrare fretis, ubi litora summa Oceani et genitor tenet illabentibus astris Pontus.' *Emmeness.*

483 *Hinc mihi Massylæ gentis monstrata*] Prædicta. Quæ est oriunda Massyla. Aliquando horti Hesperidum sacerdos, nunc habitans circa Atlantem. Nam aliter non procedit. Massyla enim Mediterranea est: Berenice civitas Libyæ, unde haud longe sunt horti Hesperidum. Atlas vero mons maximus in Mauritania est. Quidam tamen hos hortos circa Syrtes positos tradunt. *Servius.*

Massylæ gentis] In codicibus plerisque veteribus, *Massyliæ gentis* legitur: quod veriti sunt *sy* mediam syllabam esse brevem. Hinc superius, 'Massylicique ruunt equites,' posuerunt: sed trisyllabum Latini agnoscunt. *Pierius.*

484 *Hesperidum templi custos*] Hesperides, Atlantis filiæ, Nymphæ, secundum fabulam hortum habuerunt, in quo erant aurea mala, Veneri consecrata, quæ Hercules, missus ab Eurystheo, occiso pervigili dracone, sustulit. Re vera autem nobiles fuerunt puellæ, quarum greges rufam lanam habentes abegit Hercules, occiso eorum custode. Unde mala fingitur sustulisse, hoc est, oves, quæ Græce μῆλα dicuntur: unde μηλονόμος dicitur pastor. Propter ruborem autem lanæ, quæ similis auro est, existimasse eos qui audierant mala aurea in Africa nasci. Est et alia fabula: cum nuptiæ Junonis celebrarentur, omnesque Dii in honorem ejus conferrent munera, Terra in extremis regionibus edidit arborem, poma aurea ferentem: hæc cum decerperent Hesperides, Atlantis, sive Hesperi filiæ, custodes ejusdem arboris, Juno offensa munus spoliari suum, in metum earum misit Draconem insomnem, qui omnibus noctibus diebusque custodiret ramos. Hoc postmodum ab Hercule interempto, qui ab Eurystheo ad hoc missus fuerat, mala sublata sunt. Hesiodus has Hesperidas Æglem, Aretusam, et Hesperusam, Noctis filias, ultra Oceanum mala aurea habuisse dicit. Bene ergo Virgilius, has ad Oceanum et Solis occasum esse dicit. *Serv.*

Hinc mihi Mass. &c.] Recte juxta Oceani fines. Erroris convincit Servium hoc in loco Salmas. Plin. exerc. p. 373. *Emmeness.*

Epulasque draconi] Hesperus rex traditur preciosissimas oves habuisse, quarum pastor vocabatur Dracon, cui præbebant epulas regis filiæ; sed quia Græce *oves* μῆλα dicuntur, ex dubio nomine fabula composita est. *Servius.*

485 *Sacros ramos*] Vel Veneri, vel Junoni dicatos. *Idem.*

Sacros ramos] Et ad serpentem custodem et ad sacros ramos alludit Sil. Ital. l. VI. 'qualisque comantes Auro servavit ramos Junonius anguis.' *Emmeness.*

486 *Spargens humida mella, soporiferumque papaver*] Id est, miscens: ut supra dictum est ex Cicerone, 'Et spargere venena didicerunt.' Nec incongrue ad amaritudinem amoris, mel adhibet; ad oblivionem, papaver. *Servius.*

Soporiferumque papaver] Incongrue videtur positum, ut soporifera species pervigili detur draconi. Sed dicimus variam vim præbere victuum diversa diversis animalibus. Nam salices amaræ hominibus sunt, dulces capellis: ut, 'Et salices carpetis amaras,' scilicet hominibus. Item cicutæ, secundum Lucretium, hominibus venenosæ sunt, cum pingues reddant capellas. Ergo et papaver cum det hominibus somnum, draconi adimit forsitan: et est ergo excusatio. Potest tamen melior esse sensus, si post *servabat in arbore ramos* plena sit distinctio: sequentia vero sic accipiamus: 'Hæc se promittit carminibus curas solvere.' *Idem.*

Spargens, &c.] Disputant hic Critici, cur soporifera species detur pervigili Draconi. Respondet Turnebus: Immanem illum Draconem, ut locum amaret, jucundo linctu mellis retinendum fuisse: et ne perdius et pernox insomnis tandem deficeret, medicamento velut soporifero ad vires reficiendas ei somnum conciliandum fuisse. De qua re copiosissime disserit XXVI. 5. et XXVIII. 45. et XXIX. 6. Adversariorum: quæ legere operæ pretium est; ut et quæ P. Victorius Var. Lect. IV. 3. de his annotavit. *Taubmann.*

487 *Hæc se carminibus*] Id est, magicis vocibus. Hunc autem locum argute et callide, de Magia disputans, illustrat Cæl. IX. 23. Laudat et Scalig. v. 16. Lege et Eclog. VIII. *Pharmaceutriam.* Idem.

Solvere] Cura liberare. *Servius.*

Solvere] Amore liberare. Tibullus: 'eadem se dixit amores Cantibus aut herbis solvere posse meos.' Vide Apulejum Milesiar. l. I. *Taubmann.*

Solvere] Contrarium est *devovere, defigere, ligare,* quia, qui amoribus implicati erant, quasi nodo Veneris ligati videbantur. Vide Salmas. exerc. Plin. p. 1060. et Torrentium, ubi in Horatii oda ad Canidiam interpretatur quænam fuerint *Cocytia.* Emm.

488 *Duras curas*] Bene *duras* affectu quæ ipsa passa est. *Servius.*

489 *Sistere aquam fluviis, et vertere sidera retro*] Quanto magis poterit Æneam ab incepto revocare? Vel in amorem immittere, aut mihi auferre? *Idem.*

Sistere aquam] Tibullus: 'Hanc ego de cælo ducentem sidera vidi. Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.' *Taubmann.*

Vertere sidera retro] Utrum ut videatur etiam in cœlo potestatem habere, an etiam fata posse mutare, quæ secundum Mathematicos sideribus gubernantur? et multi *sidera* hic planetas accipiunt, quia reliqua cœlo adfixa sunt. *Servius.*

490 *Nocturnosque*] Utrum quia in nocte sunt, an quia per noctem evocantur, an noctu? ut Cicero, 'Nocturnis canibus dilaniandum.' *Idem.*

Ciet] Exemplaria quædam admodum vetusta legunt, *movet manis:* ut illud, 'At cantu commotæ Erebi de sedibus imis Umbræ ibant tenues:' et infra, 'Quo fletu Manis, qua numina voce moveret.' Sed enim *ciet* mihi magis placet: quo significato legere est in Pharmaceutria, 'Animas imis excire sepulcris.' *Pierius.*

Manes] Quod ad inferos manent, id est, abeant. *Servius.*

Nocturnosque ciet manes: mugire videbis, &c.] Hæc et plura de arte magica enarrat Ovid. Met. VII. 200. et seqq. *Emmeness.*

Mugire videbis] Id est, videbit quis: ut, 'Migrantes cernas.' *Serv.*

Mugire videbis] Æneid. VI. 'Sub pedibus mugire solum,' &c. *Taubm.*

491 *Sub pedibus terr. et desc.*] Hæc non sic adfirmat, quasi ad amorem extinguendum opus sint, sed difficiliora adsignat, ut facilius de opprimendo amore credat. *Servius.*

492 *Testor, cara, deos*] Obtestatio, quæ insinuationem habet a necessitate. Et respexit Poëta ad morem Romanorum, qui cum multa sacra susciperent, *magica* semper damnarunt. *Taubmann.*

493 *Magicas invitam*] Pro *ad magicas,* aut *magicas adgredi invitam;* quia cum multa sacra Romani susciperent, semper *magica* damnarunt. Probrosa enim ars habita est, ideò excusat. *Servius.*

Accingier] Præparari. *Accingier* autem, ut ad infinitum modum *er* addatur, ratio efficit metri. Nam cum in eo ultima sit longa, addita *er* syllaba brevis fit: ut hic et in reliquis. *Idem.*

494 *Tu secreta*] Sine arbitris, et est bona elocutio, rem loci vel temporis ad personam transferre: ut *nocturnus venit, secretus fecit.* Idem.

Secreta] Sine arbitris, sola. Charis. l. *secreto.* Taubmann.

Pyram] Sub specie sacrificii, præparat mortis exequias. *Servius.*

495 *Et arma*] Gladium dicit abusive. Nam ait paulo post, 'ensemque relictum.' Proprie enim *arma* sunt quæ armos tegunt, hoc est, scutum, quod Græcis ὅλον ὅπλον dicitur; cum cætera sua nomina habeant: unde ipse ait, 'At Lausum socii exanimem super arma ferebant.' Sed hic ideo generaliter *arma* nominavit, ne inventione solius gladii consilium

proderetur. *Idem.*

496 *Impius*] Qui gladium reliquit furenti. Hoc autem tractum est de Homero, qui dicit gladium Ajaci datum ab Hectore, et Hectori ab Ajace balteum, quæ eis exitio fuerunt: nam alter tractus est balteo; alter se donato telo interemit. *Idem.*

Impius] Antonomasia, pro Ænea: qui alias *pius* audiebat. Vide Quintil. VIII. 6. *Taubmann.*

Exuvias] Vestes Æneæ: quem *hostem* dixerat supra, 'I soror, atque hostem supplex adfare superbum.' Item, 'Dulces exuviæ.' *Servius.*

Exuviasque omnes] Legitur etiam in antiquis, *exuvias omnis*, absque particula copulativa: quod nihil aliud ab Ænea relictum indicaret, in futuræ cædis omen. Sed enim inferius, *exuvias* ab *ense* distinxit: et *Iliacas vestes* nominavit. Quare dicendum potius congruere imperanti membra quam maxime dissoluta ponere: ut, 'Ferte citi flammas, date tela, scandite muros;' et quod paulo ante dicebamus, 'Classem aptent taciti, socios ad litora cogant.' Neque suo caret ornatu, si cum particula copulativa legamus, *exuviasque omnis*, præsertim, quum altera subsequatur, *lectumque jugalem.* Pierius.

Lectumque jugalem] Eleganter etiam in morte, perseverat in amore, et quatenus potest Æneæ se conjungit, si uno igne cum ejus concremetur exuviis. *Servius.*

497 *Quo perii*] Propter extinctum pudorem. *Idem.*

Superimponas] In codicibus aliquot antiquis, *superimpone* scriptum est: id autem absque synalepha legeretur. Sunt et alii, in quibus *imponant* habetur: neutrum horum placet. *Pierius.*

Abolere nefandi] A memoria tollere, ut, 'Paulatim abolere Sichæum.' *Servius.*

498 *Monumenta jubet*] Sunt codices admodum vetusti, in quibus cum Mediceo sic habetur *monimenta juvat*: ac de *monimento* per *i*, satis alibi dictum. Quod vero *juvat* inveniamus, dicta erunt hæc ex persona consilioque Didus: *Abolere nefandi Cuncta viri monumenta juvat:* mox illud ex præceptis, quæ sacerdos dederat, quorum vel alterum movere poterat sororem, ut ea omnia curaret cremanda. Mihi vero *jubet* magis placet, ut hoc sit auctoritatis et reverentiæ, quæ sacerdoti debeatur: *Monstrat* vero pro redditione caussæ, cur id fieri debeat. *Pierius.*

Monumenta jubet abolere] Quæ istius admonent. Eadem præcipit et Ovid. de Remedio amoris l. II. 'Omnia pone feros, quamvis invitus, in ignes: Et dic, ardoris sit rogus iste mei,' &c. *Taubmann.*

Jubet monstratque sacerdos] Et *juvat* συμφέρει, hoc est, et voluntas mihi est, et sacerdos hoc præcipit. *Que* autem, pro *enim*, posuit. *Servius.*

499 *Hæc effata silet*] Subitum silentium, imperfectam orationem ex perturbatione mentis ostendit. *Idem.*

Pallor simul occupat ora] Scilicet ex conscientia cogitatæ mortis. *Idem.*

Occupat ora] Veteres nonnulli codices *inficit ora*, legunt: quod non est horroris proprium, sed verecundiæ potius: præterea *pallor* infecturæ contrarius est. *Pierius.*

Pallor occupat ora] Sic Horat. duo conjungit Epod. VII. 'tacent, et ora pallor albus inficit.' *Emmeness.*

500 *Novis*] Pro *usitatis.* Servius.

Prætexere] *Prævelare, abscondere.* Et est antistrophe, *funeribus nova sacra prætexere.* Ergo hoc dicit: Anna non arbitratur sub obtentu sacrificiorum pompam funeri præparari. *Id.*

501 *Tantos furores*] Quantos cogitabat Dido. *Idem.*

502 *Graviora timet, quam morte Sychæi*] Aut *quam* detrahimus: et stat eloquutio: aut subaudimus, *Graviora timet posse contingere*, hoc est, vel quam quæ fecit, vel passa est Dido. *Idem.*

Aut graviora timet, quam morte Sychæi] In antiquis aliquot codicibus, *haud* legere est: quod minime placet. Est et *Suchæi* per *u*, ut superius non semel observatum: quod quidem, ut puto, fit, ut *libet*, *lubet*, et similia. *Pierius.*

504 *At regina pyra*] Notatus est hic versus: vitiosa est enim elocutio, quæ habet exitus similes, licet sit casuum dissimilitudo. *Servius.*

505 *Tædis atque ilice secta*] Observavit Kirchm. de Fun. Vet. III. 1. electam ad exstruendas pyras fuisse materiam, quæ ignem facile conciperet et nutriret. Tales fuerunt arbores resiniferæ, de quibus etiam noster VI. 214. 'Principio pinguem tædis, et robore secto Ingentem struxere pyram.' *Emmeness.*

506 *Intenditque locum sertis*] Et intendit et inligat: ut, 'Et stupea vincula collo Intendunt.' et est Hypallage: est enim *intendit serta per locum.* Hoc est, a pariete in parietem ligat; quod est extensis sertis locum replet; quasi serta per locum tendit. *Servius.*

Fronde coronat Funerea] Verbenas intelligit, quas sacris adhibebant. Sed verbenæ in sacro nocturno erant funereæ, ut e cupressu; non e læta fronde. Turn. XV. 1. *Taubmann.*

507 *Funerea*] Romani moris fuit, propter ceremonias sacrorum, quibus populus Romanus obstrictus erat, ut potissimum cupressus, quæ excisa renasci non solet, in vestibulo mortui poneretur, ne quis imprudens funestum domum, rem divinam facturus, introeat, et quasi attaminatus suscepta peragere non possit. Hinc ergo *funerea cupresso:* nam etiam supradicta ligna ad funus pertinent: ut, 'Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex.' *Servius.*

Funerea] Pro eo Stat. Theb. l. IV. 'atque omne cupressus Intexit plorata latus.' *Emmeness.*

508 *Effigiemque toro locat*] Imaginem scilicet Æneæ, quia solent Magi effigies eorum facere, propter quos carmen instituunt, ut in Bucolicis: 'Limus ut hic durescit, et hæc ut cera liquescit:' et Eclog. VIII. 'Terque hæc altaria circum Effigiem duco.' Horatius, 'Lanea et effigies erat, altera cerea.' Et bene exprimitur amoris adfectus, quod etiam in morte amati imagini volebat esse conjuncta; ut paulo post, 'Natumque patremque Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.' *Serv.*

Effigiem] Æneæ. Nam in *Sacris* istis *Stygialibus* (de quis infra vs. 638.) sive *Cocytiis*, ut Horatii interpres Porphyrio appellat, sive ut Statius Theb. IV. 414. *Lethæis*, in quibus Sagæ alios in amorem aliorum pellicere nitebantur, *effigies* etiam *cerea*, similis ei quem devovebant, ponebatur: aut etiam laminæ in ejusdem similitudinem efficta, quæ *Ipsullices*, vel potius *Ipsiplices*, αὐτόπτυκτα φύλλα, vel etiam *Auriplices* vocabantur. Sagæ autem ejusmodi *Simulatrices* dictæ, vel etiam *Fictrices*, *&c.* De quibus accurate Scaliger F. in Ciri, ad vs. 374. *Taubmann.*

Haud ignara futuri] Memor suæ dispositionis. *Servius.*

509 *Stant aræ circum*] Aut sunt, aut circumstant. *Idem.*

Crinis effusa] Crines effusos habens, ut, 'picti scuta Labici.' *Idem.*

Sacerdos] Quæritur a quibusdam, quæ sit hæc sacerdos, quia illam ipsam accipi volunt, quæ supra dicta est, tanquam ficta a Didone. Ergo hanc adhibitam ad tempus hujus officii sacerdotem volunt. *Idem.*

Crinis effusa sacerdos] Pro eo Stat. Theb. l. I. 'Resolutaque vertice crines.' *Emmeness.*

510 *Tercentum tonat ore deos*] Non tercentum deos: sed tonat tertio centum numina Hecates: unde et Hecate dicta est, ἑκατὸν, id est, centum potestates habens. *Tonat* autem perite dixit. Aliquibus enim sacris

imitabantur tonitrua; sed præcipue in Hecatæ: aut *tonat* clara voce et cum fiducia invocat. *Servius.*

Ter centum tonat ore deos] Vox *ter*, non ad deos, sed ad *tonat* referendum est: ut dicat, Hecaten, quam per centum deos innuit, ter, sive persæpe, invocatam esse. Alii trecentos deos intelligunt: quia tot Joves habuerit vetustas. De quo Cælius XXII. 3. Uterque autem numerus et τὸ *ter*, et τὸ *centum* infernis sacer erat. Vide et Dan. Heinsium ad illud Silii l. I. 'ordine centum Stant aræ cælique Deis Ereboque potenti:' ἑκατὸν enim τῆς ἑκάτης numerus est. *Taubmann.*

Erebum] Inferorum profunditatem. *Servius.*

511 *Tergeminamque Hecaten*] Quidam *Ecaten* dictam esse tradunt, quod eadem et Diana sit et Proserpina, ἀπὸ τῶν ἑκατέρων; vel quod Apollinis soror sit, qui est ἑκατηβόλος, et secundum Hesiodum Hecate et Titanis et Asteriæ filia est: Diana et Jovis et Latonæ: Persephone Jovis et Cereris: quam genealogiam posteriores confuderunt. *Idem.*

Tergeminamque] *Tergeminus* et *trigeminus* idem quod *ternus:* quos Livius l. I. '*trigeminos fratres*' vocat, *tergeminos* appellat Flor. I. 3. de Horatiis et Curiatiis cum est sermo. Vide Bochart. Hist. anim. II. 40. *Emmeness.*

Tria virginis ora] Iteratio est ejusdem rei, Lunæ, Dianæ, Proserpinæ. Et cum super terras est, creditur esse Luna, cum in terris, Diana, cum sub terris, Proserpina. Quibusdam ideo triplicem placet, quia Luna tres figuras habet, prima tanquam C, sequens tanquam O, tertia tanquam Ɔ. Nonnulli eandem Lucinam, Dianam, Hecaten appellant, ideo quia uni deæ tres adsignant potestates, nascendi, valendi, moriendi; et quidem nascendi Lucinam deam esse dicunt, valendi Dianam, moriendi Hecaten: ob quam triplicem potestatem, triformem eam triplicemque finxerunt, cujus in triviis templa ideo struxerunt. *Serv.*

Tria virginis ora] Turn. XXVII. 5. *Hecaten triformem* sit dictam; quia et pingi et fingi ita soleat, et tribus animalium nominibus vocari gaudeat. Porphyrius l. IV. *De non edendis animalibus:* ἡ δὲ ἑκάτη ταῦρος, κύων, λέαινα ἀκούουσα μᾶλλον ὑπακούει. Videatur et Cælius XX. 6. ubi inter cætera annotat, *Hecaten* dici *tergeminam*, quia sit trium capitum: dextrum quidem equi: sinistrum canis; medium hominis agrestis: ideoque ab Orpheo τρισσοκέφαλον appellatam, &c. Ovid. Met. VII. 'Tuque triceps Hecate,' &c, Idem Fastor. I. 'Ora vides Hecates in tres vergentia partes.' Alii τρίμορφον καὶ τρικέφαλον dictam censent, quod Lunæ triplex sit vicissitudo: cum in cornua est curvata, cum dividua, cum plena. Videatur et Pimpontius in Paralip. Virgilii. J. Parrhasius hæc ita interpretatur, ut dicat; Hecaten a saga ter invocatam: quam per centum deos obscure quidem, verum peritissime designavit, ad amplissimam deæ potestatem, et nominis rationem simul alludens: quod ab ἑκατὸν, id est, *centum*, trahitur. Ternarius porro numerus in hujusmodi sacris adhibebatur ex ritu, &c. Nec obest, quod statim subjicitur, 'Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.' Nam sui moris est (ut et Macrob. observat) in quibus non convenit inter doctos (ut et in Hecate) utramque sententiam complecti, &c. Videatur et Floridus Succisiv. III. 40. *Taubmann.*

512 *Simulatos fontis Averni*] In sacris, ut supra diximus, quæ exhiberi non poterant, simulabantur: et erant pro veris. Bene autem de Averno, per quem descensus ad inferos dicitur. *Servius.*

Sparserat] Χύτλα autem sive *latices* in expiationibus et devotionibus spargebantur thallo sive ramo olivæ: ut in Ciri vs. 376. et Æn. VI. 230. He-

synchius: *χύτλωσον, ὕγρανον. χύτλος δὲ κρατὴς ἔσχος εὔσκιος παρῆν. χυμένοις, ἀνταρμένοις*, &c. *Taubmann.*

Sparserat et latices simulatos, &c.] In sacris, quæ exhiberi non poterant, simulabantur; et erant pro veris. Ita cum de animalibus, quæ difficile inveniuntur, est sacrificandum; de pane, vel de cera fiunt; et pro veris accipiuntur. Inde et *simulatrices* mulieres vel sacerdotes, apud Festum: ut placuit Turnebo III. 10. et XVI. 22. Ita hic vera aqua lacus Averni non poterat haberi, itaque simulata utitur Dido. Nam et in templo Isidis aqua sparsa de Nilo esse dicebatur. Inde et *Cervaria ovis* Festo, quæ pro cerva immolatur. Atque hæc etiam sacra *Ditis causa* fieri suo modo, docet P. Pithœus Adv. II. 8. Bene autem, *Averni*, qui Plutoni sacer, et per quem descensus ad inferos, dicitur. Horat. Ep. v. 'At expedita saga per totam domum Spargens Avernales aquas, Horret capillis.' *Idem.*

513 *Falcibus et messæ ad lunam quæruntur aënis*] Quia herbæ aut secundum rationem Lunæ tolluntur, aut in quas despumaverit Luna: sicut Lucanus, 'Donec subpositas propior despumet in herbas.' Nec omnes eodem modo. Unde perite et *ahenis falcibus* dixit: quia aliæ velluntur, aliæ inciduntur: et *ad Lunam*, non ad noctem, sed ad Lunæ observationem. *Servius.*

Falcibus et messæ ad lunam, &c.] Succisæ ad observationem lunæ. Credebant enim herbas ad lunæ lumen lectas, veneficiis efficaciores: quod veneficiis lunam præesse censerent, et quadam saliva ac spuma herbas inficere. Unde et Ovid. Met. VII. de Medea: 'Addidit exceptas lunæ de nocte pruinas.' Lucan. l. VI. 'Donec suppositas propior despumet in herbas.' Val. Flacc. l. VI. 'Quamvis Atracio lunam spumare veneno Sciret.' Vide Turneb. VI. 10. Est et hoc mystice dictum, atque ex ritu Acherontiorum sacrorum, *falcibus aënis:* quod herbæ religiosius et purius æneis falcibus incidi arbitrarentur, quàm ferreis: quod æs vi occulta minus quam ferrum corrumpat; minus rubiginis creet, vulneribus minus noxium sit: sed et purgandi *φαρμακώδη ἰδιότητα* et detergendi habeat: ut docet Plutarchus. Vide et Macrob. v. 19. et Cælium XIX. 5. item Joh. Scoppam. Jam, *pubentes herbas*, Servius adolescentes et florentes intelligit: at Turneb. XXVI. 5. lanosas villosasque. Nam in veneficio, *inquit*, quando viri, qui pubent et barbati sunt, petuntur et incantantur, majorem vim habere plusque pollere, quam læves et impuberes censebantur. Sic et Æn. XII. 'Puberibus caulem foliis,' declaro, villosa pube lanuginosis: talia enim folia tribuit *Dictamno* Dioscorides. *Taubmann.*

Ahenis] Codices plerique vetusti scriptum habent *aheneis*, quippe falcibus: quod non displicet. Ovid. 'Tertia post illos successit ahenea proles.' Horat. 'Hic murus aheneus esto.' Erit vero versus dactylicus, vel Synizesin patietur. Sed enim etiam *ahenis* recte. *Pierius.*

Falcibus aënis] Sic Ovid. Met. VII. 222. 'Partim succidit curvamine falcis aënæ.' De *pubescentibus herbis* vide Salm. exerc. Plin. p. 513. *Emmeness.*

514 *Pubentes herbæ*] Ideo quia aliæ siccæ, aliæ viridiores leguntur. Et sciendum inter homines et herbas esse reciprocam relationem. Sic enim *pubentem herbam* dicimus, quemadmodum *florem ætatis*. Servius.

Nigri cum lacte veneni] *Nigri*, aut noxii: quia nigri fiunt homines post venenum. Aut certe illud est: quia sunt herbæ *nigri lactis*, id est, succi. Dicunt autem per periphrasin agreste papaver significari. *Idem.*

515 *Quæritur et nascentis equi de fronte*] Videbatur quibusdam non tam

Poëta hippomanes et philtrum conquirere debuisse, quam amoris amuletum: cum institutum hic Didus sit amorem excutere et abolere. Docet tamen Turnebus, nihil admisisse Maronem in artem, cum hippomanes hic paretur, ut igni mandatum amorem penitus amoliatur et deleat: cum non nisi ex arte adhibitum ad amoris conciliationem prodesse possit. Sunt tamen, qui alia ratione Maroni hac in parte succurrant: nimirum ita propositum Didus accipiendum, ut suum explicat Tibullus, a maga lustratus, sub his verbis: 'Et me lustravit tedis, et nocte serena Concidit ad magicos hostia pulla deos. Non ut totus abesset amor, sed mutuus esset Orabam, nec te posse carere velim:' scilicet ut Dido Annæ fidem faciat, id se agere velle, ut aut amore exolveretur, aut ab Ænea redamaretur: ut constat liquido ex præcedentibus, et illo: 'Inveni germana viam....Quæ mihi reddat eum, vel eo me solvat amantem.' Aliorsum hippomanes Propertio significatur eo loco: 'in me Hippomanes fœtæ semina legit equæ:' et Tibullo: 'Et quod, ubi indomitis gregibus Venus afflat amores, Hippomanes cupidæ stillat ab inguine equæ.' Recurre ad locum Georg. 'malæ legere novercæ Hippomanes.' *Germanus.*

516 *Et matri præreptus, amor*] Plinius dicit in naturali historia, pullos equinos habere in fronte quandam carnem, quam eis statim natis adimit mater: quam si quis forte præripuerit, odit pullum, et lac ei denegat. Juvenalis, 'Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli Infudit.' Et merito suspicantur amorem creari ex carne, sine qua mater non alit ex se creatum. Theocritus, *hippomanes* virgulti genus dicit. *Servius.*

Et matri præreptus, amor] De hac caruncula (Græce σαρκίῳ) Salmas. Plin. exerc. p. 942. *Emmeness.*

517 *Ipsa mola*] Id est sale: quam *molam salsam* appellant. Ordo autem Dido mola, et piis manib puris, deos testatur. Et quia supra de sacerdote e *Servius.*

Ipsa mola] De mola di VIII. 82. His adde quæ antiq. Homer. I. 8. *Emme*

518 *Unum exuta pedem*] agitur, ut et ista solvatur cetur Æneas. Solent enin *toria sacrificia* ab aruspicib Junonis Lucinæ sacra ne cedere, nisi solutis nodis.

In veste recincta] Quia diximus, in sacris nil solet gatum, præcipue ejus q vult solvi. Sane Flamini cebat, neque calceos, ne morticinas habere: *mortic* dicuntur, quæ de pecu sponte mortuis, fiebant: pra genu succinctam esse vult tangere, 'Unum ex vinclis, in veste recincta:' lata, sed summissa, nam si tum *recincta*, ut resolutâ, *Idem.*

In veste] Sunt quidem manu scripta, in quibus *veste recincta*. Sed illud, *in* usitatius. *Pierius.*

In veste recincta] Nihil e cris ligatum esse conveni præcipue qui amore solvi Et notat Turn. VI. 10. h nocturnorum sacrorum, e orum dici. Ita Ovid. 'Egreditur tectis vestes cinctas, Nuda pedem, nud infusa capillos.' Apud H I. 8. Venefica succincta palla; sed tamen sine passo capillo. Matth. Bon Philologica 47. quas Haimi dit) acerrime pertendit 'vinclis et veste recinct men os verberat Erythræ

que Pimpontius, in particulam hoc usu frequentari. Æn. v. 37. 'occurrit Acestes Horridus in jaculis:' ibid. vi. 650. 'Et sese ostendat in armis.' *Taubmann.*

519 *Testatur moritura deos*] Quidam hic *testatur*, pro *obtestatur* accipiunt. *Servius.*

Conscia fati Sidera] Id est, planetas, in quibus fatorum ratio continetur. An conscia fati sui testatur sidera, ut constantia ejus appareat mori volentis: ergo *fati* sui, id est, mortis. *Idem.*

520 *Si quod non æquo fœdere amantis Curæ numen habet*] Ordo est: Tunc numen precatur, si quod curæ habet amantes non æquo fœdere. *Si quod* autem, bene dubitat, utrum et ita malæ res habeant præpositas potestates. Nam et amatoribus præesse dicuntur ἔρως, ἀντέρως, λύσερως. Nonnulli Nemesin significari putant; nonnulli ἀντέρωτα, contrarium Cupidini, qui amores resolvit: aut certe cui curæ est iniquus amor, scilicet ut implicet non amantem. Hic etiam Athenis coli dicitur. *Idem.*

521 *Justumque memorque*] *Justum* ad judicandum, ut expugnetur, qui est caussa discordiæ. *Memor* simul ad vindicandum; et *memor* ideo neutro genere, quia *numen* dixerit. *Idem.*

522 *Nox erat*] Protenditur ista descriptio ad exaggerationem vigiliarum Didonis. *Idem.*

Nox erat, &c.] Descriptio noctis intempestæ: ubi in florido illo dicendi genere, somnum incomparabilium florum manipulis adspergit Poëta: ut ait Scal. iv. 9. Vide et v. 6. et vi. 16. ubi hæc *divina* appellat, et quæ vel decies repetita placeant. *Taubmann.*

Nox erat] Pro eo Ovid. Met. vii. 186. 'Solverat alta quies,' &c. ubi plura, quæ huc faciunt. *Emmen.*

523 *Silvæque*] Secundum eos, qui dicunt omnia, quæ crescunt, animalia esse. *Servius.*

Silvæque et sæva quierant Æquora] Solent Poëtæ τὰ ἄψυχα facere ἔμψυχα. Ita Stat. Silvar. v. 'et terris maria acclinata quiescunt:' quasi mare acclinatum terræ dormiret. Vel per metonym. intelligamus feras et pisces, qui sunt in silvis et mari. Vide Turn. xxi. 4. et xxvi. 5. *Taubmann.*

524 *Æquora*] Elementa etiam animalia esse voluerunt. Unde est in septimo, 'Æthera mulcebant cantu.' *Servius.*

Medio volvuntur sidera lapsu] Noctem describit per sidera, hoc est, cum medium cursum tenent sidera, quæ orta sunt. *Idem.*

525 *Tacet ager*] Ea, quæ in agris sunt. *Idem.*

Pictæque volucres] Uno verbo multos et varios colores avium demonstravit, pictura enim ex multis coloribus constat. *Idem.*

526 *Quæque lacus, &c.*] Id est, pisces et feræ. Scal. ii. 29. et 32. et iv. 1. hos versus φωνητικοὺς sive vocales nominat: eosque pro virtute aliquando quæsitos ait: ut et illud, Æn. v. 867. 'Sale saxa sonabant.' *Taubmann.*

528 *Lenibant*] Notat Pomponius, hunc versum ab Apronio non legi. Sed et Fabricius observavit in nonnullis Mss. omitti. Habetur tamen et Æn. ix. *Idem.*

Somno positæ....Lenibant curas] Sic apud Ovid. Met. xi. 623. 'Somne, quies rerum, placidissime somne Deorum, Pax animi, quem cura fugit,' &c. *Laborum*, id est, molestiarum, ut Ter. Hec. iii. 1. 6. 'quibus est alicunde aliquis objectus labos.' Sic πόνος Græce, pro ægritudine: ut apud Eurip. in Bacch. ὕπνος φάρμακον πόνων. *Emmeness.*

529 *At non infelix animi*] Antithesis, ut, 'At non qua Scythiæ gentes;'

figuratius est *animi*, quam si *animo* diceret: ut, 'O præstans animi juvenis.' *Servius.*

Infelix animi] Ita supra, 'amens animi.' Plautus: 'Æger animi: animi saucius.' Terent. Enn. 'Falsus animi,' &c. 'Discrucior animi.' *Taubmann.*

530 *Oculisve aut pectore noctem Accipit*] Quia potest aliud esse sine alio, ut si quis dormiens mente turbetur. *Servius.*

Oculisve aut pectore noctem Accipit] Aristoteles siquidem lib. de somno et vigilia, medicique potissimas somni partes et functiones cerebro pectorique tribuunt. Et Ovid. 'His ego si vidi mulcentem pectora somnum,' &c. *Germanus.*

531 *Accipit*] Quia plerique codd. antiqui *adcipit* incolumi præpositione scribunt: libuit ex Gn. Pompeji temporibus testimonium adscribere, quod verbum id *cc* geminato tunc scribi solitum declararet. Inscriptio est in Minervæ delubro, quod ex manubiis condidit, in qua notatum est hoc modo: IN DEDITIONEM ACCEPTIS. Inde paulo infra, IN FIDEM ACCEPTIS, utrunque *cc* geminato. *Pierius.*

Resurgens Sævit amor] Gravior enim est, cum resurgit: et est sententia quasi generalis. *Servius.*

532 *Magnoque irarum fluctuat æstu*] Fluctus in affectu iræ, ut et Lucret. l. III. 'Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.' Oppian. Hal. l. III. νόος δέ οἱ ἠΰτε κῦμα Εἰλεῖται: *Mens ipsi volvitur instar fluctus.* Et in re amoris Catullus: 'magnis curarum fluctuat undis.' Apul. 'Æstu pelagi similiter fluctuat Psyche.' *Cerda.*

533 *Adeo*] Scilicet furuit: ut in hoc proposito permaneret vitandæ sine dubio lucis. *Servius.*

Insistit secumque ita corde volutat] Aut insistit volutare, aut insistit proposito moriendi: Plautus tamen ita ait, 'Hunc sermonem institi.' *Idem.*

Secum volutat] Euripid. αὐτὴ πρὸς αὐτήν. Salomo (qui ante hos DCCC annos vixit) in Lex. *Volvit: cogitat.* Virgilius Gloss. *Volvit secum, flagitat secum.* Placidus Gloss. *Volvere, cogitare, disponere, pati, tolerare.* In Hermeneum: *Volvit, pectore cogitat.* Vide Goldastum in Columban. *Taubmann.*

534 *En quid ago*] *En, ecce,* et quasi demonstrantis particula est, per quam intelligimus, eam multa cogitasse, et sic prorupisse, *ecce quid acturа sum?* Est autem comicum principium: nec incongrue amatrici datum. Sic Terentius, 'Quid igitur faciam?' Nam hæc conjunctio multa eam cogitasse significat. *Servius.*

En quid ago] 'Απορίας exemplum cui simillimum illud Apuleji Met. l. v. 'Sed nunc irrisui habita quid agam? quo me conferam? quibus modis stellionem istum cohibeam? potamne auxilium ab inimica mea sobrietate,' &c. quale πάθος excitat addubitatio sive ἀπόρησις docet Macrob. Saturn. IV. 6. ubi legit *en quid ago?* Emmeness.

Rursus] Duo significat, frequenter, *iterum:* raro *vicissim,* id est, mutuo, ut hoc loco. Alii hoc loco *rursus* pro *similiter* accipiunt: ut sit, ergo ego similiter rogabo eos, sicut me illi antea rogaverunt. *Servius.*

535 *Nomadumque petam*] Invidia a personis: *petam* mulier et regina Numidas, id est, vagos? *Idem.*

Nomadumque petam connubia] *Numidum* Latine scribendum ostendimus ex Appiano. Id igitur potius referamus, quod veteres plerique codices, non *petam,* sed *sequar connubia* legunt: quod mihi non placet. Paulo enim infra est, *Jussa sequar:* quod absurdum esset tam cito repetitum. Et de connubio, *petere* libentius dicimus: 'Petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus.' Et *uxorem petere,*

apud Terentium sæpius. *Pierius.*

536 *Sim*] In aliquot antiquis codicibus, *sim* legitur: si diligenter advertas, non invenuste. In aliquibus *sum* invenias. *Idem.*

Maritos] Futuros scilicet. Est autem eloquutio, *dedignor illam rem.* *Servius.*

Maritos] Sic Apulejus Miles. l. IV. 'tabulis etiam maritus nuncupatus,' pro eo qui maritus esse voluerat. De suo conjuge Propert. El. I. 2. 'Nec Phrygium falso traxit candore maritum Avecta externis Hippodamia rotis.' Quemadmodum Chorœbus gener Priami Æn. II. 344. *Dedignata* Græce ἀπαξιώσασα. *Emmeness.*

537 *Iliacas igitur classes*] Sic intulit, quasi, si illud non fecerit, hoc necessario consequatur. *Servius.*

Ultima jussa] *Ultima*, deterrima, an superba? et aut intelligimus Æneam ei obtulisse navigandi facultatem: aut *Teucrum jussa*, non quæ ipsius fuerant, sed quæ eis a Jove jussa sunt: ut, 'Naviget, hæc summa est.' Alii κέλευσμα, unde *jubere* κελεύειν dicitur Græce. *Idem.*

538 *Quiane*] Re vera: et est una pars orationis. *Idem.*

Auxilio] In codicibus aliquot antiquis, *exilio* legitur: quasi ad id alludat, quod illis in exilium abactis, patriam donaverat, per eam concessionem, 'Urbem quam statuo vestra est.' Sed enim *auxilio* in pluribus habetur exemplaribus: et longe castior lectio peritioribus videtur. *Pierius.*

Quiane auxilio] Proximæ propositionis confutatio, per εἰρωνείαν: qua Trojani etiam τῆς ἀχαριστίας accusantur. Sensus est: Quasi vero profuerit mihi eos ante levasse auxilio, et quasi stet, id est, permaneat gratia veteris facti apud memores, &c. *Quiane*, pro *an quia*. Vide Turn. XXVIII. 1. et XXIX. 6. item Notas ad Plauti Mil. I. 1. 'Quemne ego servavi?' *Taubmann.*

539 *Bene*] Pro qualitatis adverbio intelligendum est. *Servius.*

Stat] Permanet. *Idem.*

540 *Quis me autem (fac velle) sinet*] Ordo est: Fac me autem velle, quis sinet? *Idem.*

Ratibusve superbis] Vel magnis et altis, vel in quibus superbi navigaturi sunt, hoc est, qui me tanto contemptu deserunt. *Idem.*

Ratibusve sup.] Pierius in quibusdam vett. lib. legi ait, *ratibusve:* hinc Passerat. facit, *ratibusne*. Hæc enim posteriora, inquit, ad Æneam pertinent. *Taubmann.*

541 *Inrisam*] Alii *irrisam*. Quæ sic contemni et relinqui mereor. *Servius.*

Inrisam] In Mediceo, et plerisque aliis codicibus antiquis, *invisam* legitur. Præ dolore enim putat se omnibus haberi odio. Non tamen displicet *irrisam*. Pierius.

542 *Laomedonteæ*] Nunc fraudulentæ. *Servius.*

Laomedonteæ, &c.] Sic Sil. Ital. l. VIII. (ubi tota etiam hæc Didonis querimonia) 'At nondum nostro infaustos generique soloque Laomedonteæ noscis telluris alumnos? *Emm.*

543 *Nautas*] Non Trojanos. Nam injuriose dixit *nautas*, id est, assuetos laboribus. *Servius.*

Ovantes] Lætantes. abusive: nam proprie *ovatio* est minor triumphus. Qui enim ovationem meretur, et uno equo utitur, et a plebeis, vel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, et de ovibus sacrificat: unde et *ovatio* dicta. Qui autem triumphat, albis equis utitur quatuor, et, senatu præeunte, in Capitolio de tauris sacrificat. Et bene duo diversa posuit, *Fuga* et *ovanteis*, ut gravius esset cum his qui ovarent ire fugientem. *Servius.*

Ovantes] Vetera quædam exemplaria, *euntes* legunt. Sed *ovantes* agnoscit Servius. Et ad victoriam de se partam invidiose alludit infelix Dido, quasi captiva sit in triumphum

deducenda. *Pierius.*

545 *Insequar*] Alii *inferar:* ut, 'Infert se septus nebula.' *Servius.*

Inferar] Mediceus et antiqui alii plerique codices, *inferar* legunt, non *insequar*, quod non nulli codices agnoscunt. De navigatione enim adhuc est sermo: et an sola, an cum suis omnibus comitari debeat Æneam, quem dominum in regna receperat: nondum enim in excandescentiam exardescit. *Pierius.*

Vix urbe revelli] Aut mox, id est, paulo ante: ut, 'Vix e conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti.' Aut re vera *vix*, ut diximus supra. Nam nulla ratione dimitterent patriam, nisi eos aut odium Pygmalionis coëgisset, aut timor: ut, 'Conveniunt quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat.' *Servius.*

547 *Quin morere*] *Quin*, immo: et bene omnis ejus intentio tendit ad mortem. Nam si procos rogare, turpe est; solam sequi, impossibile et inhonestum; Tyrios trahere, difficile: sola mors superest. *Idem.*

Ferroque averte dolorem] Hoc secundum eos dixit, qui cum aliquid impulsu animi constituerint, voluntatis suæ rationem addere conantur. Ergo et hic quasi rationem adprobat, quod furore paulo ante decreverat. *Idem.*

548 *Tu lacrimis evicta meis*] Bene totum ei imputat, sed cum excusatione, quæ Æneæ nuptias suasit: et *victa lacrimis*, ut, 'Sinum lacrimis implevit obortis. Anna refert.' *Idem.*

Tu prima furentem] Urbanus hoc dividit, licet alii jungant: et vult hunc esse sensum: Tu persuasisti ut nuberem, victa lacrimis meis: tu etiam nunc me his oneras malis; nam me olim occidissem, nisi te deserere formidarem. *Idem.*

549 *Objicis hosti*] *Ob* naturaliter brevis est, sicut et *re* et *ad:* sed plerunque producuntur hac ratione, *Obicio, reicio, adicio, i* habent ' seqnentem, quæ per declin potest in consonantis forma ire: ut *objeci, rejeci.* Ergo a transeat, interdum fungitu consonantis, et præcedentem facit. *Idem.*

Hosti] Ad eventum refe *Idem.*

550 *Non licuit*] Quia aliud et aliud factum est, sicut s cere, quibus aliter conata su *Idem.*

Thalami expertem] Non om post Sichæum. *Idem.*

Expertem] Male omnino l codicibus nonnullis antiquiori *pertam,* scilicet me, quæ fu perta vitam thalami, conjugii sine crimine, degere in p more feræ: quæ quidem in interpretatio. Longe vero est: Non licuit degere vita feræ thalami expertem. Qua nem Quintilianus ita agnoscit phasim inter figuras memore ex aliquo dicto latens aliquid ut apud Virgilium hoc loco. quam enim de matrimonio Dido, tamen huc erumpit ej tus, ut sine thalamis vitam n num putet, sed ferarum. *Pi*

Sine crimine] Ut supra, 'p cumbere culpæ.' *Servius.*

551 *More feræ*] Plin. in na dicit, 'Lyncas post amissos c aliis non jungi.' Multi *fer* bium volunt, ut sit sensus: r licet quo jam viduitatem ferr verat. *Crimen* autem bene: ' 'Potui succumbere culpæ.'

Degere more feræ] Pimpo spectum putat ad locum Pl Legibus l. H. ubi agit de tem civitatis: ὡς οὐ δεῖ χείρους ἡ &c. Quod autem ἐνικῶς *fer* existimat Nascimb. ad sin quandam feram allusum, q juge amisso, nulli amplius j Sergius et Servius lyncas no

set. Fœminam autem unum expertam conjugium Græci μονανδρεῖν dicunt. *Taubmann.*

Degere more feræ] Lucret. l. v. 'Volgivago vitam tractabant more ferarum.' *Ursinus.*

552 *Sichæo*] Pro *Sichaio:* vel, *promissa Sichæo, non servata cineri.* Servius.

Sichæo] In codicibus plerisque sane quam vetustis, *Sichæi* legitur: major tamen pars possessivum nomen agnoscit: et *Suchæo*, ut alibi observatum scribit. *Pierius.*

553 *Pectore questus*] Id est, pectus questibus. *Servius.*

554 *Celsa in puppi*] Propertius eleg. II. 26. 'Prora cubile mihi, seu mihi puppis erit.' *Cerda.*

Certus eundi] Indubitabiliter profecturus. *Servius.*

555 *Carpebat somnos*] Hoc est, quod et paulo post culpat Mercurius dicens, 'Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?' Sed excusatur his rebus: nam et certus eundi fuerat, et rite cuncta præparaverat: aut certe prooeconomia est, ut possit videre Mercurium. *Idem.*

Rite] Recte et ex ordine compositis, et diligenter virum strenuum non ante facit requiescere, quam rite omnia paravisset. *Idem.*

556 *Forma dei*] Bene non *deus*, sed *forma*. Raro enim numina sicut sunt, possunt videri. Unde et sequitur, 'Vultu redeuntis eodem.' Nam licet *redeuntis* dicat, id est, ejus qui possit agnosci: tamen non *faciem* dicit; sed *vultum*, qui potest sæpe mutari. *Idem.*

Eodem] O, semper longum est: quia *eodem* ablativus est: *eadem* autem et producit et corripit: nam et nominativus est, ut *eadem mulier fecit:* et ablativus, ut *eadem faciente muliere.* Idem.

557 *Visa monere est*] Et *visa* bene: quia non re vera. *Idem.*

558 *Omnia Mercurio similis*] Aliud enim est *idem esse*, aliud *simile esse:* ergo non est certus Æneas. Et a toto transit ad partes, ut omnia magna, pes etiam. *Idem.*

Omnia Mercurio similis, &c.] Locum desumtum ex Homer. Iliad. B. 56. κλῦτε φίλοι, &c. docet Ursinus. Sic idem Il. B. 478. Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ. Noster Æn. I. 589. 'Os humerosque Deo similis.' De coma flava, quæ præcipue in pretio fuit Feith. ant. Hom. III. 10. *Emmeness.*

Vocemque] Duo ὁμοιοτέλευτα, et est versus hypermetrus. *Vocem* autem ideo, quia orationis est deus: Horatius, 'Mercuri facunde.' *Servius.*

Coloremque Et crines flavos] Ideo et perustus et flavus Mercurius introducitur, quia satis vicinus est Soli præter cæteras stellas. *Idem.*

559 *Crines flavos*] Et Apollo et Mercurius Gr. sunt χρυσοκόμαι. *Taub.*

Et membra decora juventa] Quia palestræ deus est: Horatius, 'catus et decoræ More palestræ.' *Juventæ* autem ætatis, a juventa. Sane figura est, *Similis membra, vocem, colorem.* Servius.

Juventæ] In Mediceo, et in codicibus aliquot aliis antiquis, *juventa* legitur casu septimo: quasi *juventa* ipsa in caussa esset, cur membra decora essent. *Pierius.*

561 *Circumstent*] Pro *circumstatura sint.* Servius.

Quæ circumstent te] Mediceus codex cum veteribus plerisque aliis exemplaribus, ut numerosiorem faciant versum, ita legunt, *nec quæ te circum stent:* ut sit, *Nec cernis quæ te circum pericula stent:* non autem *circumstent* unica dictione. *Pierius.*

562 *Demens*] Improbat ejus visum, qui nec videat, nec audiat. *Servius.*

Zephyros] Pro quocunque vento; Carthagine enim non Zephyro, sed Austro navigari solet. *Idem.*

563 *Nefas in pectore versat*] Hoc ideo posuit, ne Æneas non timeret amatricem: nam ideo addidit 'certa mori.' Item, 'Varium et mutabile

semper Fœmina.' Et est dubitatio, quos dolos, vel quod nefas; an sibi nefas, quia sua manu peritura erat: an sorori dolos, quibus eam fallebat: utrumque in Æneam, ut postea ait, 'Non potui abreptum divellere corpus,' et cætera: nam omnia, sicut dictum est, sequens versus confirmat. *Certa mori*, ut sibi mortem excogitet, in Æneam iras moliatur: et *certa* figurate: certo ut moriatur. *Idem.*

In pectore] Nonnulli codices omnino vetusti, legunt *sub pectore*. Sed *in pectore* lectio castior est. *Pierius.*

564 *Certa mori*] Hoc fidem fecit posse fieri, quod metuendum prædicabat. *Servius.*

Varioque irarum fluctuat æstu] In veteri admodum codice legi, *varios irarum concitat æstus*. Sed ex Synepeia Catulli, *fluctuat æstu* magis placet. Apud eum enim legere est, 'Et magnis curarum fluctuat undis.' *Pierius.*

565 *Præceps*] Festinus. *Præcipitare*, pro *præcipitandi*. Servius.

566 *Trabibus*] Vel navibus, vel remis, ut, 'Vastumque cava trabe currimus æquor.' *Idem.*

567 *Collucere faces*] Propter, 'Ferte citi flammas,' vel funes. *Fervere*, a verbo *fervo, fervis, fervit*. Idem.

568 *Si te his attig.*] Ennius: 'Si te secundo lumine hic offendero.' *Taub.*

569 *Eia age*] Hoc loco per αὔξησιν orationem implevit, nam eandem rem secundo dixit, cum *eia*, sæpe *age* significet. *Servius.*

Eia age] Vetera aliquot exemplaria legunt, *ergo age:* utram lectionem lector prætulerit, non laboro. Sed mihi, *eia age* magis placet. *Pierius.*

Varium et mutabile semper] Hæc, sicut supra dictum est, objectio est; sed amat. *Servius.*

Varium et mutabile semper Femina] Plato absolutius videtur de mutabilitate humana pronuntiasse, cujus nota est εὐλάβεια, ἡλίκωνα μαθηματικὸν οὕτως ἐπαινεῖν λέγοντος, ὡς φύσει εὐμετάβολον ζῶον. *Germanus.*

Varium et mutabile] De u[...] certe hominum genere Nazia[...] 1. ἄνθρωπον, τὸ πολυτροπώτα[...] ζῶον, καὶ ποικιλώτατον: *Homin[...] mal omnium maxime mutabile, et* De fœminis Tibullus: 'Ah [...] genus, nec fidum fœminæ [...] Ovid. de Arte I. contra illas:[...] te fallentes, ex magna parte p[...] Sunt genus: in laqueos, quos [...] cadant.' Hanc mutabilitat[...] res maris Poëtæ explicant, n[...] nihil mutabilius. Plautus A[...] fœminis: 'Mare haud est m[...] mare accerrimum.' Scio al[...] mentem Plauti. Propius [...] Horatii od. I. 5. 'Qui nunc t[...] credulus aurea, Qui semper [...] semper amabilem Sperat, ne[...] ræ Fallacis.' Hesiod. in ἔρ[...] ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ[...] λήτῃσι: *Qui mulieri credidit*, [...] *nibus credidit*. Cerda.

570 *Nocti se immiscuit at[...]* ad visum somniantis referen[...] id est, in noctem se miscuit [...] *tem* pro *tenebris* posuit, per [...] paret eum in claro lumine fu[...] loqueretur. *Servius.*

571 *Umbris*] Ut supra, [...] dei:' vel *umbris*, terroribus.

572 *Corripit*] Omen futu[...] pestatis. *Idem.*

Corripit e somno] In antiqu[...] exemplaribus, *conripit e st[...]* illud, 'Conripio stratis corpu[...] *rius.*

Corripit e somno corpus] La[...] 'Corripere ex somno corp[...] reque vultum.' Hoc autem celeritatem et impetum pr[...] ut apud eundem Lucret. I[...] canum somniis: 'At consue[...] catulorum blanda propago [...] sæpe levem ex oculis volu[...] soporem Discutere, et corpo[...] ra corripere instant.' *Germ[...]*

Fatigat] Cum clamore i[...] ut, 'Undique collecti coëu[...] temque fatigant.' *Servius.*

573 *Præcipites*] Ut supr[...]

rius, 'Non fugis hinc præceps?' Sane nonnulli ita distinguunt, *Sociosque fatigat præcipites*, ut adlocutio hinc videatur incipere, *Vigilate viri et considite transtris*; et est usitata figura, *fatigat et præcipites facit*. Idem.

Viri] Habet hæc commemoratio multum adhortationis: ut alibi, 'festinate viri.' *Transtris*, pro *in transtris*. Idem.

574 *Citi*] Celeres. *Idem.*

575 *Festinate fugam*] Antique, ut, 'Tum jussa Sibyllæ, Haud mora, festinant.' *Idem.*

Incidere funes] Hoc ad rem festinantis pertinet, id est, non solvere, sed incidere. *Idem.*

Tortosque] Ita in re nautica Catull. de nupt. Pel. 'Candidaque intorti sustollant vela rudentes.' Attius Phœniss. apud Nonium: 'Abtorque proram, ac supra tortas copulas,' id est, funes nauticos abrumpe. Videtur vero mihi Æneas explicare verba Mercurii. Præceperat hic *rumpe moras*. Subjicit dux, *jubet deus fugam festinare, funes incidere*. Essent enim moræ, si solveret funes Æneas. Ergo, *rumpe moras*, id est, rumpe funes nauticos: quo verbo usus in III. 'Sed fugite, o miseri, fugite, atque ab litore funem Rumpite.' Inde statim, 'strictoque ferit retinacula ferro.' *Cerda.*

576 *Ecce iterum stimulat*] Fantasia est ad sociorum terrorem. Sic in sexto, 'Deus, ecce deus.' An *iterum* qui prius advenerat, cum ait, 'Tu nunc Carthaginis altæ.' *Servius.*

Sequimur te, sancte deorum] Emphasis, quasi adhuc præsens deus urgeat navigare, et aut distinguendum *sancte*: aut *sancte deorum* secundum Ennium dixit, 'Respondit Juno Saturnia sancta dearum.' *Idem.*

Sequimur te, sancte deorum, Quisquis es] Sequimur te, o sancte, quisquis deorum es. Alii Græcismum faciunt; ut, δῖα θεάων: et apud Ennium: 'Respondit Juno Saturnia, sancta dearum.' In precationibus autem (ut notat Brisson. Form. l. I.) deos plerunque *sanctos* appellatos esse. Cic. de Nat. deorum II. 'O Sancte Apollo, qui umbilicum terrarum certum obsides.' *Taubmann.*

Sequimur te, sancte deorum] De hac locutione Sanct. Minerva p. 116. *Emmenes.*

577 *Quisquis es*] Atqui supra dixit, 'Omnia Mercurio similis.' Sed sciendum est secundum Tullium in libro de deorum natura, tres esse Mercurios: superum, terrenum, et inferum. Ergo *quisquis es*, aut quicunque de tribus. Quamvis alii nec unius potestatis, nec unius nominis, nec unius vultus volunt esse Mercurium. Aut quia deorum vera nomina nemo novit: aut certe ad Jovem spectat, id est, Quisquis es, qui præcipis: ut in nono, 'Quisquis in arma vocas.' cum Irim vidisset, id est, Quicunque Irim misisti. Plane illud occurrit, quod ait, 'Deus æthere missus ab alto:' ubi et Jovem complectitur, et supernum Mercurium. Sed potest et hoc loco, ut diximus, quasi fantasiam facere propter socios, et *quisquis es* ideo dicere, quia licet viderit, non tamen re vera novit esse Mercurium: unde ait supra, 'et formam, et vultum, et visa monere est.' Vel *quisquis es*, secundum Pontificum morem, qui sic precantur, 'Jupiter omnipotens, vel quo alio nomine appellari volueris.' Nonnulli tamen quatuor Mercurios tradunt: unum cœli et diei filium, amatorem Proserpinæ; alterum Liberi patris et Proserpinæ filium: tertium Jovis et Majæ: quartum Cyllenii filium, cujus mater non proditur, a quo Argus clam occisus est, qui hoc metu in Ægyptum profugit, et ibi invenisse primum disciplinam literarum et numerum dicitur, qui lingua Ægyptiorum Thoth appellatur, de cujus nomine etiam mensis dictus est. *Servius.*

Quisquis es] Talis formula apud

Macrob. Saturn. III. 9. DIS. PATER. VEJOVIS. MANES. SIVE. VOS. QUO. ALIO. NOMINE. FAS. EST. NOMINARE. Sic Apulej. Met. l. II. 'quoquo nomine te fas est invocare.' *Emmeness.*

Imperioque iterum] In antiquis plerisque codicibus legere est, *imperioque tuo paremus*, quamvis Servius *iterum* agnoscit. *Pierius.*

Iterum paremus] Qui jam semel paruerant præparatione navigiorum. *Servius.*

578 *Adsis o*] Sunt omnino codices aliquot ex antiquioribus, in quibus *assis* geminato *ss* scriptum inveni. Sed longe plures, iidemque cariosiores, *adsis* per *d* scribunt. Qui vero *ss* geminari debere contendunt, inde potissimum eliciunt argumentum, quod apud Plautum *adsum* respondenti, 'elixum te, non assum volo,' alter subjecerit, joco ex verbi similitudine suborto. Sed enim agnominationes hujusmodi non sine venustate, una etiam, vel mutata, vel detorta litera, fieri consuerunt. *Pier.*

Et sidera cœlo Dextra feras] *Dextra* prospera: et *sidera*, hoc est, ventos, qui ex ortu siderum, aut mites et prosperi, aut turbulenti et adversi sunt: sic in Georgicis, 'Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis.' Nec enim *sidera* dicit re vera, cum Arcturus una sit stella. Ergo *dextra sidera*, ventos vel tempora. *Servius.*

Dextra feras] Fausta: in VIII. 'Et nos et tua dexter adi pede sacra secundo.' *Cerda.*

580 *Fulmineum*] Quidam fulgentem accipiunt. *Servius.*

Strictoque] Videtur abundare *stricto*, cum dixerit, 'vaginaque eripit ensem.' *Idem.*

Retinacula] Ἔχματα, funes quibus naves attinentur. *Taubmann.*

581 *Idem*] Pro eo, quod est *unus*, ut, 'Rex Jupiter omnibus idem.' *Servius.*

Rapiuntque] Num anchoras? *Ruuntque*: ipsi ruunt, id est, cum festinant. *Idem.*

582 *Litora deseruere*] Mira[tio] festinationis. *Idem.*

Latet sub classibus æquor] [...]ria phrasi Lucanus l. III. '[...]ditque fretum classes.' *Taub[mann.]*

583 *Torquent spumas*] Ita [...]mus agitur, ut fluctus tor[...] *Servius.*

584 *Prima Aurora*] Designa[tio tem]poris est, non diei descriptio[...] infert, 'Ut primum albescer[e...] Vidit.' Sic in duodecimo, [...] primum crastina cœlo Puni[ceis in]vecta rotis Aurora rubebit.' [...] hanc primum inducit vidisse [...]culum: quæ quasi amatrix t[...] laverat nocte. Sic in Buco[licis ...] amatore, 'Nascere, præque [...]niens age, Lucifer, almum.'

Et jam prima, &c.] Crepus[culi de]scriptio. Vide Scal. v. 8. *Ta[ubmann.]*

Novo lumine] Aut secundum [...]reos, qui stulte Solem de at[...] cunt constare, et cum die nas[ci, et cum] die perire. *Servius.*

Spargebat] Ita de luce Luc[retius ...] 'Primum Aurora novo cum [spargit] lumine terras.' Quem procu[l dubio] Poëta reddit. Ita in XII. die[...]gebat lumine montes.' Boëti[us ...] de Phœbo, 'lucem spargere c[...] Valerius Flacc. Arg. VI. in c[...] ad hunc Deum, 'tua lumi[na ...] Sparge mari.' In his omni[bus ab] aqua ad Solem, qui igneæ est [...] sermo ducitur. Non abit [...] dixisse pari tralatione Ge. I. [...] cum Sole novo terras irrora[...] Lucretius quoque l. II. 'liqu[idi fons] luminis.' Nazianzenus orat. [...] γαῖς φωτὸς, *fontibus lucis*, et o[...] φωτὸς ἀποῤῥοὴ, *luminis rivulus.* [...] l. I. de vita Mosis, flammam [...] qua arsit rubus, ait erupisse, [...] ἀπό τινος πηγῆς ἀνομβρούσης, [...] *ab scatente fonte.* Æschyl. i[...] κεδασθῆναι θεοῦ ἀκτῖνας. *Cerda.*

585 *Tithoni cubile*] Tithonu[s ...]

Laomedontis fuit: hunc Aurora adamatum in cœlum levavit, quem longinquitas vitæ in cicadam convertit. Horatius: 'Longa Tithonum minuit senectus.' *Servius.*

Tithoni croceum] Hom. Iliad. ἠὼς ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο Ὤρνυθ'. Infra l. IX. 'Et jam prima novo linquens Aurora cubile.' Macrob. v. 6. et 9. *Hartung.*

586 *Speculis*] Quas utique in sua regia habuit. *Servius.*

Regina e speculis] Adscenderat Dido in locum excelsum; specula enim turris est, sive mons, sive locus eminentior, unde longe videre et speculari possimus. Vide Stewech. ad Vegetium III. 8. Alludit Ovid. Remed. vs. 57. 'Nec moriens Dido summa vidisset ab arce Dardanidas vento vela dedisse rates.' *Emmeness.*

Albescere lucem] Hypallage est. Luce enim albescunt omnia, non lux albescit. *Servius.*

Ut primum albescere lucem] Et Aristoteles passim astra alba, lumenque et lucem albam depingit. Cæs. lib. bel. civ. I. 'Albente cælo omnes copias castris educit.' Et Eurip. in Iph. λευκαίνει τόδε φῶς ἤδη λάμπουσ' ἠώς. Æsch. in Pers. λευκόπωλον ἡμέραν vocat; et λευκὸν ἦμαρ. Hom. ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι, εὐθὺς ἡμέρα· et Plato de leg. ἅμα ἕῳ· et Thucyd. ἅμα ἕῳ γιγνομένῃ· et Herod. πρὸς ἕω ἐστί· diluculum instat: unde et Leucotheam eandem cum Aurora albam deam dicunt, et Matutam: unde Tib. 'hunc illum nobis Aurora nitentem Luciferum roseis candida portet equis.' *Germanus.*

587 *Æquatis velis*] Feliciter plenis, sine motu aliquo: ut Æn. VI. 'Æquatæ spirant auræ,' et hoc ad dolorem pertinet reginæ. *Servius.*

Vidit et æquatis velis] Quod Salmas. Plin. Exerc. p. 567. *pariare vela* vocat quando paribus et æquis velis secundo flatu cursus tenetur. Indicium est, cum æqualiter tenduntur dextera et sinistra vela, prosperæ navigationis. Homer. νῆας ἐΐσας. Iliad. A. 306. *Emmeness.*

588 *Vacuos sensit sine remige portus*] Potest ὕστερον πρότερον esse, ut prius sentire debuerit. *Servius.*

589 *Pectus percussa*] Pectus percussum habens. *Idem.*

590 *Abscissa*] Codices nonnulli veteres, *adscissa*, quod minime placet, legunt. In altero enim plus est vehementiæ. *Pierius.*

Pro Jupiter] Aut irascentis exclamatio est, ut in Terentio, 'Pro supreme Juppiter.' Aut certe testatur Jovem, quem Æneæ invocavit adventu: ut, 'Juppiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur.' *Servius.*

Ibit, et illuserit] Ibit et inludet, tempus pro tempore: et sic dixit, ut, 'Certantque inludere capto.' *Idem.*

591 *Et nostris illuserit*] Pathos ab indignatione, ut Macrob. IV. 2. *Em.*

592 *Non arma expedient*] Furentis hæc verba sunt, ut ipsa paulo post, 'Quæ mentem insania mutat?' Nam hæc a sana non procedunt, ut imperet absentibus, 'ferte tela:' cum sola sit. *Servius.*

Totaque ex urbe sequentur] Magna emphasis quod ait *tota.* Idem.

593 *Navalibus*] De navalibus, ubi stant naves. *Idem.*

594 *Ferte citi flammas*] Apollon. IV. 80. νῆα καταφλέξαι, &c. Similis in Phœnissis Euripidis nocendi impetus: ἴτω μοι πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανα, ζεύγνυσθε δ' ἵππους, &c. *Hartung.*

Ferte citi, &c.] Oratio ἀσύνθετος, id est, inconjuncta, quam hic ad γοργότητα paratur. Scal. IV. 28. Vide et Æn. III. 658. et Æn. IX. 37. *Taubm.*

595 *Aut ubi sum*] Nunquid in cœtu sum? *Servius.*

Quæ mentem insania] Bene ei ex parte furentis datur oratio, *date vela*, ex parte retinentis mentem. *Idem.*

596 *Nunc te fata impia tangunt*] Probus hoc loco *num* et *tum* adverbia sibi respondere dicit: quare absque

e litera legendum *num te*. Præterea apud eum, veluti etiam est in Mediceo codice, *facta impia*, non *fata* legitur: ut sit participium, non nomen. Quæ vero sint ea *facta impia*, ad quæ stimularetur, superioribus versibus enumeraverat: 'Non arma expedient,' et quæ sequuntur. *Pierius.*

597 *Cum sceptra*] Ut, 'Vultis et his mecum pariter considere regnis,' et alibi, 'Ac dominum Ænean in regna recepit.' *Servius.*

Fidesque] Subaudiendum *en* etiam in sequentibus: aut certe, hic est, quem dicunt portare deos. Sane *en* nominativo melius jungitur: ut, 'En Priamus.' *Idem.*

598 *Quem secum patrios*] Quidam in utroque versu pro *quem* legunt *qui*, ut sit vetus figura per eclipsin: ubi sunt, qui ajunt patrios penates portasse, et parentem humeris subisse. Sane hic *subiisse* juxta præsentem versum accusativo junxit, cum alibi antique dativo usus sit, ut, 'Subeant luco,' et, 'Muroque subibant.' *Idem.*

599 *Confectum*] Ut e contrario, *integer ævi*. Idem.

Sub. hum. conf. æt. paren.] Epig. ἐπιγόνιον. Catull. 'Nam neque tam earum confecto ætate parenti Una caput seri nata nepotis alit.' *Germ.*

600 *Non potui abreptum*] Hoc est, Non mihi subvenire poteram in meo regno? *Servius.*

Undis Spargere] Supra: 'spargite me in fluctus.' *Germanus.*

601 *Ipsum Ascanium*] Aut qui est causa navigationis: ut, 'Quem regno Hesperiæ fraudo et fatalibus arvis:' aut ad patris dolorem: ut, 'Qui nati coram me cernere lethum Fecisti.' *Servius.*

602 *Epulandum adponere*] Quod fecit Progne, occiso Ity filio, propter stuprum sororis. *Idem.*

Apponere mensis] In Mediceo, et antiquis plerisque omnibus codicibus, *ponere* simplex verbum notatum observavi: idque Servius agnoscit. In uno autem tantum codice veteri, *adponere* scriptum inveni, ut vulgata habent exemplaria: et frequens loquendi usus adprobat. *Pierius.*

Epulandum apponere] Alluditur ad dirum Prognes facinus; quod descriptum apud Ovid. l. VI. Seu ad Atrei et Thyestis odium. *Hartung.*

Epulandum] Tangit fabulam, quo Progne filium Ityn patri Tereo comedendum apposuit: quam copiose narrat Ovidius Met. l. VI. Vel respicit Harpolycen: quæ vi a patre Clymeno compressa, decoctum filium Presbonem ei epulandum apposuit. *Taub.*

603 *Fuisset*] Non movetur dubio belli exitu, et periculo. Non abhorrent, ex Nota Victorii, ab hac sententia verba Aristotelis Rhet. II. οὐκ οἴονται δὲ παθεῖν ἂν οἱ ἤδη πεπονθέναι νομίζοντες τὰ δεινά: *Non putant autem se aliquid mali accipere posse, qui existimant se jam perpessos gravia mala.* Cerda.

604 *In castra tulissem*] Classes dixit *castra*: ut, 'Nos castra movemus:' nam sequitur, 'Implessemque foros flammis.' *Servius.*

605 *Foros*] Tabulata navium: ab eo, quod incessus ferant: et est generis masculini, numeri tantum pluralis. *Idem.*

Foros] Fori spacia sunt in navibus apertiora: alii interpretantur concava navium latera. Sic dicti a ferendo onere. Adi Lilium de Navig. c. 11. Cum toto hoc Virgilii loco habet similitudinem aliquam ille Apollonii l. IV. ἵετο δ' ἤγε Νῆα καταφλέξαι, διά τ' ἔμπεδα πάντα κεδάσσαι, Ἐν δὲ πεσεῖν αὐτὴ μαλερῷ πυρί: *optabatque ipsa Navem comburere, opesque cunctas cremare, Incideretque ipsa voraci igne.* Cerda.

606 *Cum genere extinxem*] Utrum omne genus, an morte Æneæ et Ascanii? quoniam illis extinctis interitura gens omnis esset: et est Syncope, *extinxem* pro *extinxissem*. Servius.

Memet super ipsa dedissem] Satis

amatorie. Sane esse cum dicimus ultima syllaba producitur. Virgilius, 'Seseque in bella remittant;' at vero cum proferimus *memet* et *tute*, ultimas breves sunt: Lucretius, utrumque simul, 'Tutemet a nobis jam quovis tempore vatum.' Quas particulas volunt nonnulli significare quiddam, ut sit memet *meipsum*, tute *tuipse*: alii autem, quod magis sequendum est, excrementa comici leporis existimant; nam Terentius dicit, 'Tutemet mirabere,' id est, tu. *Idem.*

607 *Sol*] Jam utitur imprecationibus, hoc est, devotionibus: unde et *devotor* et *devotrix* dicitur, qui imprecatur. Non autem *terrarum flammis*, sed *opera terrarum*. Et bene invocat *Solem*, cum supra per numen Liberi sacrificavit. *Idem.*

Sol] Imprecatio. De cujus excellentia Scal. v. 18. Similis est Statii Thebaid. I. *Taubmann.*

Omnia lustras] Vide Not. supra vs. 6. Plato in Rep. *Solem* vocat *visibilem Dei filium*: quem quidam imaginem invisibilis Filii intelligunt, qui vera Lux Mundi est. Orpheus: 'Ἠέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις. Lucret. 'Sic vigiles mundi magnum et versatile templum Sol et Luna suo lustratis lumine circum.' Dicitur *Sol oculus mundi* Ovidio; et *Omnituens* P. veteri. *Idem.*

608 *Interpres curarum*] Aut quas patior, id est, mearum curarum: aut generaliter curarum conjugalium interpres, hoc est, media et conciliatrix. Cicero, 'Quique interpretes in corrumpendis judiciis solent esse.' Alii *interpres*, testis, judex, arbitra accipiunt. Sane *Interpres* quid sit secundum veteres ipse exposuit, dicendo *conscia*: veteres enim *Interpretem* conscium et auctorem dicebant: Plautus in Milite, 'Quæ mihi conditio nova et luculentior offertur per te interpretem.' Idem in Curculione, 'Quod te præsente hic egit teque interprete.' *Servius.*

Conscia Juno] Siluit rem turpem: sic supra, 'Et pronuba Juno.' *Idem.*

609 *Nocturnis*] Non triviis nocturnis, sed per nocturnum tempus. Sacra enim Hecatæ in triviis frequentantur per noctem. Ideo autem Hecaten invocat, quasi quæ tanti matrimonium fecerit, ut sperneret matrem. *Idem.*

Ululata per urbes] Proserpinam raptam a Dite patre, cum Ceres cum incensis faculis per orbem terrarum requireret, per trivia eam vel quadrivia vocabat clamoribus. Unde permansit in ejus sacris, ut certis diebus per compita a matronis exerceatur ululatus: sicut in Isidis sacris, ubi est imitatio inventi Osiridis, quem dilaniatum a Typhone ejus fratre uxor Isis per totum orbem requisisse narratur. Juvenalis, 'Plangentis populi currit derisor Anubis.' Hecaten autem causa invocat ultionis. Unde etiam Furias vocat: sed usurpative modo *Diras* dixit. Nam *Diræ* in cœlo: ut, 'Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ:' Furiæ in terris, Eumenides apud inferos. Unde et tres esse dicuntur: sed hæc nomina confundunt Poëtæ. *Ululata* autem pro *ululatu quæsita*, et est participium sine verbo, ut *regnata*. Ultrix vero, Tisiphone; nam Græce τίσις dicitur *ultio*. Idem.

Nocturnisque Hecate, &c.] Hecatæ sacra fiebant noctu in triviis, et quidem ululatu; unde et ἐνοδία et τριοδῖτις dicitur, a compitis et triviis. Theocr. ἁ θεὸς ἐν τριόδοις. Vide et Turn. xv. 8. *Taubmann.*

610 *Di morientis Elissæ*] Aut manes dicit: unde est, 'Vos o mihi manes Este boni: quoniam superis aversa voluntas.' Aut certe anæreticos dicit, id est, Martem et Saturnum, qui intercidunt vitæ rationem, si radiis suis ortum genituræ pulsaverint. Horatius, 'Te Jovis impio Tutela Saturno refulgens Eripuit: volucresque fati Tardavit alas.' Et bene *tardavit*, quia

necessitas fati impediri potest, non penitus eludi. Sic Virgilius, 'Nec fata vetabant Stare, decemque alios Priamum superesse per annos.' Quidam hoc quod dicit, *Dii morientis Elisæ*, secundum eos tradunt, qui dicunt habere nos singulos deos nostros: ut, 'Nec dii texere Cupencum Ænea veniente sui.' *Servius.*

611 *Accipite hæc*] Audite. *Idem.*

Meritumque malis advertite numen] Quod mali merentur. *Idem.*

Advertite] Exemplaria longe plura sunt, et ea probatiora, quæ *advertite* legunt. Imprecatura enim est Dido mala multa Trojanis, quæ *di morientis Elisæ* rata et inevitabilia esse velint. Et hoc admittere videtur Servius dum dicit, 'quod mali merentur,' scilicet Trojani. Eadem apud Ovidium sententia, idemque verbum, ubi Althea Furias in gnati exitium vocat, 'Pœnarumque Deæ triplices, furialibus, inquit, Eumenides, sacris vultus advertite vestros.' *Pierius.*

612 *Audite preces*] Imprecationes dicit. Nam non sunt preces, ut paulo post, 'Imprecor arma armis.' *Serv.*

613 *Infandum caput*] Etiam in imprecatione nomen ejus detestatur. *Idem.*

Infandum caput] Ut Gr. μιαρὰν κεφαλήν. Etiam nomen ejus detestatur. Comparat autem hunc locum cum Homerico Scal. v. 3. et 13. de Diris. Taubmann.

Adnare] Verbum familiare naufragio. Ut in primo, 'Huc pauci vestris adnavimus oris,' id est, per tempestatem devenimus. Et sic ei futura prædicit: quemadmodum Homerus, qui morituros divinantes frequenter inducit. *Servius.*

614 *Fata Jovis*] Fata, dicta, id est, Jovis voluntas: hic ergo participium est, non nomen. *Idem.*

Sic] Antiqui plerique codices, *et sic fata*, legunt: quæ lectio forte non displiceat. In Mediceo, *c* litera ex ea dictione abrasa est, quum, *sic fata* prius scriptum fuisset. In vulgatis *si* est. *Pierius.*

Terminus hæret] Si hoc est immutabile. *Servius.*

Hic terminus hæret] Si hoc fixum ratumque est: nec potest mutari, nec moveri. Peramœna traductio ab agrorum terminis, quos movere et mutare non liceat. Sumptum ex Lucret. 'alte terminus hærens.' Termini enim agrorum interdum alte panguntur: in summo tamen hærent solo. Id. l. II. 'Quandoquidem vitæ depactus terminus alte est.' Vide Turn. XVIII. 6. et XXV. 1. et XXIX. 6. *Taubmann.*

615 *Audacis populi*] Id est, Rutulorum, sicut semper inducuntur. Alibi, 'Audacis Rutuli ad muros.' Et quidam volunt *audacem* apud Virgilium dici fortem, quem fortuna non sequitur: ut 'Audax quos rumpere Pallas;' et alibi, 'At non audaci cessit fiducia Turno.' *Servius.*

Vexatus] Hoc loco graviter vastatus. *Idem.*

At bello audacis populi vexatus] Habuisse has diras exitum in bello Latino interpretes admonent. Vexatus est τρυχόμενος, κακοπαθούμενος, καταπονούμενος. *Cerda.*

616 *Finibus extorris*] Extra suas terras remotus; sicut extra solum exul: et significat quando Evandri et Tarchontis petivit auxilium. *Serv.*

Finibus extorris] Similes diræ Eumenis, quibus devovit exercitum suum proditorem, apud Justinum l. IV. 'ultima nunc ego perfidorum victima, has vobis diras atque inferias dico, ut inopes extorresque omne ævum in hoc castrensi exilio agatis, devorentque vos arma vestra, quibus plures vestros, quam hostium duces absumpsistis.' Explica *finibus*, regionibus, provinciis, per synecdochen: ut, *finibus arceret*, *finibus expulsum patriis.* Cerda.

Complexu avulsus Iuli] Qui scit, quam sit charus patri Ascanius. *Servius.*

Complexu avulsus Iuli] Videlicet relicto Ascanio, ad Evandrum contendit auxilium petiturus. Quod hic avelli complexu, in VI. subtrahi, in VIII. divelli. Sic: 'Teque amplexu ne subtrahe nostro.' Et, 'Non ego nunc dulci amplexu divellerer usquam, Gnate, tuo.' Ovid. Met. IX. 'Arcet ab amplexu.' Græce ἀποσπασθῆναι. *Cerda.*

617 *Auxilium imploret*] Sicut dictum est, ab Evandro et Tuscis. *Serv.*

Videatque] Bona veterum codicum pars *videat indigna suorum*, absque particula *que* legunt. Notum enim hepthemimerim quoque indifferenter utramque syllabam admittere. Unde superiori libro legere est, 'Dona dehinc auro gravia sectoque elephanto. Neque tamen displicet *videatque* legere, versu incolumi, et pleniore. *Pierius.*

Indigna suorum Funera] Aut indignorum, aut crudelia et magna, sicut veteres dicebant: *suorum* autem Pallantis dicit et cæterorum. *Servius.*

618 *Pacis iniquæ*] Ut supra diximus, propter perditam linguam, habitum, nomen: quæ solet victor imponere, sicut in XII. postulat Juno. *Idem.*

620 *Sed cadat ante diem*] Cato dicit juxta Laurolavinium cum Æneæ socii prædas agerent, prælium commissum, in quo Latinus occisus est, fugit Turnus; et Mezentii auxilio comparato renovavit prælium, qui quidem victus est ab Ænea; Æneas autem in ipso prælio non comparuit. Ascanius vero postea Mezentium interemit. Alii dicunt quod Æneas victor cum sacrificaret super Numicum fluvium lapsus est, et ejus nec cadaver apparuit: inde dicit, 'Mediaque inhumatus arena.' Postea dictus est inter deos receptus. Quidam eum, cum adversum Aborigines pugnaret, exanimem dicunt repertum. *Ante diem* autem, ante fati necessitatem: et bene quod passura est, optat Æneæ, ut ipse, 'Sed misera ante diem.' *Media*, ignota. *Idem.*

Inhumatus] Ἄθαπτος. De hac imprecatione Feith. ant. Homer. I. 15. *Emmeness.*

621 *Hæc precor*] Id est, sicut dictum est, imprecor. *Servius.*

Cum sanguine fundo] Quasi imprecationes ipsas suo consecraret cruore. *Idem.*

Hanc vocem, &c.] Quasi nece sua imprecationes obsignaret, aut suo ipsius cruore consecraret. Aut verius ab eo ritu explicandum, quo fœdera sancientes sanguinem vino permixtum bibebant: quod de Catilina Sallustius memorat c. 22. Mela II. 1. 'Ne fœdera quidem incruenta sunt: (apud Scythas) sanciunt se, qui paciscuntur: exemptumque sanguinem ubi permiscuere, degustant. Id putant mansuræ fidei pignus certissimum.' Solinus c. 20. 'Haustu mutui sanguinis fœdus sanciunt.' *Assiratum* vocant eam potionem, teste Festo. Ita hic Dido, quo plus posset exsecratio, sanguinem fuderit, &c. *Taub.*

622 *Tum vos, o Tyrii*] Non sunt mandata, sed imprecationes, ut dissentiant omnibus rebus, sicut et factum est. Nam si mandata sunt, quomodo genus futurum? *Servius.*

Tum vos, o Tyrii] Respectum ad bella Punica, quæ quam intestinis odiis exercita, sciunt omnes, et satis docet Livius per libros decem. *Cerda.*

623 *Exercete odiis*] Id est, fatigate. *Servius.*

Genus exercete odiis] Sic exercere dolorem, ferrum, diem, notavit Nobiliss. Heins. ad Met. XII. 535. *Emm.*

624 *Populis*] Aut *populorum* aut *populis*, ut Afris quoque. *Servius.*

Nec fœdera sunto] *Sunto* pro *sint*: quia rupta sunt tertio: et fit propter metrum addita *o* tertiæ personæ numeri pluralis indicativi modi, ut *amanto ament*, *docento doceant*, *legunto legant*, *nutriunto nutriant*. Alii dicunt

verbo eum juris usum propter odia hereditaria. *Idem.*

625 *Exoriare*] Exoriatur: et ostendit Annibalem. *Idem.*

Exoriare aliquis] Aliqui de Hannibale volunt intelligere: sed melius est, ut sit hoc perturbatæ personæ, quæ nesciat se impossibilia postulare: quod sequentia indicant, cum postulet, et litora et undas inter se discordare. *Donatus.*

Ex ossibus] Secundum Anaxagoram, qui Homœomeriam dicit, id est, omnium membrorum similitudinem esse in rebus creandis; id est, ex ossibus, sanguine, et medullis. Nam omnia pro parte sui transeunt in procreationem. Lucretius, 'Nunc ad Anaxagoræ veniamus Homœomeriam.' Sane Punici ex ossibus dicunt oriri posteros, quos nos ex sanguine. An quia post longum tempus nascetur Annibal, ideo *ex ossibus* posuit? *Servius.*

Exoriare aliquis, &c.] Sil. Ital. in principio l. I. 'Tantarum caussas irarum, odiumque perenni Servatum studio, et mandata nepotibus arma Fas aperire mihi.' *Emmeness.*

626 *Face Dardanios*] Incendiis urbium Italarum. *Servius.*

Ferroque] Exercituum cædibus. *Id.*

Sequare] Prosequere. *Idem.*

627 *Nunc, olim*] Modo, *olim* futuri temporis: et quidam separant pronunciantes, ut sit modo, *olim*, postea: quasi dicat, vel nunc, vel olim. *Idem.*

Quocumque dabunt se tempore vires] Quia quotiescunque voluerint, Pœni bella renovarunt, ideo ait, 'Pugnent ipsique nepotesque.' *Idem.*

628 *Littoribus contraria*] Aut quia in fœdere cautum fuit, ut neque Romani ad litora Carthaginensium accederent, neque Carthaginenses ad litora Romanorum. Aut potest propter bella navalia accipi inter Romanos et Afros gesta. *Idem.*

Littora littoribus cont.] Est hoc, quod de Carthagine in I. 'Italiam contra, Tiberinaque longe Ostia.' Adi. *Cerda.*

Fluctibus undas Imprecor] Propter illud, quod in fœderibus similiter cautum erat: ut Corsica esset media inter Romanos et Carthaginenses. *Servius.*

629 *Pugnent ipsique nepotes*] Potest et ad civile bellum referri. *Idem.*

Pugnent ipsique nepotesque] Hoc dixit possibile: nam et furentes quandoque, quod rectum est, sentiunt. *Donatus.*

631 *Invisam quær. quamp. abr. lucem*] Lucret. l. III. 'vitæ Percipit humanos odium, lucisque videndæ:' et Eurip. in Orest. πνεῦμ' ἀποῤῥῆξαι dixit: ἢ διὰ σιδήρου πνεῦμ' ἀποῤῥῆξαί με δεῖ: et in Iphig. ἐπώμοσ' αὐτοῦ βίον ἀποῤῥήξειν θανών. Sæpe et ψυχοῤῥαγεῖν ab eodem in Herc. et alibi. *Germ.*

632 *Breviter*] Festinatione mortis: simul nectit caussam morarum, et ipsi, et sorori. *Servius.*

Tum breviter] Nam hoc conveniebat, quæ quam primum mori cuperet. *Donatus.*

Barcen] Hoc cognomen familiæ Annibalis fuit. *Servius.*

Suam] Obiter dicit, suam nutricem Sidone mortuam esse. *Suam* τὴν αὐτῆς. Ita Manilius l. I. *sibi* pro *ipsi* posuit. Ita loquitur et Seneca et alii; ἰδιωτισμὸς est, aut ἑλληνισμός; nam et Græci οἱ pro αὐτῷ. Vide Scalig. ad Manil. l. I. et v. quæ autem sit *patria antiqua*, dictum est Æn. II. 87. *Taubmann.*

Suam] Valla emendaturum dixit Virgilium, si vixisset, et *illius* non *suam* positurum. Vid. Sanct. Minerv. p. 115. *cinis* recte *ater*, qui color facit ad horrorem. Vide Thyles. de color. c. 3. *Emmeness.*

633 *Patria antiqua*] Hoc est, Tyros, quæ ante ejus patria fuit. *Serv.*

634 *Cara*] Blanditur, ut impetret per blandimenta, quod illa propter

...ueentem ætatem poterat re-... Elegit personam, quæ tarde ...t, et cum mora remearet, ut ...giusculum ad mortem patran-...cium daretur: et propter hoc ...de, et non mitte. Donatus.

...siste] Huc adduc: ut, 'Et ...ge sistet ad aram.' Hinc et ...dicimus, id est, adducatur: ...re aliud est. Nec aliter pos-...licere, quam sta illic, siste huc. ...ntem pleroeque verbi similitu-...a dicimus sto et sisto, cum ...significent. Servius.

...siste] Huc instanter adhuc.

...lic corpus] Et hoc ad moram ...ndem pertinet. Idem.

...re lympha] Sacrificantes diis ...aspergebantur aqua: ut, ...s rore levi, et ramo feli-...m:' superis abluebantur: ut, ...me flumine vivo Abluero.' ...utem inferis sacrificat: ut, ...Jovi Stygio.' Servius.

...are] Sparsio propria fuit sa-...sed in VI. 'Sparsit rore levi.' Epod. v. 'At expedita Sa-...er totam domum Spargens ...es aquas.' Vide Macrob. Sat. Cerda.

...it pecudes] Et hoc similiter.

...ruta] Vel quæ ipsa monstra-...ae sacerdos. Servius.

...a] Purgationes, alias sacrile-...acrificia. Idem.

...Sic veniat] Quemadmodum ...m est, ne prætermitteret ...cederet. Idem.

...iat] Codices nonnulli veteres ...sic veniet finitivo modo: sed ...perando magis placet. Pier. ...Corona, ut et ipsa tardaret.

...ara] Sacrum est quod ad ...tinet, profanum quod ad ho-... Idem.

...Stygio] Hoc est, Plutoni. ...dum, Stoicos dicere unum esse deum, cujus nomina variantur pro actibus et officiis. Unde etiam duplicis sexus numina esse dicuntur: ut cum in actu sunt, mares sint: fœminæ, cum patiendi habent naturam: unde est, 'Conjugis in gremium lætæ descendit.' Ab actibus autem vocantur: ut Jupiter, juvans pater. Mercurius, quod mercibus præest. Liber, a libertate. Sic ergo et modo Jovem Stygium dicit, inferis sacrificatura: ut alibi, 'Junoni infernæ dictus sacer.' Hinc est Jovis oratio, 'Cælicolæ, mea membra, dei, quos nostra potestas Officiis divisa facit.' Idem.

Jovi Stygio] Id est, Plutoni, sive Jovi magico. Et hæc *Sacra* dicebantur *Stygialia*, item *Cocytia*. Porphyrio Horatii interpres: 'Cocytia, sacrum Cupidinis; quia maleficia hæc, quæ per inferna fiunt, ad amorem pertinent.' Vide Notas supra, ad vs. 508. Turn. XIII. 14. Ideo autem rem divinam inferis facit: quia credebantur curas et amores solvere. Vide Turneb. XXI. 22. et XXV. 6. Ejusmodi sacra luculenter descripsit Silius l. VIII. et XIII. Selecta etiam ad hanc rem collegerunt Frid. Lindebruck in Ceirin. et J. Woverius ad Petron. *Taubmann.*

Quæ rite incepta paravi] Ordo est: Sacra, quæ paravi, animus est rite perficere. *Servius.*

639 *Perficere est animus*] Mire: quamdiu enim Æneas præsens erat, non omnino desperans trahebat exitium. *Idem.*

Curis] Utrum amoribus, an rei susceptæ? *Idem.*

640 *Dardaniique rogum capitis*] In quo ejus imago fuerat, et bene suum rogum, illius dicit, ne suspicionem faciat. *Idem.*

Permittere flammæ] Incendere. *Id.*

Permittere] Notant Grammatici discrimen inter *committo* et *permitto*: ut illud sit cum spe aliqua evadendi e periculo, istud absque spe. Advoco

exemplum: 'Ratem pelago committimus,' cum præsumptione evadendi. *Ratem pelago permittimus*, quasi ibi deglutiendam. Hoc si est (quod non multum curo, sed sequar nunc Grammaticos) præclare Poëta hic *flammæ permittere*; quia supra, 'abolere nefandi Cuncta viri monumenta jubet, monstratque sacerdos.' *Cerda.*

641 *Studio anili*] Aut pro ætatis possibilitate, aut pro industria, qua utuntur aniculæ: aut voluntate obsequendi. Alii *celebrabat* legunt, quia antiqui hoc verbum in velocitate ponebant. Actius, 'Celeri gradu gressum adcelebrasse decet.' *Serv.*

Anili] In codicibus quibusdam sane quam vetustis, *anilem* legitur: quippe *gradum*. Videturque majus esse *celerare gradum anilem studio*, quam *celerare gradum anili studio*. Hoc tamen in medio relinquatur. *Pierius.*

Studio celerabat anili] Non re ipsa, sed conatu et studio festinandi, gradum celerabat. Ita explicat Æl. Donatus ad illud Ter. Eun. v. 3. 'Video: sed nihil promoves.' Tib. Donatus: Ambulabat non celeriter, ut debuit; sed segnius, ut ætas permisit. Vide et Turn. II. 14. *Taubm.*

Gradum studio celerabat] Sic Apulej. Met. VI. 'studiose gradum celerant:' quod Horatio od. I. 3. 'corripere gradum.' *Emmeness.*

642 *At trepida*] Festina. Nam moritura nihil timebat. Ideo autem *festina*, id est, occasione vix data. *Servius.*

At trepida] Turbata. *Donatus.*

Cœptis immanibus effera] *Fera*, nimis fera, *furiata* sævis cogitationibus. *Servius.*

Effera] Exasperata in perniciem suam. *Donatus.*

643 *Sanguineam aciem*] More suo ostendit eam furentem vultu, gestu, voce. *Servius.*

Sanguineam volvens aciem] *Sanguineam aciem* dixit, ut Eurip. sub persona Orestæ: μὴ 'πίσειέ μοι τὰς αἱματωποὺς, καὶ δρακοντώδεις κόρας. Quamvis enim alii κόρας, ἐριννύας accipiant, videntur tamen eo loco κόρας ad oculos referendæ, cum αἱματωποὺς, et δρακοντώδεις Poëta conjunxerit: et serpentes visus acerrimi esse constet: et δράκοντας παρὰ τὸ δέρκεσθαι dictos, ut ὄφεις παρὰ τὸ ὀπτεῖν· unde et Virg. supra de immissis Laocoonti serpentibus: 'Ardentes oculos suffecti sanguine et igni.' Nam licet sequatur eo loco Euripidis mentio Eumenidum: tamen nihil vetat, quin ad oculos matris, exagitantis parricidam superiora possint referri. Utcunque sit, semper αἱματωπὸς *sanguineam aciem* respicit: neque enim subticendum hoc Euripidem epitheton in Androm. Furiis tribuere, sub persona Orestis ad Hermionem: τάς θ' αἱματωποὺς θεὰς ὀνειδίζων ἐμοί. Sed et Poëta Epig. IV. per κανθὸν ὕφαιμον sanguineam aciem significat: ἧς ἔτι κανθὸς ὕφαιμος ἐναστράπτει φόνιον πῦρ. *Germanus.*

Maculisque trementes interfusa genas] Hoc est, trementes genas interfusas habens maculis. *Servius.*

Maculisque, &c.] Est hoc, quod Propertius dixit eleg. I. 5. 'Et timor informem ducet in ore notam.' *Cerda.*

644 *Pallida morte futura*] Aut pallidior, quam solent omnes esse post mortem: aut *pallida*, omine mortis futuræ. Aut *pallida*, conscientia mortis futuræ. *Servius.*

Pallida morte futura] Lucan. l. VII. 'multorum pallor in ore Mortis venturæ est, faciesque simillima fato.' *Cerda.*

646 *Furibunda*] Furenti similis. Sane quidam volunt Virgilium ubique Didonis, tamquam Flaminicæ facere mentionem: apud veteres autem Flaminicam scalas plus tribus gradibus nisi Græcas scandere non licebat, ne ulla pars pedum ejus cruruмve subter conspiceretur: eoque nec pluribus gradibus, sed tribus, ut ascensu duplicis nisus non paterentur extolli vestem, aut nudari crura: nam ideo

et *Græcæ scalæ* dicuntur: quia ita fabricantur, ut omni ex parte compagine tabularum clausæ sint, ne aspectum ad corporis aliquam partem admittant. Et sciendum, si quid ceremoniis non fuerit observatum, piaculum admitti. Hic autem piaculum admittitur: quod ipsa Dido ait: 'Sacra Iovi Stygio quæ rite incepta paravi:' nam et supra ait, 'Magicas invitam accingier artes.' Hoc vero loco plenius eam Flaminicæ ritum excessisse declarat, ubi de gradibus loquitur dicens, *Interiora domus*, &c. neque enim potest esse altum, quod tribus tantum gradibus conscenditur: unde apparet plures gradus tribus fuisse, quod plenius de Anna subjunxit, 'Sic effata gradus evaserat altos.' *Servius.*

Ensemque recludit Dardanium] Sic et Ajax apud Sophocl. moriturus ensem alloquitur. Ut autem, 'non hos quæsitum munus in usus,' simili pene forma Eurip. in Suppl. de tripode: ὃν Ἰλίου ποτ' ἐξαναστήσας βάθρα, Σπουδὴν ἐπ' ἄλλην Ἡρακλῆς ὁρμώμενος, Στῆσαί γ' ἐφεῖτο πυθικὴν πρὸς ἐσχάραν ubi σπουδὴν ἐπ' ἄλλην videtur reddere *alios quæsitum in usus*. Germanus.

647 *Non hos quæsitum munus in usus*] Quem Æneas non ad hunc usum reliquerat: et, ut supra diximus, secundum Homerum vertitur munus in perniciem. Tale est in Bucolicis, 'Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hœdos.' *Servius.*

Non hos quæsitum munus in usus] Similis locus apud Ovid. Metam. v. 111. 'non hos adhibendus in usus.' Apulejus Metam. l. v. 'Sagittas et omnem meam supellectilem, quam tibi non ad hos usus dederam.' *Emmeness.*

648 *Cubile*] Cubandi locum dixit. *Servius.*

649 *Paulum*] In antiquis aliquot exemplaribus, *paullum lacrumis* habetur. Ac de *lacrumis* quidem satis superque dictum alibi. Quantum vero pertinet ad adverbium *paullum* duplici *ll* notatum, id ita scribendum esse, constanter adeo affirmat Terentius Scaurus, ut eos peccare sine dubio dicat, qui *paulum* per unum *l* scribunt. Hinc in veterum monumentis legas, HOSPES QUOD DEICO PAULLUM EST ASTA AC PELLICE: et eodem modo plerisque locis tam pro adverbio, quam pro nomine proprio PAULLUM, PAULLUS scriptum comperias. Missa vero facio nomismata, in quibus fere passim PAULLUS legitur *ll* geminato. *Pierius.*

Et mente] Consilio. *Servius.*

650 *Incubuitque toro*] Admonent Urs. Germ. et Pet. Victor. v. 14. contendisse Vatem ad exemplum Sophocl. in Trachin. ubi nutricis ore narratur exitus Deianiræ. Versus sunt viginti ab eo, ἐπὶ δὲ τῶνδ', usque ad illam, πλευρὰν ὑφ' ἧπαρ. *Cerda.*

651 *Dulces exuviæ*] Quæ istæ exsuviæ? nimirum reliquiæ ab Ænea, vestes Iliacæ, ensis, lectus genialis, &c. Est hic etiam locus communis a commutatione rerum et fortunæ. In verbo *accipite* mihi non dubium, quin ad sacra respectum. Dido enim sacrum se velle exsolvere, semper testata est. Sed et sacrum hoc Deorum Manium fuit, et in simili verbum hoc usurpavit Ovidius Metam. VIII. 'Vos modo fraterni Manes, animæque recentes, Officium sentite meum, magnoque paratas Accipite inferias.' Adeundus Briss. Form. I. ubi multis firmat, verbum hoc solemne in sacris fuisse. Est etiam hic affectus amantium, qui sæpissime alloqui cum inanimis solent, ubi voluptas primum captata. Ita Propertius et Catullus, sed in gaudio tamen. Ille eleg. II. 15. 'O me felicem, o nox mihi candida, et o tu Lectule deliciis facte beate meis.' Hic in Hymen. Iuliæ: 'O cubile, quot, o nimis Candido pede lectuli.' *Cerda.*

Deusque sinebant] Aut Iupiter, qui Æneam abscedere compulit: aut amor, aut necessitas fati. *Servius.*

Sinebant] In aliquot antiquis codicibus *sinebat* singulari numero legitur: ut proximiori adcommodetur. Sed magis placet plurale *sinebant*. Pier.

652 *Exsolvite curis*] Respectum ad illud, 'vel eo me solvat amantem.' Sed ibi sub distinctione, nam coram Anna, et ut tegeret consilium, 'Quæ mihi reddat eum, vel eo me solvat amantem.' Hic ubi sola est, animum clare aperit; 'meque his exsolvite curis:' non, Reddite mihi eum. Ait *exsolvite*, quia θάνατός ἐστι διάλυσις ψυχῆς, καὶ σώματος: *mors est solutio animæ et corporis*. Inde postea Iris, 'Teque isto corpore solvo.' *Cerda.*

653 *Vixi*] Excusat vitæ abruptionem: quia dicit Plato, magna pœna adfici animas eorum, qui vitam ante tempus reliquerunt. *Servius.*

Vixi] Atrox verbum *morior*, ideo *vixi*. Qui enim vixit, mortuus jam est. Fugit verbi hujus atrocitatem Laodamia, scribens ad Protesilaum; ubi in fine ita jurat, 'Me tibi venturam comitem, quocunque vocaris: Sive (quod heu timeo) sive superstes eris.' Ubi sententia est: Ero comes tibi, sive mortuo, sive viventi. Non ausa mortuum dicere, tantum posuit, *quod heu timeo*. Fugit Cicero, auctore Plutarcho in ejus vita, qui significans interfectos jam esse socios Catilinæ, clara voce dixit, ἔζησαν, *vixerunt*. Fugit Tibullus: 'Sive erimus, seu nos fata fuisse velint.' Et Plautus Bacchid. 'Vixisse, nimio satius est, quam vivere.' In hac locutione morem Romanum agnoscit Plutarchus, nam dicto loco ita subjicit: οὕτω δὲ Ῥωμαίων οἱ δυσφημεῖν, μὴ βουλόμενοι τὸ τεθνάναι σημαίνουσι: *Ita Romani mori significant, mali ominis verbum evitantes.* Cerda.

Et quem dederat cursum fortuna, peregi] Non natura, nec fatum. Tribus enim humana vita continetur: *Natura*, cui ultra centum et viginti solstitiales annos concessum non est. *Fato*, cui nonaginta anni, hoc est, tres Saturni cursus exitium creant: nisi forte aliarum stellarum benignitas etiam tertium ejus superet cursum. *Fortuna*, id est, casu, qui ad omnia pertinet quæ extrinsecus sunt, ut ad ruinam, incendia, naufragia, venena. Bene ergo dixit *fortuna*. Cicero in Philippicis, 'Multa mihi imminere videbantur præter naturam, præterque fatum,' id est, gladii Antonii, ex casu. *Servius.*

Cursum peregi] Δρόμον ἤνυσα: et Epigr. δολιχὴν ἐξανύσας ἀτραπόν. *Germ.*

Cursum peregi] Μεταφορικῶς *cursum*, id est, cursum vitæ. Vide Victorium XXII. 22. qui emendat 'Milonianam Ciceronis, legens *cursum*, ubi alii *casum* agnoscunt. *Emmeness.*

654 *Magna*] Cogitatione eorum qui me non viderunt, sed factis cognoverunt. *Servius.*

Sub terras ibit imago] Bene *imaginem* dixit. Valde enim quæritur apud Philosophos, quid illud sit, quod inferos petat. Nam tribus constamus: *Anima*, quæ superna est, et originem suam petit; *Corpore*, quod in terra deficit; *Umbra*, quam Lucretius sic definivit, 'Spoliatus lumine aër.' Ergo *umbra* si ex corpore creatur, sine dubio perit cum eo: nec est quicquam reliquum de homine, quod inferos petat. Sed deprehenderunt esse quoddam simulachrum, quod ad nostri corporis effigiem fictum, inferos petit: et est species corporea, quæ non potest tangi, sicut ventus. Hinc in sexto, 'Corpora viva nefas Stygia vectare carina.' Hanc autem rem etiam Homerus requirit, simulachro Herculis apud inferos viso. Et sciendum simulachra hæc esse etiam eorum, qui per apotheosin dii facti sunt. Unde aut visi esse apud inferos: aut illuc descendisse dicuntur. Horatius de Libero, 'Te vidit insons Cerberus aureo Cornu decorum.' Sciendum tamen abuti poëtas, et confuse vel *simulacrum* vel *umbras* dicere. *Servius.*

Magna imago] Cur imago? cur magna? Dictum primum ex opinione illa, qua veteres censebant idolum quoddam ac simulacrum tantum nostri ad inferos descendere, ut ex Ennio scribit Lucret. l. I. his versibus: 'Etsi præterea tamen esse Acherusia templa Ennius æternis exponit versibus edens: Quo neque permanent animæ, neque corpora nostra, Sed quædam simulacra modis pallentia miris.' Locum Ennii ita habet Annal. I. 'Acherusia templa, Quo neque permanent animæ, neque corpora nostra, Sed quædam simulacra modis pallentia miris.' *Cerda.*

Et nunc magna mei] Cælius XVII. 16. et IX. 41. Phocylides: πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών. Cur magna, ex Ennio et Lucretio, Turneb. XXII. 26. et XXVI. 23. *Hartung.*

655 *Urbem præclaram statui*] Non est contrarium illi loco, *Pendent opera interrupta*, quia illud ex persona poëtæ supra dictum est. Nam licet paululum aliquid superesset, quantum ad ipsam pertinet, fecerat: ut, *Urbemque paratam.* Item paulo post, *Urbemque tuam:* et re vera civitati quid superest factis muris, templo, portu, theatro, foro, senatu? quibus adjunguntur etiam privatæ ædes, ut, 'Pars optare locum tecto, et concludere sulco.' *Servius.*

Mea mœnia vidi] A me facta: et pertinet ad effectum: ut, 'Quam vestræ fecere manus.' *Idem.*

Urbem, mœnia] Utiliter versus hujus occasione admonebitur juventus quid proprie urbs sit, quando Poëta una cum urbe conjunxit mœnia. Urbem veteres mœnium ambitu præfiniebant, quantum scilicet aratro fuerat designatum: quidquid esset extra mœnia, urbs non erat: inde esse aliquis Romæ poterat, et non in urbe: nam suburbana et continentia ædificia Romæ esse dicebantur, non tamen in urbe. Paulus JC. 'Urbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latius patet.' Inde est, ut cum tribuni, quibus non licebat ab urbe diem integrum abesse, ante mediam noctem in suburbana appulissent, nec tamen intra mœnia penetrassent, legi fecisse fraudem existimarentur; quod Romæ, non in urbe fuissent. Comitia enim centuriata, quæ in Campo Martio cogebantur, non in urbe, sed Romæ haberi dicebantur, quod intra urbem procinctum esse exercitum non licebat. Itaque Poëta non repetit idem bis, ut male aliqui volunt. Ex eo Ovid. in ep. Didonis ad Æneam, 'Urbem constitui, lateque patentia fixi Mœnia finitimis invidiosa locis.' *Cerda.*

656 *Ulta virum*] Puniendo ejus interfectorem. Nam ideo addidit, 'Pœnas inimico a fratre recepi:' et re vera nulli avaro major est pœna, quam amittere pecuniam, propter quam commiserat scelus. Bene autem *recepi*, quasi debitas: vel quod partem maximam civium sollicitavi. Ergo hoc dicit: Feci illud, et illud: felix nimium fuissem, si tantum Æneas Carthaginem non venisset. Alii hæc quasi per interrogationem volunt accipi; ut nihil dicat esse perfectum: Nunquid urbem statui? nunquid ulta sum virum? nunquid a fratre pœnas recepi? Felix tamen fuissem, si vel hoc tantum contingeret, ut Carthaginem non veniret Æneas. Sed et hanc varietatem gignit hic sermo *tantum*, quem alii, *tantummodo* interpretantur; nam ad utrunque admittitur. Tamen melior est sensus superior, quem nonnulli sic exponunt propter 'pendent opera interrupta:' ut ordo sit: Urbem præclaram, et mea mœnia statui vidi: hoc est, Vidi dum statuerentur. *Servius.*

Ulta virum] Blanditur locus Plutarchi de virtutibus mulierum, de Camma nobili fœmina, quæ virum suum ulta, læta ad illum moriens descendit. Repetit ἐν ἐρωτικῷ. Adi. *Cerd.*

Inimico a fratre] Minime placet,

quod in codicibus nonnullis manu scriptis legitur, *inimico fratre*, absque præpositione. *Pierius.*

Pœnas inim. a frat. recepi] Sic et Demosth. *δίκας λαμβάνειν*· et Thucyd. *δίκην ἔλαβε*· unde et sumere pœnas vulgatum: et Maro Æn. II. 'jamdudum sumite pœnas.' *Germanus.*

657 *Felix, heu nimium, &c.*] In sententia institit Catullo, apud quem Ariadne: 'Juppiter omnipotens, utinam non tempore primo Gnosia Cecropiæ tetigissent litora puppes.' *Cerda.*

659 *Os impressa toro*] Applicito ore ad lectulum, vel *os*, faciem: aut quasi amatrix, ut, 'Stratisque relictis incubat:' aut certe quasi peritura insensibili rei dat sensum: et sic ad lectulum loquitur, ut ad hastam Turnus, 'Te Turni nunc dextra gerit.' Mezentius ad equum, 'Rhœbe diu res siqua diu mortalibus ulla est.' *Servius.*

Os impressa toro] Expressus hinc Apulejanus affectus lib. VIII. 'At illa, ut primum mœsta quieverat, toro faciem impressa,' &c. Et Flor. lib. III. 'jacebatque incubans toro.' Atque etiam Propertianus eleg. I. 3. 'Molliter impresso conor adire toro.' A phrasi Virgiliana extat illa Ov. Fast. II. 'Utque torum pressit, ferrum, Lucretia, mecum est.' *Cerda.*

Moriemur inultæ! Sed moriamur, ait] Non dubium, quin ex hoc loco Propertius eleg. I. 8. 'Sic igitur prima moriere ætate, Properti? Sed morere: interitu gaudeat illa tuo.' Vide vero, uti doleat mori se inultam: ut enim, *τὸ τιμωρεῖσθαι ἡδὺ*, *jucunda est ultio* (ait Aristotel. Rhet. l. I.) ita acerbissimum carere hoc bono. Nam ut ibidem ait, *ἡ γὰρ δίκη, καὶ κόλασις, ἴασις.* *Idem.*

660 *Moriamur*] In plurali dixit: vel quia sic sæpe usurpamus, ut de uno dicamus, *nos*; vel quia et reliquiæ erant perituræ. *Donatus.*

Sed moriamur] Attende horrendam luctam rationis et affectuum. Initium abruptum facit pathos, Macrob. Saturn. IV. 2. *Hartung.*

Sic? sic] Quasi interrogatio et responsio. Et placet sic inultam perire, vel hoc genere mortis, et hoc eam se loco intelligimus percussisse. Unde alii dicunt verba esse ferientis. Alii ita distinguunt, *Sed moriamur, ait*, et sic post adjiciunt, *Sic juvat ire sub umbras*, ut dubitaverit, an inulta deberet mori: deinde ultionis difficultatem circumspiciens dixerit, *Sic juvat ire sub umbras.* Servius.

Sic? sic juvat ire] Ita Serv. et MSS. distinguunt, per *διαλογισμόν*. Habent autem tum asseverationis, tum acrimoniæ plurimum. Et intelligamus, pectori ense admoto hæc dixisse: unde quidam dicunt, verba esse ferientis. Vulgo, *sic, sic juvat, &c.* Taub.

661 *Hauriat hunc oculis ignem*] Aut videat omina tempestatis futuræ: quia navigantibus malum omen est, si rogalis flamma videatur: aut certe satisfaciat suæ crudelitati. *Servius.*

Hauriat] Pars ultionis erit, si hostis abiens rogi flammas aspiciat, et tristis ominibus naviget. *Donatus.*

Hauriat hunc oculis ignem] Infra XII. 'Ille oculis postquam sævi monimenta doloris, Exuviasque hausit.' Non omnino tam *ἐμφατικὸν* videtur illud Hom. Il. O. *τὸ γὰρ μένε μητιέτα ζεὺς Νηὸς καιομένης σέλας ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.* Ut autem hic *oculis haurire* tribuit, sic et Poëta paulo aliter: *ὀφθαλμοὶ τέο μέχρις ἀφύσσετε νέκταρ ἐρώτων*; Epigr. lib. VII. *Germanus.*

Ab alto] A mari. *Servius.*

662 *Dardanus*] Pro *Dardanius.* Plautus, 'Natus Argis ex Argo patre:' vel quod ipse *Æneas* ante *Dardanus* dictus est. *Idem.*

Et nostræ secum ferat omina mortis] Ut Æneas quoque per vim maturius obeat; et bene infausta omina imprecatur ei, qui ad novi regni auspicia properat. *Idem.*

663 *Media*] Alii leg. *mediam*: alii,

Taubmann.

illam] Ostendit celeritatem
ie, ut nemo ictum viderit, sed
lentem aspexerunt. *Donat.*
lalis] Per talia: ut, 'Hunc
rio Tiberinus amœno.' *Serv.*
Collapsam aspiciunt] Non in-
ncidentem se, sed ostendit
, et hoc Tragico fecit exem-
il quos non videtur quemad-
lit cædes, sed facta narratur.

um *aspiciunt comites*] Hæc
at per ἀποσιώπησιν, non per
Omisit enim dicere, quem-
n se interfecit; ut solet in
is; ubi cædes non fit, sed
rratur. Vide Scalig. IV. 27.
Donatus notat, Poëtam non
isse ictum, quo Dido con-
; sed quæ fecisset, demon-
ut ostenderet celeritatem
Taubmann.

que cruore Spumantem] In Me-
aliquot aliis antiquis codici-
re est *cruorem* quarto casu:
sint membra ad exaggera-
hæc scilicet, *Conlapsam aspi-
ites, ensemque* aspiciunt, *cruo-
mantem* aspiciunt, *sparsasque*
Vel, *Ensem spumantem cruo-*
sitive non ineleganter. Sed
agis omnino placet, *Ensem
mantem.* Pierius.

sparsasque manus] Aut perfu-
mine: aut morte resolutas.

mor ad alta, &c.] Conferam
secum. Vide ut in Æn. II.
lem dixerit: 'Ac domus in-
mitu miseroque tumultu
': penitusque cavæ plangori-
s Fœmineis ululant: ferit
dera clamor.' Tantum dis-
quod in II. unius regiæ, in
niversæ urbis tumultus de-
. *Cerda.*

mineo ululatu] Proprio fœ-
. Horatius, 'Et illa non vi-
itio.' *Servius.*

668 *Plangoribus*] In Mediceo, et antiquis plerisque codicibus *clamoribus* habetur: sed magis fœmineum est *plangoribus*. Et paulo ante dictum est: 'It clamor ad alta Atria,' quod non fuit tam cito repetendum. *Pierius.*

669. *Non aliter, &c.*] Alludi putant ad direptionem Carthaginis, quæ facta est tertio bello Punico. Macrob. IV. 6. docet, hic augeri *minus* a majore: quod tamen fieri posse, quidam negarint. *Taubmann.*

Inmissis] Alii *inmistis*. In codicibus aliquot antiquis *missis* legitur absque *in* præpositione hostium impetum indicante. Quare quum *inmittere* pertineat ad hostilem vim, et alibi, *Inmissi Danai*, et apud Historicos, *Inmissos equites, inmissos hostes* sæpe legas, nulla mihi reliqua fit dubitatio, quin *inmissis* legendum sit. *Pierius.*

670 *Antiqua Tyros*] Vel nobilem dicit: vel illud ostendit, quia Carthago ante *Byrsa*, post *Tyros* dicta est, post *Carthago* a Cartha oppido, unde fuit Dido, inter Tyron et Berithon. *Servius.*

Tyros] Veteres plerique codices *Tyrus* idiomate Latino legunt: sed non displicet *Tyros*. Cujusmodi casum Valerius Probus in plerisque aliis hujusmodi nominibus apud Virgilium agnoscit. *Pierius.*

Antiqua Tyros] Credo periphrasi Poëtam παλαίτυρον urbem significare, quam Alexander postea expugnavit, et ex insula continentem reddidit. Stephanus lib. de urb. Tyron παλαίτυρον ita explicat: τύρος, νῆσος ἐν φοινίκῃ, ἀπὸ τύρου τοῦ φοίνικος. ἔστι καὶ τύρος τῆς λακωνικῆς, καὶ νῆσος πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, ἣν Ἀρτεμίδωρος τύλον διὰ τοῦ λ, καλεῖ· ἔστι καὶ πόλις ἰνδική, καὶ λυδίας, καὶ πισιδίας. Ἀῤῥίανος δὲ ἄναθα τύρον καλεῖ· ἐκλήθη δὲ καὶ παλαίτυρος, καὶ τὸ ἐθνικὸν παλαιτύριος. *Germ.*

672 *Audiit exanimis*] Id est, territa. Nam ut diximus, *exanimatus*

mortuus est. *Servius.*

672 *Ora soror fœdans*] Cruentans, ut, 'Sanguine fœdantem.' *Idem.*

Unguibus ora soror fœdans] Hæc doloris nota cum frequentissima sit omnibus, tum multo fœminis frequentior, quæ sibi impotenter dominantur. Propertius eleg. I. 9. 'Nec non exanimem amplectens Briseis Achillem, Candida vesana verberat ora manu:' et post pauca, 'Fœdavitque comas.' Fœminæ Trojanæ apud Euripidem et Senecam se multum verberant, ut Ariadne apud Catullum in se et in capillos sæva, atque etiam mater Euryali apud Virgilium, apud Ovidium Lucretia. Sed quæ non usæ hoc furore? *Cerda.*

Unguibus ora soror fœdans] Quo pacto secuerint faciem in luctu unguibus docet Kirchmann. de Fun. Rom. II. 11. *Emmeness.*

674 *Nomine clamat*] Aut Didonem vocat, ut supra diximus, Pœnorum lingua *viraginem*. Nam *Elisa* dicta est. Sed *virago* est vocata, cum se in ignem præcipitavit. Aut *nomine clamat*, nominat: sicut et Homerus dicit ἔκτ' ὀνόμαζεν *nominabat*. Aut certe vero nomine, ut solent dolentes: ut, 'Hunc ego te, Euryale, aspicio.' Item, 'Mater Cyrene, mater.' Hinc et ibi ait, 'Et te crudelem nomine dicit.' Et multi quærunt, quomodo procedat hoc, cum ejus nomen nusquam sequatur. Sed tractum est a jure, ubi dicitur, nihil interesse, utrum quis unum filium habens, dicat; *Fili heres esto:* an, *Tite heres esto.* Ergo dicendo, 'Hoc illud, germana, fuit?' quasi nomen dixit. Sane sciendum, bene eum perturbatæ integrum non dedisse sermonem. *Serv.*

Nomine] Atqui non dixit *Dido*, sed *germana*. Sed duplex est nobis nomen: alterum naturæ et sanguinis, quo conjunctæ personæ appellantur: ut *mater*, *pater*, *frater*, *soror*, et similia: alterum quod imponitur ab extraneis. Ergo soror sororem nomine sanguinis appellare debuit: unde dixit *germana*. Donatus.

675 *Hoc illud, germana, fuit*] Allocutio per conquestionem. *Servius.*

Hoc illud, germana, fuit] Pari emphasi Terentius And. 'At at, hoc illud est.' *Cerda.*

676 *Hoc rogus iste mihi*] Alludit ad historiam. *Servius.*

677 *Quid primum deserta querar*] Conqueritur cur relicta sit, nec ad par exitium convocata. *Idem.*

Comitemne sororem Sprevisti] Deest: 'Illudne, quod sprevisti comitem sororem?' et semiplene loquitur. *Idem.*

Comitemne sororem Sprevisti] Vide Pricæum ad Apuleji verba Metam. l. VIII. in princ. 'Nec vero incomitata manes adivit.' *Emmeness.*

679 *Tulisset*] Abstulisset. *Servius.*

Tulisset] In codicibus aliquot antiquis, *fuisset* legitur: sed *tulisset* melius, ut assumat accusativum *ambas*. Pierius.

Eadem hora tulisset] Hunc locum est ita imitatus Ovid. Metam. VIII. in voto communi Philemonis et Baucidis: 'Auferat hora duos eadem, nec conjugis unquam Busta meæ videam.' *Germanus.*

680 *Struxi manibus*] Quasi sceleris contaminata, et quasi ipsa interitum sororis adjuverit. *Struxi manibus*, subaudis *rogos*. Servius.

Patrios deos] Saturnum et Junonem. *Idem.*

681 *Posita*] Exanimata. Statius, 'Positusque beata Morte pater.' *Id.*

Sic te ut posita] Eadem forma supra lib. II. 'Sic o sic positum affati discedite corpus:' quod κείμενον et *mortuum* Turnebus accipit: favente, meo judicio, illo lib. Æn. XI. 'Corpus ubi exanimi positum Pallantis Acetes Servabat.' Sic supra: 'volucres somno positæ sub nocte silenti.' Credo equidem hanc vocem, *posita*, omnino a Græcis imitatione desumptam: quibus sepulcrale vocabulum est τιθέναι et τίθεσθαι, pro tumulo condere, et

: Plato leg. xii. οἱ τὸν μακάριον θέντες ἀδελφῷ χέοντες, ... ἄλλοι περιφοιτέουσι πλὴν ..., ὅπως αἰξῶν ὁ τάφος ἔχῃ ... τὸν ἅπαντα χρόνον ... τεθαμμένοις, κατ' ἀκαρῆν δὲ ... αὐτοῦ καὶ γηραιῶν ... unde et *ponere tumulum*, *cadaver*, *corpus*. Germ.

...] Illum *crudelem* dicit, quod ... tu an ego. *Servius.*

...tinxti te meque, soror] Varro Didonem, sed Annam amore ... se supra rogum in... *Idem.*

...] In veteribus fere omnibus exemplaribus, *extinxi* prima per... : quasi fateatur Anna se ... parasse instrumenta ne... ...tatque in se culpam ad ma... doloris exaggerationem. Va... Probus *extinxti* per Syn... agnoscit, una cum Sosipatro qui, 'Syncope (ait) est, quum parti aliquid subducitur: ut *...te meque, soror*, pro extinx...isti.

...xti te] Ita Diomed. Probus, ..., Servius, et Donatus. At ... fere omnes, teste Fabricio, *extinxi*, prima persona. Sane ... semper σβεννύναι et σβέσαι ... fatum, μάρανσιν ad natu... *Taubmann.*

...que, patresque, urbemque tuam] Id est, Senatum. *Urbem tuam* ...truxisti. Et quidam hoc loco ... tres partes politiæ compre... populi, optimatium, regiæ ...: Cato enim ait de tribus ...tibus ordinatam fuisse Car... *Servius.*

...] Id est, plebem: addit ..., id est, Senatum Carthag. Lipsius *De Amphitheatr.* c. ...nium etiam et Callistrat. Juvenal. *populi* voce pro sola ... usos esse. *Taubmann.*

Date lymphis] Date lymphas, ...ra abluam; hoc est, date aquam: aut ..., id est, permittite. Lavare autem cadavera satis proximis concedebatur. Unde queritur mater Euryali: 'nec vulnera lavi Veste tegens.' Sane in sacris pura vestis appellatur, quæ neque funesta sit, neque maculam habeat ex homine mortuo. Id hoc loco comprehensum accipi potest, cum Dido induitur habuisse crinem sacratum, quo videlicet abscisso, possit sine cruciatu mori: prius tamen voluit ablui cruorem, cum ait, 'date vulnera lymphis Abluam.' Plenius tamen infra ait, *Semianimemque sinu germanam*, neque, *veste cruorem*; ut tanquam in veste pura, legitimo sumptu, morti data haberetur: quodque sacratum crinem habuerit vitæ fuerit immorata; nam subjecit apte ex persona Iridis: 'Hunc ego Diti Sacrum jussa fero, teque isto corpore solvo.' *Servius.*

685 *Ore legam*] Muliebriter, tanquam possit animam sororis excipere, et in se transferre. Sic Cicero in Verrinis, 'Ut extremum filiorum spiritum ore excipere liceret.' *Idem.*

Ore legam] Epigr. ἐμοῖς χείλεσσιν χείλεα θεῖσα 'Αγαθοῖς ψυχὴν τὴν ἐν ἐμοὶ τρόπῳ. *Germanus.*

Ore legam] Græcis est ψυχοῤῥοφεῖν. Ut enim carissimi oculos claudebant morientibus: ita et os ori admovebant, ut extremum ejus spiritum excipere ac haurire velle viderentur. Vide Alexandrum III. 7. Inprimis Joh. Kirchmannum de Funerib. Rom. I. 5. Aut forte tentare vult Anna, an spiritus adhuc aliquis ex ore prodeat. *Taubmann.*

Ore legam] Ovid. Metam. XIII. 491. 'Osculaque ore legit.' Quod veteres extremum spiritum exceperint, notum satis ex Poëtis, quorum testimonia collegit Kirchmann. de Funer. Rom. I. 5. et Guther. de jure man. I. 3. et 13. *Emmeness.*

Gradus evaserat altos] Id est, ascenderat; rogi scilicet, qui pro qualitate fortunarum fiebat. Unde in sexto

ait, 'Cœloque educere certant.' Aut quia lecti antiquorum alti erant, et gradibus ascendebantur, quibus superatis, Anna amplectitur sororem. *Servius.*

686 *Semianimemque*] Composita a *semi* amittunt *i* in scansione sequente vocali, etiamsi eam præcedat nota adflatilis, ut *semihominis cæci*. Taub.

Amplexa fovebat] Bene non *fovit*, sed *fovebat*, ut id diu factum ostenderet. *Servius.*

687 *Siccabat*] Exprimebat. *Idem.*

Cruores] Exprimebat, vel abluebat, ut, 'Vulnera siccabat lymphis.' An suam vestem, vulnere Didonis infectam, usurpavit. Nam nec *sanguines* dicimus numero plurali, nec *cruores.* Idem.

688 *Illa graves*] Lucret. 'Primum Grajus homo mortales tollere contra Est oculos ausus.' Videtur autem hic locus referri posse ad illum Eurip. in Phœn. ubi moriens Eteocles matris vocem agnovisse narratur: *στέρνων δ' ἄπο Φύσημ' ἀνεὶς δύστλητον Ἐτεοκλῆς ἄναξ Ἤκουσε μητρὸς, κἀπιθεὶς ὑγρὰν χέρα, Φωνὴν μὲν οὐκ ἀφῆκεν, ὀμμάτων δ' ἄπο Προσεῖπε δακρύοις, ὥστε σημῆναι φίλα.* Ut autem *graves oculos*, ita in Alcest. *σκοτεινὸν ὄμμα βαρυνεσθαι*, fato nimirum instante. *Germanus.*

Illa graves oculos] Hypotyposis Didus morientis. Et recte, *conata*, quia *graves:* nam vis illa animi et corporis jam deficiebat. Atque ut hic *graves oculos:* ita in Euripid. *σκοτεινὸν ὄμμα βαρύνεσθαι*, fato nimirum instante. *Taubmann.*

689 *Stridit*] In antiquis aliquot codicibus, *stridit* a tertia conjugatione est: ut in Georgicis, 'Stridere apes utero:' et, 'striduntque cavernis.' Invenitur tamen *stridet*. Pier.

Stridit] Sic legendum docet Nobiliss. Heinsius ad Ovid. Metam. IX. 171. *Emmeness.*

Sub pectore] Per transitum dictus vulneris locus. *Servius.*

690 *Ter sese attollens*] Apollon. I. III. *τρὶς μὲν ἐπειράθη, τρὶς δ' ἔσχετο, τέτρατον αὖθις Λέκτροισι πρηνὴς ἐνικάππεσεν εἱλιχθεῖσα·* et ut *cubito innixa*, idem Apollon. III. *ἐρεισαμένη λαιῇ ἐπὶ χειρὶ παρειήν·* et Propert. de Cynthia: 'incertis nixa caput manibus.' *Germ.*

Cubitoque annixa] In plerisque codicibus antiquis, *adnixa* legitur. In quibusdam *innixa*. Sed id magis animadvertendum, quod vetera quædam exemplaria *cubitu* legunt quarto declinatu: nisi sit, ut *agru*, et *domu*, et pleraque similia: quorum exempla superius adnotavimus. *Pierius.*

Cubitoque annixa] Similis est locutio Ovid. Metam. VII. 343. 'Ille, cruore fluens, cubito tamen allevat artus; Semilacerque toro tentat consurgere.' Vide N. Heins. *Emmen.*

691 *Ter revoluta toro est*] Aut sæpius: aut Promanteusis est, præsagium, propter bella Carthaginis; tria bella Punica. *Servius.*

Errantibus] Vicinitate mortis. *Id.*

692 *Quæsivit cælo lucem*] Ammianus l. XVI. 'Semineces labente jam spiritu lucis usuram oculis morientibus inquirebant.' *Cerda.*

Ingemuitque reperta] Atqui dixit, 'invisam quærens quam primum abrumpere lucem;' sed ostendit morientes sua improbare desideria: ut in sexto, 'Quam vellent æthere in alto Nunc et pauperiem et duros perferre labores.' *Servius.*

Reperta] In antiquis aliquot exemplaribus *repertam* legitur, pro *reperisse:* quæ frequens apud eruditos elocutio. *Pierius.*

693 *Tum Juno omnipotens*] Aut pronuba aut inferna. *Servius.*

694 *Difficilesque obitus*] Quia supererat vita ei, quæ casu, non aut fato aut natura moriebatur: ut, 'Nam quia nec fato, merita nec morte peribat:' id est, naturali. *Idem.*

Difficilesque] Ut missum faciam *lis* terminationem in antiquis codicibus, id ponam ex eruditorum sententia *difficiles obitus* ideo a Poëta dictos,

... moriebatur, non autem
... quo apud Aulum Gell. l.
... primo. *Pierius.*
...que obitus] Cui opponitur
...itus, qualem exitum sortitus
...stus, eumque nominavit ob-
... Suetonius in ejus vita c. 100.
... locum vide Torrentium.
...
...misit *Olympo*] Ut et supra
..., trahit hoc de Alceste Euri-
...di inducit Mercurium ei co-
...entem: quia fato peribat
Alii dicunt Euripidem, Or-
...enam inducere, gladium fe-
..., quo crinem Alcesti abscindat.
... hoc a Pœnis antiquo tra-
...tatum. Sane sciendum hoc
...e fieri, quia certis consecra-
... solebant homines facere, ut
... essent adversus fortunæ im-
Nec poterant mori, nisi ex-
...ti illa consecratione. Unde
...donem ista servantur. *Serv.*
...*misit*] Quærebant veteres,
... non *Iridem* Virgilius dixisset
...que *Irin* pro *Iridem*, C. Julius
... ait: et ita alibi, *Irin de*
Varronem tamen, Tullium, et
...jus *Iris*, *hujus Serapis*, *hujus*
...tulisse. *Pierius.*
Nexosque resolveret artus] Λύοι
...σύνδεσμα· Eurip. in Hipp.
...σώματος ἀλληλουχίαν vocant.
...ei utique ἅψεα τὰ μέλη dicunt,
... ἅπτεσθαι, ὅ ἐστι συνῆφθαι καὶ
...θαι. *Germanus.*
...*que resolveret artus*] Λύοι με-
...σύνδεσμα, Eurip. id est, Animi
...oris nexum, quorum λύσις καὶ
... Platoni *mors* est. Hanc
...σώματος ἀλληλουχίαν vocant.
... existimat, cum in Plurali
...erit, signare istorum placi-
...isse, Animam esse totum in
... totum in qualibet parte.
...
...*, quia nec fato*] Cum dicat
..., 'Stat sua cuique dies,'
... hoc dicit, 'Nam, quia nec fato, merita nec morte peribat, Sed misera ante diem?' Nam si fato vivimus, quid agunt merita? si pensamur meritis, quæ vis fati? quomodo hic et fatum admittit et meritum? Deinde cum dixerit, 'Stat sua cuique dies,' quomodo dicit ante diem? Harum rerum ratio sic redditur: Sunt et *fata* quæ dicuntur *denunciativa*, sunt alia quæ *conditionalia* vocantur. *Denunciativa* sunt, quæ omnimodo eventura deferunt, ut verbi gratia: Pompejus ter triumphaturus est. Hoc illi fata dederunt, ut ubicunque terrarum fuerit, ter triumphet: non potest aliter evenire, et ideo fatum, quod hoc denunciat, *denunciativum* vocatur. *Conditionale* vero hujusmodi est: Pompejus si post Pharsalicum bellum Ægypti litus attigerit, ferro peribit: hic non omnimodo necesse erat, ut videret Ægyptum, sed, si casus illum ad aliam regionem forte duxisset, evasisset. Sic et apud Homerum Achilles, refert matrem deam sibi dixisse, ut si bello Trojano se subtraheret, et reducem patriæ daret, alta senecta viveret, sed inglorius: si vero apud Trojam pugnando perseveraret, adeptus magnam gloriam, primævus obcumberet. Vides igitur conditionem fati sub duplici eventus exspectatione pendere. Achilli enim dies statuta erat, qua domum repetens senex periret, sed quia bellum non reliquit, obiit quidem ante diem, fato statutum, sed nec tum sine fato, quia de gemina fati auctoritate veniebat utraque conditio. Sic et Didoni decretum fuerat, ut Urbem præclaram statueret, ulcisceretur virum, pœnas de parricidio fratris exigeret. Pervenisset autem ad seram mortem sine ulla felicitatis offensa, si Trojana classis ad litus Africæ non venisset, qua portum Carthaginis ingressa, nec continuaretur ulterius reginæ nota felicitas, nec expectaretur ad mortem dies illa sera, quæ fuerat constituta. Hæc sciens

Maro, inducit ipsam Didonem in extremis suis ista dicentem: 'Urbem præclaram statui, mea mœnia vidi, Ulta virum, pœnas inimico a fratre recepi, Fœlix, heu nimium fœlix, si litora tantum Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.' Sic et Vulcanus respondens Veneri armari filium postulanti, conditionale fatum adserit fuisse Trojanis, ut si Æneas cœlestibus armis fuisset armatus, annos x. ultra quam stetit Troja duraret, nec Priamus ante idem tempus periret: quo præsidio prætermisso præparandæ Trojanæ incolumitatis extincta conditio est: et hoc est, quod ait, *Similis si cura fuisset*; et quod dicit, *Fas nobis, &c.* hoc est, per fata licuisset. Si enim nefas est, obviare fatis, fas est omne, quod, permittente fatorum lege, præstatur. Ergo sensus hic est: *Cura quæ tibi nunc est, si stante Troja fuisset, armari filium tuum mihi per fata licuisset*, propter rationem scilicet condicionalis fati, et vitam Priami et regna Trojæ, tam Juppiter quam fata servassent, cum hoc decreti conditio contineret. Ergo 'stat sua cuique dies,' aut denunciativo fato; et mutationem omnino non recipit; aut conditionali; et si eventum alterum casus adtulerit, non, inspecta die, acceleratur interitus: quod ergo dixit, 'Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,' nolo illum putes universa confundere. Illi enim dicuntur non fato perire, sed merito, qui maxima in deos, et non ignoscenda committunt, ut Salmoneus, ut contemptor divum Mezentius, ut Tityus, ut Ixion: quos, si fato dixeris oppetisse, pugnaveris: nam qui excedunt delinquendi modum, ipsi sibi pœnam sanciunt, quam si fatis imputandam putaveris, excusas peremptorum reatum. Hoc est ergo, quod dicit, *Nam quia nec fato*, id est, denunciativo, *merita nec morte*, id est, nullo immani crimine commisso; *sed misera ante diem*, hoc est, uno de conditionalibus fatis statuto: si Trojanæ classis non contigisset adventus. *Servius.*

Nec fato, merita nec morte] Non secundum institutum naturæ, quod fatis attribuitur: difficilis enim mors est, cum non consensu naturæ spiritus redditur, sed vi extorquetur. *Donat.*

Nam quia nec fato, merita, &c.] Nannius l. VII. In rebus humanis aut *Fatum*, aut *Natura*, aut *Casus* est. Cæterum supra Fatum aliquid contingere, testis Homerus est. Ita hic quoque *præter fatum* Dido extinguitur, id est, ante diem fatalem. Legatur et Agellius XIII. 1. super illud Cic. 'Multa impendere videntur præter Naturam etiam, præterque Fatum.' Item Cælius XXI. 4. Servius Dan. ut conciliet illud, *Stat sua cuique dies*, fata alia facit *Denunciativa*, quæ mutationem omnino nullam recipiant: alia *Conditionalia*, si casus alium eventum attulerit. *Taubmann.*

Merita nec morte] *Merita mors* dicitur eorum, qui maxima in deos, et non ignoscenda commiserunt, quales fuerunt Mezentius et Ixion: immerita Didonis fuit, quæ sibi conscivit mortem, nullius sceleris sibi conscia, ut hæc Gutber. de Jure M. I. 10. Videndus ad hunc Maronis locum Salmas. Plin. exerc. p. 1119. *Emmen.*

697 *Sed misera ante diem*] Non est contrarium, quod dicit in decimo, 'Stat sua cuique dies.' Nam ut sæpe diximus, secundum sectas loquitur: et hoc secundum alios, illud secundum alios dictum est. Quanquam Grammaticæ responsiones possunt sufficere, 'Omnia vincit amor: et nos cedamus amori.' *Servius.*

Ante diem] Ante tempus, quod natura potuit afferre. *Donatus.*

Sed misera ante diem] Id est, (auctore Donato) ante tempus quo Natura potuit afferre consensum, πρὸ μοίρας Æschylo. Fatali morti et Naturali, inquit Turnebus XI. 19. hoc op-

ponit Poëta. Nam *mors* quædam est *naturalis*, cum fatalem annorum summam confecimus: ut cum morimur in senectute profunda. *Mors* etiam est *merita:* ut quam bellorum casus, et morbi intemperantia quæsiti, aut scelera afferunt. At nec *fato*, nec *merita morte* Dido occidebat; ut quæ subito furore fuerit correpta. *Taubmann.*

Furore] Quia pudica in amorem devenerat. *Servius.*

698 *Flavum crinem*] Matronis nunquam flava coma dabatur, sed nigra; unde Juvenalis, Satyr. VI. 'Sed nigro flavum crinem abscondente galero.' Huic ergo datur quasi turpi. Aut *flavum*, quia in Catone legitur de matronarum crinibus, 'Flavo cinere unctitabant ut rutilæ essent.' *Idem.*

Nondum illi Proserpina flavum, &c.] Nec Proserpina venerat, quæ exutum crinem Orco solenniter traderet. Nondum enim Naturæ venerat tempus. Ita Statius Silvar. II. de Glaucia, quæ in confinio mortis, seu (ut Petron. loquitur) *in extremis* erat; 'Jam complexa manu crinem tenet infera Juno.' Lucan. l. VI. 'Illa comam læva morienti abscindit ephebo.' Credebant veteres, neminem mori posse, nisi Proserpina prius illi crinem ex vertice abstulisset. Hinc illud Horat. Carm. I. 'nullum Sæva caput Proserpina fugit.' Videatur Macrob. V. 19. Cælius XI. 38. et Muretus Var. IV. 16. et Interpres ad illud Ovid. Metam. III. 8. 'et sectos fratri imposuere capillos:' quod ad istum morem tondendi comam apud rogum pertinet. Turneb. XIX. 17. putat, a ritu sacrificiorum hoc sumptum: qui enim moritur, cum tanquam quædam Orci victima sit, non illepide comminiscetur, qui, quæ immolationis et sacri sunt, ad hominis mortem traduxerit. Antequam autem pecudes in sacris immolarentur, capitis earum setæ ferro secabantur. Æn. VI. 245. *Taubmann.*

699 *Abstulerat*] In codicibus aliquot antiquis, *apstulerat* per *p* legitur. Nam quum veteres *b* ante *s* durius sonare judicarent: quod in *abscondit* Velius Longus notat: eam literam in *p* commutabant, quæ auditum exornaret. Nostra autem ætate nusquam reperi tam eruditas aures, quæ duritiem a mollicie in hujusmodi pronuntiatione discernerent. In veterum vero monumentorum inscriptionibus sæpe *apstulerit* per *p* notatum observavi: quorum exempla aliquot indicasse non pigeat. Romæ apud D. Eustachii:

AVT HANC ARAM APSTVLERIT.

In S. Celsi epigrammate elegiaco: APSTVLERINT. In S. Priscæ:

QVOD TE FESTINANS APSTVLIT
ATRA DIES.

Pierius.

Caput damnaverat] Nondum eam morti destinaverat, potest accipi, *Stygioque caput damnaverat Orco:* ut Didonem voto liberaret, quod semper omnes optant, ut sine cruciatu moriantur; nam subjunxit, 'Hunc ego Diti Sacrum jussa fero teque isto corpore solvo,' id est, libero: vel illud ab Orco nondum liberaverat, cum illa devotum crinem adhuc retinens, inter reos esset. Ergo cujuscunque debiti, id est, reatus damnatio finem facit. *Damnare* autem est damno adficere, id est, debito liberare. Ideo et cum vota suscipimus, *rei voti* dicimur, donec consequamur beneficium, et donec condemnemur, id est, promissa solvamus: ut, 'Damnabis tu quoque votis.' Et bene Poëta non ait, *illam damnaverat*, sed caput ipsum, unde crinis fuerat auferendus. *Servius.*

Damnaverat] Id est, destinaverat, adverti enim hanc vim huic voci datam a Poëtis. Stat. l. XVII. 'propellunt acies, seseque sub armis Ostentant, subeunt campo, qui proximus urbi Damnatus bellis patet exspectatque furores.' *Cerda.*

700 *Iris roscida*] Quia cum nubibus fit pluvialibus, quæ rore non carent. *Servius.*

701 *Adverso sole*] Sane naturalem rem expressit. Iris enim nisi e regione Solis non fit, cui ille varios colores dat: quia aqua tenuis, aër lucidus, et nubes caligantes inradiante isto varios creant colores. *Idem.*

Adverso sole] In Mediceo, et codicibus quibusdam aliis pervetustis *adversa luce* legitur: sed *adverso Sole* signate ex ratione physica positum est. *Pierius.*

Mille trahens colores] Statio dicitur, 'Virgo discolor Iris,' Theb. x. 112. item Silv. I. v. 'Quæque cadit liquidas Junonia virgo per auras, Et picturato pluvium ligat aëra gyro.' Ovid. Met. I. 9. 'Nuntia Junonis varios induta colores Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus affert.' Adeantur Scholæ Physicorum. *Taub.*

703 *Sacrum jussa fero*] Euripides Alcestin Diti sacratum habuisse crinem dicit, quod Poëta transtulit ad Didonem. *Servius.*

Corpore solvo] Id est, animam tuam, quia ait supra, 'Nexosque resolveret artus.' *Idem.*

Solvo] Omnia, quibus vita constat, sibi invicem nexa sunt: sed cum resoluta fuerint, atque a sese recesserint, tunc mors sequitur. *Donatus.*

704 *Crinem secat*] In Longobardico perveteri codice, *crinem tulit* habetur: ut sit pro *abstulit.* Magis tamen placet *secat:* ut res ipsa pingi videatur. Nam ut pictura Poësis est. Atque hæc hoc libro dicta sufficiant. *Pierius.*

Omnis et una] Uno impetu effusa est vita, id est, anima. *Servius.*

705 *Dilapsus calor*] Secundum eos, qui dicunt animam calorem esse, quo recedente, corpus friget: ut, 'Corpusque lavant frigentis et ungunt.' *Idem.*

In ventos vita recessit] Id est, anima, ut in quarto Georgicorum, 'Quenque sibi tenues nascentem accersere vitas.' Et dicendo *in ventos*, aut eos sequitur, qui animam aërem dicunt, hoc est, in materiam suam redire: aut certe eos, qui dicunt animam perire cum corpore: ut intelligamus, evanuit, in ventos recessit: ut in nono, 'Sed auræ Omnia discerpunt, et nubibus irrita donant.' *Idem.*

In ventos vita recessit] Pro eo Ovid. Metam. XI. 43. 'in ventos anima exhalata recessit.' *Emmeness.*

ÆNEIDOS

LIBER V.

Non usus est Maro Historicorum ordine, sed eo, qui Poëtis familiaris est: nam si noster, teste Vossio institut. poët. I. 7. historiam ordine constituisset enarrare, secundus liber primo debuisset loco collocari, tertius secundo, primus tertio. Consule Macrob. Saturn. v. 2. Hujus libri ὑπόθεσις, docente Ursino, sumta est de Homero, apud quem in Il. Ψ. Achilles Patroclo suo ludos instituit. *Emmeness.*

1 *Interea*] Dum fletur, aut sepelitur Dido, et hoc sermone librum, ut

solet, superioribus junxit: cujus pars major ex Homero sumpta. Nam omnia, quæ hic commemorat, exhibentur circa tumulum Patrocli: nisi quod illic curule exercetur, hic navale certamen. Sane intelligendum non potuisse fieri, ut una, nec plena die, Æneas ad Siciliam perveniret. Unde accipiendum est, sicut supra legimus, quod circa ortum lucis navigavit: ut, 'Regina e speculis ut primum albescere lucem Vidit, et æquatis classem procedere velis.' Ergo tota die, dum se Dido interemit, dum fletur, paululum provectus est leniter spirantibus ventis: et flammas rogi circa vesperam vidit, quo tempore et per naturam ignem videre potuit; et per pristinum morem, quo per diem cadavera non incendebantur. Deinde tota navigans nocte et alterius diei parte ad Siciliam venit. *Servius.*

Medium] Aut *medium* est quicquid a principio recedit, et necdum finem sortitur: aut *medium*, sic altum ut medium putares: ut, 'Graditurque per æquor Jam medium.' Nam vere *medium* sequenti indicat loco: 'Ut pelagus tenuere rates, nec jam amplius ulla Occurrit tellus.' Sane speciem pro genere posuit, nam *mare* significat *maria.* Idem.

Tenebat] Nautico usus est verbo, ut 'Iliacas vento tenuisse carinas.' Et, 'Ni teneant cursus.' *Idem.*

2 *Certus*] Aut indubitabiliter pergens, id est, itineris sui certus, aut *certus Æneas*, id est, sollers, strenuus, velox: ut, 'Equidem per litora certos Dimittam.' *Idem.*

Interea medium Æneas jam classe tenebat Certus iter] Antiqui admodum codices legunt mutato numero, *interea Æneas medium*, dactylis et spondeis alternatim collocatis: qui numerus artificiosior videtur, quamvis *medium Æneas* ex plurium literarum collisione gravior habeatur. Sed enim suas quisque aures consulat: nos enim id in medio relinquimus. *Pier.*

Interea, &c.] Tale initium Valerii Flacci Arg. II. 'Interea scelerum luctusque ignarus Iason Alta secat.' *Cerda.*

Atros Aquilone] Quos nuper flans Aquilo atros effecerat: ut, 'Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.' Nam ex Africa venientibus Auster secundus est, Aquilo adversus; ergo hoc dicit, quod fluctus, qui atri esse consuerunt Aquilonis flatu, qui ante flaverat, secundo flatu, secarit Æneas surgente Zephyro, ut Mercurius, 'Nec Zephyros audis spirare secundos.' Sed novimus tempestatis hanc esse naturam, ut reliquias venti teneat, etiam in alterius flatu. Sicut Lucanus, 'Ut quotiens æstus, Zephyris Eurisque repugnat, Huc abeunt fluctus, illuc mare.' *Atros* autem secundum Plinium dicit, qui ait in naturali historia, non esse maris certum colorem: sed pro qualitate ventorum mutari: et aut flavum esse, aut lutulentum, aut atrum. *Servius.*

Atros Aquilone] Atqui non est aptus ex Africa in Italiam navigantibus: sed vel posuit speciem pro genere: vel navigabat Aquilone, quia ex secundo Jovis præcepto statuerat, Carthaginem relinquere, quocunque ferrent venti, ut, etiam Aquilone flante, enavigaret, quo illi ferrent. *Donatus.*

Fluctus atros Aquilone] Hoc e rerum natura sumptum est. Maris enim, auctore Plinio, certus color non est, sed pro ventorum qualitate mutatur. Atrius autem et obscurius cur fiat, Borea sive Aquilone spirante, disputant Aristot. in Probl. Sect. 26. et Agellius II. 30. et Turnebus XXVI. 28. *Taubmann.*

Secabat] Eustathius Homericum διατμῆξαι κῦμα explicat ἀντὶ τοῦ πλεῦσαι, καὶ διαρῆξασθαι. *Cerda.*

3 *Mœnia respiciens*] Revocanda in hunc locum, quæ dicta Ge. III. ad illud, 'Et stabula aspectans regnis excessit avitis.' Etenim hic Æneas

urbem illam respectat, a qua ereptus Deorum beneficio. De Augusto Seneca de Clem. I. 11. 'In adolescentia caluit, arsit ira, multa fecit, ad quæ invitus oculos retorquebat.' *Id.*

Jam infelicis] In codicibus aliquot antiquis legere est, *jam felicis:* ut sit *jam* pro πάλαι: quod ipsamet antea confessa fuerat, 'Felix, heu nimium felix, si litora tantum Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ,' de priore vita sua loquens. Quod si *infelicis* placet, et *jam* respicere ad verbum *collucent*, aliena non erit a ratione sententia. Nam et ea se identidem *infelicem* appellavit paulo ante: *infelix* ab Ænea nuncupatur in sexto. *Pierius.*

4 *Collucent flammis*] Lucent undique. In honorem enim regum cum facibus procedebatur a populo. Unde ait de Pallante, 'lucet via longo Ordine flammarum, et late discriminat agros.' Postea etiam funebres lectulos proferre cœperunt. Unde est etiam in sexto, 'Vel quæ, Tyberine, videbis Funera:' quum de Marcello ædili diceret, filio sororis Augusti, in cujus honorem hoc factum est. *Serv.*

Collucent flammis] Sententia facta ad Homerica vestigia, Il. II. ἔκαθεν δέ τε φαίνεται αὐγή. Pindarus quoque πῦρ τηλεφανὲς dixit. Ut vero sinistri aliquid vult Poëta Teucros auguratos ex flammæ fulgore, ita et Eurip. Κάπνῳ δ' ἐσήμαιν' ἄστυ πολεμίων ὕπο. Duo primi dicunt, longe splendorem, et ignem videri: postremus, fumo significari, urbem esse sub hostibus. *Cerda.*

Quæ tantum] In quantitate est admiratio. Sane sciendum Varronem dicere Æneam ab Anna amatum: et licet (ut supra diximus) plurimum tempus intersit, lectum tamen est. *Servius.*

5 *Causa latet: duri magno sed amore dolores Polluto*] *Duri dolores*, ὑπέρθεσις est: sed expositio talis est: Ignorabant quidem causam Trojani, conjecturis tamen propius accedebant. Nam duri dolores magno amore polluto, id est, læso: et notus fœminarum furor ducebat Trojanos per triste augurium; scilicet ut crederent Didonem se interemisse. Multi dicunt, *ducunt*, dilacerant; ut ad supra dictas duas causas tertia accedat. Percellebant, inquit, animos Trojanorum, quod nascebantur duri dolores magno polluto: quod notus erat fœminæ furor: quod ignem rogi videbant, id est, omen navigantibus triste; ut *pertriste*, valde triste sit. Sed si sic intellexerimus, tertio dicto congruit tantum, non etiam superioribus: nec enim Trojani navigantes jam poterant de amore aut de furore Didonis esse solliciti. *Idem.*

6 *Notumque, furens quid femina possit*] Nihil non audet femina, κακῶν θήσαυρος, ut Menander, præcipue cum amoris exitum infelicem sortitur, cum læditur, vel contemta erubescit. De Medea et aliis dicam nihil. Juvenalis verbis utar Sat. x. 326. 'Erubuit nempe hæc, ceu fastidita, repulsa. Nec Sthenobœa minus quam Cressa excanduit, et se Concussere ambæ. Mulier sævissima tunc est Cum stimulos odio pudor admovet.' Expressius Ovid. Met. XIV. 384. 'Læsaque quid faciat, quid amans, quid femina, disces Rebus, ait.' *Emmeness.*

7 *Triste per augurium*] Quidam *augurium* pro conjectura accipiunt; sed in quarto libro relatum est, duplici modo diras fieri, aut in signis, aut quocunque modo, aut quacunque parte. Sed de signis diram fieri, in tertio de Harpyiis et in quarto de Didone significatum est: nunc quocunque modo diram fieri sic ostenditur; cum facit Æneam ex Africa navigantem flammam e rogo Didonis adtendere: dixit enim, 'Quæ tantum accenderit ignem Causa latet,' usque, *pectora ducunt.* Cum enim dat ubique Æneæ auguriorum peri-

tiam, ostendit scisse eum etiam hæc signa inter diras referri, quod verum fuisse declarat secuta tempestas. *Servius.*

Teucrorum pectora ducunt] Sicut dictum est propter visas flammas rogales, quæ malum navigantibus quasi efficiant, et Trojani auguriorum periti sunt, nam neque ad Italiam perveniunt, et mox naves incendio amittunt. *Servius.*

8 *Pelagus*] Explicui altum, nam hoc est pelagus. Argumento sunt pisces pelagi, qui opponuntur litoralibus. Lege Plinium IX. 29. et Turnebum XIV. 4. Sed et Poëta se explicat, nam Æn. III. 'Postquam altum tenuere rates.' et Philo in Flaccum aperte διὰ πελάγους, et ab illo signari mare altum, liquidum est, nam opponit has duas voces, διὰ πελάγους, et κατὰ γῆν. Thucydides etiam l. VIII. naves petentes altum, ait ἀναγαγόντας ἐς τὸ πέλαγος. Vegetius IV. 46. quod omnes altum, aut pelagus, vocat etiam *apertum mare*, et opponit litoribus. *Cerda.*

Rates] Pro *navibus* abusive posuit. *Servius.*

Ut pelagus tenuere rates, &c.] Locus debetur Homero, teste Macrobio Saturn. V. 7. *Emmeness.*

9 *Occurrit tellus*] Jocunde *occurrit:* e contrario, 'Terræque urbesque recedunt.' *Servius.*

Occurrit] Impatientiam cupientis gratulari significat. *Donatus.*

Maria undique et undique cœlum] Ecce vere nunc est medium mare. *Servius.*

Maria undique et undique pontus] Lectio hæc in codice Longobardico, et quibusdam aliis manu scriptis. Sed enim in Mediceo, et plerisque itidem antiquis ita scriptum observavi, *maria undique et undique cœlum.* Ex eruditis autem viris hanc alii lectionem, alii alteram malunt, nempe: *cœlum undique et undique pontus.* Pier.

10 *Olli*] Aut tunc: aut illi. *Serv.*

Cæruleus] Id est, ater, more Græcorum. Hom. in Il. I. Καὶ μὲν κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων: *Et cæruleis superciliis annuit Saturnides:* quod valet, nigris, consensu Græcorum Grammaticorum. Sic in VI. 'Cærulea subvectat corpora cymba:' id est, atra et nigra. Hic versus, 'Olli cæruleus supra caput adstitit imber,' modico flexu factus in III. ita, 'Tum mihi cæruleus supra caput adstitit imber.' *Cerda.*

Supra caput] Periculosus, inevitabilis, mortifer. Nec enim simpliciter dictum est, cum omnis imber super caput sit. *Servius.*

11 *Noctem*] Tenebras: *hiemem,* tempestatem: Græci enim χειμῶνα, et non solum anni tempus, sed et tempestatem significant. *Idem.*

Noctem hyememque ferens] Φέρων νύκτα μέλαιναν, est in Homero. *Cerda.*

Inhorruit unda tenebris] Hoc est et noctis, et nubium. *Servius.*

Inhorruit] Pacuvius: 'Interea prope jam occidente sole inhorrescit mare, Tenebræ conduplicantur, noctisque et nimbum Occæcat nigror.' Attius apud Nonium: 'Ut tristes turbinum toleraret hiemes mare cum horret fluctibus.' Sed hæc in III. satis expensa. *Cerda.*

12 *Ipse gubernator*] Ἐμφατικῶς, hoc est, qui debuit esse solatio. *Servius.*

Gubernator] Vox propria navem administrantis. Maximus Tyrius dissertat. 27. Κυβερνήτης ἀγαθὸς καὶ εὐστοχος: *sciens providusque gubernator.* Obvia hæc vox in Græcis omnibus, et Latinis. Docet nos Aristides, gubernatorem nequaquam inter nautas numerandum, imo his illum præesse. Quoties enim incidit in hæc nomina et sæpe incidit, semper ita loquitur, ut illius in hos principatum agnoscat, ut cum ait in prima Platonica, οἱ κυβερνῆται τῶν ναυτῶν ἄρχουσι: *imperant gubernatores nautis:* in eadem, ἀκούουσι μὲν οἱ ναῦται, λέγει δ' ὁ κυβερνήτης: *audiunt nautæ, gubernator loquitur.* Cerd.

Puppi ab alta] Subaudis, *Hæc ait.* Servius.

Puppi] Hic locus gubernatoris. In Catone Cicero, 'similes sunt, ut si quis gubernatorem in navigando agere nihil dicat, cum alii malos scandant, alii per foros cursitent, alii sentinam exhauriant, ille autem clavum tenens sedeat in puppi.' Ovidius in Epist. Sapphus: 'Ipse gubernabit residens in puppe Cupido.' *Cerda.*

Puppi] Quod Oppianus *κυν.* IV. 58. Οἷα δὲ ποντοπόρων ἀκάτων ἐπιβήτορες ἄνδρες Ἑζόμενοι πρύμνῃσι νεῶν ἐφέποντες ὀχῆας: *Quemadmodum autem pontigradorum navigiorum conscensores Sedentes in puppibus, et navium tractantes gubernacula.* Emmeness.

13 *Quianam*] Id est, cur: et est interrogantis adverbium, quo usus est bis; hic, et in decimo, 'Cœlicolæ magni quianam sententia vobis Versa retro?' *Servius.*

Heu! quianam] Jovianus Pontanus, summo vir ingenio, eruditioneque, ut omnibus palam est, incomparabili, in libro de numeris Poëticis, multis quidem rationibus legendum esse *heu qui nam* monosyllabicis dictionibus nititur adprobare. Aliquos vero codices inveni, in quibus paulo sequius detorto dictionis casu, per monosyllaba legatur, *heu quo nam.* In quodam alio, *quid nam.* Sed enim Servius *quianam* agnoscit, et in decimo sermonem Ennianum esse dicit. Vetustioraque omnia exemplaria, quæ habui, *quianam* trisyllabum legunt. Priscianus libro de constructione primo, *quianam* ait interrogative poni, Virgilii testimonio hinc citato: idemque significare, quod apud Græcos διατί. Alibi vero ait, γὰρ conjunctionem causalem per *quianam* expressum a Virgilio, *heu quianam tanti.* Et *quianam* adverbium constare Tribracho, hoc loco teste, Valerius Probus asserit in Artium institutis. Sosipater Carisius ubi *quianam* inter adverbia interrogandi recenset, hunc eundem citat versum, *Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi.* Mihi vero non displicet Pontani sententia: sed neque veteribus codicibus, uno consensu legentibus eodem modo, et antiquis tot Grammaticis, quos tamen Pontanus eludit, ausim refragari: quum præsertim Quintilianus ita libro octavo dicat: 'Propriis dignitatem dedit antiquitas.' Eoque ornamento acerrimi judicii P. Virgilius est usus *olli*, et *quianam*, ad spargendam auctoritatem. *Pierius.*

Quianam] Διατί, id est, cur? ut exponit Prisc. l. XVII. et unice probat Scalig. Poët. IV. 16. et agnoscunt omnes fere libri et Grammatici, Probus, Servius, Priscianus, Carisius, Quintilianus. Utitur eo et Æn. X. 6. imitatione Ennii, qui dixerat: 'Quianam dictis nostris sententia flexa est?' Jov. Pontanus, in divino Dialogo *Actio*, de Numeris Poëticis, tuetur *quinam*: et addit: 'Ad metum, ad dolorem, ad ducis curam exprimendam coëgit tres simul monosyllabas dictiones: submisit deinde syllabam, post alteram atque alteram trisyllabam, junxitque quattuor simul spondeos,' &c. Sed contra Erythræus animose alterum defendit, *quianam.* Q. d. Quo numine læso miseri Troës tantam tempestatem commeruimus: quam nunquam spero me evasurum, nec si hujus rei auctorem se Juppiter faciat. Ergo, *Tanti cinxerunt æthera nimbi* ad magnitudinem tempestatis exprimendam pertinet: *Heu quianam*, ad ejus periculum demonstrandum: quare etiam subdit, 'Quidve, pater Neptune, paras?' &c. Vide ipsum pluribus. *Taubmann.*

Nimbi] Pro *nubes.* Servius.

15 *Colligere arma jubet*] Vela contrahere, non penitus deponere. Nam dicit, 'Obliquatque sinus in ventum.' *Idem.*

Coll. arma] Contrahere vela et breviari. Imitatione Græca dixit, quibus ὅπλα etiam armamenta sunt et

vela: ut notat Turneb. xix. 29. Ita Æn. iv. 'armari classem,' ὁπλίζεσθαι. At Jos. Castalio *colligere arma*, pertendit esse, remos in manus sumere: ut Poëta, more suo, rem eandem aliis verbis explicarit. *Taubmann.*

Arma] Vide N. ad i. 181. Hunc locum attingit Rob. Titius controv. l. x. ubi *armatas classes* nominat, quæ omnibus armamentis suis instructæ sunt. Ovid. Met. xi. 'ibat in arma ratis,' id est, armamenta et instrumenta navis. *Emmeness.*

16 *Obliquatque sinus in ventum*] Contra eam partem, qua venti flabant, et eleganter per totum, gubernatorem ostendit ante omnia tentare, quam ad confessionem descendat. *Servius.*

Sinus] In Longobardico *sinum* unitatis numero legitur, inemendate. Nam etsi absque ecthlipsi legeretur, absurdum omnino nescio quid sonaret: et *sinus* numero multitudinis, *vela*, Poëtæ libentius appellant. *Pier.*

Obliquatque sinus] *Obliquare sinus*, est velum obliquum tendere: ut et ventus colligatur non secundus, et ne de recto cursu auferatur navis venti potentia, quod fieri hic necessarium erat, cum venti transversi flarent: ut ait Turn. xiv. 4. et xx. 4. Vel, *obliquare sinus in ventum*, est nec omnes flatus excipere, nec omnes effundere: quod fit, cum sinus velorum colliguntur et aura quasi librata ad modum necessarium breviantur. Lucan. l. v. 'totosque rudentes Laxavere sinus: et flexo navita cornu Obliquat lævo pede carbasa.' Ita contra, Æn. x. 'velorum pandimus alas.' Vide et Not. infra: 'Una omnes fecere pedem.' *Taubmann.*

17 *Magnanime Ænea*] Fortissime, et est epitheton sumptum ex tempore, hoc est, qui non consternaris. Sic in quarto, ubi nuptias facturus est, ait, 'ipse ante alios pulcherrimus omnes.' *Servius.*

Jupiter auctor] Aut nostræ navigationis, aut secundum usum loquutus est: nec si hujus rei auctorem se Juppiter faciat. Et multi quærunt, quomodo *auctor Juppiter*, cum Apollini dicat, 'Tot maria intravi duce te?' Sed legimus, 'Quæ Phœbo pater omnipotens:' sed nunc specialiter navigantibus ex Africa auctor est Juppiter. *Idem.*

18 *Hoc cælo*] Hoc est, aëre. 'In hoc cælo qui dicitur aër:' sicut Lucretius posuit. *Idem.*

19 *Mutati transversa fremunt*] Id est, hinc atque hinc, quod est ex transverso. Varro de ora maritima: 'Nihil enim venti, ut docti dixerunt, nisi aër multus fluens transversus.' Est autem adverbium factum de nomine: ut, 'Cunctatur et amnis Rauca sonans.' Item, 'Et pede terram crebra ferit.' Nomen et adverbium plerunque in se transeunt: ut, 'Torvumque repente Clamat,' id est, torve. Item adverbium in nomen: ut, 'Dum mane novum:' et accepta declinatione factum est nomen. Sic Persius, 'Jam cras hesternum, heu consumpsimus, ecce aliud cras.' Sed nomen cum adverbium esse cœperit, fit indeclinabile: adverbium, cum nomen esse cœperit, declinatur. Unde ait Plautus, 'A mani usque ad vesperum.' *A mani* autem propter tetraptoton dixit. Cum enim in alienum jus transeunt hæ partes, non suis, sed earum, ad quas transierint, utuntur potestatibus, in declinatione duntaxat. Nam temporum suorum rationem reservant: ut hoc loco *transversa*, cum adverbium sit, *a* tamen brevis est: quia venit ex nomine, licet duæ consonantes sequantur, cum sciamus *a* terminata adverbia longa esse, ut paulo post, 'Et frustra cerno te tendere contra.' *Idem.*

Mutati transversa fremunt] Id est, venti nullam fidem servant. Scal. iv. 16. *transversa* autem pro *transversim*. Ita Æn. ix. 'amnis Rauca sonans.' *Taubmann.*

Venti transversa fremunt] Iterum Stat. Theb. l. I. imitari gaudet Maronem 'Venti transversa frementes Confligunt.' *Emmeness.*

Et vespere ab atro] Id est, ab occidente nubibus confuso, hoc est, quo tendimus: nec enim sine ratione post generalitatem addidit speciem. Quidam autem ideo *atro* dicunt, quia ubi dies occidens, atra omnia facit, id est, noctem. *Servius.*

20 *In nubem cogitur aër*] Nubes enim, aëris densitas facit: ut, 'Densat, erant quæ rara modo, et quæ densa relaxat.' Contrario, 'Scindit se nubes, et in æthera purgat apertum.' *Idem.*

In nubem cogitur aër] Aëris enim densitas facit nubes. Ita Cic. de Nat. Deor. II. 'Aër extenuatus in sublime fertur, concretus autem in nubem cogitur.' Nam *cogere* est q. *coigere*, id est, compellere. *Taubm.*

21 *Nec nos obniti contra*] Καθ' ἑαυτοῦ. Sufficiebat enim aut *obniti*, aut contra niti. *Servius.*

Obniti] In antiquis codicibus plerisque, *obnixi* legitur: quod adnotandum fuit: non quia *obniti* candidiorem esse lectionem non agnosceremus: sed quia plerique codices manu scripti, eodem modo legunt. *Pierius.*

Tendere] Pro *contendere*: Aphæresis est. *Servius.*

Tantum] Aut quantum adversa tempestas valet, aut *tantum*, pro *in tantum*, ut, 'Quid tantum insano juvat indulgere labori.' *Idem.*

22 *Sufficimus*] Hic simpliciter, alibi *subministrare* significat: ut, 'Sufficit humorem, gravidas cum vomere fruges.' *Idem.*

Sufficimus] Ita Ovid. Met. XI. 490. 'Aspera crescit hiems: omnique ex parte feroces Bella gerunt venti, fretaque indignantia miscent. Ipse pavet; nec se, qui sit status, ipse fatetur Scire ratis rector; nec quid jubeatque, vetetve: Tanta mali moles, totaque potentior arte est,' &c. *Em.*

Sequamur] Fortunam scilicet. *Serv.*

23 *Quoque vocat, vertamus iter*] Videtur bis idem dixisse. *Idem.*

Nec litora longe] A facili: et deest *esse*. Idem.

24 *Fida*] Propter Acestis affinitatem. *Idem.*

Fraterna Erycis] Propter Erycem Butæ et Veneris filium: secundum alios, Neptuni et Veneris, regem Siciliæ, unum, sicut dicitur, de numero Argonautarum. *Idem.*

Fida, fraterna] *Fida*, propter Acestis Trojani affinitatem. *Fraterna*, propter Erycem, Veneris et Butæ filium, Æneæ μητράδελφον. Nam *Eryx* ante Acesten tenuit Siciliam: a quo et mons nominatus, ubi templum *Veneri Erycinæ*, quod ab Ænea dicitur excitatum: cujus simulacrum Marcellus postea Romam transtulit. *Taubmann.*

Sicanos] Corripuit *Si*, alibi producit: ut 'Sicanio prætenta sinu.' *Servius.*

25 *Rite memor servata remetior astra*] Si rite remetior astra, paulo ante servata: scilicet ante tempestatem. Colligit autem vicinitatem ex ratione cursus, qui a peritis, horis colligitur, quas indicant astra. *Idem.*

Remetior] Eleganter *remetior* dixit ex disciplina Astrologorum, qui numeris, argumentis, et instrumentis astra metiuntur. *Taubmann.*

26 *Sic poscere v.*] Pro velle: Misc. IX. 20. *Brodæus.*

27 *Jamdudum*] Non tantum heroicum est, quod dat Æneæ gubernandi scientiam: sed etiam ad prœconomiam pertinet. Dicturus enim est, 'Et ipse ratem nocturnis rexit in undis.' *Servius.*

Frustra cerno te tendere contra] Ad illud respondit, 'Nec nos obniti contra, nec tendere tantum Sufficimus.' *Idem.*

28 *Flecte viam velis*] Ex re mira nata declamatio. In terra enim a via deflectimus nos: in mari ipsam

rium. Non ergo velo-
d per vela ipsius cursus
Flecte autem significat
uvius, ' Quæ meum ve-
scium pectora,' et hic ad
it, ' Quoque vocat ver-
Idem.
i velis] Et *flectere iter*,
ctæ, more Græcorum,
, νῆσον, πόλιν Orph.
ν δενδρύδεα κάμψαν, Πελ-
ν. *Germanus.*
velis] Obsequere ven-
s, quæ datur, vela con-
bliquatis velis contende
Ita Cic. dixit, ' viam
: ' flectere promontori-
circuire, ut exponit J.
Ita Æneid. VII. 8. dixit,
velis.' Servius *flectere*
mutare. Taubmann.
Antiqua pleraque exem-
Mediceo, *quove* legunt,
junctiva, non *quoque*,
bent. *Pierius.*
] Pro *nos fessos.* Vel
, nec ad plenum refec-

Pro *immittere.* Idem.
um *Acesten*] Ut et supra
potes filiam suam Seges-
etos relegaretur, super-
læ, et misit quo fors tu-
lelata ad Siciliam, Cri-
concubuit cum ea, con-
tem, unde Acestes natus
uibusdam videtur, Eges-
rei ut esset indicium,
gie canis percussum, Si-
it. Alii dicunt Laome-
m Trojanorum, cum gra-
i ab eo ceto, id est, bel-
nfestarentur, propterea
m Neptuno ob fabrica-
asset, ad templum Jovis
tatum misisse de mali
ine; cui cum esset re-
filiam suam Hesionam
t, et hoc a civibus fa-
ur, fore respondit, si

ante eorum filias belluæ objecisset: quo facto cum plures puellæ a ceto absumptæ essent, plerique parentes filias in longinqua miserunt, ex quibus una Troja, nomine Segesta, delata in Siciliam est, et Criniso, sicut dictum est, compressa, edidit Acesten. Alii dicunt Laomedontem, cum, sicut narratum est, propter filiam suam seditionem a civibus pertulisset, unum de Trojanis auctorem seditionis occidisse, filiasque ejus mercatoribus exponendas dedisse, a quibus illæ in Sicilia prope Crinisum amnem relictæ sunt, quarum ille unam in canem conversus compressit. Quidam dicunt Segestam reversam in matrimonium a Capye ductam, ex quibus Anchisen natum. *Idem.*

Dardanium Acesten] Videantur illa, Æn. I. ' sunt et Siculis regionibus urbes Armaque Trojanoque a sanguine clarus Acestes.' Legatur et Turn. XXVI. 17. ubi docet, in Maronis Poëmate multam antiquitatem latere sepultam: et nomina etiam propria non Poëtico conficta esse arbitrio, sed ex re nata et historia: ut hic *Eryx, Acestes, Entellus, &c.* Taubmann.

Servat] Hic tenet: ut, ' Tantas servabat filia sedes:' vel certe *servat*, habet. *Servius.*

31 *Gremio complectitur ossa*] Quasi de matre dixit, et quæritur cur hoc Palinurus, cum ad Siciliam suaderet *divertere*, non dixerit; nisi forte quod luctus Ænean noluerit admonere, propter quod ante Æneas causa mortis paternæ Siciliam oram inlætabilem dixerit. *Idem.*

Gremio complectitur ossa] Lucret. l. I. ' Morte obita quorum tellus conplectitur ossa:' et in Epigr. κόλποις ὀστέα ἀμφιβαλεῖν. *Germanus.*

32 *Secundi Zephyri*] Quomodo, si tempestas est, sed post conversionem navigii secundi. *Servius.*

34 *Et tandem*] Vacans particula est *tandem:* ut, ' Et quo sub cœlo

tandem:' nam cur *tandem*, cum dicat, 'Fertur cita gurgite classis?' aut *tandem*, ideo quia navigantibus etiam cita navigatio tarda videtur: aut tandem periculis liberati. *Idem.*

Læti] Qui in tempore tempestate caruissent. *Idem.*

Notæ] Notæ harenæ, ad notam harenam: et utrum *notæ*, dulci? an quia jam ibi fuerant? ut, 'Vix e conspectu Siculæ telluris in altum.' *Idem.*

Arenæ] Eleganter, pro litore. Ita Æn. I. 'hospitio prohibemur arena.' et: 'Potiuntur Troës arena.' *Cerd.*

Advertuntur arenæ] Verbum navigantibus solemne. Sil. Ital. lib. I. 'Mox profugi ducente noto advertere coloni:' ad quem locum vide Dausquium: et eo major Trojanorum lætitia, quod pervenissent, tendentes ad litus, ad loca nota, ut hoc recte Donatus observavit. *Emmeness.*

35 *Excelso*] Utrum ἄνωθεν, an *ex celso* pro *excelso*. Servius.

At procul excelso] In veteribus quibusdam codicibus, *et procul* legitur: quod non ita placet: est et distinctis inde dictionibus præpositione et nomine *excelso*. Nonnulli tamen malunt una legendum. *Pierius.*

Miratus] Is qui mirabatur: aut certe miratus occurrit. Et bene temperato usus est verbo, ne videretur, aut quasi inhospitalis dolere, aut exultare voti nescius Trojanorum. *Servius.*

Vertice montis] Juxta civitatem Drepanum: quæ Siciliæ pars cæteris montosior: quo appulisse Æneam, clare scribit Dionysius. *Taubmann.*

36 *Adventum*] Non est excipiendum risu, quod in antiquis aliquot codicibus *atventum* per *t* consonante prima scriptum inveniatur. Fuisse siquidem veterum morem nomen hoc ita scribere non inficiatur Victorinus: sed nos nunc per *d* scribere libentius volunt. *Pierius.*

37 *Horridus*] Terribilis. *Servius.*

In jaculis] In hastis. Ennius, 'Levesque sequuntur in hastis.' *Idem.*

Horridus in jaculis et pelle] Pellibus usi sunt heroës ad muniendum pectus, quod Feithius adstruit veterum testimoniis antiq. Homer. IV. 8. Exquisitum genus loquendi, teste Cl. Grævio in lectionibus Hesiodeis in Scut. Herc. vs. 231. Ἐπὶ χλωρεῦ ἀδάμαντος, βαῖνεν. Noster *in veste* Æn. IV. 518. Sic Solinus *campus in floribus* pro campo floribus ornato et picto. Consule etiam Sceffer. ad Phædr. V. et 9. *Emmeness.*

Et pelle] Refert habitum paternum: erat enim natus ex fluvio: et fluvii pene nudi, sine ambitione vestium pinguntur. *Donatus.*

Libystidis ursæ] Aut re vera ursæ; aut feræ Africanæ, id est, leonis aut pardi. *Servius.*

Libystidis] Sunt qui *Libyssidis* per *ss* geminatum, non per *st* legere contendant. Quam lectionem ego nusquam in exemplaribus antiquis inveni: neque formam eam gentilis nominis, aut possessivi, aut patronymici, aut quavis alia velint ea nuncupatione appellitare, traditam a Grammaticis: quamvis id nomen in multas varietur formas. Primo enim *Libys* est proprium nomen, cujus genitivus *Libyos*, a quo *Libya*. Inde nomina deducta vel gentem, vel quid hujusmodi significantia *hic* et *hæc Libys* et *hoc Liby*, *Libycus ca*, *Libyssa sæ*: a quo *Libyssæus*: a genitivo vero *Libyos*, ex pleonasmo *Libystus*, *Libysticus*, *Libystinus*, *Libystias*, et quod in frequentissimo est Latinorum et Græcorum usu *Libystis*. Et quoniam apud Stephanum legitur, *Libyam* a *Liby* dictam, non importunum fuerit, quid alii quidam super hoc nomine senserint, apponere. *Libyam* ab eo dictam, quod inde *Libs* flat, putat Servius, et plerique alii. Varro vero nomen confictum putat, quod *Libya*, quasi λιποῦσα τοῦ θεῶ, dici crediderit: cui opinioni Sallustii etiam dictum adcommodant, 'cœlo

terraque penuria aquarum.' Eam tamen Isocrates a matre Busiridis ita vocatam dicit, ubi de nobilitate Busiridis his verbis loquitur, Ὃς πατρὸς μὲν ἦν Ποσειδῶνος, μητρὸς δὲ Λιβύης, τῆς Ἐπάφου, τοῦ Διός· φασὶ πρώτην γυναικῶν βασιλεύσασαν ὁμώνυμον αὑτῇ τὴν χώραν κατασχεῖν. Fuit itaque Busiris patre Neptuno, matre Libye, quæ Epaphi filia fuit, qui Jovis. Eam autem, quum mulierum prima regnare adgressa esset, suo de nomine regioni nomen indidisse proditum est. *Pierius.*

Pelle Libystidis ursæ] Hoc epithetum in VIII. repetit, quod non otiose a Poëta scribitur, nam et Libya feris abundat, et inde pulcherrimæ solebant pelles adferri. Hæc Turnebus, adducitque Hesychium, cujus hæc sunt: δέρμα Λιβυκὸν, ὡς κάλλιστον: *pellis Libyca quam optima.* Adde videri Virgilium contendisse ad Orphei exemplum, qui dixit, Ἀλλ' ἄρκτου λασίου στέρνοις ἀμπίσχετο δέρμα: *Sed pectoribus inducit ursi pellem hispidam.* Quo exemplo efficitur, Virgilium de ursa vere capiendum, et id simplicius, et verius. Africani ursi scriptoribus celebrati. Herodotus in Melpomene de Libya, quæ πρὸς τὴν ἠῶ. καὶ οἱ λέοντες κατὰ τούτους εἰσὶ, καὶ οἱ ἐλέφαντές τε, καὶ ἄρκτοι: *Et leones apud hos sunt, et elephanti, et ursi.* Solinus c. 29. 'Numidici ursi forma cæteris præstant, villis profundioribus.' Juven. 'Profuit ergo nihil misero, quod cominus ursos Figebat Numidas.' Martial. 'Quod freno Libyci domantur ursi.' Lipsius Elect. II. 4. Strabonem addit, qui sic de Mauris: 'pedites elephantum pellibus pro clypeis utuntur, leonum autem, pardalium, ursorum, induuntur, et indormiunt.' Hi omnes, ut vides, ursos proclamant in Africa nasci. Contra hos omnes Plinii pugnat auctoritas, qui VIII. 35. et 58. ait, ursos non gigni in Africa, miraturque, et stupet ad vocem hanc *ursos Numidicos.* Multi Plinium explodunt: defendit Lipsius dicto loco, et vult probare, in Africa ursos non nasci, neque Virgilium de ursis capiendum. *Cerda.*

Libystidis ursæ] In Africa ursos esse contra Lipsium defendit Salmasius Plin. exerc. p. 311. 312. *Emmeness.*

38 *Crimiso flumine*] *Crimisum* appellari hoc flumen non *Crinisum* vel *Crimissum* eruit Cluverus antiq. Sic. II. 2. ubi plura de nomine et situ hujus amnis. Germanum Pimp. quid moveat, cur hoc flumen ignotum putet, et legendum censeat *Αἴσηπον* fluvium Trojanum, facile videt oculatus, quippe in terra Trojana non extat. Eam consule in Paralipomenis. Ad flumina nasci gestiebant heroës. Vide, quæ notata Æn. I. 622. 'Simoëntis ad undam.' *Emmeness.*

39 *Non immemor*] Liptotes figura. *Servius.*

40 *Gratatur*] Quidam *gratatur* non gratulatur. sed lætatur accipiunt, ut, quod ad Trojanorum votum pertinet, doluerit ad Siciliam reversos, quod ad suum animum, gaudeat. Pacuvius in Hermiona, hoc verbum posuit: 'Ibo, atque dicam frequentes ut eant gratatum hospiti.' Accius Pelopidis, 'Nec tibi me in hac re gratari decet;' quidam tamen reprehendunt, quod penitus non dederit verba Acesti gratulanti. *Idem.*

Reduces] Salvos: alibi, 'Ut reduces illi ludunt.' *Idem.*

Gaza agresti] Opibus rusticanis. Nam *gaza* omnis fructus est. *Idem.*

Agresti] Sunt epulæ, de quibus ait in Bucolicis: 'Sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, et pressi copia lactis.' His addere possumus ova et herbas. *Donatus.*

41 *Ac fessos*] Vetera aliquot exemplaria legunt, *et fessos:* sed magis placet *ac:* quia sequellam quandam cum properatione subinnuit. Est et *amicos* legere in codicibus antiquis, ut sit, *fessos amicos:* sed *amicis opibus,* hoc est, caris, gratis, et optatis, longe magis placet. *Pierius.*

Amicis] Aliquis hic amet, *amicos*. Cerda.

42 *Stellas fugarat*] Poëtice dixit. Nam si *stellæ* ab stando dictæ sunt, non fugantur. Semper enim fixæ sunt præter planetas. Et est indicativus modus pro conjunctivo, cum fugasset tempestates. *Servius*.

Fugarat] Pindarus Olymp. Od. I. solem, ait, lucere ἐρήμας διὰ αἰθέρος, *per desertum ætherem*, nimirum fugatis reliquis sideribus suo splendore. Eadem sententia locutus est Valer. Flac. l. III. 'Tertia jam gelidas Tithonia solverat undas, Exueratque polum.' Sic hic Maro stellas fugatas inducit ad diei claritatem: et III. 'Jamque rubescebat stellis Aurora fugatis.' Pari sententia Horatius Od. III. 12. 'Dum rediens fugat astra Phœbus.' Aliter explicat Leonicerus locum Pindari, sed hanc esse, quam dixi, illius mentem, auctorem habeo Plutarchum, de Isid. et Osir. ubi sic ait: ἐπεὶ δ' ἡμέρας φῶς ἓν μέν ἐστι, καὶ ἁπλοῦν, καὶ τὸν ἥλιον ὁ Πίνδαρος ὁρᾶσθαί φησιν ἐρήμας διὰ αἰθέρος: *Quando diei lumen unum est et simplex, ac solem Pindarus conspici ait per desertum æthera*. Cerda.

43 *Clara dies*] Ad comparationem. *Servius*.

44 *Advocat Æneas*] Advocata enim proprie concio dicitur. *Idem*.

45 *Dardanidæ magni*] Frequenter, ut diximus, ad opus suum Virgilius aliqua ex historia derivat. Nam sic omnia inducit, quasi divini honores solvantur Anchisæ, quod constat Julio Cæsari tribuisse Augustum. Et bene dicit, *Genus alto a sanguine divum*: nam per tacitam œconomiam ostendit debere Anchisen generis sui honorem mereri. Unde est, 'Dis genite et genitare deos.' *Idem*.

Dardanidæ magni] Dum suos in alloquio laudat, ipse illius præconii particeps est, et bene addit genitos a Diis, ut eos firmet. *Emmeness*.

A sanguine divum] *Divum* et *deorum* indifferenter plerunque ponit poëta: quanquam sit discretio, ut deos [illegible] tuos dicimus: *divos* ex hominib[us] tos, quasi qui diem obierint. [illegible] *divos* etiam imperatores vocam[us] Varro et Attejus contra sentia[n]t, censent *divos* perpetuos: *deos*, qui ter [illegible] consecrationem timeant sunt dii manes; quod tangit in [illegible] cimo dicens, 'Diva deam s[illegible] quæ fluminibusque sonoris Pr[illegible] *Servius*.

Divum] In codicibus aliquot an[tiquis] *a sanguine Teucri* legitur: sed magis placet *divum*, ut persuasu[m] vinos honores celebrandos in ho[norem] patris: idem ipsi sibi sperare[nt] genus a *dis* ducerent. Et in an[tiquio]ribus codicibus dubio procul habetur. *Pierius*.

46 *Annuus orbis*] Quia men[ses] sese recurrunt, et annum f[aciunt] Unde et *annulus* quasi *annuus* [illegible] Sic alibi, 'Atque in se sua per v[estigia] volvitur annus.' *Servius*.

Annuus exact. compl.] Allud[i vi]detur Poëta ad ritus Græco[s] Italiam quoque derivatos, circ[a vene]rationem parentum, quos lib. [illegible] Δ. exequitur Plato, edicens, n[on] tum viventibus parentibus [illegible] reddi honores, et ut prima e[t an]quissima nomina persolvi, sed e[t mor]tuis rite justa rependi, et annu[is ora]tionibus eorum memoriam ren[ovari], quas etiam in hunc diem pie [ser]vare videmur anniversariis sacris, [monu]mentis, et cenotaphiis. *Germ[anus]*.

47 *Divini*] Aut laus est: ut, '[Divi]ni opus Alcimedontis.' Aut r[eligiosi] *divini*; nam ait, 'Genitor mih[i talia] namque, Nunc repeto, Anchise[s fato]rum arcana reliquit.' Multa antiqua lectio, Anchisen futu[ra] scientem concelebrat: aut *di[vini]* est, dei, quia apud Romanos d[ivo]rum parentes *Dei* a filiis vo[can]tur. *Servius*.

48 *Mæstas aras*] Aut ipsi [illegible] aut medium se præbet. Nam [homi]minem fuisse novit, et vult e[illegible]

one numen effectum. Nam s ad hominem pertinet; id manibus consecratas. Et s post dicit, *alturia linquit*, divinitatis post apotheosin. m deus confirmatus est. , *adytis:* quæ templorum *successit tumulo:* quod est *Idem.*

arus] Non omnibus exstrue-e, sed viris tantum princi-a posteris Deorum numero ir. Vide Guther. de Jure quædam dicta nobis Ecl. de religiones Deorum ortas t Lactant. I. 15. Tanquam Anchise poscit ventos va. mens.

fallor] Non quasi nescius l propter anni confusionem. apud majores. Nam ante , qui nobis anni rationem t, quam hodieque servamus, iantur dies: ut etiam in Ver-ma, scilicet Lunæ non con-atione. Annum autem pri-cus, post Hipparchus, deinde s, ad ultimum Cæsar de-t. *Servius.*

r] In antiquis codicibus, *nisi* ed monosyllabum venustius.

m] Propter perditum pa-*ervius.*

oratum] Quia deus effectus s.

elusistis] Ut in tertio, 'visum Semper enim de diis salva ne conqueritur. Sane sub-m *extrinsecus.* Idem.

tulis agerem si Syrtibus] Si is Syrtibus agerem, id est, Et bene aut desertos, aut commemorat locos. Sane odis hoc loco ludos fieri de-it: a necessitate, *Hunc ego &c.* ab opportunitate, *Nunc ineres ipsius.* Ut et præmiis *Bina boum vobis Troja, &c.* mera certaminum, *Quæ pe-dum cursu valet, &c.* et orationem au-spicato concludit, dicendo. *Ore favete omnes, et cingite tempora ramis.* Idem.

Exul] Extra solum suum. *Idem.*

Gætulis agerem si Syrtibus exul] *Gætulus* cum *æ* diphthongo prima syllaba scribi dictum. Est vero et *exul* tam ex aliquot codicibus, quam ex anti-quorum marmorum testimonio, ac ve-terum Grammaticorum præceptis, per *x* et *s* scribendum: idque non eo abusu quo *marmmus, exsilium, Alex-sander*, et hujusmodi pleraque in vete-rum monumentis notata superius me-moravimus. Sed quia Terentii Scauri, Capri, et quorundam veterum Gram-maticorum præceptum est *exsul* cum littera *s* post *x* scribendum, ut scilicet nominis quod insertum est, vis appa-reat. Siquidem *exsul* extra solum esse significat. Quod vero, intermitti cœperit, et in hac dictione, et in aliis nonnullis, inde factum: quia Thusci natura linguæ suæ *s* literam raro ex-primerent. Apud *Latium* vero unde *Latinitas* dicta, et ubi orta, et major populus, et magis egregiis artibus pollens, Capri ipsius testimonio, fuere Thusci: quos nos plurimum sumus imitati. *Pierius.*

52 *Argolicove mari*] Ionio et Adria-tico. *Servius.*

Deprensus] Occupatus: et proprie navigantium est: ut 'Deprensis olim statio tutissima nautis.' *Idem.*

Urbe Mycenæ] Græce dixit: unde singularem numerum posuit. *Mycene* autem sicut *Thebe.* Juvenalis, 'Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis;' ut sit *Mycene Mycenes:* ut *Agare Agares.* Potest exinde Lati-nam fecisse declinationem: *hæc My-cena, hujus Mycenæ:* ut *Fidena:* et est Periphrasis *Urbe Mycenæ*, id est, My-cenis: ut, 'Urbem Patavi.' *Servius.*

Mycenæ] In codicibus aliquot an-tiquis *Mycenæ* cum diphthongo, in aliquot *Mycena* legitur. Sed sive *My-cene* legendum velint, ut apud Juve-nalem *vetus Thebe*, sive declinationem

mutatam, ut Grammatici tradunt, ut in erudito quodam carmine, *Mycena ditis*, aliorum sit judicium. Nam Priscianus inveniri quædam ait singulariter prolata, idem significantia. Virgilius quinto, 'Argolicove mari deprensus et urbe Mycena.' Mihi sane mirifice placet, quod in Romano codice legi *Mycenis*, figura elocutionis admodum eleganti. Erant et alii codices, in quibus *Mycenis* legebatur numero multitudinis; sed imperitorum hominum injuria contaminati sunt, ultima abrasa syllaba. *Pierius.*

53 *Annua vota tamen solennesque*] Hæc quasi numini. Et *vota* nove funebre sacrificium dixit, id est, ludos funebres, cum *vota* rerum secundarum sint. *Servius.*

Annua vota tamen, &c.] Sic Stat. Thebaid. l. I. 'Semper honoratam dimensis orbibus anni Te colet ista domus.' Ubi anniversarium sacrum pollicetur. *Solemnis pompas* interpretatur Sanctius Min. p. 453. præcellentes, nam *solemne* significat, inquit, præcipuum, integrum, singulare et eximium; et *sollemnis* scribendum arbitratur. *Emmeness.*

Pompas Exsequerer] Signatæ voces, nam et *pompa* ad funera pertinuit, et *exsequiæ* mortuorum sunt. Itaque verbo ipso exsequias signat. Sicut et Terentius Andria, 'funus portatur, nos sequimur.' Poëtæ vulgares, nisi clare dicant *exsequias*, non sibi satisfaciunt. Disce a Virgilio et Terentio; ille *exsequerer*, hic *sequimur*. Redeo. Isidorus lib. XI. 'Exsequiæ, cadaver dum portatur, imo ipsa pompa et comitatus sequentium cadaver.' Varro dixit *exsequiaria*. Cerda.

54 *Suis donis*] Congruis, aut certe debitis; sunt enim tantum superorum. *munera* sunt inferorum: ut in Bucolicis, 'Phœbo sua semper apud me Munera sunt lauri, et suave rubens hyacinthus.' Ponit autem altari quæ superorum deorum sunt, et

hoc ideo, quia Anchises jam
Servius.

55 *Nunc ultro*] Argument
nore ad majus. *Ultro* autem
tra, id est, insuper, hoc est
numina præstiterunt: aut
est, sponte sua, non optant
volentibus nobis. Vult enim
tempestatem ortam, non ut
depellerentur, sed ut sacra
rentur Anchisæ. *Idem.*

56 *Sine numine divum*]
luntate et sine auctoritate.

Haud equidem sine mente,
numine divum] Non vulgaris
tiæ specimen, quo, quæ obe
bantur, saluti esse docet, et
Deorum voluntate, quorum
lentia concederetur justa
paternis manibus. Vide F
de Stratag. I. 12. de dis
metu, quo milites ex advers
bus conciderunt, et Poliæn
Timoleonte. Curt. IV. 10.

57 *Intramus*] Pro *intravim*

58 *Et lætum cuncti*] In
codicibus transpositis dictio
lætum cuncti, habetur: in
et cuncti lætum. Pierius.

Celebremus honorem] Quo
tum honorem? an pro *nos læti*
norem dixit, non exsequias.
ventos quasi a numine vult
Et eum deum ubique mem
in subsequentibus etiam vin
quod mortuis non licebat.

59 *Poscamus ventos*] Utr
id est, deinde petamus ve
utrum a diis, an ab Anchis
deum per templa commemo

Me sacra quotannis] In
aliquot codicibus, *mea sacra*
a me scilicet instituta. Sed
sequitur *ferre*, magis placet
Est et *quot annis* distinctis dic
ut in veterum monument
TENI QUINQUAGENI
ANNIS DARENTUR. Et
jusmodi. *Pierius.*

Sacra] Alii l. *me*. Ser

mus hoc etiam, ut patiatur in constituta id genus Sacri quotannis sibi fieri: ut scilicet cultus numine, divinos honores boni sit. Facit autem Æneas patri e apotheosin more Romano: et Lectisternium addit, 'adpenates Et patrios epulis.' In illo enim stratis tribus lectis ium parabatur Jovi, Junoni nervæ. Et quia simulacra vesi poterant, adhibebantur epulii. De quibus Livius l. v. et t XLII. Unde apud eundem, mnia lectisternia supplicare,' pplicare ad omnia templa: ut at Turneb. XXX. 32. Sed et nale sacrum adhibet: item ludos s: in his et more Romano naum: ut docet Turn. XXVI. 17. mm.

Posita] Constituta: ut, 'Et re in montibus urbem, Pallantis i de nomine Pallanteum.' Dicit ι, Petamus etiam hoc, ut velit bi sacra persolvere. Et bene tanquam de deo, et *urbe posita*, st, non quasi exules et vagi. s.

Bina boum capita] Pro *binis* De quo loquendi genere conlus Bochartus hist. Animal. II. i quid sit *vituli caput* ex Sacro s et profanis scriptoribus exse-*Emmeness.*

In naves] Per *naveis*. *In* enim significat, ut diximus supra. s.

capita bina in naves] Duos per naves singulas. Plaut. ect. I. 2. 'Dividit argenti numa viros,' id est, viritim, κατ' *Taubmann.*

Quos colit hospes Acestes] Non culos, sed quos Acestes incolit. us.

Si nona diem mortalibus almum] pro confirmativa posita est, ut, ro si munere tellus,' ut sit *si*, m, id est, cum venerit: aut *si* pro dubitativa est; ut accipiamus *almum*, serenum, id est, si dederit diem serenum, et talem, qualis ludis aptus est. Ergo non de die, qui certus est, dubitat, sed de serenitate. Unde paulo post, 'Serena jam luce.' Et sciendum, quia apud majores, ubi quis fuisset extinctus, ad domum suam referebatur; unde est, 'Sedibus hunc refer ante suis, et conde sepulchro,' et illic septem erat diebus, octavo incendebatur, nono sepeliebatur. Unde Horatius, 'Novemdiales dissipare pulveres.' Unde etiam ludi, qui in honorem mortuorum celebrabantur, *novendiales*, dicuntur. Sciendum quia etiam domi suæ sepeliebantur: unde orta est consuetudo, ut dii penates colantur in domibus. Nonnulli tamen *si*, pro *quando* accipiunt. *Idem.*

Nona diem] Præscripsit tempus ludorum, si tantum aëris temperies esset: et id ipsum nec nimis propinquum, ut posset præparari celebritas: nec nimis longinquum, ne haberet diutinæ expectationis tædium. *Donatus.*

Nona diem] Mortuis, ritu Romano, non ante diem nonum parentabatur. Tunc iis justa, ludi, epulæ, inscriptio, et funeri finis. Et ab ea mente Justinianus in Novella quadam scribit; 'in nonum diem fieri μνήμας defunctorum.' Glossæ, *Novemdialia ἔννατα, ἐπὶ νεκροῦ ἀγόμενα.* Nam apud majores ubicunque quis fuisset exstinctus, potentiorum inprimis, ad domum suam referebatur. Unde Æn. VI. 152. 'Sedibus hunc refer ante suis, et conde sepulcro,' (quanquam hic versus non quadrare videtur Nascimbænio) atque illic septem reservabatur dies: octavo cremabatur: nono reliquiæ sepeliebantur. Unde et Horat. Epod. XVII. 'Nec in sepulcris pauperum Novendiales dissipare pulveres.' Nam et ludi, qui in honorem mortuorum celebrabantur, *Novendiales* dicebantur. Et quia prius in

domo sua quisque sepeliebantur, factum est, ut dii penates in domibus colerentur. Videatur Servius, Lipsius ad Tacit. lib. VI. Turneb. XXIV. 27. et Meursius Exercit. Crit. part. II. c. 20. et Des. Heraldi Advers. I. 6. *Taubmann.*

Si] Hac particula non hic notari conditionem, sed tempus, Ant. Muret. admonet in Catull. ut in VI. 'si lumina vitæ Attigerint.' Et Catullus ipse: 'Nam si luxerit, ad librariorum Curram scrinia.' *Cerda.*

Si nona diem] *Si* pro *postquam* usurpari aliquando docet Donat. ad Ter. Phorm. I. 2. 69. 'Non, si redisset pater, veniam daret.' Horat. Epist. I. 7. temporis est particula: 'Quod si bruma nives Albanis illinet agris.' An cadaver asservatum sit septem dies in dubium vocat Kirchmannus II. 1. contra Servium: nullum enim præfinitum fuisse certum tempus conjicit: et Acronis sententiam profert Torr. ad Hor. Epod. XVII. 48. *Emmeness.*

Almum] Tranquillum debemus accipere. Edixit autem ludos non impudicos, ut Mimi sunt, sed fortes et quibus virtutes in homine accenduntur. *Donatus.*

66 *Prima*] Revera *prima.* Nam cætera non eo, quo dicit, editurus est ordine. Ergo ἀνακόλουθον. *Serv.*

Ponam certamina classis] Vide quæ ad locum supra Ge. II. 'Velocis jaculi certamina ponit in ulmo.' *Cer.*

Ponam certamina] Ita et Græci dicunt ἆθλα τιθέναι, et νικητήρια: unde et ἀγωνοθέται et ἀθλοθέται certaminum designatores, βραβευταὶ, qui præmia certaminis statuunt. Sed videatur P. Faber Agonist. I. 18. ubi Agonothetas eosdem cum athlothetis esse docet, contra omnes. *Taubmann.*

67 *Quique pedum*] Id est, hinc, vel inde. *Servius.*

Viribus audax] Hoc ad omnia pertinet. Et potest non subdistingui, quamvis quidam luctationem accipiant, quod non reddidit. *Id*

68 *Aut jaculo incedit melior busque sagittis*] Id est, jactu ve sagittarum: ut vacet *que.* S junxit in nono, 'Insidiis, jac longe fallente sagitta:' id e culo longe fallentis sagittæ. non exhibuit jaculatores. Aut dum quod jaculatores promisi exhibuit. *Idem.*

Melior] Comparativum pro to, sed in usu jam, et pro ab accipiuntur. *Idem.*

Levibusque] In Antiq. *levi* atque id expositive positum: busdam *levibusve.* Pierius.

69 *Crudo cæstu*] Aut crud duro. Ut sit simpliciter d quod ex corio duro sit. *Cæstus* per diphthongon, pugilum ar nificat. Habet etiam plurale merum, et est quartæ formæ. *cestus cesti* numeri tantum sin sine diphthongo, balteum V significat. *Servius.*

Crudo fidit pugnam] In antiq quot codicibus transpositis ve gitur, *seu pugnam crudo fidit;* q medio relinquimus eorum, qu nam hanc musicam adamant, perpendendum: ita etiam quo sequitur transpositis tantum di bus variatum. *Pierius.*

Seu crudo fid. pug. comm. ca pollon. ἱμάντας ὠμοὺς πυγμῆς Græci autem μάχην συνάπτειν, *pugnam committere.* Germ.

70 *Meritæ*] Præmonet quod judicio attribuetur palma. *D*

Spectet] Vel videat, vel sper

Præmia palmæ] Id est, virt præcedenti, id quod sequitur.

Palmæ] Id est, victoriæ. G. III. 49. 'Olympiacæ miratu mia palmæ.' Cur potissimum res hujus arboris fronde coron erint tradit Gell. III. 6. et P de Coron. c. 6. c. 21. *Ex* interpretatur Donatus, vel *sper cideant.* Sunt qui legunt *emer*

apud Stat. l. 1. 'Sol emeritus' qui cursum absolvit, et passim *emeritus* qui stipendia implevit. *Emmeness.*

71 *Ore favete omnes*] Apto sermone usus est, et sacrificio et ludis. Nam in sacris taciturnitas necessaria est, quod etiam præco magistratu sacrificante dicebat, *favete linguis*, *favete vocibus*, hoc est, bona omina habete, aut tacete. In ludis quoque necessarius favor est, quem propter plausum futuris spectatoribus dicit. Favet autem ore quis per taciturnitatem. Horatius posuit, 'Favete linguis: carmina non prius Audita musarum sacerdos.' *Servius.*

Ore favete] In sacris hoc significat indicere silentium. Hic vero admonet, ut lætis clamoribus favorem accommodent. *Donatus.*

Ore favete omnes] Id est, precamini, et clara voce navigationem secundam, et locum in regione pacata urbis condendæ orate. Hoc enim vult hic Æneas. Vel sic: faustis ominibus lætisque acclamationibus favorem commodate. Nam *favere linguis*, sive *ore*, est bona verba dicere, et profanis ac male ominatis parcere. Græcis εὐφημεῖν: ut contra, δυσφημεῖν. Unde et Festus *faventiam* exponit *bonam ominationem*: quod *favere* sit (ut addit) *bona fari*. Ovidius Trist. III. 23. 'Concipiamque bonas ore favente preces.' Horat. Od. III. 1. non imperat silentium illo: 'Favete linguis:' sed quæ ipse ad institutionem juventutis facere arbitraretur, eadem ipsi et meliora deos rogent, et bene precentur, admonet. Stat. Silvar. II. 'Lucanum canimus: favete linguis. Vestra est ista dies; favete, Musæ.' Non enim Musas invitat, ut ipsum audiant: quod temerarii esset: sed ad opem ferendam, et prope ad dictandum. Juvenal. Sat. XII. Martial. X. 87. Ovid. Fast. I. 'Prospera lux,' &c. ut ambitiosissime docuit, post Brissonium in Form. Jos. Castalio Observat. Decade 2. cap. 10. Etiam Germ. Val. Pimpontius monuit, ista formula, *Favere linguis*, non merum perpetuumque silentium indici, sed tempestivum: ut scil. in tempore sileretur, et pro tempore rite præfanti sacrifico, a choro populoque responderetur, et fauste acclamaretur. Planum ex illo Ovidii Metam. XV. 'En deus est, deus est: animis linguisque favete. . . . . Quisquis adest, jussum venerantur numen, et omnes Verba sacerdotis referunt geminata, piumque Æneadæ præstant et mente et voce favorem.' Locum quem contra obtendunt e Seneca de vita b. c. 27. perperam explicari docet Castalio: cum ibi non silentium, sed vocalis precatio imperetur. Ita *gallum* Ennii, apud Cic. De Divin. II. 'favere faucibus:' id est, cantu favorem suum præstare, &c. *Taubmann.*

Tempora cingite ramis] Ex Romano more. Nam festis ludis omnis ætas coronata spectabat, quod ostendit per Æneam, Acestem, Ascanium: per quos omnem demonstrat ætatem. *Servius.*

Cingite tempora] Quod in Romano codice, et aliquot aliis ita habetur, *et tempora cingite ramis.* nempe ad similium syllabarum concursum evitandum *te*, *tem.* et *ra*, *ra*. Verum hujusmodi syllabarum homophoniæ plerunque de industria fiunt a Poëtis, ut eo loco, 'Et nos fas extera quærere regna:' de quo superiore libro dictum. *Pierius.*

Tempora cingite ramis] Ex more sacrorum, quo, qui ea peragerent, coronabantur. Tertull. de corona militis: 'Ipsæ denique fores, ipsæ hostiæ, et aræ, ipsi ministri, et sacerdotes eorum coronantur.' Phrasis ipsa, *cingite tempora*, est in Horatio et Tibullo. Prior Od. I. 7. 'Tempora populea fertur cinxisse corona.' Posterior eleg. II. 1. 'Et spicis tempora cinge Ceres.' Noster quoque Ge. I. 'cingens materna tempora myrto.' *C.*

72 *Materna myrto*] Vel quasi filius, vel quasi Veneris sacrificaturus marito. Et quia dixerit *ramis* superius, ipse reddidit, cum dicit *myrto*. Unde autem myrtus Veneri dicata est? Fabula talis est: Myrrha Cinyræ filia cum adamasset patrem, et ejus se stupro nocturnis horis captata ebrietate paterna subjecisset, gravidaque eadem esset facta, prodito incesto, cum patrem insequentem se stricto gladio fugeret, in arborem versa est: quæ cum infantem, quem intra uterum habuerat, etiam in cortice retineret, percussa, ut quidam volunt a patris gladio, ut quidam ab apro, parvulum edidit, quem educatum Nymphæ Adonem appellaverunt. Hunc Venus vehementissime dilexit, et cum ira Martis ab apro esset occisus, sanguinem ejus vertit in florem, qui nunquam vento decuti dicitur. Arborem quoque myrtum, ex qua puer natus fuerat, tutelæ suæ adscripsit: quamvis alii dicant ideo myrtum Veneri dicatam, quia cum a mari exisset, ne nuda conspiceretur, latuit in myrto; vel quia fragilis est arbor ipsa, ut amor inconstans; vel quia jucundi odoris, ut, 'Sic positæ quoniam suaveis miscetis odores.' Eclog. II. *Servius*.

73 *Hoc Helymus facit*] Princeps Trojanorum, qui dicitur in Sicilia condidisse civitates Ascam, Entellam, Segestam. Alii dicunt eum post incensum Ilium, cum Aceste in Siciliam venisse, eique participem fuisse. Alii Anchisæ nothum filium tradunt fuisse Helymum regem, in Sicilia genitum, et Erycis fratrem fuisse dicunt. *Idem*.

Hoc Helymus, &c.] Omni ætati congruebat: nec erat indignum viris ætate conspicuis, nec ignominiæ verti poterat, Ascanium senum vestigiis insistere. Acestes *maturus ævi* dicitur, qui annis ferme confectus est, ut apud Horat. de art. poët. vs. 115. 'maturus senex.' Justin. I. maturus filius,' qui necdum ea est, ut imperium tractare posse turæ senectuti opponit Turn. 11. et 18. *viridem*. De constru consule Vechnerum Hellenol. qui, præter alia, hoc ex nost bet IX. 246. 'Hic annis grav que animi maturus Alethes.' Ovid. Metam. VIII. 616. 'An nesque Lelex, animo maturus e Sic apud Græcos πέπειρος pro πέπειρα pro anu. Et Helymi et meminit Sil. Ital. l. XIV. 'Misc Phrygiam prolem Trojanus A Trojanusque Helymus.' *Emm*

Ævi maturus] Honestius, qu *ævo maturo* diceret, vel cert *maturi*. Servius.

74 *Sequitur*] Imitatur: ut, ' ciaque arma sequutus.' *Idem*.

Cetera pubes] Pro flore juve vel potius adolescentia G. ' Pubes agrestis.' Æn. I. 403. ' aliter puppesque tuæ pubesqu rum.' Cic. pro Mil. c. 23. ' Italiæ pubem commiserat.' E

77 *Rite*] Secundum ritum cii, quod exigebat, ut libaret d Baccho, id est, puro. *Servius*

Carchesia] Genus poculoru Dicitur autem et summitas ma quam funes trajiciunt. *Idem*.

Carchesia] Genus poculi hoc Ovid. Met. VII. 246. 'Tum su vergens liquidi carchesia I Æneaque invergens tepidi ca lactis.' Vide G. IV. 380. I sanguinis in libationibus Feit Hom. I. 2. Recte in mensam c Lipsium ant. lect. c. 3. defend illic Maronem nostrum contr crobium. *Emmeness*.

Hic duo rite, &c.] Inferias f mitti significat, quas ideo Græ appellant. Fundere autem Di nibus placamina solebant vinu racum, mel, lac, aquam, sang aliaque ejusdem generis: ut

Funeb. xiv. 4. *Turnebum.*

78 *Humi*] Terræ. *Servius.*

Lacte novo] Aut statim emulcto: aut post fœtum, quod *colostrum* dicitur neutro genere. Umbræ autem sanguine et lacte satiantur, unde feminæ, quæ mortuos persequuntur, ubera tundunt, ut lac exprimant. Cuncti autem se lacerant, ut sanguinem effundant. *Idem.*

Sanguine sacro] Victimarum: ut diximus supra. Et notandum, quia partim quasi mortuo pari numero sacrificat; partim impari, quasi deo: ut, 'Cædit quinas de more bidentes.' Nam legimus, 'Numero deus impare gaudet.' *Idem.*

79 *Purpureosque jacit flores*] Ad sanguinis imitationem, in quo est sedes animæ. Sic in sexto, 'Purpureos spargam flores.' Item, 'Purpureasque super vestes velamina nota:' scilicet, ut sedis suæ cognoscat imitationem. *Idem.*

80 *Salve, sancte parens*] *Salve* et *vale* secundum Varronem in logistoricis synonyma sunt. Unde his et in salutatione utimur, et in execrationibus: ut, 'Valeant qui inter nos dissidium volunt.' Unde etiam hæc mortuis dicimus: non quod eis optemus salutem, in quibus nulla esse potest: sed ut significemus nos sic digredi, ut ostendamus eos nunquam in nostram communionem esse venturos. Et hoc verbum *Salve*, apud auctores bonos ter enunciatum invenitur, *Salve*, *Salve*, *resalve ter*. Idem.

Sancte] Ut significet inter deos receptum: nam in secundo libro, quia vivus erat, et ab eo minime divelli volebat, non *sancte* dixit, sed *chare*. Donatus.

Iterum] Pro *secundo*, hic distinguendum: nam quo tempore sepeliit eum, dixit sine dubio *salve et vale*. Servius.

Iterum] Nam primo salutaverat, cum sepeliit. *Donatus.*

Recepti Nequicquam cineres] *Cineres* pro ipso patre posuit: ut si diceret, Salve pater, de Troja periculis liberate. Nequicquam autem sine causa: propter quod sequitur, 'Non licuit fines Italos fataliaque arva.' Alii ad historiam supradictam referunt, distinctione mutata: ut dicant, recepti iterum cineres, semel ex Troja, semel a Diomede, qui dicitur ossa ejus eruta cum Palladio reddidisse Æneæ. Nequicquam autem secundum Epicureos, qui dicunt omnia perire cum corpore. *Servius.*

81 *Animæque umbræque paternæ*] Vocativus pluralis est. Nam Plato, et Aristoteles et omnes pene dicunt in homine quatuor esse animas: unam *intellectualem*, per quam et cogitare et judicare possumus. Alteram esse *sensualem*: ut in mutis animalibus, in quibus est sensus et timoris et gaudii. Esse etiam *vitalem*, ut in vermibus, qui tantum moventur. Esse etiam quartam infra omnes, quæ physice vocatur *naturalitas*: ut est in herbis et in arboribus, quæ etiam motu carent, vitam tamen habent. Nam et nascuntur, et crescunt, et pereunt. Inde est, 'atque interfice messes.' His rebus colligitur hominem harum omnium animarum esse participem. Unde et Salustius ait, 'Alterum nobis cum dis, alterum cum belluis commune est.' De umbris autem facilis est probatio. Nam si quatuor sunt animæ, sequitur ut tot sint umbræ: ut si quis inter duas stet lucernas, geminam umbram creat. Hoc autem de animis etiam Lucretius asserit: sed non tantum veritati studet, quam sectæ Epicureæ. Alii ista fugientes, dicunt *animæ et umbræ* genitivum esse singularem: ut sit, *cineres umbræ et animæ paternæ*, quod non valde probandum est. Nec enim umbra, aut anima cineres habet. *Idem.*

Animæ umbræque] Casus genitivus est in singulari. *Donatus.*

82 *Non licuit*] Propter quod in

Tertio dixit: 'Heu tantis nequicquam erepte periclis.' *Idem.*

83 *Quicumque est*] Aut quia adhuc eum nusquam vidit, aut tædio longæ navigationis hoc dicit. *Servius.*

84 *Adytis ab imis*] Ecce, sicut dictum est, ubi tanquam de deo loquitur; templorum enim et deorum *adyta* dicimus. *Idem.*

Lubricus anguis] Labilis; alias locum dicit: ut, 'per lubrica surgens.' Alii hoc secundum Platonem dictum volunt, qui ait animas per septem circulos ad corpora penetrare. *Idem.*

85 *Septem ingens gyros*] Loci genium per magnitudinem vult probare. Nullus enim sine genio locus est: qui per anguem plerunque ostenditur. Persius, 'Pinge duos angues: pueri (sacer est locus) extra Mejite.' Sane hunc locum de Homero sumpsit, qui inducit Græcos apud Aulidem omen futuri decennalis belli ex serpente collegisse: qui etiam matrem consumpsit novem pullis comesis. Ita ergo nunc etiam Æneæ omen sui erroris ostenditur septem gyris. Nam septimus ei annus est finis erroris: et est optimum figmentum. Annus enim secundum Ægyptios indicabatur ante inventas literas picto dracone, caudam suam mordente: quia in se recurrit. *Idem.*

Gyros] Nomen legimus: verbum exinde non invenimus. *Idem.*

86 *Amplexus placide tumulum*] Hoc est molliter, quiete repens, nec dixit *corripuit* sed *amplexus* est. *Idem.*

88 *Incendebat*] Id est, illustrabat. *Idem.*

Arcus Mille jacit, &c.] Lucret. l. VI. 'Hinc ubi sol radiis tempestatem inter opacam Adversa fulsit nimborum aspergine contra, Tum color in nigris existit nubibus arqui.' *Germanus.*

90 *Agmine longo Tandem*] Post illos gyros tandem longo repere cœpit *agmine*, id est, impetu, tractu. *Serv.*

Agmine] Dixit *agmen*, quo naturaliter impellitur serpens. Pulchritudo et innocentia serpentis, rem cœlestem et non noxium animal, significat; propter quod magis honores restauravit. *Donatus.*

91 *Serpens*] Participium est, non nomen: ac si diceret *repens*. Serv.

92 *Libavitque dapes*] Leviter gustavit epulas superpositas, quæ *silicernium* vocantur, quasi *silicenium*, super silicem positum. *Idem.*

Libavitque dapes] Notat Turnebus in eum Horatii locum, 'vernasque procaces Pasco libatis dapibus,' hoc ad antiquorum pietatem referendum: qui partem cœnæ Lari, Diisque donabant, et in focum mittebant Lari sacrum: quod *dapes libare* fuisse asserit. Cui etiam sententiæ videtur adstipulari locus Virg. l. III. 'Solennes tum forte dapes, et tristia dona Libabat cineri Andromache.' Huic quoque loco non omnino repugnat hæc interpretatio, quod quodammodo serpens genius famulusve Anchisæ libarit dapes, ac veluti Diis manibus sacrarit: nisi malis simpliciter accipere, pro eo, quod est, leviter degustavit, ut supra, 'Oscula libavit natæ:' ut respondeat sequenti versui, 'Depasta altaria liquit:' et versibus his l. I. 'Laticum libavit honorem:' 'Primaque libato summo tenus attigit ore.' *Germanus.*

Libavitque dapes] Hæc cœna funebris vocabatur Silicernium, de quo Guther. de jure Man. cujus vocis originem tradit Kirchmann. de Fun. Rom. IV. 4. *Innoxius* active sumendum, ut apud Phæd. fab. II. 2. 'Innoxius viator' qui nemini nocet. *Emmeness.*

Rursus] Quia inimicorum manibus fuerant effossi, et iterum sua opera conditi: quod beneficium, cum non senserit mortuus, dixit *nequicquam:* et bene ex persona filii, qui vivo quam mortuo beneficium præstare maluisset. *Donatus.*

93 *Depasta altaria*] *Altaria* species

aurum, *depasta* autem, non a se: nam supra ait, 'Libavitque dapes.' Sed hoc dicit, tam diu permansit, quamdiu cuncta aris superposita sacer ignis absumeret.' *Servius.*

96 *Geniumne loci*] Quis (ut diximus) nullus locus sine genio est. *Id.*

Famulumne parentis] Fuit enim hæc majorum consuetudo, sicut hodie apud Indos est, ut quotiens reges moriebantur, cum his dilecti equi vel servi, et una de uxoribus charior, circa rogum occisi incenderentur. Inter quas de hoc erat magna contentio. Possumus ergo *famulum*, servum sepultum cum Anchisa accipere: quem per Apotheosin deum ostendit effectum. Unde ei famulum dat quasi ministrum. Singula enim numina habent inferiores potestates quasi ministras: ut, Venus Adonim, Diana Virbium. Aut certe secundum Pythagoram dicit, qui primus deprehendit de medulla hominis, quæ est in spina, anguem creari: quod etiam Ovidius in quintodecimo Metamorphoseôn dicit, loquente Pythagora. *Idem.*

Incertus Geniumne loci, famulumne parentis] Heroibus sacer erat Draco, teste Turneb. XIII. 12. unde serpentem famulum parentis vocat Æneas. Vide Plutarch. in Cleomene et Artemid. Quod locis et regionibus attributus sit suus Genius vel Deus, Meurs. pluribus docet ad Lycophr. p. 146. *Emmeness.*

96 *Quinas*] In Romano codice legere est, *binas*: neque desunt qui maribus pari numero hostias mactari solitas dicant. In quibusdam aliis exemplaribus scriptum observes, *cæditque binas*, quod mihi subindicat *quinas* legendum. Siquidem *v* sæpe mutari solitum in *b* literam adnotavi: postea interjectum est punctum, quod *q* a dictione sic scripta *q. binas* dissepararet: ignarique artis metricæ, *Cæditque binas* legendum putasse. *Quinas* vero bona pars veterum codicum habet. Jam vero *bidentis* et *nigrantis* per *i* passim scripta sunt. *Pierius.*

Quinas bidentes, Totque sues] Turneb. XIV. 4. putat genus illud sacrificii hic significari, quod *Solitaurilia* appellabant, ab immolatione suum, ovium, boum. De quibus Festus, et præcipue Scal. ad Festum. Cur autem *quinarium numerum* inculcet, subtiliter disputat Servius. Alii ad ejusdem numeri mirificam potentiam trahunt, qua nec *Septenario* alias decantatissimo cedat. Videatur L. Hortensius. *Taubmann.*

Bidentes] Quaie in pretio fuerint bidentes, et de origine vocis erudite disputat Boch. in Hist. ovium II. 43. *Emmeness.*

97 *Nigrantes terga*] Nigra terga habentes. *Servius.*

98 *Vinaque fundebat, &c.*] Sic Stat. Theb. l. VII. 'Vina solo fundens cinerem pacabat Adrastus.' *Emmeness.*

99 *Manesque Acheronte remissos*] Aut venientes de Acheronte ad hanc parentationem: aut certe *remissos Acheronte*, qui jam in Acheronte non essent post Apotheosin. *Remissos*, ut remitterentur, post divinitatis confirmationem. *Servius.*

Manesque Acheronte remissos] Animam Anchisæ ab inferis reversam. *Acheron* enim non solum flumen inferorum significat, sed interdum et inferos ipsos, quæ *Acherontia templa* Lucret. vocat. Turn. XIV. 4. Credebant animas libationibus exciri. Ita apud Æschyl. in Pers. Chorus evocat Darii manes. Unde et Pluto ἀναπομπὸς et ψυχαγωγὸς dictus: de quo Æn. IV. *Taubmann.*

100 *Quæ cuique est copia*] Pro sua quisque facultate. *Servius.*

Læti Dona ferunt] Alacres, libenter et ipsi conferunt parentationem. *Idem.*

101 *Ferunt, onerantque*] In antiquis aliquot codicibus absque copulativa particula legere est, *dona ferunt, one-*

rant aras. Sed mihi copula ea inserta plurimum adridet. *Pierius.*

102 *Fusi*] Id est, strati. *Servius.*

103 *Subjiciunt veribus*] In antiquis *subiciunt*, duobus *ii* in unum, idque figura oblonga coëuntibus: et *veribus* per *i* pene ultima, ex Veterum monumentis, et Grammaticorum præceptionibus, pro *verubus.* Pierius.

104 *Expectata*] Quasi tardius desiderantibus venisset. *Donatus.*

Expectata dies aderat] Poëta hoc lib. præcipue est imitatus Hom. Il. Ψ. ubi instaurantur ludi funebres Patrocli manibus: quod est et a Servio observatum. *Germanus.*

105 *Phaëthontis*] Solis, ἀπὸ τοῦ φαίνειν. Sane de Phaëthonte fabulam in decimo plenius invenies. *Serv.*

106 *Famaque finitimos*] Utrum per se potius audienda, an et ipsa ad Acesten referenda, an subtiliter ad Æneam fama, nomen ad Acesten? *Id.*

107 *Excierat*] Evocaverat, invitaverat. *Idem.*

Excierat] In Romano codice, et in Longobardico *exierat* legitur, quod non placet. Et Priscianus, ut *cii* præteritum comprobaret, *excierat* ex hoc Virgiliano versu citat: scribendum vero singulari numero *excierat* etiam ex antiquis codicibus, non *excierant.* Pierius.

Læto cœtu] Pro *ipsi læti.* Servius.

108 *Visuri Æneadas*] Potest et absolute accipi *visuri Æneadas*: potest et per syllepsin subaudiri, *certantes.* Id.

Visuri Æneadas] Expressit plenissimam laudem Trojanorum: cum Siculi non solum causa ludorum convenirent. *Donatus.*

Certare parati] Hoc est, parati ad certandum. *Servius.*

109 *Circo*] Hoc est in spatioso ludorum loco. *Servius.*

Circo] Non quod esset circus, sed in formam circi. *Donatus.*

Locantur] Ponuntur. *Servius.*

110 *In medio*] Ut ab omnibus spectari possent. *Donatus.*

In medio] In medio stadii Fabr. Agonist. II. 25. quod nominat Onuphr. Panv. de l. (I. 14. Inde ortum illud dictu meminit Ter. in Prol. Ph. 'Palma in medio posita est.'

Sacri tripodes] Sic pulchri, u putares: 'vel quales sacrari nec enim sacrilegus erat, ut s naret: et sic dictum est, ut donæosque lebetas:' quales Dodona. *Servius.*

Sacri tripodes] Παραβολικῶ *das* autem Nascimb. h. l. i mensas militares tribus pedi tas: quibus viri fortes apu crebro donari soleant: unde rat. Od. IV. 8. 'Donarem t præmia fortium Grajorum.' A tamen Cruquius: Tripodas, sata, τρίποδες ὠτώεντες dicti I et Hesiodo. Athenæus: *In templo Victoriæ signum est tr et Cratera dicitur.* Erant an tiquitus duo tripodum gener igni superponebatur, qui *baln* dictus, ἐμπυριβήτας καὶ λοε alter tripus *crater* dictus fuit, θηματικὸς, ornatus gratia dica vatis vel publicis usibus, im tus, atque ignibus intactus, Homero. In hoc vinum mis atque hic veritati enunciand simus tripos fuit Apollini qui divinationem; Bacco vero, c tatem. Hic autem auritus e pedes habens pro sustentacul quod fortiter staret, viris dari solebat in signum victori ra de tripode diximus Æn. Videatur et Casaub. ad Ath *Taubmann.*

111 *Et palmæ, pretium vi* Zeugma utriusque lateris. N *toribus pretium*, et ad supra ad dicenda pertinet. *Servius*

Armaque et ostro Perfusæ Transit ad generalitatem, ne tim diceret. *Donatus.*

Armaque et ostro Perfusæ ve

hunc locum vide Fabri Agonist. II. 9. *Emmeness.*

112 *Argenti aurique talentum*] Talenti, secundum varias gentes, varium pondus est: sed apud Romanos talentum est septuaginta libræ, sicut Plautus ostendit in Mustellaria, qui ait duo talenta esse centum quadraginta libras. Legimus etiam talentum esse paululum quiddam. Nam Homerus in ludis funebribus Patrocli, ultima præmia dicit duo talenta. Quod nos cogit aliquid minimum intelligere. Nam si primus victor bovem accipit, consequens non est, ut dicamus ultimum tam magnum accepisse præmium. Unde apparet talentum etiam minimum quiddam significare. *Servius.*

Argenti aurique] In codicibus aliquot antiquis, *auri argentique* legitur: Sed altera lectio melior, et numero, et ordine rei, ut illud, 'Argenti atque auri memoras quæ multa talenta Gnatis parce tuis.' *Pierius.*

113 *Et tuba commissos*] Romano more: sicut hodieque videmus omnibus ludis funebribus, ut sunt divorum. Nam si sacri sint, id est, festi, lustrantur faculis. Ante etiam ab hymnis incipiebant. *Servius.*

Et tuba commissos, &c.] Ad tubæ sonitum inchoatum fuit certamen: ut vs. 139. 'Inde, ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnis (Haud mora) prosiluere suis,' &c. Ovid. Metam. x. 652. 'Signa tubæ dederant; cum carcere pronus uterque Emicat, et summam celeri pede libat arenam.' Lucan. l. v. 'nec ullæ Audiri potuere tubæ.' Quintil. in Gladiatorio, declamat. 9. 'Sonabant clangore ferali tubæ.' Sidonius in Carm. cujus meminit Onuphr. Panvin. de L. Circens. II. 1. 'Tandem murmure buccinæ strepentis Suspensas tubicen vocans quadrigas, Effundit celeres in arva cursus.' Græce σάλπιγξ et σαλπίζειν. Plura de hoc commissionis signo Lipsius Saturn. II. 19. *Emmeness.*

114 *Prima certamina*] Punico bello primo naumachiam ad exercitium instituere Romani: postquam probarunt exteras gentes etiam navali certamine plurimum posse: ad quam rem in hoc certamine alludit poëta. *Serv.*

Pares] Aut pariter, aut diversis comparabiles rebus: ut sequentia indicant, 'Melior remis, sed pondere pinus Tarda tenet.' Aut ordine remorum, quamvis Gyæ tantummodo triremem dicit. Aut *pares*, ita ut antea certamen videbantur. *Idem.*

Gravibus remis] Fortibus: ut, 'Ferit ense gravem Tymbræum Osyrin.' Nam graves inferunt tarditatem. *Id.*

116 *Remige*] Erit nominativus *remex*. Serenus, 'Semiremex Herculis.' *Idem.*

Pristin] Vel a tutela depicta, vel ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα: id est, a secandis fluctibus. *Idem.*

Pristin] In antiquis plerisque codicibus *Pristin* legitur, quam παρὰ τὸ πρίζειν dictam volunt, hoc est, a secandis fluctibus. *Pistrin* vero pro navigii forma Nonius Marcellus agnoscit (nisi codices corrupti sunt) ad similitudinem marinarum pistricum, quæ longi corporis sunt, sed angusti. *Pierius.*

Pristin] Navigium, Nonio teste c. 13. a marina bellua ita dictum, quæ longi corporis est, sed angusti. Cognomentum triremis esse docent Baifius de re Nav. p. 87. Gyrald. Robert. Tit. controv. VII. 5. et præ cæteris erudite Salm. Plin. exercit. p. 570. *Emmeness.*

117 *Mox Italus*] Subaudis *futurus*. Ipse enim familiam Memmiorum constituit. Et bene laudat familias nobilium. Nam a Sergio *Sergia familia* fuit: a Cloantho *Cluentia*: a Gya *Gegania*, cujus non facit mentionem. Nobiles autem familias a Trojanis fuisse Juvenalis ostendit, ut, 'Jubet a præcone vocari Ipsos Trojugenas.' *Servius.*

A quo nomine] Scilicet Mnesthei:

et *Mnestheus* sic est ut *Tydeus*. Nam diphthongus Græca est. *Idem.*

Memmi] Pro *Memmiorum*, genitivus singularis pro plurali: vel a quo nomine genus Italorum est, Memmii: ut non sit genitivus singularis, sed nominativus pluralis. *Idem.*

Genus a quo nomine Memmi] A Mnestheo Trojano ait ortum duxisse Memmiorum familiam, et quidem magnæ Romanorum familiæ ortum duxere a Trojanis. Inde Juven. Sat. I. 'jubet a præcone vocari Ipsos Trojugenas.' Ita interpres. *Cerda.*

118 *Gyas*] A Gya ortum est in Romana urbe Geganiorum genus inprimis splendidum: quorum frequenter mentionem Livius infert, præsertim M. Geganii, qui censor fuit cum C. Furio, ut colligitur ex oratione Sempronii l. IX. idemque tertium Consul. Horum etiam nobilitas vel ex eo intelligitur, quod Dionys. Halic. l. III. scribit, Geganiorum familiam Romæ fuisse ad magistratus gerendos. *Idem.*

Ingenti mole] Motu: ut, 'Magna se mole moventem.' *Servius.*

Chimæram] Fabula, ex quo hoc nomen translatum est, talis est: Bellerophontes, admissa per ignorantiam cæde, profugit ad Prœtum, Argivorum regem, a quo cum esset susceptus hospitio, a Sthenebœa uxore ejus adamatus de stupro interpellatus est: qui cum frequentius hoc se indicaturum Prœto minaretur, præoccupatus a Sthenebœa, ipse apud Prœtum accusatus est, tanquam reginæ castitatem adpetisset: quem cum Prœtus ad Iobatem, Lyciæ regem, socerum suum, cum literis signatis, quibus præcipiebat, ut puniretur, misisset, Iobates Bellerophontem adversus Tympios sive Solimos, gentem ferocissimam misit, quos cum ille superasset, revertens in insidias, quas Iobates struxerat, incidit: quibus prostratis novissime missus adversus Chimæram, triplex monstrum; siquidem prima pars leo erat, posterior draco, in medio caput capræ, quod ignes efflabat. Hanc ille vectus Pegaso equo, qui volabat, occidit. Miratus hanc constantiam Iobates filiam suam ei cum parte regni in matrimonio dedit. *Idem.*

Chimæram] Ita nominat navem prodigiosæ vastitatis, quale monstrum est *Chimæra*: vel, quæ insigne sive παράσημον haberet Chimæram. Hesiod. etiam μεγάλην χίμαιραν dixit: de qua Lucret. l. V. ex Hom. Iliad. II. 'Prima Leo, postrema Draco, media ipsa Chimæra,' &c. *Taubmann.*

119 *Urbis opus*] Tam magna, ut urbem putares. *Servius.*

Urbis opus] Ea fuit Chimæræ magnitudo, ut urbem diceres. Ab locutione hac non abit ea l. VIII. 'pelago credas innare revulsas Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.' *Cerda.*

Triplici versu] Omnes enim triremes fuerunt. *Versu* autem, aut ordine, ut, 'Ille etiam seras in versum distulit ulmos:' aut *versu*, tractu, a verrendo: ut, 'Æquora verrebant caudis, æstumque secabant.' Sane unus est sensus et est Græcum, nam illi στίχον dicunt. *Servius.*

Triplici versu] Τριστοιχεί: triplici remorum ordine; ut ipsemet exponit. Ita Ge. IV. 'Ille etiam seras in versum distulit ulmos.' Livius XXX. 30. 'Regia nave ingentis magnitudinis, quam sedecim versus remorum agebant.' Cumque quattuor istæ naves triplici ordine remorum instructæ fuerint, id de sola tamen Chimæra dixit, alludens nimirum ad Chimæram monstrum triforme. Notat autem Turneb. XIV. 4. *Triremem* hic describi per ἀναχρονισμὸν sive πρόληψιν Poëtis familiarem: cum belli Trojani tempore nondum fuerit triremis, sed multis postea seculis, auctore Thucydide, a Corinthio quodam ædificata. *Taubmann.*

Pubes impellunt] Figura est: ut,

'Pars in frusta secant.' Et sciendum inter Barbarismum et Lexin, hoc est, Latinam et perfectam elocutionem, Metaplasmum esse, qui in uno sermone fit ratione vitiosus. Item inter Soloecismum et Schema, id est, perfectam sermonum connexionem, figura est, quæ fit contextu sermonum ratione vitiosa. Ergo Metaplasmus et Figura media sunt, et discernuntur peritia et imperitia. Fiunt autem ad ornatum. *Servius.*

120 *Impellunt*] Est antiquus codex, in quo scriptum est *impellit* numero unitatis. Sed altera lectio ex Mediceo et aliquot aliis magis placet, utpote figuratior. *Pierius.*

Consurgunt] Rectissime: ita Lucanus de quadriremi l. III. 'Quasque quater surgens exstructi remigis ordo Commovet, et terno consurgunt ordine remi.' Erant enim κατὰ τοὺς στίχους τοὺς κατὰ τὸ ὕψος ἐπ' ἀλλήλους: *secundum versus alium alii juxta ALTITUDINEM INCUMBENTES.* Itaque imus ordo erat propior aquæ: supremus, propior foris navis: medius, inter imum et supremum. Vetustissimæ autem naves uno tantum remorum versu agebantur in longitudinem porrectorum: quas Græci μακρὰς ναῦς vocabant; nos *Galeas* hodie. Vide Scalig. ad Euseb. Chron. pag. 61. et seqq. ubi de re tota accuratissime disputat. *Taubmann.*

Consurgunt ordine remi] Vid. Ovid. Metam. XI. 462. de Biremi: 'Reducunt Ordinibus geminis ad fortia pectora remos.' De quadriremi Lucan. III. 530. 'Quasque quater surgens extructi remigis ordo, Commovet.' Negat Turneb. XIV. 4. Trojani belli tempore fuisse triremem. Sed tales ἀχρονισμοὶ apud Poëtas crebri, quibus hoc dandum. Ordines sunt στοῖχοι, οἱ ἐπ' ἀλλήλοις: vel, ut Voss. Instit. Poët. III. 1. non κατὰ τὸ μῆκος sed κατὰ τὸ ὕψος. Nec tam significare videntur, quod dextrum est aut sinistrum, quam quod superius ac inferius. Per versus intellige series ordines remigantium: namque triremis tres habet ordines et tres versus, teste Scheffero de re Naval. l. 6. *Emmeness.*

121 *Domus Sergia*] Familia: ut, 'Da propriam Thymbræe domum?' Et inde est Sergius Catilina. *Servius.*

Tenet] Ultra tenet, vel servat. *Idem.*

122 *Centauro magna*] Fœminini est generis, si de navi dicas: ut Terentius 'in Eunuchum suam,' cum comœdiam diceret. Juvenalis contra sensit, dicens, 'nerdum finitus Orestes.' Sed sciendum genera plerumque confundi, aut metri, aut hiatus causa. Sic Horatius, 'Nec cupido Sordidus aufert:' cum significantes cupiditatem fœminino genere dicamus. Ipse etiam Virgilius ait, 'Timidi damæ, cervique fugaces:' cum ipse secundum fidem dixerit, 'Cum canibus timidæ veniunt ad pocula damæ.' Et Horatius, 'Et superjecto pavidæ natarunt Æquore damæ.' *Idem.*

Magna] Codices aliquot antiqui, *magno* legunt. Sed magis placet *magna* fœminino genere: quod agnoscit Servius. Esse vero *magno* virili genere librarii errorem ostendit lectio quæ subsequitur, *Scyllaque Cleanthus Cærulea:* quod genus neque navi, neque Scyllæ possis adcommodare. *Pierius.*

Centauro magna] Monet, me annuente, Erithræus vim Græcam expressam esse a Poëta epitheto illo *magna*: nam Græci intentiva particula, βου, uterentur, dicerentque βουκένταυρος; ad cujus linguæ imitationem Veneti Ducariam suam aut Senatoriam navim, pictura et auro præfulgentem, appellant *Bucentoro*, quasi Bucentaurum. *Cerda.*

123 *Cærulea*] Aut nigra, aut alta carina. Omne enim altum, nigrum est: ut 'Scrupea tuta lacu nigro, nemorumque tenebris.' *Servius.*

Cluenti] Ad ipsum Apostrophe est. *Idem.*

Cluenti] In aliquot exemplaribus antiquis, *Cloanti* legitur: quam primam crediderim cognominationem fuisse. Inde *Cluentium* dici cœptum: quo modo sæpe apud Ciceronem habetur. *Pierius.*

124 *Est procul*] Modo *haud nimis longe*, ut et supra diximus. Sic in Bucolicis de nimia vicinitate ait, 'Serta procul tantum capiti delapsa jacebant.' Interdum et *satis longe* significat. *Servius.*

125 *Tunditur*] Sic Horat. Epod. XVII. 'Non saxa nudis surdiora navitis Neptunus alto tundit hibernus salo.' *Emmeness.*

Olim] Tunc fere cum Cori nubibus abscondunt et obruunt sidera. *Servius.*

126 *Condunt ubi sidera Cori*] Id est, tempore nubilo, ait Scalig. IV. 16. vel, quando Cauri, qui ab occasu æstivo spirant, nubibus sidera abscondunt et obruunt. *Taubmann.*

127 *Tranquillo*] Melius septimus est quam dativus. *Servius.*

Immotaque] Cum unda non tumescit, erigitur; et in conspectu erigitur *campus*, id est, latitudo illius saxi: quod alioqui, mari turbato, ceu *brevia*, latet. *Taubmann.*

128 *Campus*] Saxi latitudo. *Serv.*

Apricis] Sole gaudentibus. Sane *apricus* et locus dicitur sole calens, quod est opaco et abdito contrarium: et *apricos* dicimus locis apricis gaudentes. Virgilius, 'Duceret apricis in collibus uva colorem.' Persius, 'Nostra ut Floralia possint Aprici meminisse senes.' *Apricum* autem quasi ἄνευ φρίκης, *sine frigore*, inde et *Africa* quod est calidior. *Idem.*

Mergis] Esacus Priami filius fuit: hic se præcipitavit de muro, nec periit: et cum hoc sæpius faceret, deorum miseratione in avem versus est: quæ ad imitationem præcipitandi quasi idem facit, sæpe mergendo. *Idem.*

Mergis] Ab assiduitate me
nomen habet hæc avis: et aqu
det αἴθυια teste Aristot. de A
VIII. 3. περὶ δὲ τὴν θάλατταν ν
et v. 9. τίκτει. Sæpe autem d
in profundum capite auraru
sub fluctibus colligunt (adde,
Varr. de L. L. l. IV. escam c
qua satiari possunt numquam
dum Plinium XI. 37.) et prævi
æquoris tempestatem cum c
ad litora tendunt. Nam, ut I
XII. 7. in pelago jam gravis
esse tempestatem constat, c
litora mergi confugerint. Vid
XVIII. 35. Inde noster Ge.
'Jam sibi tum a curvis male
rat unda carinis, Cum medio
revolant ex æquore mergi.'
Sat. VI. 30. 'jamque obvia
Costa ratis laceræ.' Bene
nam, cum Aristotele loquar
ἐν τῷ ὑγρῷ μὲν τὴν τροφὴν
cibum e mari quidem emolit
extra mare degere amat, et
sereno gaudet cœlo, unde
προσήλιοι, εὐήλιοι dicuntur. I
ave lege Belonium de avibus
Aldrovandum Ornithol. XIX.
seqq. *Emmeness.*

129 *Frondenti ex ilice*] Hæ
arbor in tutela Jovis est, et *fr*
pro *frondente*, dativum pro a
Servius.

Metam] Tractum a Circo R
in quo metam Græci dicunt
καμπτῆρα, γραμμήν: *terminum*
onem, lineam. Latini cretam,
cem dixere, quod hæc apta de
dis spatiis. Inde Latinis id
currere ultra calcem, quod Gr
tra plantas, aut oleas, ἔξω τῶν
nimirum ab oleis Olympicis,
stadium cingebatur. Sed et
vius vocem Græcam assumpsit,
teremque appellavit a flexu: '
mum inter campterem ipsum
greditur.' Vide ista latius in
gero, Fabro, interpretibus I

[illegible]

132 *Legunt* [illegible]

Tum [illegible] in navalibus [illegible] Faber in Ag[illegible] Panvinius de L[illegible] Theb. l. vi. [illegible] versarat aen[illegible] cuique est, et [illegible] brevius spatium [illegible] ei putant, cui pr[illegible] alii inter quos B[illegible] Romano negant simul [illegible] rigas, sed sortis benefic[illegible] mum prosiluisse, qui sorte erat pri-mus. *Emmeness.*

133 *Ductores*] Domini navium, non gubernatores. *Servius.*

[illegible] Sed [illegible] in codicibus aliquot antiquis legere est. [illegible] remus [illegible]

Quæ si placeat elocutio, ubi lectum erit: *Cetera populea velatur fronde juventus, Nudatosque humeros oleo perfusa nitescit*, suspendantur illa duo verba, *Considunt transtris*. Inde per continuationem superioris membri, *Nudataque brachia remis Intenti expectant signum*. Priscianus tamen *intenta* agnoscit cum Servio, ubi Accusativo inquit inveniri passiva conjuncta, sed figurate: ut, *læditur manum, frangitur pedem*. Virgilius, *Intentaque brachia remis Intenti expectant signum:* atque hoc alibi repetit, dictumque asserit: ut, *Nuda genu*, et *Lacerum crudeliter ora*. Apud quem tamen etiam si *nudata* legas, traditam ab eo regulam nihil immutabis: quum de modo elocutionis, non de vocabulo sit sermo. Utrobique autem in veteribus Prisciani codicibus *intenta* scriptum est. *Pierius.*

Intentaque brachia] Toto corpore et animo ad signum, quod exspectabatur, intenti erant, qui brachia remis intenta habebant, id est, brachiorum parata virtute remos tenebant. J. C. Scaliger suavissimam in his verbis ταυτότητα, mutato sensu, agnoscit et laudat: quem vide IV. 29. Paulo Merulæ, ad illos Ennii Annal. l. VII. 'tonsam arte tenentes Parerent; observarent, portisculu signum Quom dare coipisset:' contra absurdam (ut ait) Servii interpretationem, videtur *intentus remis* hic vocari *Portisculus*, id est, κελευστὴς, qui Latinis etiam *Hortator*, et *Jussor* dicitur: unde et *Jussa* apud Sallust. et *Hortamenta* apud Non. in re ista. De qua nos plurima ad Plaut. Asin. III. 1. *Taub.*

137 *Exsultantia haurit Corda pavor pulsans*] Hypallage, omni parte pulsans pavor corda haurit, id est, ferit, et exultare facit: ut, 'Latus haurit apertum.' *Servius.*

Exsultantiaque haurit corda] *Haurit*, pro, *exhaurit*, et emovet corda. Subsiliunt enim pavore aut spe. Aut, exhaurit spiritibus, in lucta illa pavoris et cupiditatis affectuum contrariorum: Scal. Poët. IV. 16. Repetuntur eadem Ge. III. 105. 'Cum spes arrectæ juvenum, exsultantiaque h.' &c. *Taubmann.*

138 *Laudumque*] Ne esset turpe quod ait *pavor*. Sane istæ sunt prolusiones bellorum, unde etiam ad tubam geruntur. Sed sciendum majoris ætatis funera ad tubam solere proferri. Persius, 'Hinc tuba candelæ.' Minoris vero ad tibias: ut Statius de Archemoro, 'Tibia enim teneros solitum deducere manes.' *Servius.*

139 *Finibus omnes*] Secundum naturam ante generali usus est descriptione, venturus ad specialitatem. *Id.*

140 *Clamor Nauticus*] Κέλευσμα. Mart. IV. 64. 'Quem nec rumpere nauticum celeusma, Nec clamor valet helciariorum;' id est, eorum qui moliuntur funibus moles, navesque ducunt. *Taubmann.*

141 *Adductis lacertis*] Ὑποτόνοισι. Ita Scaliger ad illud Ennii, in remiges; 'tonsam ante (ita enim legit, non, *arte*) tenentes,' notat: 'Remum porrectis brachiis ante pectora tenebant: dato signo, applicabant pectori.' *Idem.*

142 *Infindunt pariter sulcos*] A re rustica. Val. Flacc. l. I. 'valet immissis cava pinus habenis, Infinditque salum.' Sidon. in Burgo: 'pontumque in flumine sulcas.' Prudent. Cathem. hymno V. 'Qui pontum rapidis æstibus invium Persulcare vetas.' Cum sulcis cognata ea metaphora, qua maria dicuntur arari, Æn. II. et III. *Cerda.*

143 *Convolsum remis rostrisque tridentibus æquor*] Dissimulandum jam quod in antiquis codicibus habetur, *convolsum*. Et ut Victorinus scribendum præcipit *convulsum*. Illud autem diligentius examinandum, quod olim, quodque nostra maxime ætate Grammaticorum omnium ingenia perturbat, *rostrisque stridentibus*. In quo variant et ipsi quoque codices anti-

e tibi offerunt lectiones, ut imum adhæreas, ambigere Nam quum post dictionem s particula copulativa mulmino veterum exemplarium subsequatur, veriti plerique ntibus adscribere, quod prio verbo syllabam produci, n haberent. Hinc in vetusto codice, *rostrisque sonantibus* est. Hinc alii *s* in *stridentidare* putaverunt, quod omisque aliis locis factum de Romano præsertim codice, que sunt *tridentibus* legenlii *ruentibus* adinvenere, qua ne literatissimos ætate supes fuisse accepimus. Sed iones hujusmodi in nullo ex exemplaribus, quæ undique a inspexerim, offendi. In ille codice pervetusto, quem i Læti delicias fuisse dicunt, *rudentibus* legitur: quod imlictum videretur. Quum vecodicum antiquiorum pars *stridentibus* habeat, eamque agnoscat Apronianus, non n forte fuerit dicere pedem , quippe Amphimacrum, vel n potius quarto loco positum: tam auctoritate sua primam syllabam, quippe quæ *litra* lis dichrona, corripuisse quis voluerit. Neque obstiterit, s, tribus consonantibus inhæ produci debere videatur: ater liquidas quoque rejecta i testimonio, et ab Etruscis literas, quæ vix pronuntiaabita: licet olim suæ cujusestatis, sonoque suo etiam vocalium adminiculo sonora r. Sed quid obsecro magis s, quam in eo strepitu expriper eam syllabarum asperitavastum nescio quid præter tionem musicam audiatur, levolsum *remis rostrisque stridenur*. Quamvis neque quidem ea mihi lectio displiceat, quam probant literati plerique viri, *rostrisque tridentibus*. Quam lectionem ab Academia Neapolitana profectam indicavit mihi Angelus Colotius, vir apprime literatus. Videtur vero *tridentibus* dictum a specie rostri, tridentali effigie: cujusmodi ea est, quæ in Agrippæ nummis habetur. Nam, in honoribus Agrippæ habitis, nummi etiam cum navi rostrata cussi. s. c. quod Virg. in clipeo tangit, 'Tempora navali fulgent rostrata corona.' Movet me præterea Valerii Flacci parodia, ita dicentis, 'Volat immissis cava pinus habenis, Infinditque salum: et spumas vomit ære tridenti.' *Pier.*

Tridentibus] Sic mavult legere fretus codicum auctoritate Schott. observ. poët. II. 2. quam lectionem pro *stridentibus* et *sonantibus* etiam probat H. Stephanus in lect. Virgil. nec non Sanct. Minerva p. 385. Rostra enim tridentia fluctus scindebant in infima proræ parte, ut Salmasius, hunc locum emendans, exserit p. 570. Plin. exerc. *Emmeness.*

144 *Præcipites*] Festinantes: ut, 'Præcipites vigilate viri,' et est hyperbole. *Servius.*

Bijugo] Pro *bigarum*: nove dixit. Sane et hoc celeritatis est. Plures enim se impediunt. *Idem.*

145 *Carcere*] Usurpavit. Nam *carcer* est numero tantum singulari, custodia noxiorum. *Carceres* vero numero tantum plurali, ostia, quibus equi arcentur: unde et *carceres*, quasi *arceres*, secundum Varronem. *Idem.*

Carcere] In ostiis circi erant carceres, sive equorum emissiones, cancellis clausæ, quibus bigæ et quadrigæ certantes emittebantur. Plura Onuphr. Panvin. de lud. Circens. I. 6. vide quæ dicta Ge. I. 512. *Emmeness.*

146 *Nec sic*] Veteres aliquot codices manu scripti legunt, *non sic immissis*: ut sit altera periodus. Sed vulgata lectio omnino receptior. *Pier.*

Undantia] Large effusa. *Servius*

147 *Jugis*] Pro *equis jugalibus*. Id.

Jugis] Jugales equi Græce ζύγιοι ἵπποι: de quibus Virg. Ge. III. 572. 'Sed tamen idem olim curru succedere sueti Quadrupedes, et frena jugo concordia ferre.' Vide Sceff. de re vehic. I. 11. Et hoc loco Macrobio teste Saturn. v. 11. Homerum superat Maro. Pro *lora concussere jugis* Ovid. Metam. v. 403. 'Exhortatur equos, quorum per colla jubasque Excutit obscura tinctas ferrugine habenas.' *Emmeness.*

Pronique in verbera pendent] Nullus satis sermo occurrit, quo possim tantum hunc affectum explicare. Is est Virgilius, quem sæpissime sentiendo magis debeas meditari, quam interpretari loquendo. Sane neque illa Homerica, Iliad. 23. πολὺς δ' ἀνεκήκιεν ἱδρὼς Ἵππων, ἔκ τε λόφων καὶ ἀπὸ στέρνοιο χαμᾶζε: *multusque exiliit sudor Equorum, eque cervicibus et a pectore in terram*. Neque illa Sidonii in Narbone, 'Instabant alii manu atque voce, Passim et deciduis in arva guttis Rectorum, alipedumque sudor ibat,' ita mihi aperiunt fatigationem equorum, atque hemistichium hoc Virgilii, ubi nullum otium in rectoribus, nullum in equis tempus vacuum a metu. Aliquid ad rem Virgilii Homerus, cum ait, ἐφ' ἵπποισιν μάστιγας ἄειραν: *super equos flagella sustulerunt*. Sed est aliud, quod hic notes: sicut supra in præterito *corripuere*, et deinde in præsenti, *ruunt:* ita nunc quoque, *concussere*, et deinde, *pendent*. Nam, quemadmodum equi, qui corripuere ab ipsis carceribus cursum, jam nunc ruunt: ita aurigæ, qui initio concussere lora ad illos excitandos, jam nunc sine ulla intermissione pendent semper in verbera. Adeo sibi Poëta est consonus. Pulchre Propert. el. IV. 8. verbum hoc cum oppositione adhibuit: 'Spectaculum ipsa sedens primo temone pependit.' ubi cum sedeat, tamen pendet. Xenoph. 3. ἀναβ. ἐφ' ἵππων κρέμανται: *pendent ab equis*. Cerda.

Pronique in verbera pendent] Amor. III. 2. dicit, 'verbere te[...] tare.' Phædr. fab. III. 7. 'te[...] jugum flagello lento.' *Emme[...]*

148 *Tum plausu fremituque*, [...] verbis alludit Poëta ad circi[...] res et studia. Vix autem dici[...] quæ illa fuerint, icciroo Ju[...] *clamosum circum* vocavit, 'cla[...] sistere circo.' Et Martial. [...] 5. 'Ille ego sum Scorpus [...] gloria circi.' *Cerda.*

149 *Consonat*] Ideo *consonat* echo. Nostræ enim vocis est unde et *resultant*, ait. *Servius*

Consonat] Ita Ge. IV. 'ubi pulsu Saxa sonant vocisque resultat imago.' *Taubmann.*

Consonat omne nemus, voce[...] clusa, &c.] Fabulam Echus Ovid. Metam. l. III. Nymp[...] quæ Narcissum cum frustra de[...] corporis substantiam amisis[...] tur: vs. 396. 'Attenuant vig[...] pus miserabile curæ Adducit[...] tem macies: et in aëra suc[...] poris omnis abit. Vox tantu[...] ossa supersunt, Vox manet,' [...] bit veniam æquus lector, qui negotiorum mole distringor [...] tum habet, scribenti Ecl. I. Nympham mutatam in calam[...] Syringi conveniunt, de qua Pastor. l. II. De clamore aut[...] tarum eorumque studio, quo[...] μα, idem legendus Pastoral. Faber Agonist. II. 30. *Emm[...]*

150 *Resultant*] Voce rep[...] Æn. VIII. 'Consonat omne strepitu, collesque resultant.'

151 *Primisque*] In Romano in Longobardico, in Medice[...] quot aliis legere est, *primis: Primis undis:* in aliis *primusq[...]*

Elabitur] Præcurrit celeri 'Labere, nympha, polo.' *Se[...]*

152 *Turbam inter*] Tumult est, in ipso principio. *Idem.*

153 *Sed pondere pinus Tar[...]*

Stat. Theb. l. VI. 'non arte rudes, sed mole tenentur.' *Emmeness.*

154 *Discrimine*] Vel insterstitio, vel certamine, vel cursu. Et bene variat, nunc naves, nunc ductores commemorans. *Servius.*

155 *Priorem*] Inter se, hoc est, tertium. *Idem.*

156 *Et nunc Pristis habet*] In antiquioribus codicibus legere est, *et nunc Pristis habet*, pro *et nunc Pistris abit.* Sed quamvis *Pristin*, ut paulo ante dicebamus παρὰ τὸ πρίζω dictam velint, nihil me moverit, utrum *r* prima an secunda syllaba collocetur, quum multa hujusmodi ex Metathesi, tam apud Græcos, quam apud Latinos, enuntiari soleant. Quod vero *habet* legitur, ideo placet, quod intelligitur de priore loco, quem ambo superare contendebant. Sicui tamen *abit* magis placeat, illi sit integrum suo jure legere. Eam sane lectionem ego raro in his codicibus antiquis observavi, nisi subdititiam, priore abrasa lectione, quæ scilicet *habet* erat. Non præteribo autem esse veteres codices, in quibus supra verbum *habet*, adscriptum sit loco paraphrasis, *victoriam*. Pierius.

157 *Junctis Frontibus*] Sæpe noster eandem sententiam habet vario flexu. Quod enim hic *junctis frontibus*, in hoc libro postea, 'æquatis rostris;' et iterum, 'æquatis velis.' Quæ verba etiam sunt in Æn. IV. Livius etiam l. XXXVI. 'æqua fronte ad pugnam accedere.' *Cerda.*

158 *Longa sulcant*] In Romano codice legere est, et *longa sul. va. sal. carina:* neque obstat, quod duo sint, quum subintelligi possit, unusquisque sua. In Mediceo quidem *carina* prius fuerat, sed aliena manu et atramento *carinæ* factum. Est ibidem *longe* absque diphthongo, ut adverbium videatur, quanquam ea in aliis quoque nominibus desideratur: in quibusdam *longæ* invenias. *Pierius.*

159 *Metamque tenebant*] Nauticum verbum. *Servius.*

160 *Cum*] In antiquis aliquot codicibus scriptum est *tum*. Pierius.

Princeps] Modo ordinis est. *Serv.*

162 *Quo tantum mihi*] Vacat *mihi*; ut solet plerunque. *Idem.*

Quo tantum mihi dexter abis] Id est, a meta: nam teste Turn. XIV. 4. sinister orbis et interior ad metam fuit (et ut Salmas. p. 936. exerc. Plin.) dexter exterior et longius a meta. Idem confirmat J. Castalion in var. lect. l. I. et Bulling. de circo c. 29. unde Sil. Ital. l. XVI. 'Sed lævo interior stringebat tramite metam.' Ovid. Amor. III. 2. 'Nunc stringam metas interiore rota.' Et ipse noster infra vs. 170. 'Radit iter lævum interior,' &c. sic palma præcipiebatur: et vs. 203. 'Dum proram ad saxa suburget Interior.' *Emmeness.*

Gressum] Vulgata quidem exemplaria *cursum* habent. Sed in Romano et plerisque aliis uno exemplo legas, *gressum*. De navigatione tamen *cursum* potius dici passim observes. *Pierius.*

163 *Littus ama*] *Litus* est omne quod aqua alluitur. Unde et saxum *litus* vocavit. *Servius.*

Littus ama, et lævas] In Longobardico legere est, *litus amet: levas*, non quod utrunque de palmula dicatur: nam qui sensus in palmula, ut amare possit, nisi figurate dicatur? Sed quia *am'et* per Apostrophen, una elisa vocali, scriptum fuerit in antiquis: quam scriptionis rationem, aliquot veterum inscriptionibus, quæ adhuc in marmoribus restant, alibi comprobavimus. Et quia forte dicerent aliqui apostrophen apud Latinos in uno tantum verbo *est* fieri solitam: invenimus *hor' unc* pro *horum hunc.* In antiquissimo monumento ad Divi Bartholomæi Pontem, qui jungit insulam Æsculapii, Janiculum versus, ita luculentissimo scriptum Senariolo, GNATOS DUOS CREAVIT HORUNC ALTERUM. Ibi enim

n et *m* literæ una cum aspirationis nota elisæ sunt: nisi quis maluerit *Horunc* pro *Horunce*, positum: ut ex *Hocce*, *Hocc*, deinum *Hoc*: de quo superius disputatum eo loco, 'Hoc erat, alma parens.' *Pierius.*

Stringat] Radat: ac si diceret: Hoc volo, quod times. *Servius.*

Palmula] Extrema pars remi in modum palmæ protenta. *Idem.*

Palmula cautes] Palmula pars remi latior: unde ἐλίσσειν πλάτην ἁλίαν, κωπηλατεῖν et apud Eurip. εὐθύνοντας εἰναλίαν πλάτην: et ταρσοὶ κωπῶν apud Pollucem palmulæ remorum dicuntur. Vide apud Bayf. ταρσοὺς παρασύρειν, et παρακρούειν. Catullus autem *palmulas* et *palmas* dixit: 'Sive palmulis Opus foret volare, sive linteo:' et alibi, 'Cærula verrentes abiegnis æquora palmis.' Ut autem hic *littus ama*, *altum alii*, Propert. 'Alter remus aquas, alter tibi radat arenas, Tutus eris: medio maxima turba mari.' *Germanus.*

Stringat sine palmula cautes] Et in navali et curuli certamine metam quam proxime præterire laudi putabatur, inpingere in eam, periculum minabatur contendentibus. Inde Horat. od. I. 1. 'metaque fervidis Evitata rotis, palmaque nobilis Terrarum dominos evehit ad Deos.' *Emmeness.*

164 *Sed cæca*] Τὸ πρέπον nautarum: quod durum genus, nec facile tractandum. De quo Scal. Poët. III. 15. *Taubmann.*

166 *Quo diversus abis*] Alii sic distinguunt: *Quo diversus abis iterum? p. s.* Alii: *Quo diversus abis? iterum p. s.* Ita primum esset imperantis: alterum admirantis: tertium per indignationem interrogantis. Rationem igitur haberent distinct. omnes. *Fabric.* Idem.

Iterum] Hoc verbum et a poëta potest dici, ut, *Iterum revocabat:* et a Gya, ut, *Quo abis iterum:* non, *iterum pete.* Servius.

167 *Et ecce*] Multi expungunt *et*, quod in antiquis codicibus particulam eam adserant non inveniri. Id qua ratione suffulciant, viderint. Ego sane et in Vaticanæ bibliothecæ codicibus, et in plerisque aliis, qui mihi præ manibus fuerunt, passim *et* ipsum notatum animadverti: quare pro iis, qui Trochæum quarto loco statuere in hoc versu volunt, nihil habeo certi, quod ex antiquis codicibus afferre possim. *Pierius.*

169 *Inter navemque*] *Que* vacat. *Servius.*

170 *Subitusque*] In Mediceo, et antiquis aliquot aliis codicibus, *subito* legitur. Sicui magis nomen faciat satis, integrum unicuique est, quam maluerit, lectionem eligere. *Pierius.*

171 *Metis tenet æquora tuta relictis*] Hæc fuit felicitas Cloanthi, ut citius ad metam perveniret, quia interior ivit, id est, sinisterior: itaque evasit inter navem Gyæ, et inter scopulos, qui erant ad saxum illud, ubi sita erat meta: evasit vero in pelagus jam expeditum et liberum. *Cerda.*

172 *Exarsit juveni*] Causa pendet ex causa. Horatius, 'Non ego hoc ferrem calidus juventa Consule Planco.' *Servius.*

Exarsit dolor] Animi generosi indicium, dolere palmam sibi ereptam: quod et in equis Ge. III. ostendit. *Taubmann.*

173 *Nec lacrymis caruere genæ*] Nimis irascentum est. Cicero de Verre, 'Cum irasceretur, lacrimas vix interdum teneret.' *Servius.*

Nec lacrymis] Similis affectus in certamine Homerico, ubi enim princeps illius cursus se videt superari, erumpit in lacrimis præ iracundia, Τοῖο δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν χύτο δάκρυα χωομένοιο: *Hujus vero ab oculis fundebantur lacrimæ irati.* Iterum, an de eodem, excidit, τῷ δέ οἱ ὄσσε Δακρυόφιν πλῆσθεν: *eique oculi Lacrimis impleti sunt.* Cerda.

174 *Decorisque sui*] Inhonestum

ia, duci præsertim.

tibis] Possumus intelli-
ntis suæ socium, id est,
Possumus et socium.
pro sociorum, præcipi-
bernatore. *Idem.*
t] In antiquis aliquot
xit, venustate et pro-
quamquam pari. Est et
iturius impetus. *Pier.*
cessio] Ut ostenderet,
l etiam ipse non posset
n Æn. vi. 'Cui deinde
ius.
que vires] Aut ipse di-
; nam *hortatores* di-
hortatur ideo, quia con-
t, perdito gubernatore.

tem gubernaculi. *Id.*
is tandem redditus] Præ-
etes, et *vix*, et *tandem*
lis. Ideo *tandem*, quia
mus difficultatis et mo-
enim in præceps, ne
mergere, impedimento
tas et senectus. *Donat.*
nonnullis codicibus an-
num desideratur: in ali-
apostrophen scriptum
st. Sed hæc quoniam
detur abhorrere, quam-
in codicibus antiquis
ro, pluribus tamen lo-
i fastidio sim, consulto
Pierius.
ior, *madidaque fluens in*
] Contra illud, quia oc-
rnatorem natandi peri-
bere, addidit *senior et*
Et ideo *gravis, madida.*
id est, cui vestis flue-
locutus est: sic Juve-
to stillaret penula nim-

natantem] Unde in lu-
seritur. *Idem.*
stem] Sæpius vomen-
ditu hauserat. *Idem.*

Et salsos vidit revom.] Hom. Od. E. στόματος δ' ἐξέπτυσεν ἅλμην πικρήν. et Aristot. ἀποπτύζει τὴν θάλασσαν, respuit mare. *Germanus.*

183 *Spes est accensa duobus*]. Duobus postremis spes accessit ex casu Gyæ, quoniam ejus mora poterat prodesse sequentibus, ut superiores efficerentur. Propinquabat scopulo Sergestus, sic tamen, ut non tota navis esset libera; pars quippe ejus videbatur præteriisse, pars vero premi posterioris rostro. *Æmulam Pristin* dicit, quæ transire conabatur. *Donat.*

184 *Mnestheique*] In codicibus aliquot antiquis, *Mnesthei* legitur: ut in Georgicis, 'inferias Orphei.' Eaque est recta declinatio: quamvis *Mnestheo* per Synizesin legi posse non negarim. *Pierius.*

Morantem] Imperitia gubernantis. *Servius.*

186 *Nec tota tamen ille prior præeunte carina*] Nonnulli eo syllabarum similium concursu offensi, qui apparet in *tota tamen*, neque non aliqua omnino asperitate, quæ resultat ex continuatione dictionum itidem duarum *prior præeunte*, versum in vocaliorem quandam musicam redegere. Itaque in antiquis plerisque codicibus versus hoc legitur ordine dictionum: *nec tamen ille prior tota præeunte carina.* Sed utcunque isti auribus ita suis adblandiantur, nihil est in lectione illa pervulgata, quod me vel tantillum offendat. *Pierius.*

187 *Partem*] In codicibus aliquot antiquis, *partim* legitur: nescio an mutatione ea familiari ex *e* in *i*, an adverbium esse voluerint: mihi sane magis placet *partem* nomen. *Idem.*

Æmula Pristis] Ejusdem rei studiosa: ut, 'illo æmulo atque imitatore studiorum meorum:' Cicero in Cæsarianis. Alias *inimicum* significat. *Servius.*

189 *Insurgite*] E contra Lucanus, 'Atque in transtra cadunt.' *Idem.*

190 *Hectorei*] Aut fortissimi, qualis

Hector fuit: aut quondam Hectoris. *Id.*

Hectorei socii] Id est, fortissimi: aut, quondam Hectoris. De qua emphasi Scal. III. 78. *Taubmann.*

Trojæ sort. sup.] In excidio Trojæ. *Idem.*

192 *Gætulis*] Africanis: a parte totum. Nam Getulia Mediterranea est: Syrtes vero juxta Libyam sunt. Sic de Syrtibus Horatius, 'Ubi Maura semper Æstuat unda.' Fuisse autem Trojanos in Syrtibus ille indicat versus, 'In brevia et Syrtes urget, miserabile visu.' *Servius.*

193 *Ionioque mari*] Quando juxta Charybdin navigaverunt. *Idem.*

Maleæque] *Malea* promontorium est Laconicæ provinciæ: unde sunt *sequaces*, id est, persecutrices: ut, 'Capreæque sequaces Inludunt.' *Id.*

Maleæque sequacibus undis] *Malea* promontorium est Laconiæ, quod per quinque passuum millia in mare protenditur: ubi undæ sunt *sequaces*, id est, persecutrices, et quæ crebro retrahunt spe jam tutos et securos. Unde et Proverb. 'Maleam legens, quæ domi sunt, obliviscere.' Propert. el. III. 17. 'Et placidum Syrtes portum, et bona litora nautis Præbeat hospitio sæva Malea suo.' Græcis μάλεα et μάλεια scribitur. *Taubmann.*

Maleæ] De Malea, promontorium quæ est Laconicæ terræ, Mela II. 3. circa quod periculosa navigatio: unde Stat. Theb. l. II. 'Spumantis Maleæ formidatum caput.' l. IV. 'Et dubiis Malea evitata carinis:' et l. VII. 'raucæ circumsonat ira Maleæ.' Strabo l. VIII. ἔστι δὲ τραχὺς παράπλους εὐθὺς ἀπὸ μαλεῶν ἀρξάμενος, &c. Sophiano appellatur *Cabo Malio.* Graviora superata esse pericula, in memoriam revocat, quod prudentis est ducis officium. Ita Cæsar, congressurus cum Germanis, ut suis addat animos, superatos Germanos docet ab Helvetiis, quos tamen vicerant Romani. Cæsar de bell. Gall. l. I. 'hos esse Germanos, quibuscum sæpenumero Helvetii congressi non solum in suis, sed etiam in illorum finibus plerumque superassent, qui tamen pares esse nostro exercitui non potuerint.' *Emmeness.*

194 *Prima*] Quasi quæ soleo. *Serv.*

Mnestheus] Ille victor semper. *Id.*

195 *Quamquam o*] In antiquis plerisque codicibus imperite ineptèque abrasa est castior lectio, scilicet, *quamquam o*, et ejus loco repositum *quemquam*, ut ab eo pendeat, *vincere certo:* quod valde absurdum est, suos tamen habet amatores. *Pierius.*

196 *Extremos pudeat rediisse*] Ita Horat. in Arte: 'Occupet extremum scabies: mihi turpe relinqui est.'

Hoc vincite] Loco victoriæ sit, ultimos non redire. *Servius.*

197 *Nefas*] Modo opprobrium. *Serv.*

198 *Ærea*] Fortis: ut, 'Et junctos temo trahat æreus orbes:' nam puppis ærea non est, sed prora. *Idem.*

Ærea puppes] In Romano codice, *puppes* per *es* nominativo casu numeri singularis habetur: eamque veram esse lectionem ex Valerii Probi præceptione conjicimus, qui vocabulum hoc nominativum in *es* mittere ostendit, dum ait: 'Puppes, valles, rupes, vulpes, aspes, nominativo singulari proferri.' At nunc vix unum aut alterum ex his pronuntiari per *es* videas. Tot ea fuerunt quæ Grammatici juniores, usumne secuti nescio, an abusum, immutarunt. *Pierius.*

199 *Subtrahiturque solum*] Unicuique rei quod subjacet, *solum* ei est: unde est *solum navis* mare, et aër avium: et est verbum, cujus perlucida significatio per naturam non invenitur. *Servius.*

Solum] *Solum* sæpe significat, quicquid alteri rei substernitur, et veluti pro fundamento est. Vel dicas, *solum* esse, quod Dialectici vocant superficiem cujusque rei. Sic mare *solum* dicitur Virgilio: sic cœlum Ovidio: 'Astra tenent cœleste solum, formæque Deorum.' Sic et apud Aristot. (observatore Germano) ἐπο-

quo vox signat quicquid subjicitur pro quocumque fun-[illegible], sive terreum sit, sive a-[illegible] sive aërium, unde et ab in-[illegible] solum redditur. Isidorus [illegible], ut solet, a Grammaticis, lib. xv. 1. 'Solum dicitur omne, quid sustinet, quasi solidum; terra solum, quod cuncta [illegible], et solum pedis, quod totam molem portet.' Et notabis [illegible] solum commune esse mari, et cœlo, sed fretum, sed Ennius apud Nonium: 'Cras-[illegible] oritur, omnem pervolgat [illegible].' Accius in Atreo: 'Sed [illegible] turbida torvo Concussu æquora cœli Sensimus so-[illegible]' Cerda.

[illegible] fluit undique] Hæsit Ho-[illegible] xvi. ἱδρὼς Παντόθεν ἐκ μελέων ἔῤῥεεν: Undique ex mem-[illegible] sudor multus. Ennius An-[illegible] dixit: 'Totum sudor habet multumque laborat.' Loqui-[illegible] Cœlio, quem hostes plurimi [illegible] in acie. Idem.

[illegible]] Quasi rivis, more rivorum: [illegible] diceret. Servius.

Furens animi] Figurate dixit: [illegible] instans animi juvenis.' Idem.

[illegible] animi, dum proram ad saxa [illegible]] In codicibus aliquot anti-[illegible] est, namque furens animis. [illegible] Arusianus Messus furens [illegible] quippe genitivo, elocutio-[illegible] loco hoc agnoscit: quan-[illegible] Virgilius alibi furens animis [illegible] eo loco, 'Ecce furens ani-[illegible] Tirynthius.' Est et subur-[illegible] u post g, Attiano more, in plerisque codicibus. Sed At-[illegible] Longus auctorem appel-[illegible]. Pierius.

[illegible] Interior] Interiorem hic [illegible] accipit, quod propinquiore et breviore ad scopulum, qui [illegible], pergeret: ex illo Cicero-[illegible], 'Nam cursu interiore brevi [illegible] urbe:' qui locus respondet, [illegible], illi Æn. xi. de Camilla: '[illegible] per urbem [illegible] dit gyro interior, sequiturque sequentem:' nimirum quod illa in persequendo et agitando hoste, quem ab equitationibus et gyris vexabat, semper et arte et potiore loco, videretur centrum orbis et interiora tenere. Germanus.

203 Interior] Sinisterior. Cicero, 'Quem omnia intus canere dicebant.' Sallustius, 'Igitur introrsus prima Asiæ Bithinia est.' Servius.

Iniquo] Angusto: ut, 'Et silvis insedit iniquis.' Idem.

204 Procurrentibus] Prominentibus, et objectis, et velut obviam venientibus. Idem.

205 Murice] Saxi acumen eminens per tranquillitatem. Idem.

Murice] Murex, cochlea est in dorso fastigiata instar acuti saxi, ita ut tereno acuminata videatur. Ab hac muricis conchylii similitudine vocavit acumen saxi eminens et asperum, cui remi verberando impacti dissiliere. Taubmann.

Murice] Stat. Achill. l. II. 'murice frenat acuto Delphinas bijuges:' id est, asperitate, ut Non. Marcell. saxi, quæ Græce κλώμαξ, qua non cedente, crepuerunt remi et fracti sunt. [illegible]

206 Prora pependit] Tale quid de nave Tarchontis: 'dorso dum pendet iniquo.' Et de naufragis in I. 'Hi summo in fluctu pendent.' Cerda.

207 Morantur] Id est, retro agunt. Servius.

208 Ferratasque trudes] In Mediceo, et antiquis aliquot aliis exemplaribus, trudes legitur. In quibusdam sudes. Sunt vero trudes conti præacuta cuspide, quibus repelluntur et naves et alia, a trudendo dicti. Neque vero timendum syllabæ, quum tam multa reperiantur, quæ derivata a longis, brevia tamen ipsa sint, ut duces a duco: ita dicax, lucerna, sopor, fragilis, coma, et hujusmodi alia pleraque. Pierius.

Trudes] Pertica robusta, qua naves propelluntur. Gyrald. de navig. c. 18.

Utitur et hac voce Tacit. ann. III. 46. 'quidam trudibus inertem molem prosternere:' et bene Donatus, quemque sedulo hoc egisse, inquit, quod præsens postulabat periculum, et ad liberandam navem usui videbatur: ideo *expediunt alii, &c.* Emmeness.

Cuspide] Isidorus VIII. 7. 'Contus ferrum non habet, sed tantum cuspide acuta est.' Alii obvii. *Cerda.*

209 *Legunt*] Vel *prætereunt:* sed melius *legunt*, id est, colligunt. Nam sequitur, 'Et fractis discentem currere remis.' *Servius.*

210 *Successu acrior*] Ex incommodo Sergesti. Sic vs. 231. 'Hos successus alit.' Sic solet homines inflatos reddere successus. Pro eo Just. XXIV. 4. 'Hortante successu.' Suet. in Ner. c. 20. 'blandiente profectu:' qui tamen non paucos ad perniciem devocat, ut Phædr. f. III. 6. *Emm.*

212 *Prona*] Vicina litoribus. Unde *altum*, est longe positum. *Servius.*

Prona maria] Facilitatem reditus voluit demonstrare: *pronum* enim dicimus, quicquid difficultatem non habet, et *arduum*, quicquid difficulter superatur. *Donatus.*

Pelago decurrit aperto] Signate dicit, *decurrit:* quasi alto mari, quod proprie *pelagus* est. *Apertum* vocat scopulis aut brevibus non infestum. *Taubmann.*

213 *Columba*] Ubique de his domesticis *columbas* Virgilius dicit. Persius vero ait, 'Teneroque columbo Est similis.' Nam agrestes, *palumbes* vocantur. *Servius.*

Qualis, &c.] Hanc comparationem Scal. IV. 6. exemplum ponit *Venustatis mollioris* (quam prudentiam quandam electionis et collocationis δεξιότητα vocat) in supremo Orationis charactere. *Taubmann.*

215 *Exterrita pennis*] Pinnarum concussione terrorem significans: ut, 'Timuitque exterrita pinnis Ales.' Non enim timet pinnis, sed indicat timorem. *Servius.*

216 *Dat tecto ingentem*] In codicibus aliquot manu scriptis, *Pl*[...] *que exterrita pennis Dat tergo* [...]*tem*, legitur: sed *tecto* omnin[...] lius. *Pierius.*

217 *Radit*] Secat. *Servius.*

Liquidum] Purum aërem. *K*[...]

218 *Ultima*] Observo, cred[...] cubi, *ultimum* æque dici de ut[...] extremo: verbi gratia, *anni* [...] *ætatis*, sunt anni et pueritiæ, [...] nectutis. Cicero enim dixit, [...] ritiæ memoriam recordari ulti[...] De altero exempla abundant, [...] ita capiendus Virgilius. Ce[...] hæret Poëta in sermone Circi[...] enim hic *secat ultima*, ut Euri[...] ἄκραν ἥκομεν γραμμήν: *venimus a*[...] *mam lineam.* et Sen. ep. 26. 'I[...] pitos, et extrema tangentes.' C[...]

220 *Et primum*] In codicib[...] quot antiquis *at*, in aliis *ac*, se[...] melius, nisi *et* malueris. *Pieri*[...]

221 *Brevibusque vadis*] *Brevi*[...] vadosa loca maris, navigantib[...] diosa: quod ibi undæ breves [...] nec in altum adsurgant. Ita [...] loca sunt importuosa et undaru[...] vibus infesta. Æn. I. 'In bre[...] Syrtes urget.' *Taubmann.*

Frustra] Quis enim ei relicta [...]ria subveniret? *Servius.*

222 *Fractis discentem currere* [...] Jocose et argute. Et habet sp[...] Proverbii, in eos qui tenui pr[...] nituntur. *Taubmann.*

223 *Ingenti mole Chimæram* [...] supra, 'Ingentemque Gyas i[...] mole Chimæram, Urbis opus.' [...]

224 *Magistro est*] Et hoc q[...] per apostrophen scriptum in a[...] aliquot exemplaribus hoc mod[...] *gistrest:* de qua scribendi r[...] exempla veterum alibi recita[...] *Pierius.*

225 *Ipso superest in fine*] [...] terminum certaminis. Ut, '[...] et si plura supersint, Transeat e[...] prior.' *Servius.*

Solus jamque ipso, &c.] Ul[...] certamen Mnestheo cum Cl[...] est. Conanti transire Mnesthe[...]

bat spectantium turba. Qui primum tenebant, hunc ne unt, laborabant; itaque deco- gloria, ut hanc saluti suæ nerent preponendam. Alte- wis vires, qui primum locum ura nitebantur, erigebant res is et fortunæ suffragium, eo quod videbantur suos sues mplere. *Donatus.*

Adnixus viribus urget] In Lon- ico *adnixus* per *s* scriptum, scriptionis rationem alibi red- a. Et in aliquot aliis antiquio- rgunt, uti paulo ante *subsurgunt,* Into Attii. *Pierius.*

Instigant studiis] Sententiam mero hausit, apud quem Græci m excitant hortanturque, ut um Ajaci præripiant, qui in præcedebat, ἴαχον δ' ἐπὶ πάντες ... ἱεμένῳ, μάλα δὲ σπεῦδοντι ... *Acclamabant vero omnes Achi- ... cupido, valde autem festi- hortabantur.* Cerda.

... fragoribus] In Romano antiquissimo, et in aliquot aliis scriptis legere est, *resonatque ... æther:* ut id totum de re- ... intelligatur, et planum, qui trepitum editur. Quanquam *clamoribus* displicet, quem dic- t, *Cunctique sequentem Instigant* : quod per clamores fieri ne- ... est. Sane in Mediceo *cla-* ... habetur: sed ibidem *resonat-* ... iptum est, quod rationem me- ... vitiaret: nisi quis amphima- ... in hoc genere carminis ferre . *Pierius.*

Proprium decus] Quasi jam per- ictoriam et honorem ni teneant, ... ntur. *Servius.*

Vitamque volunt pro laude pa- Id est, mutare ex pacto vitam laude. Ita Æn. xii. 'letumque pro laude pacisci,' id est, eligere m pro laude. Scal. iv. 12. ...

...amque volunt pro laude pacisci] Simile est illud Terentianum in Phorm. i. 3. 14. 'ut mihi liceat, quod amo, frui, jam depecisci morte cupio.' Pro eo Sil. l. vii. 'et omni- ni vel morte emisse volebant Spec- tari Fabio.' Stat. Theb. l. i. 'hoc ævum cupiat pro luce pacisci.' *Emm.*

231 *Successus*] Felicitas. *Servius.*

Possunt, quia posse videntur] Spera- bant victoriam opinione spectantium: ut, 'Cunctique sequentes Instigant studiis.' *Idem.*

232 *Et fors*] Pro *fortuna.* Idem.

233 *Palmas utrasque*] Diximus su- pra antiquum hoc esse. Carminius tamen dicit (qui de elocutionibus scripsit) per naturam vitiosam esse hanc elocutionem: et sive *utrasque palmam,* sive *utrasque palmas* dixeri- mus, esse in aliquo usurpationem. *Idem.*

Ni palmas] Festivum commentum, sed tamen pium: quo docetur om- nem victoriam cœlitus dari. Unde et *Victoriam* deam pinnatam finxe- runt, ut e cœlo devolare posset. Au- sonius: 'ab æthereo præpes Victo- ria lapsu.' Romæ Victoriæ simula- crum de cœlo tactum fuit: ejusque solæ alæ deciderunt. Illud prodi- gium faustum esse interpretatus est Pompejus: quod inde avolare Vic- toria amplius non posset. *Taubmann.*

235 *Imperium pelagi*] Id est, in *pe- lago:* ut, 'Dii quibus imperium est animarum.' *Servius.*

Di, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro] In antiquis primum co- dicibus, *Di* per arctationem litera- rum: ut apud Varronem est, uno fere legitur exemplo. In Longobardico mox una plus dictione *imperium est pelagi,* ut etiam apud Servium est. In Oblongo Vaticanæ Bibliothecæ, in Mediceo, et in aliquot aliis omnino vetustis, *imperium pelagi est.* Sed enim judicio meo recte factum in Romano, ubi verbum id tam incon- stans locum non habuit. Demum in exemplaribus aliquot antiquis, *quorum*

æquore septimo casu legitur. Sed *æquora* quarto casu magis splendida videtur elocutio. *Pierius.*

236 *Lætus*] Victor: a præcedenti quod sequitur. *Servius.*

Lætus ego hoc candentem in litore taurum] In Romano codice absque *in* præpositione locali legitur, quod magis placet. In Mediceo una plus dictione legitur, *ego hoc candentem in litore*, ut cito etiam soluturum se votum innuat. *Pierius.*

237 *Ante aras*] De quibus paulo post, 'Pars spoliant aras.' *Servius.*

Voti reus] Debitor. Unde vota solventes, dicimus *absolutos*. Inde est, 'Damnabis tu quoque votis,' quasi reos facies. *Idem.*

Voti reus] Id est, voti debitor: unde et *vota solventes* dicimus absolutos: ut Serv. exponit. Quanquam Jos. Castalio Decade 3. c. 9. hæc non probat: sed, *taurum Constituam ante aras voti reus*, ipsi est, Ex voto taurum immolabo, et sacrificium, suscepto voto, faciam. Ita Statius Th. l. vi. *Voti reum* dicit, qui vota sub conditione suscepisset. Macrob. iii. 2. vocem hanc ait 'esse Sacrorum propriam: ut *reus* vocetur, qui, suscepto voto, se numinibus obligat: *damnatus* autem, qui promissa solvit.' (ita enim leg. pro vulg. *non*). Vide Not. Ecl. v. 'damnabis tu quoque votis.' Servius P. Daniëlis, Æn. iv. 699. 'DAMNARE est damno afficere, id est, debito liberare. Ideo et, cum vota suscepimus, Rei VOTI dicimur, donec consequamur beneficium, et donec condemnemur, id est, promissum solvamus.' Livius l. vii. 'Inter ipsam dimicationem L. Furius ædem Junoni Monetæ vovit, cujus DAMNATUS voti, cum Victor domum revertisset, Dictatura se abdicavit.' Et l. x. 'Ut ædem etiam fieri senatus juberet, bis ejusdem VOTI DAMNATA Repub. in religionem venit.' Et l. xxvii. 'DAMNARENTURQUE VOTORUM, quæ pro ipsis suscepissent:' et alibi sæpius. *Vota* vero *solvi*, et *reddi* dicebantur. De quibus accurate Brisson. Formul. l. i. Vide et Not. Eclog. v. 80. *Taubm.*

238 *Porriciam*] Exta projiciuntur in fluctus. *Aris projiciuntur*, hoc est porriguntur. Nisi forte dicamus etiam fluctibus offerri: quod si est, *porriciam* legendum est, id est, *porro jaciam.* Servius.

Porriciam] Non sum nescius, quid Macrobius l. iii. Saturnalium super hoc verbo tradiderit. Antiqua tamen omnia exemplaria, quotquot habere potui, uno eodemque exemplo legunt, *proiciam:* idque unico *i* pro sui temporis consuetudine. Ut tamen verbum hoc immutatum sit, Macrobius Grammaticorum et Librariorum imperitia factum ait. *Pierius.*

Extaque salsos Porriciam in fluctus] Ex Hom. Il. T. ἦ, καὶ ἀπὸ στόμαχον κάπρου τάμε νηλέϊ χαλκῷ· Τὸν μὲν Ταλθύβιος πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα Ῥίψ' ἐπιδινήσας, βόσιν ἰχθύσιν. Cæterum auctoritate Macrobii adductus legendum contendit Barn. Brissonius, *extaque salsos Porriciam in fluctus*, contra eorum sententiam qui *prosiciam* legunt, existimatque aliud fuisse *prosecare*, aliud *porricere:* quæ res a veterum sacrificiorum ritu atque ordine ipsi pendere videtur. Notat igitur ante fuisse *prosecta*, tum deinde *porrecta exta*, quod hostiæ cæsæ exta prosecarentur primum, dein porricerentur, hoc est, aris inferrentur, seu imponerentur: et *prosecare* esset exta minutatim concidere: *porricere* vero, ut Varro De re rustic. i. 29. interpretatur, *exta Diis dare.* Ita *dissecta exta Diis porrici*, in altaria, aram, focumve, eove quo exta reddi debebant, offerri, imponi, ipse etiam Brissonius asseverat, cum prosecta exta aris imponi solita doceat Ovidius Metam. l. xii. 'Cujus ut imposuit prosecta calentibus aris.' Idem Fastor. l. iv. 'Ast ubi visceribus vitulos rapuere ministri, Sectaque fumosis exta

..is, Igne cremat vitulos quæ ..ma virgo est:' ubi observat ..ecta fuisse exta, post data: ..t exta dedere, porricere ex.. ..locis variis suam firmans .., Varronis De ling. Lat. l. ..a ab eo quod insecta caro,' ..mine Saliorum est. Quod ..licitur nunc prosectum, et Statii interpretis, qui par..ntas membrorum omnium ..secta in sacris, quæ info... Item ex Dionys. Hali... cum ait, θύσαντες καὶ ..ἀπαρχὰς λάμβανον ἐξ ἑκάσ..του, καὶ παντὸς ἄλλου μέ..λφίτους ζέας ἀναδεύσαντες ..τοῖς θύουσιν ἐπὶ κανῶν, οἱ ..ς βωμοὺς ἐπιτιθέντες ὑφηπ..tque actiones diversas in ..θύειν ἀπαρχὰς ἐξ ἑκάστου .. hoc est, prosecare; nam .. veteribus glossis ἀπαρχαὶ ..ων definiuntur: item, ἐπὶ ..ς ἐπιτιθέναι, quod est, porri... ..l et Festum adducit, aut ..ium, apud quem prosicium .. prosecatum porricitur, et ..locum Rerum divinarum l. Nonium, 'Prosiciem exto.. ..mensam porricere.' Docet ..ium prosecta exta explica..quis dantur ex fibris pecu..secta. Et quod Varro De ..L. l. v. ait ex mercibus liba..erculi porrecta, Tertullia..ologetico, in aram imposita ..m de decima, ait, 'Hercu..rtiam partem in aram ejus ..' Et quoniam etiam extra Diis dari jus erat, rite Vir..t Brissonius, cum Diis ma..leficium fieret, exta dixisse .. porrici, quod prosecari in ..a esset congrua locutio, nec ..sermonis oratio pateretur, ..secandi verbum motum non Denique superiorem Virgi..sum confirmare Livium l. .. Scipio e prætoria navi Deos precatus, 'Secundum,' ait, 'eas preces cruda exta, cæsa victima, uti mos, in mare porricit.' Nec locum illum emendationem illam Prosiciam in fluctus, ferre. *Germanus.*

'*Porriciam*] Verbum hoc antiquum et genuinum, ut Steph. in lect. Virg. l. IV. ad sacra pertinet, de quo Macrob. Saturn. III. 2. pro ara aut mensa libatur hic in mari, ut Turn. XI. 7. *Emmeness.*

240 *Phorcique*] Latine *hic Phorcus, hujus Phorci* dicimus: nam apud nos, Græca hujus nominis non est declinatio. Est autem hic Phorcus deus marinus. *Servius.*

Panopeaque virgo] Una de Nereidibus: quam ideo separatim dixit, ut illas non virgines intelligamus. *Idem.*

241 *Portunus*] Deus marinus, qui portubus præest. Et bene impellit eum ipse jam vicinum portui. Nota est autem fabula. Indignata Juno, quod ex pellice sua Semele natus Liber pater, ab Ino matertera ejus esset nutritus, Athamanti viro ejus regi Thebanorum, sive, ut quidam volunt, Orchomeniorum, furorem immisit; qui, cum occiso Learcho filio dum eum feram credit, Melicertam alterum filium cum Ino uxore sua persequeretur, et se illi in mare præcipitassent, voluntate numinum in deos versi sunt: Melicerta in Portunum, qui Græce *Palæmon* dicitur: Ino, in matrem Matutam, quæ Græce dicitur *Leucothea.* Idem.

243 *Portu se condidit alto*] Id est, usque ad interiora pervenit. *Idem.*

244 *Ex more*] Ludorum, scilicet per præconem. *Idem.*

245 *Victorem*] *Primum* Cloanthum subaudis. Nam et illi duo victores Sergesti: unde paulo post habes, 'Quem modo navali Mnestheus certamine victor Consequitur.' *Idem.*

Præconis voce] Alludit ad ritum antiquum, quem laudat Corn. Nep. in præfat. 'magnis in laudibus fuisse tota Græcia victorem Olympiæ ci-

tari.' Vide Fabr. Agonist. II. 18. Turneb. XXVI. 17. *Emmeness.*

246 *Advelat*] Non Æneas, sed præco. Qui enim victores declarabat, etiam coronabat. Cic. l. v. ad Lucejum epist. ' Præcones ludorum gymnicorum cum cæteris coronas imposuerunt victoribus, eorumque nomina magna voce pronunciarunt,' &c. *Taub.*

247 *Optare*] In Romano codice legere est, *optare:* ut munera sint honestiora, quæ scilicet victores ex sua possent libidine seligere. Eaque lectio in quibusdam aliis vetustis exemplaribus habebatur. Qua abrasa, *aptare* inde suffectum est. *Pierius.*

248 *Dat ferre*] Græcum est duo verba conjungere, ut paulo post: ' Donat habere viro :' sed hoc datur poëtis. *Servius.*

Dat ferre] Simile illud Terentii And. III. 2. 4. ' Quod jussi, ei date bibere, et quantum imperavi, date.' Ad quem locum Donatum consule. Noster hoc l. vs. 307. ' dabo ferre bipennem.' Æn. VI. 688. ' Datur ora tueri.' Horat. Ep. I. 16. ' da fallere.' Homer. Iliad. x. 117. δωσέμεν ἄγειν. Hic *ferre* pro *auferre.* Hor. od. IV. 8. ' neque tu pessima munerum Ferres.' *Em.*

Magnum talentum] Ut diximus, quiddam breve: sed *magnum* dixit, comparatione alterius. *Servius.*

Magnum dat ferre talentum] Cum dicit, *magnum talentum*, credibile est, eum respicere ad talentum Atticum majus, quod valuisse dicitur coronatos octingentos: minus autem sexcentos. Quintil. IX. 3. *Pontanus.*

250 *Chlamydem*] Quid *chlamys*, dictum Æn. IV. 137. Hic vestem prætextam describi ait Turneb. eandemque Phrygiam: nam acu pingere Phryges invenere. XIV. 4. *Taubm*

Circum] Id est, in parte extrema; ut diximus. *Servius.*

251 *Mæandro duplici*] Flexuoso: et dicit, erat in chlamyde flexuosa et in se remeabilis purpura, in modum Mæandri fluminis Cariæ provinciæ, qui sinuosus est. *Idem.*

Purpura mæandro, &c.] Χλαμὺς περιπόρφυρος. *Duplicem* vocat sinuosum vel simpliciter geminum. Lucr. l. II. ' Jam tibi barbaricæ vestes, Melibœaque fulgens Purpura Thessalico concharum tincta colore.' Est autem *Melibœa* Thessaliæ civitas. Et hunc Mæandrum limbum tortuosum bene expressit etiam Statius: ' At tibi Mæonico fertur circumflua limbo Pro meritis, Admete, chlamys.' Euripides hujusmodi fimbrias ambitusque et ornamenta περιδρόμους vocat. Et ut Virgilius hic *currere* ad artificium Phrygionum vel sutorum transtulit, pro eo quod est κύκλῳ περιφέρεσθαι: ita Hom. θέειν, ad figuli opificium et rotam, Odyss. XVIII. de quo Eustath. *Taubmann.*

Mæandro] Mæandrum ' genus picturæ' nominat Festus ' a similitudine flexuosi amnis qui Mæandrus dicitur.' Vel ut N. Marcell. ' ab opere labyrinthorum ortum, claviculis illigatum.' Inde *facies mæandrata*, quæ multas habet picturas sive orbiculos pictos, quibus gaudet delicatum feminarum genus. Mæandri autem conficiebantur in vestibus a multitudine pannorum et fasciarum; unde vestes dicebantur bilores, trilores, pentelores, ut hæc Salmas. ad Hist. Aug. Script. vol. II. p. 575. *Emmeness.*

Melibœa] Melibœensis. Alii putant Milesia. Est autem civitas Thessaliæ Melibœa. *Servius.*

Melibœa] Sic dicta est purpura ab insula, in qua tinctio illius celebris. Festus: ' Melibœa purpura a nomine Insulæ, in qua tingitur, est dicta.' Illius mentio apud Lucretium l. II. et Sidonium epist. ' Rutilum toreuma bysso, Rutilasque ferte blattas, Recoquente quas aheno Melibœa fucat unda.' *Cerda.*

252 *Regius*] Trois regis Phrygiæ filius. *Servius.*

Intextusque puer] Significat, chlamydi intextum fuisse, quo pacto Ga-

nymedes, Trois regis filius, in venatu ad montem Idam ab Aquila in cœlum sit raptus. De quo et Hom. Iliad. xx. et Ovid. Met. x. 5. Comparat autem hæc cum aliis Scal. v. 16. *Taubmann.*

253 *Fatigat*] Laus picturæ, quasi gerat. *Servius.*

254 *Acer*] Id est, velox. *Præpes:* modo volans. *Idem.*

255 *Sublimem*] In altum. *Idem.*

Præpes armiger] Id est, avis armigera. Poëtis sæpe est *præpes*, qui Græcis αἰετὸς, id est, avis rapax, ut aquila et accipiter, quod volatu valeant. Quanquam hic exponi tantum potest *armiger volans.* Turneb. xxiii. 5. et xxix. 4. *Taubmann.*

Jovis armiger] Ita et Ovid. 'quæ fulmina curvis Ferre solet pedibus.' Idem: 'magni præpes adunca Jovis.' Horat. Od. iv. 4. 'Qualem ministrum fulminis alitem, Cui rex deorum regnum in aves vagas Permisit, expertus fidelem Juppiter in Ganymede flavo.' *Idem.*

256 *Longævi, &c.*] Δολιχαίωνες, et μακραίωνες. Est autem in his egregia ὑποτύπωσις: de qua Scal. iii. 32. 'Vides, inquit, ἦθος: quia et senum interest, amissa requirere, et custodum sarcire damna: et πάθος, *Tollunt palmas:* item amplius, *nequicquam.* Illud vero exactissimum, *sævitque canum latratus in auras:* ubi et Physiologia est, a fide canis: et expressio ejus miro carmine: quis enim ex pictura visu percipiat latratum?' *Idem.*

Palmas ad sidera tendunt] Aut mirantes: aut increpantes deos. *Serv.*

Palmas ad sidera tendunt] Sic Stat. Thebaid. l. i. de Ganymede rapto, qui nostrum imitatur, hic et in plurimis: 'Hinc Phrygius fulvis venator tollitur alis. Gargara desidunt surgenti, et Troja recedit. Stant mœsti comites, frustraque sonantia laxant Ora canes, umbramque petunt, et nubila latrant.' *Emmeness.*

257 *Sævitque canum latratus*] Ex Vario: cujus hæc sunt, quæ jam in Bucol. videmur exhibuisse: 'Ceu canis umbrosam lustrans Cortynia vallem, Si veteris potuit cervæ comprendere lustra, Sævit in absentem, et circum vestigia lustrans Æthera per nitidum,' &c. *Germanus.*

258 *Virtute secundum*] Quia primus favore vicerat numinum. Unde et Præmia dantur congrua: illi chlamys, deorum continens fabulam: huic lorica, id est, virtutis insigne. *Serv.*

259 *Levibus*] Minutis et omni subtilitate perfectis, ostendit illam fortem et pulchram. Deinde accedit tertia laus, ab auctore. *Donatus.*

Hamis auroque] Hamis aureis. *Serv.*

Trilicem] Loricæ videntur ex eo *trilices* appellatæ, quod cum essent hamis vel squamis ferreis consertæ, præterea tribus erant liciis ornatæ per eas currentibus. Turn. xxix. 35. Vide Not. Æn. iii. 467. *Taubmann.*

261 *Simoënta*] Venit a nominativo Græco, non in *is*, sed in *eis*, exeunte: ut σιμόεις σιμόεντος. *Servius.*

Sub Ilio alto] O brevis fit sequente vocali. *Idem.*

Sub Ilio alto] Græcorum imitatione, qui pro Poëtica opportunitate et modulo vel elidunt vel retinent vocalem ante vocalem. Sic autem Æsch. in Agamem. sub persona Clytæmnestræ de Agamemnone, τόσον δ' ὅσονπερ οὗτος ἦν ὑπ' Ἰλίῳ· et ibidem, τόνδ' ὑπ' Ἰλίῳ σέθεν κίνδυνον· et post paulo, ὀλέσασ' ὑπὸ Τροίᾳ. *Germanus.*

262 *Decus et tutamen*] Quia triplex et aurea. *Servius.*

Decus] Propter aurum. *Donatus.*

Tutamen] Propter texturam trilicem laudat Demoleum, quia illa armatus agebat hostes. Laudat magis Æneam, qui illum vicerit ac spoliaverit, et portaverit. Laudat eum, cui donatur: quia et ipse portare optime posset, proptereaque esset dignus dono. *Idem.*

Donat habere viro, decus, &c.] Ad hunc locum vide Victor. var. lect.

XXXVIII. 17. *Emmeness.*

263 *Vix illam, &c.*] Illustris ἀκριβολογία: ubi et loricæ gravitatem circumscribit, et Demolei fortitudinem. Unde et hoc colligas: si Demoleo victor detraxit, quantum putes Æneam? Scal. III. 32. Idem de qualitate monosyllabi, *vix*, disserit IV. 47. *Taubmann.*

Phegeus Sagarisque] Nominatim dicendo addidit laudem. *Servius.*

265 *Cursu palantes Troas agebat*] Ad Æneæ, qui eum vicit, pertinet laudem. *Servius.*

266 *Geminos lebetas*] Respexit duo lebetum genera, ἐμπυριβήτας, et ἀναθηματικά. Turneb. XXVI. 17. *Taubm.*

267 *Cymbiaque*] Pocula sunt in modum cymbæ navis. *Servius.*

Cymbiaque argento] Utebantur etiam poculis argenteis, quibus imagunculæ quædam et gemmæ erant insertæ: atque ipsa pocula navis forma erant effigiata, quam Latini *cymbam* dixerunt. Signa autem nominat imagines: ut et vs. 536. 'Cratera impressum signis.' Habuerunt et gemmas insertas: ut Æn. I. 'gravem gemmis auroque.' Immo habebant pocula tota gemmea. *Taubmann.*

Cymbiaque] Inter vasa numerat Non. Marcell. qui ex Varrone de vita P. R. l. I. hæc habet: 'Erant inter vasa vinaria aquilinæ pateræ, cymbia,' &c. Vide G. III. 66. *Emmen.*

Aspera signis] Hoc est ἀνάγλυφα. *Servius.*

Aspera signis] Quia cælata variis imaginibus. *Leve* et *asperum* opponitur apud Juvenal. Sat. XXIV. 62. 'Hic leve argentum, vasa aspera tergeat alter.' Stat. Achill. l. IV. 'clipeumque his jungere donis Qui pulcher signis, auroque asperrimus ardet.' Sic *asper nummus*, Turnebo monente VIII. 28. est recens, et cujus forma integra est. *Emmeness.*

268 *Omnes*] Qui vicerunt scil. *Serv.*

Donati omnes] Infra: 'nemo non donatus abibit.' *Germanus.*

269 *Puniceis tæniis*] Vittis roseis: et significat lemniscatas coronas, quæ sunt de frondibus et discoloribus fasciis: et sicut dicit Varro, magni honoris sunt. *Tæniis* autem modo vittis: alias vittarum extremitates dicit: ut 'Fit longæ tænia vittæ.' *Servius.*

Puniceis tæniis] Festus ait, 'Tæniam esse laneum ornamentum capitis honorati:' ad quæ Scal. videatur. Turn. XXVI. 30. dictum censet e consuetudine coronarum certaminum sacrorum, quibus fasciæ, quæ et *tæniæ* et *lemnisci* possint dici, adderentur. Domitius Cæsar instituit *Agonas Capitolinos*, in quibus omne genus artificum certabant, Citharœdi, Histriones, Poëtæ, aliique. Unde et mos *Poëtarum laureatorum* primum manavit: qui postea a Cæsaribus ipsis Germanis coronabantur: magnoque in pretio semper erant, qui id honoris virtute ingenii consecuti essent. In veteribus autem Capitolinis agonibus qui vicerant, corona et ramo lemniscatis, aut torque involutis, donabantur. Sed qui secundi erant, eorum coronæ et palmæ sine lemniscis erant. Id vel ex Ausonio cognoscas ad Paulinum: 'Et quæ jamdudum tibi palma Poëtica pollet Lemnisco ornata est; quo mea palma caret.' De quibus Scal. ad Auson. I. 10. Sed hæc quasi obiter. *Taubmann.*

Tæniis] Hoc loco plerique codices antiqui, *teniis* unico *i* scribunt. Qui geminare malunt, alii Dactylicum esse versum: alii pro unico tantum *i* accipi debere contendunt. Non dissimulabo quod in antiquo codice pro *teniis*, *vittis* scriptum est: sed id sumptum ex paraphrasi, quam omnino *teniis* hic agnoscant docti omnes. *Pierius.*

270 *Arte*] Id est, virtute. Quod Græce ἀρετὴ dicitur. *Servius.*

E scopulo multa vix arte revolsus] In Romano codice, *ex scopulo* legitur: et *revolsam*, quippe *ratem* legas. Cui lectioni adstipulatur etiam Oblongus

codex pervetus, ubi *revolsum* habetur. In aliis *revolsus* quippe *Sergestus* legitur, veluti vulgata habent exemplaria. *Pierius.*

271 *Atque ordine debilis uno*] Sergestus scilicet. Et bene ex mutatione conquisivit ornatum. Nam irrideri et sine honore esse, hominis est: remis carere, navis. *Servius.*

Ordine debilis uno] Τάῤῥωμα, et τάρσωμα ordo et series remorum Polluci: et ταρσοὶ κωπῶν et νεῶν, series remigii in triremibus, et palmulæ ipsæ remorum. *Germanus.*

272 *Irrisam*] In antiquis omnibus exemplaribus, *irrisam* vel *inrisam* legi: tametsi superius *illisa prora pependerat.* Nam quæ in ludis male succedunt, risu excipi solent. Ut quum Nisus lapsum se lamentaretur, 'risit pater optimus.' Et quum Menœtes in aquas a Gya deturbatus esset, 'Illum et labentem Teucri, et risere natantem, Et salsos rident revomentem pectore fluctus.' *Pierius.*

273 *Viæ in aggere*] *Agger* est media viæ eminentia, coaggeratis lapidibus strata. Unde *viæ aggere* dixit. *Serv.*

Aggere] Ait *agger viæ*, nam viæ publicæ, ut quæ militari labore erant munitæ, exaggerabantur, ut imber defflueret, minusque lutulentæ redderentur. Proinde *agger* pro *via* usurpatur, quod jam Turnebus monuit xi. 6. ex Sidonio: 'Antiquus tibi ne teratur agger: Cujus per spatium satis vetustum Nomen Cæsareum viget columnis.' et epist. i. 5. 'ad usque aggerem calcabili silice crustatum crypticis arcubus fornicavit:' id est, ad usque viam. *Cerda.*

Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens] Non dissimilis comparatio apud Ovid. Met. vi. 558. 'Utque salire solet mutilatæ cauda colubræ, Palpitat, et moriens dominæ vestigia quærit.' et Lucret. l. iii. *Emmeness.*

274 *Ærea*] Fortis: ut, 'Ærea puppis.' *Servius.*

Gravis] Fortis, ut, 'Gravibus certamina remis.' *Idem.*

276 *Tortus*] *Hos tortus:* id est, sine causa tentat incessus. *Idem.*

Dat tortus] *Tortus* vocat elationem et vibrationem spiræ, τὴν καμπὴν, ἢ ἐπιστροφήν: et ut Cicero, 'Vidimus immani specie tortuque draconem Terribilem.' Vide H. Grotium ad Aratum. *Taubmann.*

277 *Et sibila colla Arduus attollens*] In Romano codice legere est, *pars sibila colla arduos adtollens.* Sed quantum ad emendationem primam pertinet, quum jam dictum sit, *Parte ferox, ardensque oculis,* melior mihi videtur illa continuatio, *et sibila colla Arduus attollens.* Loco vero suo est, *Pars vulnere clauda retentat.* Quod vero *arduos* et hic et alibi scriptum sit toto eo codice, Carisius eam scriptionem in plurium syllabarum nominibus improbat. nempe ne aliqui ita inde acciperent pronuntiandum, veluti *Divos, servos, vivos,* et bissyllabum esse *arduos* existimarent: quare addit *carduus, arduus,* trium syllabarum. *Pierius.*

278 *Clauda*] Ab homine transtulit. Cicero, 'Mancam ac debilem Præturam tuam.' *Servius.*

Vulnere clauda] Ita Tacit. Annal. l. ii. de navibus fractis: 'Claudæ naves raro remigio revertere.' Ita Lucret. de avib. l. vi. 'Claudicat extemplo pennarum nisus inanis, Et conamen utrinque alarum proditur omne.' Et l. iv. 'in portu clauda videntur Navigia.' *Taubmann.*

279 *Nexantem nodis*] Utrunque *nodis* et *nodos,* in antiquis habetur exemplaribus: sed ubi *nodos,* ibi itidem *nexantem* a *necto nectis* habes. Ubi vero *nodis,* plurimum ibi *nixantem* frequentativa forma a *nitor,* legere est, quod alibi non memini me legere. Sed enim hoc citato loco *nexantem nodis,* ut etiam in codice Mediceo est, agnoscit Priscianus a *nexo nexas.* Pierius.

Nexantem nodis] Vett. libri et *nodis,*

et *nodos* agnoscunt. *Taubmann.*

Membra] Etiam hoc ab homine transtulit. *Servius.*

281 *Vela facit tamen*] Ἀνακόλουθον. Nam non præmisit, Quanquam remigare non possit. *Idem.*

Vela facit] Dicimus *dare vela*, *ducere vela*, *facere vela*, et *pandere vela*. De his loquendi formulis exempla habet Baif. de re navali. An Dædalo an Icaro velorum inventio adscribenda sit, disputat L. Gyrald. de navig. c. 14. *Emmeness.*

Plenis velis] Facit contra nauticam consuetudinem: nam subituri portum demittunt vela; sed necessitas coëgerat, quia carebant remis. *Donatus.*

Subit ostia] Portus: ut supra diximus, ideo quia exitus fluminum frequenter portus efficiunt. *Servius.*

Velis subit ostia plenis] Antiqua omnia, quæ legerim hactenus exemplaria, a vulgatis omnibus diversa sunt, duarum dictionum transmutatione, *et velis subit hostia plenis*. Erunt tamen aliqui, qui vulgatam lectionem *ostia velis*, ut suaviorem magis probent, et *ostia plenis* ut duriusculam improbent: unusquisque autem aures consulat suas. *Pierius.*

282 *Promisso*] Aut magno: aut ante promisso, κατὰ τὸ σιωπώμενον, ut intelligamus in omnibus ludis illud esse servatum, 'Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.' Quod etiam in pyctali ait certamine, 'Victor, velatum auro vittisque juvencum: Ensem atque insignem galeam solatia victo.' Aut certe promisisse eum intelligamus, quando vidit navem periclitantem. *Servius.*

283 *Navem*] Non adeo triviale cuipiam videatur, si male legi in codicibus plerisque etiam veteribus *navim* per *im* dixero: quum Varronis præceptum sit apud Fl. Sosipatrum, ut *avem*, et *navem* per *e* dicamus: quoniam *ab hac ave*, et *nave* faciat, quibus accusativus per *i* dari non potest. Cicero tamen *avi incerta* dixit. *Pier.*

284 *Olli serva datur, operum haud*] Longe alio numero carmen hoc habetur in codicibus quibusdam antiquis, in quibus ita legitur, *olli serva operum datur haud ign. Min.* Puto vero ita transpositas fuisse dictiones, quod aliqui pentimemerim ut brevem Poëtæ nostro noluerint indulgere. Nam in priori eademque vulgata lectione nihil est, quod me offendat. Ne vero quis observationes hujusmodi ut inanes et nullius pene momenti stomachetur, sciant, eos, qui versus faciunt, eo curiosius hujusmodi numeros observare solere, quo peritiores sunt, et elegantiores haberi volunt. Neque illud præterierim, quamquam leve, *haut* in antiquis plerisque codicibus, per *t* scriptum esse: quod et Pontanus agnovit priscorum consuetudine: et *haud*, *d* quidem litera terminari Sosipater dicit, admittere tamen sonum vocis, ut per *t* scribatur. Placuit tamen posterioribus, ut *aut* conjunctio, et *haud* adverbium, primis et ultimis literis differrent. *Idem.*

Operum haud ignara Minervæ] Perita lanificii. *Servius.*

Operum haud ignara Minervæ] Sic et Græci in texturis, telis, lanificio, variegaturis ἔργα dicunt: Hom. Il. Z. ἔργα γυναικῶν Σιδονίων· et Il. Ψ. θῆκε γυναῖκα ἄγεσθαι, ἀμύμονα, ἔργ' εἰδυῖαν· unde et ἐργάνη Minerva. *Germanus.*

Olli serva datur oper. h. ign. Min.] Respexit Maro Homerum, qui Iliad. Ψ. 259. Νηῶν δ' ἔκφερ' ἄεθλα, λέβητάς τε τρίποδάς τε, Ἵππους θ', ἡμιόνους τε, βοῶν τ' ἴφθιμα κάρηνα, Ἠδὲ γυναῖκας ἐϋζώνους, πολιόν τε σίδηρον· Ἱππεῦσιν μὲν πρῶτα ποδώκεσιν ἀγλα' ἄεθλα Θῆκε, γυναῖκα ἄγεσθαι, ἀμύμονα, ἔργ' εἰδυῖαν. et vs. 704. Ἀνδρὶ δὲ νικηθέντι γυναῖκ' ἐς μέσσον ἔθηκε· Πολλὰ δ' ἐπίστατο ἔργα. Sic præmii loco datam feminam docet Ovid. Epist. Heroid. III. 'Forma præstante puellæ Lesbides:' et quidem post certamen habitum vel finitum bellum. Idem libro XI. 'Nec

pars militiæ Telamon sine honore recessit, Hesioneque data potitur.' Sil. Ital. l. xvi. 'Laus Burni prima, infit qui spicula metæ, Est Damon serva, albentes invertere lanas Muricc Gætulo docta.' Recte *operum*, nam inde apud Græcos Minerva *ἐργάνη*. Ælian. var. Hist. I. 2. Quemadmodum hæc 'Cressa genus Pholoë' dicitur, sic Hor. od. III. 9. 'Thressa Chloë.' *Emmeness.*

285 *Cressa genus*] Hoc est, Cretensis: et hoc est figura Græca: ut, 'Qui genus? unde domo?' *Servius.*

Cressa genus] Plena laus servæ, quæ est ab artificio, a genere, et a fœcunditate. *Donatus.*

Pholoe] Nomen proprium: erat autem lactans. Nam infantes lactantes dicimus. *Servius.*

Ubere] In Romano codice, *sub ubera* quarto casu numero plurali legitur: sed *ubere* figuratius est, et magis placet. *Pierius.*

Sub ubere nati] Sic et Græcis *ὑπομάζιοι παῖδες*, et *βρέφη*. *Germanus.*

287 *Gramineum*] Graminosum. Cicero de hastis, 'Bene etiam ne gramineas hastas.' Quia *gramineum* est ex gramine, *graminosum* gramine abundans. *Servius.*

Collibus undique curvis &c.] Mutavit. Non enim silva colles habet, sed est in collibus silva. Debuit dicere, quem colles cingebant silvis. *Idem.*

288 *Mediaque in valle theatri*] Media in valle erat circus theatri, id est, spatium spectaculi. Et *theatri* Græce dixit a circunspectione. Omne spectaculum *theatrum* possumus dicere, *ἀπὸ τῆς θεωρίας*: non enim est speciale nomen. *Idem.*

Theatri Circus erat] In valle media erat circus theatri instar; vel spacium spectaculi. Lycophron in Cassandra ejusmodi locum *θεατρόμορφον*, id est, *Theatriformem* appellat. Justinus l. xxiv. in descriptione Parnasi: 'Media saxi rupes in formam theatri recessit.' Calpurnius in Bucol. vii. 'Qualiter hæc patulum vallis contendit in orbem, Et sinuata latus, resupinis undique silvis, Inter continuos curvatur concava montes: Sic tibi planitiem curvæ sinus ambit arenæ.' J. Cæs. Bulengerus I. 9. de Theatro, putat Virgilium sensisse, mediam partem theatri Circum efficere: quasi Theatrum (Isid. xviii. 42.) olim rotundum fuerit; et Circus semicirculi aut Lunæ dividuæ formam expleverit. Nisi, inquit, enallage sit Casuum: q. d. mediaque in parte Circi theatrum erat: quia Circus rotundus fuit; Theatrum semicirculum explevit; Amphitheatrum, circulum. *Circulum* autem Tertullianus, Libro de Spectaculis, c. 8. a *Circe* dictum docet: quæ primum patri Soli spectaculum ediderit: unde et *κιρκήσια*, Circenses ludi Græcis. *Taubmann.*

289 *Circus erat*] De circo maximo et præcipuis ejus partibus (ad quem alludere videtur poëta) Onuphr. Panv. de L. Circ. I. 5. et 6. *Emmeness.*

290 *Consessu medium tulit*] Ordo est: Quo se Æneas medium tulit cum multis millibus, et extructo consessu resedit. *Servius.*

Medium tulit] Honoris ergo: ita apud Justinum ix. 6. 'ad quorum spectaculum Philippus cum sine custodibus, medius inter duos Alexandros contenderet.' Eandem locutionem agnoscit Corn. Nep. in Datame l. iv. 'quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem pertimescit.' *Emm.*

Exstructoque] In Ant. *exstructo* nulla detrita litera. Sed enim id asperum omnino nimium videtur, quattuor consonantibus, et earum una duplici inter duas vocales constipatis. *Pierius.*

Exstructo] Allusum ad militaria tribunalia, quæ ducibus ex aggesto et exstructo cespite attollebantur ad conciones, de quibus loquar lib. xii. Hic tantum adducam locum Ammiani, quia id verbi usurpat ex lib.

XXVI. 'Progressus Valentinianus in campum, permissusque tribunal ascendere celsius structum,' &c. *Cerd.*

291 *Cursu*] Auctor est Pausanias, Eleos primos omnium sine ullo veteris memoriæ exemplo instituisse certamen cursus, sicut et luctæ. Multa qui scire velit de hoc gymnico certamine, adeat Petri Fabri Agonistica, et Hieronymum Mercurialem de Re Gymnast. atque etiam Wolfgangum Lazium. Hi enim complexi sunt, quæ multis alii. Sententia est Homericis istis Iliad. XXIII. Καὶ τὸν Ἀχιλλεὺς θῆκεν ἄεθλιον οὗ ἑτάροιο, Ὅστις ἐλαφρότατος ποσσὶ κραιπνοῖσι πέλοιτο: *Et hoc Achilles posuit præmium sui socii, Quicunque levissimis pedibus velocissimus esset.* Cerda.

292 *Animos*] *Eorum* subaudis. *Serv.*

Præmia ponit] Pro *proponit*. Sic apud Phædr. fab. I. 15. 'bibere jussit posito præmio.' *Emmeness.*

293 *Mixtique Sicani*] Quia ait, 'Pars et certare parati.' *Servius.*

295 *Forma insignis*] Id est, decorus. *Idem.*

Viridique juventa] Ætates omnes Varro sic dividit, 'Infantiam, pueritiam, adolescentiam, juventam, senectam.' Hæ tamen, sicut etiam de temporibus supra diximus, singulæ trifariam dividuntur, ut sit prima, viridis, præceps: hinc est, 'Et viridi juventa:' et, 'Cruda deo viridisque senectus:' item Sallustius, 'Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingressus, matre sua veneno interfecta.' *Idem.*

Viridique juventa] Hanc notam ascribe Lævino in Horatium. Ut Græci χλωρὸν, aut χλοερὸν dicunt, pro ἀκμάζων, teste Suida, Hesychio, aliis, ita Latinis *viror*. Hic Virg. 'viridi juventa.' Ovid. 'viride ævum.' Horat. 'virent genua.' Idem, 'Donec virenti canities abest.' Ad eum modum *flos*, et *florere* de ætate sunt frequentissima. Plura istis ille. *Cerd.*

296 *Amore pio pueri*] Casto, non infami: aut genitivus est, et dicit eum ob hoc venisse, ne amicum relinqueret: aut distinguendum per se, et est nominativus pluralis: ut pueri non referamus ad ætatem, sed ad agonale studium, in quo sunt puerorum et virorum separata certamina. Nam dicuntur, licet non sint unius ætatis παῖδες, ἄνδρες. *Servius.*

297 *Diores*] Alterius Dioræ, viri jam et militaris, commeminit Poëta in bello Latino Æneid. XI. quem Turnus interfecit una cum fratre Amyco. *Cerda.*

298 *Salius simul et Patron*] Turnebus nomina hæc pleraque non ficta, sed ex historia petita censet: quem vide XXVI. 17. *Taubmann.*

Acarnan] Epirota: Acarnania enim est pars Epiri. *Servius.*

Acarnan] Scribendum est acuto accentu in ultima syllaba *Acarnan*. Oxytona enim Ἀκαρνὰν Αἰνιὰν ab oppido, quod in Ponto Strabo memorat. *Atintan*, *Athaman*, *Aizan*, gentium nomina, quæ aucta in genitivo in pene ultima circumflexum habent Ἀκαρνᾶνος, Αἰνιᾶνος. *Pierius.*

299 *Tegeæ de sanguine gentis*] Si derivativum fuerit, *de* non sequitur: si *Tegeæ* legerimus, non stat versus, nisi addita *de* syllaba. Derivativum autem ille indicat locus, 'Tunc lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem.' Tegæum autem oppidum est Arcadiæ, a Tegæo Arcadiæ filio. *Servius.*

Ab Arcadio] In Romano codice, *Arcadio*, quippe sanguine legitur: quæ denominationis forma apud Val. Flaccum est, 'Arcadio cujus armata veneno Tela.' Sed enim hic *ab Arcadia* longe castior est lectio. Est et ubi legatur, *Alter ab Arcadio Tegeææ sanguine gentis*, absque *de* præpositiva particula. *Pierius.*

300 *Helymus*] Ecce ubi subtiliter Helymum cum Aceste ad Siciliam dicit venisse, cum ait, 'comites senioris Acestæ.' *Idem.*

Helymus] In Romano codice, sem-

per *Helenum* per *e* media syllaba, non per *y* scriptum invenias. Sed enim *Helymum* Heroïs nomen memorat Strabo, et reliqui omnes antiqui codices, uno consensu *Helymum* legunt: nisi qui *Helenus*, aut quid corruptius habent. *Pierius.*

301 *Assueti silvis*] Id est, venatores. *Servius.*

302 *Multi præterea*] Dictum hoc Macrobius observat ex imitatione Ennii, qui prius, 'Multi alii adventant, paupertas quorum obscurat Nomina.' *Cerda.*

Quos fama obscura recondit] Hoc dicendo per contrarium illos omnes esse nobiles indicavit. *Servius.*

Quos fama obscura recondit] Apoll. IV. ἀνώνυμοι καὶ ἄφαντοι ἐπιχθονίοισι λαῖγαι. *Germanus.*

305 *Non donatus*] 'Αδώρητος, ut Theocr. ιστ. οὐδ' αὖθις ἀδωρήτους ἀποπέμψει. Item Hom. Il. A. ὄφρα μὴ οἶος 'Αργείων ἀγέραστος ἔω. Eurip. in Hecub. οὐδ' ἀδώρητος φίλων Ἔσται πρὸς ἀνδρῶν. Et Hom. Od. I. ὥς μήτις μοι ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης. *Idem.*

306 *Gnosia*] Cretensia. Gnosus enim civitas Cretæ. Et bene, sicut etiam in navibus et generalia dat et specialia. *Servius.*

Gnossia] Utrunque et *Cnosia* per *c*, et *Gnosia* per *g* scriptum invenio: quod ex earum literarum cognatione tantundem est. *Pierius.*

Levato] Nitido: ut, 'At levem clypeum sublatis cornibus Io.' *Serv.*

Levato lucida ferro] Sic Stat. Theb. l. I. 'Pars teretes levare manus, pars ponere mensas.' *Levis* et *levare* scribendum absque diphthongo. Consuetudini est opponendum vocis etymon λεῖος glaber. Consule Dausq. orthogr. *Emmeness.*

307 *Spicula*] *Spiculum* hic non sagitta est, sed telum missile: cujus ferrum, auctore Vegetio II. 15. est triangulum, unciarum novem: hastile pedum quinque et semis. Veteres pilum appellabant. Ad hujus jactum exercebantur milites: ita, ut arte et virtute directum scutatos pedites et loricatos equites sæpe transverberarent. Unde Æn. VII. 'lenta lacertis Spicula contorquent.' Erat et minus: quod primum *verriculum*, deinde *verutum* nuncupabant. *Taubmann.*

308 *Omnibus*] Notanda oppositio, in qua plurimus est Poëta: frequenter enim unitatem conjungit cum voce, quæ multitudinem signet. Æn. II. 'Collectis omnibus una Defuit.' Georg. IV. 'Omnibus una quies operum.' Iterum, 'mens omnibus una:' et in I. 'terris magis omnibus unam.' Non dubitaverim, Livium lib. VI. ex observatione Virgilii dixisse, ubi sermo est de Manlio: 'adeo in uno omnibus satis auxilii fuisse, nullam opem in tam multis uni esse?' et iterum ad Camillum, 'cede unus omnibus.' *Cerda.*

Primi] Aliorum comparatione: nam unus est primus. *Servius.*

309 *Flava*] Viridi: ut supra, 'Iaspide fulva.' *Idem.*

Caput nectentur] Explica, nectentur ad caput. Sequor libenter judicium Budæi, qui inde vult casum pendere ad Græcorum imitationem, qui in simili constructione subaudiunt κατά. *Cerda.*

Flava oliva] Respexit ad Olympia, in quibus Victor olea coronabatur: quod ea cariem non sentiat, &c. *Flavam* autem dixit, Æschyli epitheton in Persis secutus: ubi Interpres Græcus *flavam* dicit *olivam* vocari, quod posterior pars folii videatur porracei esse coloris: ut notat Turn. XXIV. 4. Ecl. V. 'pallenti cedit olivæ:' et Ovid. Met. II. Minervam dixit *flavam.* Vide et Agell. II. 26. *Taubm.*

310 *Phaleris*] Equorum ornamentis: sermo Græcus est. *Servius.*

Phaleris] Per *ph* Caper in orthogr. scribendum monet. Græce φάλαρα: *a* fit *e* in *phaleræ*, ut talentum a τάλαντον. Sunt ornamenta equorum. Juvenal. Sat. XI. 103. 'Ut phaleris

gauderet equus.' Alludit Ovid. Met. VIII. 132. 'Purpureusque albi stratis insignia pictis Terga premebat equi.' Et vera equitis sunt præmia, teste Suet. in Aug. c. 25. Lips. de Mil. Rom. v. 17. et Aldo Manutio de quæsitis per epist. I. 10. Inde *phaleratus equus:* quod translate pro *fucatus*, ut 'phaleratis dictis ducere aliquem' apud Ter. Ph. III. 2. 15. *Emmeness.*

Habeto] Habeat: tertia persona est a futuro imperativi, quæ in hoc modo numeri singularis similis secundæ est. *Servius.*

311 *Amazoniam*] Quasi Amazoniam: ut, 'Sacri tripodes.' *Idem.*

Amazoniam pharetram] Vel quasi Amazoniam: vel ea forma, qua utebantur Amazones: vel revera a bello Amazonico superstitem, cui Priamus cum Anchisa interfuit. *Taubmann.*

312 *Circumplectitur*] In codicibus antiquis plerisque omnibus una plus dictione distincta legitur, *circum amplectitur:* utrunque placet. *Pierius.*

Auro] Ex more et elegantia veterum, quibus balteus militaris ornatus auro. Persius: 'Cæcum vulnus habes, sed lato balteus auro Protegit.' Spartianus in historia Hadriani, virtutem hujus commendans, sic ait: 'Exemplo etiam virtutis suæ cæteros adhortatus, cum etiam vicena millia pedibus armatus ambularet, vestem humillimam frequenter acciperet, et sine auro balteum sumeret.' Livius l. IX. 'auratæ vaginæ, aurata baltea illis erant.' Cedrenus Chosrois ζώνην, id est, balteum, χρυσῆν, vocat, καὶ διάλιθον, *aureum, gemmatumque.* Cerda.

313 *Balteus*] *Balteus* dicitur, non tantum quo cingimur, sed etiam a quo arma dependent. *Servius.*

314 *Galea*] Galeam Varro a galero deducit. Sunt qui ἀπὸ τῆς γαλεῆς, fele, aut mustella: dicuntque galeam proprie esse, quæ a feris petitur. Isidorus certe sic discernit, 'cassis de lamina est; galea de corio.' Pro quo facit Tacitus de Germanis sic scribens, 'vix uni, alterive cassis, aut galea,' ubi manifeste abjungit. Statius l. VII. videtur adjuvare adductum etymon, 'Tela rudes trunci, galeæ vacua ora leonum.' Ista jam Lipsius Milit. Rom. l. III. *Cerda.*

Contentus abito] Quasi de parvo munere. *Servius.*

Contentus abito] Explicationem Servii de parvo munere, quam jam attuli, sequantur verba hæc Nonii: 'contentus, cui res etiam parva abunde est.' Propert. eleg. III. 3. 'Contentus niveis semper vectabere cycnis, Nec te fortis equi ducet ad arma sonus.' Ubi Passeratius: 'Recte hic, contentus cycnis, quia parvi vectores, præ equis.' Sic idem Propertius eodem l. eleg. 7. 'Quod si contentus patrio bove verteret agros.' Sic M. Curius apud Val. Max. c. 4. populari domo *contentus* fuit, spretis magnis præmiis. In Cedreno de re parva est ἐπιχαίρων p. 394. Juven. Sat. XIV. 'Vivite contenti casulis, et collibus istis.' *Cerda.*

315 *Hæc ubi dicta*] Quia ignobilior fuisset hic ludus, exornat illum descriptione: quia ponit varios casus. *Donatus.*

316 *Corripiunt spatia*] Raptim eunt: ut, 'Corripit Æneas aditum, custode sepulto.' *Servius.*

Corripiunt] A pernicitate equus dicitur rapere terram. Vide quæ disputat Bochart. de equis II. 6. *Emmeness.*

Limenque relinquunt] Aut regulam, aut signum de creta factum. *Servius.*

Limen] Id est, carceres; aut regulam, aut signum creta factum. Hinc *alba* illa *linea* in ludis, cujus eruditi crebro meminerunt. Vide Cælium l. v. c. ult. *Taubmann.*

317 *Simul ultima signant*] Intuentes et notantes ultima spatia, id est, finem cursus, aviditate vincendi; et deest *visu:* ut Cicero, 'Notat et designat oculis.' Aut signant ultima culmorum, scilicet summitatem: signant vestigiis, ut alibi, 'Vix summa ves-

tigia signat arena.' *Servius.*

Simul ultima signant] Designabant locum, qui finem cursibus daret. *Donatus.*

318 *Primus abit*] Sicut et de navibus, post generalitatem transit ad specialitatem: et bene, cum tribus statuta sint præmia, quinque commemorat, scilicet casuris duobus. *Serv.*

Nisus emicat] Vide supra de Palladio l. II. 'Emicuit, parmamque tenens,' &c. *Germanus.*

319 *Alis*] Velocitate: quia tam ventos quam fulmina alata fingunt poëtæ: ut, 'Et alitis austri.' *Servius.*

Ocior alis] Alibi, 'Euro ocyor:' alibi: 'ventos æquante sagitta.' Hi tropi jucundi sunt. Non ingratus est ille Hesiod. in Scuto, ὣς ὥστε νόημ' ἐπωτᾶτο: *ille autem ut mens volabat.* Sermo est de Perseo. Apud Statium Theb. I. Tisiphone vocatur 'igne Jovis citatior:' id est, fulmine. Plinius II. 54. Virgilio hæsit: 'spiritum ocyorem fulmine.' *Cerda.*

320 *Proximus huic*] Secundum hunc locum: *proximum* autem dicimus etiam longe positum nullo interveniente. *Servius.*

Sed proximus intervallo] Ita et Cic. in Bruto: 'Duobus summis proximus accedebat, sed longo intervallo tamen proximus.' *Taubmann.*

322 *Quo deinde sub ipso*] Sub ipso, id est, post ipsum, juxta ipsum. *Servius.*

324 *Calcem calce terit*] *Calcem* dicimus unde terram calcamus. Ergo non proprie dixit, *Calcem calce terit.* Plantam enim calce potuit terere: unde a parte totum accipiendum, id est, calce pedem terebat. *Idem.*

Calcemque terit, &c.] Hunc locum vindicat Scalig. v. 3. contra congelatos quosdam Criticos, qui Homericum illum e penult. Iliade præferebant: eumque ait imitatum esse Stat. 'quem deinde gradu premit horridus Idas, Inspiratque humero flatuque et pectoris umbra Terga premit.' Rectissime autem dixit: *Calce calcem terit.* Nam in cursu pari, æquata linea utriusque calcibus ita dirigebatur, ut calces inter se attererent; quod fieri non potuit, si alter subsequatur. Cum enim currimus certatim, nunquam quenquam sequimur: neque enim ullum antecedentem præcurrere aut superare possemus, si in ejus vestigia pedes poneremus. Sed a latere cursum continuamus, quemadmodum ipsis in carceribus constiteramus: neque si par sit in duobus celeritas, alter alterius occupare cursus lineam audeat. Sic enim ex curva linea plus spacii faciendum sumeret, non sine periculo suo magno. Quamobrem Homerus quoque dixit, στᾶν δὲ μεταστοιχεί. In XII. aliter, 'trepidique pedem pede fervidus urget.' Atque hæc Scaliger Pater. Filius, ad Manilium l. I. dictum ait eodem sensu, quo illud Horatii, 'ver proterit æstas:' et illud Manilii, 'Posteriora pedum Cynosuræ proterit astra.' *Taubmann.*

Calcemque, &c.] Quod Ovid. Met. I. 'tergo imminere' dicit, quando aliquis non tantum vestigiis inhæret, sed eadem premit. Ut de Pyrrho noster Æneid. II. 529. 'illum ardens infesto vulnere Pyrrhus Insequitur, jam jamque manu tenet, et premit hasta.' *Emmeness.*

325 *Incumbens humero*] Aut Helymi humero: aut currentis est gestus. *Servius.*

Incumbens humero] In Romano codice, in Longobardico, et aliquot aliis *humero* legitur, quod et Servius agnoscit. Idque viciniorem ostendit, ut non tantum calcem calce tereret, verum etiam humero antegressi Helymi incumbere, aut inhærere videretur. *Humero* vero unitatis numero, ad exprimendum gestum illius, qui nihil socium declinet, ut liberius præterire possit. 'Nam spatia si plura supersint, Transeat elapsus prior.' In quibusdam, *humeris* invenias. *Pierius.*

326 *Elapsus prior*] Ut dum labitur,

id est, celeriter currit, ut prior fiat: sed satis licenter est dictum. *Serv.*

Transeat, ambiguumque relinquat] Verbum *transeo* Circi est. Cassiod. epist. III. 51. ‘ transit Prasinus, pars populi mœret.’ Sid. in Narbone, ‘ Ut meta ulterior remisit omnes, Fit collega tuus prior duobus, Qui te transierant.’ Sed et *relinqui*, in certaminibus est, superari, vinci, quod in Lucretium Gifanius, et in Virgilium Germanus monuerunt. Sic Græci ἀπολείπεσθαι, et ab Isocrate in primis νενικηκότες dicuntur ἀπολελοιπότες. Victores dicebantur antecedere. Seneca de Ben. II. 25. hærens in imagine cursus, ‘ magna illi celeritate opus est, magna contentione, ut consequatur antecedentem:’ et III. 3. ‘ Cursor metam prior contingit, velocitate alium, non animo, antecessit.’ Porro in voce *ambiguum*, institit quodammodo Poëta Homero, Il. XXIII. Καί νύ κεν ἢ παρέλασσ᾽, ἢ ἀμφήριστον ἔθηκεν: *Et certe prævertisset, vel ambiguum fecisset certamen.* Iterum, Τῷ κέν μιν παρέλασσ᾽, οὐδ᾽ ἀμφήριστον ἔθηκε: *Sic ipsum præteriisset, neque dubiam rem posuisset.* Cerda.

Ambiguumque relinquat] Minus firmum ad celeritatem. *Servius.*

Ambiguumve] In codicibus aliquot antiquis, *ambiguumque*. Sed *ve* disjuncta particula magis placet: ut ex duobus alterum omnino futurum dicat. Aut quippe transeat, aut nisi transierit, ambiguum relinquat, uter eorum prior fuerit. Si vero *que* legamus, sensus erit, pari adeo eos gressu concurrisse, ut quamvis hic transisset, ambiguum tamen relicturus esset, quia socii vicinitas spectatores fefellisset. *Pierius.*

Ambiguumque relinquat] Turnebus XIV. 4. *Ambiguum* exponit parem et ambigentem de cursus palma cum eo et victoria: et *relinquat* idem vult esse quod *prætereat:* quoniam qui aliquem præterit, eum post se relinquit. Plus, inquit, spacii si superesset, eum præteriret, qui cum eo juris in cursu ambigui fuit, quum simul ad metam pervenerint. Plurimi autem libri legunt *ambiguumve*, non *que*. Ita exponeretur? si plus spacii superesset, eum præteriret, aut certe in dubio relinqueret, uter prior ad metam pervenisset. Atque hæc probat H. Stephanus: et in *ambiguum* subandit *cursum:* ut in simili illo Hom. ἀμφήριστον subaudiatur δρόμον. Alii e JCtis explicant, apud quos *ambigere* de locorum finibus proprie dici volunt. *Taubmann.*

327 *Sub ipsam Finem*] *Finem* bis subaudis: sub ipsam finem, aut fessi adventabant ad finem. *Servius.*

Sub ipsam] In omnibus pene codicibus antiquis, *sub ipsam* fœminino genere positum inveni: de cujus nominis genere plura alibi. Sane vero præteritum non sinam locum apud Livium l. IV. pr. Dec. ‘ Finem ergo non fieri nec futurum:’ ita vulgata habent exemplaria, virili genere. Vetus autem codex, *futuram* legit fœminino. Sunt tamen, qui *sub ipsum* hoc loco legunt. *Pierius.*

328 *Cum sanguine*] In exemplaribus aliquot manu scriptis, *tum* habetur: sed *cum* magis placet. *Idem.*

329 *Labitur infelix*] Quia parata victoria caruit. *Servius.*

Cæsis ut forte juvencis] Bene rem notam per transitum tetigit. Agonalis enim moris fuerat, post sacrificia ad certamen venire. *Idem.*

Cæsis ut] Explicui particulam *ut* pro *ubi*. Interpretes hoc non suppeditant. Et cur pudeat a Lambino sumpsisse? Observat hic in Od. I. 17. eam particulam apud bonos auctores valère idem quod, *ubi*, et præsertim in hoc loco Virgilii. Erit ergo sententia: ibi lapsus est, *ut*, id est, *ubi*, erat sanguis fusus, quem *levem* vocat: nam, ut ait Donatus, illum terra non biberat, et inter herbas congelatus supererat. Sic Catull. ‘ Verum totius ut lacus putidæque paludis Lividissima, maximeque est profunda vorago.’

Terentius: 'Mater con-jam ut limen exirem, ad illt.' Id est, ubi, aut, cum m. Poenis quoque capere ut dicat: Labitur in san-rte erat fusus. Cerda.

ns humum viridesque super herbas] Ordo est, super-uine.

In Longobardico quidem, ico codice, humi legitur. mo et aliis fere omnibus, nativo casu habetur: ut defecerat humum et viri-. Pierius.

bata] Participium sine ver-Servius.

] Est hoc quod Plautus Genua hunc cursorem de-Cerda.

] Pro titubantia: neque r'dico. Taubmann.

incidit] Ablativum posuit, ut mutatio. Servius.

lus amorum] Id est, Eurya-vicit sententiam Euryali. ro amoris: nec supradictis sit enim, amore pio pueri: m, qui pluraliter non nisi am significant. Idem.

oblitus amorum] Propter t causam posuit in superi-tam inter illos amorem.

] In veteribus plerisque una plus dictione amorum. Verum id verbum ex pa-ihi videtur insertum. Mis-codices, in quibus amoris mero legitur: quum longe mnino amorum numero mul-abeatur. Pierius.

sa arena] Tenui: quanto minutius, tanto est densius.

arena] Non subscribo sen-. Panvinii de lud. Circ. l. I. l pro ipso certaminis loco ra sumit. Quod tamen sæpe ut gladiator consilium capit in arena. Sed partem hic sanguine madefactam, vel lubricam factam are-nam notat, quæ in palæstris usui est. Pro nobis facit vs. 358. 'Et simul his dictis faciem ostentabat, et udo Tur-pia membra fimo.' Emmeness.

337 Emicat Euryalus] Celeritatem et concitationem quandam motus hoc verbum innuit, ut supra, 'Terque solo emicuit:' et, 'linguis micat ore tri-sulcis:' et Cic. de Nat. Deor. II. 'Jam vero venæ et arteriæ micare non desinunt, quasi quodam igneo motu:' animadversumque sæpe est, cum cor animantis alicujus evulsum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem, &c. Nimirum Græci σφύζειν ἀρτηρίας dicunt, quam vocem etiam ad alia transferunt. Germanus.

338 Prima tenet] Τὰ πρῶτα, loca. Servius.

Prima tenet] Quæ sunt hæc prima spatia, quæ victor occupat? Recurre ad ea, quæ jam dixi, de linea fieri so-lita non modo ad carceres, sed ad me-tam, qua occupata victores jam esse credebantur. Pind. Pyth. IX. ποτὶ γραμμᾷ μὲν αὐτὰν στᾶσε κοσμήσαις, τέλος ἔμμεν ἄκρον: ipsam cum exornas-set, collocavit ad lineam, terminus ut es-set extremus. Lege quæ docte et late Petrus Faber Agonist. II. 7. Cerda.

Fremituque secundo] Bene secundo addidit: quia est et irascentium. Servius.

340 Hic totum caveæ] Hic temporis adverbium est, modo. Idem.

Caveæ consessum] Per caveam autem plebem significat. Nam cavea conses-sus est populi. Idem.

Caveæ] Idcirco theatrum cavea di-citur, quod inclusos contineat specta-tores. Donatus.

Caveæ] Cavea dicebatur et quæ in theatro, et quæ in amphitheatro, ipsum nimirum ædificii cavum: prior locus scenis dicatus fuit, posterior cædibus. Clarius: theatrum dictum est cavea, et amphitheatrum cavea.

De theatro capiendus Cicero de Amicit. 'qui clamores tota cavea nuper in hospitis et amici mei M. Pacuvii fuerunt nova fabula, cum ignorante Rege, nter esset Orestes, Pylades se esse Orestem diceret, ut pro illo necaretur,' &c. Et Arnobius l. IV. 'assurgunt theatra, caveæ omnes concrepant fragoribus atque plausibus.' Videndus etiam Suetonius in Claud. c. 21. De Amphitheatro Prudentius: 'Quid pulvis caveæ semper funebris, et illa Amphitheatralis spectacula tristia pompæ?' et in Peristeph. hym. 6. 'Intrant interea locum rotunda Conclusum cavea: madens ferarum Multo sanguine quem furor frequentat. Cum spectacula perstrepunt cruenta, Ac vilis gladiator ense duro Percussus cadit, et fremit voluptas.' Quin in theatro mentio est plurium cavearum, dicente Tullio lib. de Senectute: 'Ut Turpione Ambivio magis delectatur, qui in prima cavea spectat, delectatur tamen etiam, qui in ultima, sic adolescentia,' &c. Ab his locis, metaphorice quilibet circus, aut consessus conjunctus in modum Theatri, dicitur *cavea*, et hac translatione usus Poëta. Hoc loco demum addo *caveam* dici in venatione Romana locum, ubi asservatæ feræ. Stat. Sil. II. 'stat cardine aperto Infelix cavea, et clausis circum undique portis, Hoc licuisse nefas, pavidi timuere leones.' *Cerda.*

Consessum] In codicibus aliquot antiquis, *consensum* habetur. Sed puto *conse'sum* fuisse notatum cum sicilico, de quo apud Victorinum haberi diximus, quod librarii pro nota compendiaria *n* literam significante, transcripsere. Nam *consessum caveæ* omnino castior lectio videtur. *Pierius.*

Hic totum caveæ consessum] Lucret. IV. 'Namque ibi consessum caveai subter, et omnem Scenalem speciem Patrum.' Tacit. Ann. l. XIII. 'Inter ea, quæ barbaris ostentantur, intravere Pompeji theatrum, quo magnitudinem populi viserent. Illi otium (neque enim ludicris igna lectabantur) dum consessum c discrimina ordinum, quis eque senatus, percunctantur.' *Germ*

Et ora Prima patrum] Ho quod Juvenalis ait, 'Et omnib podium spectantibus.' *Servius.*

342 *Erept. dolo red. s. p. ho* Τὸ γέρας καταβραβευθέν. Græcis καταβραβεύειν, est, in capiend vio aliquem circumvenire. *Ge*

343 *Tutatur*] Tale quid in S 'Accessit lacrimarum gratia fo Euryali pulchritudo hic, et in extollitur. Fuit hæc (ut credi p eximia, et veteribus admiranda, etiam Ibycus prodidit, qui sic Athen. Εὐρύαλε γλαυκέων χαρίτ λος καλλικόμων μελέδημα, σὲ μ πρις, ἅτ' ἀγανοβλέφαρος Πειθὼ ῥ ἐν ἄνθεσι θρέψαν: *Euryale ca gratiarum germen pulchricomarum te certe Venus, et blandis oculis S roseis in floribus educarunt.* Ill *niens* explicat Nannius in episto Pison. *crescens.* Ita etiam illu 'Venientis sibilus Austri.' I Horat. 'Sic honor, et nomen d vatibus atque Carminibus ven est, crevit. *Cerda.*

Lacrymæque decoræ] Ipse fletus habebat aliquid venustati tus a gaudio: ut Terentius, 'La gaudio.' Quod et congruit propter victoriam inopinatam certe ad miserationem move contra eum, qui se adserebat victorem. *Servius.*

344 *Veniens*] Crescens: ut, segetes, illic veniunt felicius uv

Et pulchro veniens in corpore Tanta formæ est potentia, ut ips que virtuti ex ea non levis ac commendatio. Vide Junium de veterum III. 9. de hac re fusi putantem Brod. Misc. v. 35. pro crescere apud Hor. de art. vs. 401. *Emmeness.*

346 *Qui subiit palmæ*] In

proximum victoriæ successit. *Taubm.*

Ad præmia venit Ultima] Neque enim ex quinque istis Cursoribus tum tertius fuisset, (tribus autem duntaxat primis præmia Æneas proposuerat,) sed quartus: atque ita præter spicula bina et bipennem nihil accepisset, si primi loci præmium Salius sumeret. *Idem.*

347 *Redduntur*] In exemplaribus plerisque veteribus legere est, *reddantur* conjunctivo modo. Sed *redduntur* finitivo modo in emendatioribus. *Pierius.*

349 *Certa manent*] Firma. *Serv.*

Pueri] Ut diximus supra: quia ἔφηβοι καὶ παῖδες dicuntur. *Idem.*

350 *Me liceat*] Liceat me misereri. Nam non dicimus *me liceat:* sed, *mihi liceat*. Idem.

Casus] Allusit a cadendo. *Idem.*

Casus] In codicibus omnibus quotquot legi, *casus* habetur: quorum nonnulli verbum etiam alterius figuræ, quippe *misereri* ponunt: ut *casus* sit genitivo casu. Sed enim *casum miserari* satis magis facit auribus eruditis: ut, 'Miseratus agrestes.' *Pierius.*

Casus miserari insontis amici] Eustath. in illud Il. Ψ. τὸν δὲ ἰδὼν ᾤκτειρε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς. οἰκτείρειν δὲ κυρίως τὸ λαλεῖν λόγους, οἳ κινοῦσιν εἰς οἶκτον, ἤτοι ἔλεον. Unde et *miserari* Latinis, est verbis, aut lacrimis, aut gestu dolorem ex alicujus miseria contractum ostendere, σχετλιάζειν. Festus: 'Miseratur is, qui conqueritur aliena incommoda.' Virgil. 'Miserantem incommoda nostra.' et Æn. XII. 'Et Turni sortem miserantur iniquam.' et Æn. X. 'Ingemuit miserans graviter, dextramque tetendit.' Et *miseratio*, οἰκτιρμός. *Germ.*

351 *Tergum*] Mutavit more suo. Nam *tergus* debuit dicere. *Servius.*

Tergum leonis] Pro *tergus*, quæ pellis est, ut Æn. I. 'Tergora diripiunt costis.' *Tergum* vero habet carnis appellationem. Et notat etiam Charis. *tergus* de brutis dici. *Taubm.*

Gætuli] Scribendum *Gætuli* cum diphthongo *æ*, ut alibi ostensum. *Pierius.*

Gætuli leonis] Illius meminit Horat. od. I. 23. 'atqui non ego, tigris ut aspera Gætulusve leo frangere persequar.' et od. I. 20. 'non vides, quanto moveas periclo, Pyrrhe, Gætulæ catulos leænæ?' et Sil. Ital. pro *villis onerosum* dicit l. XVI. 'villosa leonis Terga feri.' *Emmeness.*

352 *Onerosum*] Plus est, quam si *oneratum* diceret: sicut *sceleratum* et *scelerosum*. Servius.

Dat Salio villis onerosum] Imitatione illius apud Hom. loci Il. Ψ. ubi Achilles Eumelum noluit indonatum dimittere, quod fracto a Minerva curru, præteritus a concertatoribus in agonali certamine fuisset. *Germ.*

354 *Et te lapsorum miseret*] Sic Antilochus ad Achillem. Il. XXIII. Εἰ δέ μιν οἰκτείρεις, καί τοι φίλον ἔπλετο θυμῷ: *Si autem ipsum miseraris, et tibi gratum est animo.* Cerda.

355 *Qui laude coronam*] Virtute: a sequenti quod præcedit. *Servius.*

356 *Fortuna*] Bene dolum suum excusat. *Idem.*

358 *Optimus olli*] Aut ei adrisit: aut olli jussit efferri. Sane congrue arma dat juveni. *Idem.*

359 *Didymaonis artes*] Laus ab artifice: ut, 'Divinum opus Alcimedontis.' *Idem.*

Et clypeum efferri jussit Didymaonis artes] De clipeo dictum alibi. In antiquis aliquot codicibus *offerri* est, quod non æque placet. Sunt etiam codices, in quibus *Didymæonis* media per *æ* diphthongum notatum sit: quod nomen esset a cognomento Apollinis, qui etiam *Didymæus* appellatur. Sed hæc parvi omnino momenti sunt. Illud silentio minime prætereundum est, quod in Romano codice, *artem* unitatis numero, hoc est, opus, legitur: quam lectionem etiam in aliquot aliis manu scriptis

observavi. *Pierius.*

360 *Neptuni sacro Danais de poste refixum*] *Danais*, a Danais: et intelligimus hoc ad Æneam transisse per Helenum. *Servius.*

Neptuni sacro] Morem, quo Deorum templis arma dicabantur, affigebantur, suspendebantur, quemque hic attingit poëta, alibi persequor. Cum dicat Poëta *clypeum refixum de sacro poste*, credamus ad illum allusisse Horatium Od. I. 28. 'quamvis clypeo Trojana refixo.' et epist. I. 2. 'Sub duce qui templis Parthorum signa refixit.' *Cerda.*

363 *Præsens*] Fortis: ac si diceret, Si adsit quis plenus animi. *Serv.*

Animusque in pectore præsens Adsit] Id est, audeat: ita Scalig. IV. 16. interpungit et explicat. *Taubmann.*

365 *Pugnæ*] *Pugna* nomen est polysemum, atque adeo quamvis stricte sumptum distinguatur a cæstibus, ut etiam Hieron. Mercur. in Agonist. tamen hic ad cæstuum significationem trahitur: non enim dubium, quin de cæstibus loquatur Poëta. *Cerda.*

366 *Velatum*] Id est, coronatum. *Servius.*

Auro] Quia solent habere laminas quasdam: ut, 'Et statuam ante aras aurata fronte juvencum.' *Idem.*

Juvencum] Facit donum militare. Livius l. VII. in historia Corvini, 'Consul, concione advocata, laudatum tribunum decem bobus aureaque corona donat:' et l. XXVI. post expugnatam Novam Carthaginem: 'Ante omnes (Scipio) C. Lælium, præfectum classis, et omni genere laudis sibimet ipse æquavit, et corona aurea ac triginta bobus donavit.' *Cerda.*

367 *Solatia victo*] Prudentiam Æneæ et versum hunc supra jam dedi. Institit vero Poëta imitationi Homeri Iliad. XXIII. ubi in pugilatu non solum victoris, sed victi quoque ratio habetur. Locus, et quia aliis dictus, mihi siletur. Illud non silendum, bis eandem rem in eo loco repeti nulla necessitate; semel Poëtæ, deinde Achillis ore. *Idem.*

368 *Nec mora; continuo*] Ducta hæc ad Homericum filum. *Ὣς ἔφατ'· ὤρνυτο δ' αὐτίκ' ἀνὴρ ἠΰς τε, μέγας τε, Εἰδὼς πυγμαχίης υἱὸς Πανοπῆος Ἐπειός*: *Sic dixit; prodiit autem statim vir amplusque magnusque, Sciens pugillaris pugnæ, filius Panopei Epeus.* Idem.

369 *Virum se murmure tollit*] Cum suffragio plurimorum. *Servius.*

Magnoque virum se murmure tollit] Id est, effert se secundo rumore, et suffragio plurimorum: Servius et Scal. IV. 16. Idem III. 2. Daretis hujus Personam audacem et militarem describit, quem vide. *Taubm.*

370 *Solus qui Paridem sol. cont. contra*] Multi hæc a poëta volunt dici: melius tamen verba sunt populi. Unde et, 'virum se murmure tollit.' *Servius.*

Paridem] Venit ab eo quod est *Paris*, *Paridis*, vel *Paridos*. Quod autem legimus, *Urbe paterna, Paris creat*, venit ab eo quod est, *πάρις, τοῦ πάριος, τῷ πάρι, τὸν πάριν*: et volunt, si proprium sit, in *dos* exire genitivum: si appellativum, in *os*. Sane hic *Paris* secundum Troica Neronis fortissimus fuit: adeo ut in Trojæ agonali certamine superaret omnes: ipsum etiam Hectorem, qui cum iratus in eum stringeret gladium, dixit se esse germanum; quod, allatis crepundiis, probavit, qui habitu rustici adhuc latebat. Hos autem ludos transfert Virgilius ad Hectoris tumulum: qui sunt facti, cum ludi funebres celebrarentur cadaveri Hectoris, ab Achille occisi. *Idem.*

371 *Occubat*] In vetustis aliquot exemplaribus, *maxumus adcubat*, et *accubat* habetur. Sed *occubat* vel *obcubat* de sepultis rectius dici puto. *Pierius.*

372 *Buten*] Alterius Butæ, qui filius Pandionis, Athenarum regis,

(unde Ἐτεοβουτάδαι nomen familiæ illustris apud Athenienses) Stephanus meminit. *Cerda.*

Immani c.] Vastum corpus habentem, Macrob. VI. 8. *Taubmann.*

373 *Amyci de gente ferebat*] *Amycus* fuit Neptuni filius et Nymphæ Melies: qui a Polluce victus est pyctali certamine. *Bebrycia* autem ipsa est Bithynia. Salustius, 'Igitur introrsus prima Asiæ Bithynia est, multis antea nominibus appellata. Ipsa enim est et major Phrygia.' *Servius.*

Amyci] Amycus Neptuni filius, celeberrimus pugil, a Polluce, qui cum Argonautis eo venerat, victus est cæstu: imperavit Bebryciis id est, Bithynis. De ea pugna Val. Flaccus II. 4. et imprimis Theocrit. in Geminis Idyll. XXII. *Taubmann.*

Bebrycia veniens Amyci de gente] Illius meminit Stat. Achill. l. I. 'crudo quo Bebryca cæstu Obruerit Pollux:' qui idcirco Ἀμυκοφόνος dicitur. Ex nemore insidias struebat, inde idem Theb. l. III. eum appellat 'servatoremque cruentum Bebrycii nemoris.' *Emmeness.*

374 *Perculit*] Antiquus admodum codex, *percutit* legit: quæ quidem antichronia esset, pro *percussit*. Nam *percellere* ad animum grammatici referre volunt: quod tamen non usquequaque receptum video: codicibus præsertim antiquis sæpe *percussus* pro *Perculsus*, ponentibus. Verum esto inter utrunque verbum differentia, loco hoc *perculit* omnino ad animum referri potest, quum significet ex ictu adeo consternatum, ut abalienato animo concideret moribundus. *Pierius.*

Moribundum] Morienti similem. *Servius.*

Moribundum extendit] Ita Theocrit. εἰδ. XXIII. αὐτὰρ ὁ πλαγεὶς Ὕπτιος ἐν φύλλοισι τεθαλόσιν ἐξετανύσθη: *at ille sauciatus Supinus in foliis virentibus extensus jacuit.* Iterum, πᾶς δ' ἐπὶ γαῖαν κεῖτ' ἀλλοφρονέων: *totus vero humi Jacebat exanimis:* sermo est de Amyco interfecto a Polluce. Recte vero ait Germ. Lucanum dixisse l. V. verbo *explico*, quod Virgilius verbo *extendo*, cum scripsit: 'radiibus Pæan Pythona sagittis Explicuit.' *Cerda.*

375 *Talis*] Qualem multitudo loquebatur. *Servius.*

Talis, &c.] Id est, cum tanta fama. Et est eximia ὑποτύπωσις jactabundi: in quod exemplum ferocula juventus intueatur. Comparat autem hanc Cæstuum pugnam et Daretis personam Scaliger cum similibus, ex 2. Apollonii Poët. v. 6. *Taubmann.*

376 *Ostendit*] Melius dixisset *ostentabat*. Servius.

Ostenditque humeros latos] Græci ὠμοκνδιᾷν, ob latitudinem humerorum et bonam corporis habitudinem superbire dicunt. *Germanus.*

Humeros latos] Inde *Plato* consecutus nomen, teste Apulejo de dogmatic. Platonis. 'Platoni habitudo corporis cognomentum dedit, namque Aristocles prius nominatus.' De humeris Platonis Ælian. var. hist. II. 10. ubi πλάτος de latitudine humerorum. *Emmeness.*

377 *Et verberat ictibus auras*] Sic Hom. Il. XIII. ἠέρα τύψε: *aërem verberarit:* et Græci sæpe, ἀέρα δαίρειν, *aërem cædere, verberare:* unde et δῆρις, contentio, pugna. Ista German. Sed et credibile adumbratum a Poëta morem gladiatorum, qui ante pugnam in arena ipsi prius se exercebant, verberantes aërem. Hoc prælusorium certamen attingit, et explicat Plato leg. l. VIII. ab illis verbis, ἢ πύκται γε ὄντες, &c. Sed adhibeo tantum Latina: *vel si pugiles essemus, nonne pluribus ante diebus pugnare didicissemus, omnia facientes, quibus in vero certamine, ubi ad victoriam contenditur, uti oporteat, quam proxime ad id, quod simile est, accedentes.* Inter exercitationes militum Vegetius II. 11. 'saltus quoque, et ictus facere pari-

ter assuescant.' Eodem pertinet Græca parœmia, ἀέρος πληγή. Hanc exercitationem, hoc præludium, hanc inanem aëris verberationem, proprio verbo Seneca dixit *ventilare* ep. 117. 'Quam stultum est, cum signum pugnæ acceperis, ventilare. Remove ista lusoria arma, decretoriis opus est.' Cum quo Senecæ loco congruit locus Damascen. orat. de Transfig. ἐνθυμότερόν πως πρὸς τοὺς ἀγῶνας στελλονται, οὐκ ἀνθρώποις παρατασσόμενοι, οὐδὲ ἀέρα δαίροντες. Pollux l. III. de athletis σκιαμαχεῖν, *cum umbra pugnare*. Virg. 'frustra ferro diverberat umbras.' Est hoc plane, quod Ge. III. de tauro, 'ventosque lacessit.' Quod Catull. de Nupt. Pelei: 'nequicquam jactantem cornua ventis.' *Cerda.*

379 *Cæstus*] De Cæstu Scal. de poët. I. 20. Onuph. Panvin. de Circ. l. I. et quæ dicta a nobis Ge. III. 20. vide. *Emmeness.*

380 *Alacris*] Cum *acer* ubique dicat, *alacer* tamen non dicit: licet inde nascatur. Vitat enim confusionem. Unde utrunque non vult dicere. Nam *alacer* nusquam: et iterum *acris* nusquam dixit. Inde est quod etiam Papinius supprimit genus, quia dubitatur. *Servius.*

Alacris, cunctosque putans excedere palma] In Romano codice, et in Longobardico, *palma* non *pugna* legitur, quod valde placet. Nam et apud Priscianum duobus antiquis codicibus, et apud Carisium literis Longobardicis ita scriptum observavi. Ea ratione citato versu, ut utrum *alacer* per *er*, an *alacris* per *ris* dicendum sit, terminetur, placetque, vel Virgilio in primis auctore, dici *alacris*. Consuetudo tamen, ut ait Plinius libro dubii sermonis sexto, *alacer* dicit. *Pierius.*

Putans] Jam ex hoc signat emersurum alium, qui vincat. *Donatus.*

383 *Si nemo audet*] Ὅρος βιαῖος. Argumentatur enim se vicisse, ex eo quod ad certamen nullus a
Servius.

Quæ finis standi] Fœmineo enuntiat, ut Lucretius l. I. et tius bis terve. *Cerda.*

384 *Teneri*] In Mediceo, e ribus quibusdam aliis codicib *rari* legitur. Mora enim erat desidentibus. Sed magis pla *neri:* ut in Porcio exemp. est ter suscepti muneris obliga *Pierius.*

385 *Cuncti*] Ut pro vict omnibus haberi ostendat, et si testimonium suorum meritorum *natus.*

386 *Reddi*] Quasi debita pr quia ait, 'Victori velatum au tisque juvencum.' *Servius.*

Jubebant] Vox notanda. N jubebant? qui imperabant Ergo hæc vox traducta ab bus exhortationibus: milite dicuntur *jubere*, cum animos plausu, favore, fremitu. Hinc arrepta Vati, et aliis, quibu est suadere. Sic Æn. III. 'S precibusque jubent exposce cem.' Et in fine hujus libri rare jubes.' Inde illud tritu beo te flere,' id est, volo ut f illud Comicorum: 'jubeo te id est, volo ut salveas. *Cerda*

387 *Hic*] Tunc. *Gravis*, ve vel objurgatione. *Servius.*

Castigat] Increpat, objurg

388 *Toro consederat herbæ*] de verbo. Nam *torus* a torti est herbis. *Idem.*

Proximus ut viridante toro co herbæ] In Ant. *proxumus* u *con. herba.* Sed *herbæ* posse su omnino melius. *Pierius.*

Toro consederat herbæ] Qu *herbæ?* Lux ab Julio Scalig tic. I. 21. Ne judicibus l affluente turba, objectu e conspectus adimeretur, agge tibus editiorem locum sibi, auctis, faciebant, et eam ob

locus depressior fuit, ac proprie toma dictus. Addo, verba Virgilianissima esse ad tori etymologiam explicandum. Torus enim dictus quod fieret primum ex torta herba, unde ait toro herbæ. Propertius eleg. III. 8. 'Altaque nativo ... herba toro.' Inde stragula, quæ sternebantur supra torum, dicebantur toralia. Vide quæ de hac re ... Ciaconius de Triclin. Rom. et commentatores in Horat. ad illud ... I. 'Ne turpe toral,' atque ... II. ad illud, 'illota toralia' et etymon ipsum alii indicant. Plin. VIII. 48. 'Antiquis enim ... stramento erat.' Tib. eleg. 'At sibi quisque dapes, et festas ... alte Cespitibus mensas, ... atque torum.' Apul. l. v. ... teneris, et herbosis locis in ... graminis suave recubans.' ... una cum toro conjungebant ... menta, cespites, loca herbosa ... Cerda.

Entelle, heroum] Objurgatio ... juriosa, cui sit admixta laus. ...

...] Lubitum transcribere Turnebum ... XXVI. 17. 'Entellus ille, ... a Darete ad pugilatum com..., Entellæ Siciliæ urbi vocabulum dedit. Ita siquis antiquos ... scriptores, nullum fere in ... reperiet nomen, non ex anti... promptum historia. Sed cum ... antiquitatis monumenta non ita ... oblivione ex hominum memoria, ut hodie, fiebat ut Maro ... magna eruditione prædi... floreret, et laude ferretur ...: nunc nobis illa doctrinæ ... non comparent, ita et ingenio ... Poëtæ minus favemus, ... intelligimus quod in eo sit ... dum.' Non omittenda hæc ..., quæ luculenta in laudem ...; et quæ nostris commenta... ... afferant, si aliquantulum obliteratæ jam antiquitatis, minus Poëtam illustramus. In Plinii certe III. 8. Entellinos legas, ubi populos Siciliæ percurrit. Cerda.

Entelle] Ab hoc oppidum Entella, cujus cives Stephano ἐντελλῖνοι, Ciceroni III. Verr. Entellini. Urbis meminit Sil. Ital. l. XIV. 'largoque virens Entella Lyæo, Entella Hectoreo dilectum nomen Acestæ.' Quo loco positum sit hoc oppidum, dabit Cluver. antiq. Sicil. II. 12. Emmeness.

Frustra] Ordo est: Tantane dona tam patiens sines tolli frustra? Sane sciendum hunc secundum Hyginum, qui de familiis Trojanis scripsit, unum Trojanorum fuisse, de quo Virgilius mutat historiam. Servius.

Frustra, Tantane tam patiens] Singula verba cum pondere pronuncianda. Frustra, id est, sine laboris merito. Donatus.

Frustra] Hæc vox ita componenda, frustra quondam fortissime: non, ut volunt Servius, et Donatus. Auctor est Nascimbænus: itaque ait: Frustra olim fuisti fortissimus, si nunc sinis patienter tam præclara dona duci a Darete absque ulla pugna. Nec dissimilis sententia Homeri Iliad. l. VII. Ὤμοι ἀπειλητῆρες Ἀχαιΐδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί: Hei mihi minaces Achivæ, neque amplius Achivi. Quo sensu Maro in IX. 'o vere Phrygiæ, neque enim Phryges.' Demum hæc explicatio sequentibus firmatur; nam ut hic frustra fortissimus; ita statim, 'Nequicquam memoratus Eryx.' Cerda.

390 Tanta] Tam preciosa, tam pulchra, sine gloria vincendi tolli dona patieris? Est autem sententia, quoniam in superioribus ille dixerat, Si nemo audet, videberis tu etiam timuisse. Donatus.

391 Nobis deus ille, magister] Nobis non vacat: ut Cicero, 'Qui mihi accubantes:' sed pro noster est positum, vitandi propter similitudinem homœoteleuti causa. Servius.

Nobis] Hoc πάρελκον, et similia

frequentissima Græcis et Latinis. Oppian. Cyneg. I. Τοὔνεκά μοι δέμας ὧδε κεραοσάμενοι φοιτώντων. Horat. epist. I. 3. 'Quid mihi Celsus agit?' Sed utriusqne linguæ quæ non redundant exempla? Cerda.

Ubi nunc Deus, &c.] Quasi diceret, Indignus tanto es magistro, et eo nomine, si hunc sine pugna sequi patiaris præmia. Simili exprobrandi formula utitur Cicero pro Milon. c. 34. 'ubi nunc senatus est, quem secuti sumus? ubi equites, &c. ubi studia?' &c. *Emmeness.*

392 *Eryx*] Fuit hic Rex Siciliæ, egregius cæstuum decertator, ut qui a parentibus veluti jure quodam hereditario eam artem traxisset. Amycus enim Rex Bebryciorum, et qui primus cæstibus pugnavit, Buten genuit. Butes Erycem. Ab Eryce artem pugilicam didicerat Entellus. Ait ergo: Frustra gloriaris de magistro. Vocat hunc *Deum* more usitato ethnicorum: magnos enim viros ita appellabant. Possis ad Erycis apotheosin referre. *Idem.*

393 *Spolia illa tuis pendentia tectis*] Turnebus more Romano vult dixisse Poëtam, nam ut scribit Plin. Nat. hist. l. xxxv. 'Romani ædium suarum limina, adfixis hostium spoliis, exornabant, quæ mutato domino, nec emptori refigere licebat.' Unde hac imitatione et repræsentatione de Caco Maro, 'foribusque affixa superbis Ora virum,' &c. *Germanus.*

394 *Ille sub hæc*] Aut statim: aut post hæc. *Servius.*

Non laudis] In aliquot codicibus antiquis, *nec laudis amor, nec gloria.* Sed in pluribus *non.* Pierius.

395 *Sed enim gelidus tardante senecta Sanguis hebet*] Aliud pendet ex alio: quare *hebet?* quia gelidus est: quare *gelidus?* quia senex. *Servius.*

Hebet] Non placeret quod in Romano codice legitur *habet*, nisi lectionem eandem invenissem apud Asperum veterem Grammaticum in antiquissimo itidem codice: placet tamen et *hebet*, ut vulgata habent exemplaria. *Pierius.*

Gelidus sanguis hebet] Deferbuit ardor. Frigidioris quippe sanguinis sunt senes, ideoque obtusioris ingenii: inde Horat. ut hoc *gelidus sanguis hebere* dicitur, de art. Poët. vs. 169. 'Multa senem circumveniunt incommoda, vel quod Quærit, et inventis miser abstinet, ac timet uti, Vel quod res omneis timide gelideque ministret.' Juvenal. Sat. x. 217. 'Præterea minimus gelido jam in corpore sanguis.' *Emmeness.*

396 *Effœtæ*] Exhaustæ: et est translatio a mulieribus, quas partus frequens debiles reddit. *Servius.*

397 *Improbus iste*] Qui sine certamine postulat præmium. *Idem.*

398 *Illa juventa*] Aut magna, quæ quondam fuerat. *Idem.*

Juventas] In Romano codice, *Juventas* legitur: veluti prius erat in Longobardico. Reliqui etiam codices ita sæpe soliti sunt scribere, ut in VIII. 'Tum mihi prima genas vestibat flore Juventas.' In aliquot aliis *juventus* est. Sed enim Grammatici quid *juventus*, quid *Juventas*, quid *juventa* sit, suis singula differentiis finiunt. *Juventutem*que de juvenum multitudine dici volunt, quum *Juventas* Dea sit, *juventa* ætas. Quanquam sunt, qui duo hæc aliter accipiant. In nummo tamen Aurelii, et aliorum quorundam *Juventas* inscribitur, quod de Dea dici nemo dubitarit. Et No. Marcello *Juventas* Dea, *juventa* ætas est. Nam et Catullus, *exercere juventam* dixit, quod nemo non de ætate dictum affirmet. Quod vero *Juventas* pro ætate toties in antiquis exemplaribus inveniatur, minime displicet, quum figurata sit elocutio, perinde ac illa, *sine Cerere et Baccho.* Pierius.

399 *Pulchroque*] In Mediceo per disjunctivam, *pulchrove*, legitur. *Pier.*

Pretio, juvenco] Ἓν διὰ δυοῖν, id est, præmio juvenci. Hoc autem indicium est

animi generosi, cui merces unica virtus. Taubmann.

400 *Nec dona moror*] Id est, Non expecto. Hic enim sensus tam superioribus quam sequentibus congruit: etenim supra ait, se non præmii causa dimicare, sed gloriæ; et paulo post bovem victor interemit. *Servius.*

Nec dona moror] Sic Horat. ep. I. 15. 'Vina nihil moror illius oræ.' *Emmeness.*

401 *In medium geminos*] Hæc et multa alia apparent facta ad imitationem Apollonii Agon. l. II. *Cerda.*

Inmani pondere] Pro *immanis ponderis*, more suo: ut, 'Hamis auroque trilicem.' *Idem.*

402 *Quibus*] Quorum instructu. *Idem.*

403 *Ferre manum*] Contendere. Nam utraque manus armatur. Et *manum*, pro *manus*. Idem.

Intendere brachia tergo] Ligare: ut, 'Intenditque locum sertis.' *Idem.*

Brachia] Monet Jul. Scalig. Poët. I. 22. cæstus initio breviores fuisse: mox ne excuterentur ictibus, majores fieri cœptos, ita ut non solum manum occuparent, sed cubitum, brachia, humeros. Inde et Propertius in cæstibus, brachiorum quoque meminit: 'Nunc ligat ad cæstum gaudentia brachia loris.' *Cerda.*

404 *Obstupuere*] Non in Virgilianis tantum codicibus, *obstipuere* per *i* secunda syllaba reperitur, verum in Terentii, Horatii, et aliorum Auctorum antiquis exemplaribus verbum id hoc eodem modo notatum invenias. *Pierius.*

Animi tantorum] Hic distinguendum est: hoc est, virorum fortium, quos æquum non erat magna mirari. Unde addit, 'Ante omnes stupet ipse Dares.' Nam stultum est dicere tantorum boum: cum diceret septem. *Servius.*

405 *Terga boum*] Statius VI. 730. 'nigrantia plumbo Tegmina cruda boum induitur.' Sed operæ pretium esset legere totum istum librum divinæ Thebaid. ubi plane similia habentur. *Taubmann.*

406 *Ante omnis*] In antiquis, *omnis*. Sed libet hoc loco clarissimorum hominum testimonia proferre, qualesque fuerint, qui de levibus hujuscemodi quæstiunculis disputare operæ pretium existimarunt. Sosipater Carisius integrum sane libellum C. Julii Romani de Analogia transcribit, in quo illud etiam adnotatur, quod Pomponius secundus poëta, ut refert Plinius, propter homonymiam Nominativi Accusativo casu *omnes* non putat dici, sed *omnis*; tamen idem Plinius in eodem permanet, dicens *omnes* tum demum posse dici Accusativo, ut *canes*: quod Genitivus pluralis horum *canum*, ante *um*, *i*, non habet. Ponunt inde exempla, variatam esse dictionem apud unum eundemque Auctorem, præcipueque apud Sallustium, ejusque varietatis Asperum Grammaticum solicitum fuisse. Nam *omnes* per *e* scriptum esse in Catilinario eo loco, *omnes homines P. C. qui de rebus, &c.* Per *i* vero tertiam vocalem *omnis* in eodem commentario, *omnis homines qui sese student.* Quæ quidem scribendi ratio quotidie nunc corrumpitur: neque codex jam ullus extat, quem non Librarii arbitrio suo totum audeant contaminare. *Pierius.*

Longeque] Valde: ut, 'Tyberinaque longe Ostia.' *Servius.*

Longeque recusat] Pari sensu Prudent. in Psychomachia: 'monumenta tristia longe Spernit.' Ennius: 'Jus atque æquum se a malis spernit procul.' Servius et Non. *longe* exp. *Taubmann.*

408 *Vinclorum vol.*] Sutilium lororum. Eleganter, *volumina*, hic et alibi vocat gyros, spiras, sinus, orbes, flexus. Ita G. III. 'Equus sinuat alterna volumina crurum.' Æn. XI. 'Serpens sinuosa volumina versat.' Ita alii, *volumina cælorum*. Idem.

Versat] Considerat: Salustius 'Ex-

ercitum majorum more verteret,' hoc est, consideraret. *Servius.*

409 *Senior*] Secundum Varronem *senior* et *junior* comparativi sunt per imminutionem. Hinc est, 'Jam senior: sed cruda deo viridisque senectus.' Additum enim hoc est ad exprimendum, qui sit senior. Item Ovidius: 'Inter juvenemque senemque.' Et re vera non convenit hunc satis senem accipi, qui et vincere potest, et uno ictu taurum necare. Ergo *senior*, non satis senex: sicut *juvenior*, non satis juvenis, intra juvenem: sicut *pauperior*, intra pauperem. Dicit autem hoc Varro in libris ad Ciceronem. *Idem.*

410 *Cæstus et arma*] Ἓν διὰ δυοῖν: arma, id est, cæstus. *Idem.*

411 *Tristemque hoc ipso in litore pugnam*] Aut in quo magister occisus est: aut in tristi litore, id est, infœcundo. Varro enim dicit sub Eryce monte esse infœcundum campum fere in tribus jugeribus, in quo Eryx et Hercules dimicarunt. *Idem.*

412 *Hæc germanus*] Germanus est, secundum Varronem in libris de gradibus, de eadem genitrice manans, non (ut multi dicunt) de eodem germine, quos ille tantum fratres vocat: secundum quem bene nunc Erycem Butæ et Veneris filium, Æneæ dicit fuisse germanum. *Idem.*

Germanus] Non ὁμοπάτριος, sed uterinus. Vide Rutgers. var. lect. I. 9. *Emmeness.*

413 *Sanguine cernis adhuc*] Non Herculis quippe victoris, sed Erycis, qui infecerat se tegendo. *Servius.*

415 *Melior sanguis*] Propert. 'dum vernat sanguis.' Silius: 'Hinc virides ausis anni.' *Taubmann.*

Æmula] Necdum adversa virtuti. *Servius.*

Æmula senectus] Cui cum vigor absit, aliis habentibus invidere solet. Ideo Donatus *æmulam* interpretatur *invidam*. Servius, *adversam virtuti:* vel, quæ vult esse æmula juvenilis roboris; et frustra id conatur. *Taub.*

416 *Temporibus*] In his apparet statim indicium senectutis. Aristoteles de Generat. Animal. v. 4. τοὺς δὲ κροτάφους πολιοῦνται πρῶτον: *tempora primo canescunt*. Hac maxime nota cogniti, et descripti senes. Sophocles in Antigon. ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγὼ Τήνδ' ἐκ μελαίνης ἀμφιβάλλομαι τρίχα: *ex quo albos ego Hos ex nigro induor capillos*. Et Propert. eleg. III. 5. 'Atque ubi jam Venerem gravis interceperit ætas, Sparserit et nigras alba senecta comas.' *Cerda.*

Geminis] Duobus. *Servius.*

Temporibus geminis canebat sparsa senectus] *Tempora* inde dicta dicit, quod inde petamus senectutis indicia: inde Homerus Iliad. Θ. senes appellat πολιοκροτάφους, teste Sanct. Min. p. 418. quibus autem caput est inspersum rara canitie, ut Apulejus Metam. l. v. eos Hesychius μεσαιπολίους nominat, vel οὐ σφόδρα πεπολιωμένους, quibus cani per tempora sparguntur, quo verbo etiam utitur Propertius alibi: 'Sparserit et nigras alba senecta comas.' *Emmeness.*

418 *Idque pio sedet Æneæ, probat auctor Acestes*] In codicibus aliquot antiquis una plus dictione legitur, *sedet Æneæ, hoc probat auctor*. Sed mihi nequaquam placet, quod quidem ex paraphrasi inculcatum puto Librariorum inscitia. *Pierius.*

Auctor Acestes] Hujus certaminis scilicet. *Servius.*

419 *Æquemus pugnas*] Id est, arma, a sequenti quod præcedit. *Idem.*

Tibi] Pro *te:* ut, 'Tibi deserit Hesperus Œtam.' *Idem.*

Tibi terga remitto] Ita accipiendum ut apud Horat. 'Atride, magis apta tibi tua dona remitto;' hoc est, cede tibi, et illis renuntio: neque enim *remitto* pro iterum mittere vel simpliciter conveniret, cum Telemachus αὐτοπρόσωπος cum præsente Menelao ageret: nisi ad ἀποπέμπειν Græcorum referamus: quale illud apud Plutarch.

περὶ τύχ. ἤτοι καλῶς ὁ ἐπιθεὶς προμηθεὶς τῷ ἀνιμηθεῖ παρακελεύεται, μήποτε δῶρα δέξηται παρὰ ζῶντος ἀλυπαρίου, ἀλλ' ἀνεπιφθόνων, τὰ τυχηρὰ λέγων, καὶ τὰ ἀπτά. *Germanus.*

Erycis tibi terga] Pari forma Mart. l. IX. 'Loricam clypeumque tibi galeamque remitto. Tutus ut invadat prælia, nudus eat.' *Taubmann.*

420 *Exue*] Projice, solve. *Servius.*

Exue] Ovid. Metam. II. 419. 'Exuit hic humero pharetram.' Sic IX. 31. 'rejeci viridem de corpore vestem.' Quo verbo et Noster seq. vs. utitur. *Emmeness.*

421 *Duplicem amictum*] Id est, A-bollam, quæ duplex est: sicut chlamys. Horatius, 'Contra quem duplici panno patientia velat.' *Servius.*

Rejecit] In veteribus aliquot exemplaribus, *dejecit* habetur, hoc est, demisit propere, ut nudato apparuerit pectore, thoraceque omni, vestibus circa pudenda subligatis. Plura tamen exemplaria vetusta, *rejecit* habent. *Pierius.*

422 *Magna ossa lacertosque*] In perveteri quodam codice, sententia non parum diminuta, legere est, *magnosque lacertos exuit:* quod veriti sunt hypermetrum facere. In aliquot aliis *magna ossa lacertos* absque particula copulativa enclitica: ut sit magnos membrorum artus, ac lacertos, appositive magna ossa. Sed enim in ea vastitate, visendaque membrorum magnitudine, versum et pleniorem esse, et numeris habundare valde mihi videtur esse ex carminis dignitate: quare libentius legerim *magna ossa, lacertosque:* ut pleraque habent exemplaria tam impressa, quam manu scripta. Non præteribo, quod in Actio Pontani *magna ora lacertosque* legitur, quod non crediderim temere positum, tametsi *magna ossa* corporaturam illam athleticam ostendere videantur. *Pierius.*

426 *Constitit*] Hic distinguendum propter vitium, ut sit arrectus in digitos. Est autem hic totus locus de Apollonio translatus. *Servius.*

Constitit] Indicatur hoc verbo habitus pugnantium. Donatus enim de hoc verbo in Adelph. Terentii: 'est audacter, et constanter stare.' Plautus Curcull. 'Neque quisquam in foro vobiscum audet consistere.' *Cerd.*

Constitit] Ὑποτύπωσις valde simplex, ait Scal. III. 32. Iccirco autem dicitur *erectus in digitos:* quia tanto fortius percutit, quanto corporis proceritate fuerit sublimior. *Taubmann.*

In digitos] Adde *pedum*, nam horum sunt digiti, non manuum, vel ex Apollonio, quem postea adducam. Homer. Il. XXIII. pugiles Epeum et Euryalum comparans, sic incipit: Τὼ δὲ ζωσαμένω βήτην ἐς μέσσον ἀγῶνα· Ἄντα δ' ἀνασχομένω χερσὶ στιβαρῇσιν ἅμ' ἄμφω, Σύν ῥ' ἔπεσον, σὺν δέ σφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν: *Hi autem accincti iverunt in medium certamen: Ex adverso autem elevatis manibus validis, simul ambo Congressi sunt, atque ipsis graves manus commistæ sunt.* Et iterum, Ajacem et Diomedem: Ἐς μέσον ἀμφοτέρω συνίτην μεμαῶτε μάχεσθαι, Δεινὸν δερκομένω: *In medium utrorumque congressi sunt prompte pugnare, Horrende aspicientes.* Apollon. l. II. Amycum et Pollucem, Ἔνθαδ' ἔπειτ' Ἄμυκος μὲν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀερθεὶς Βουτύπος οἷα πόδεσσι τανύσσατο: Dicit Amycum in pedes summos exstitisse, instar illius, qui bovem cædit. Theocritus εἰδ. XXIII. Ἐς μέσσον σύναγον, φόνον ἀλλάλοισι πνέοντες: *In medium congressi sunt, cædem sibi mutuo spirantes.* Livius l. VII. ante pugnam singularem Manlii Torquati et Galli, hanc excitat attentionem: 'ubi constitere inter duas acies, tot circa mortalium animis spe metuque pendentibus,' &c. *Cerda.*

428 *Abduxere retro, &c.*] Solent pugiles, cum dextra adversarium petant, caput ab ictu in lævam longius deflectere, ne feriantur. Vide Turn. XIII. 11. *Taubmann.*

429 *Pugnamque lacessunt*] Provo-

cant potius quam gerunt; vel certe inritant. *Servius.*

Pugnamque] Antiqui aliquot codices, *pugnas* numero multitudinis habent: ut sit quædam justi prælii similitudo, perinde ac si collatis signis dimicandum esset: antea enim quam directa acie concurratur, leves quædam pugnæ a præmissis equitibus, vel a funditoribus, nonnunquam etiam ab exploratoribus committi solent. *Pierius.*

431 *Membris et mole*] Hoc est mole membrorum: ut, 'Molemque et montes.' Sed utrum in pedum an in manuum digitos? *Servius.*

432 *Genua labant*] Proceleusmaticus est, quem (ut supra diximus) sic semper ponit, ut cogi possit in dactylum: ut, 'Arietat in portas.' *Idem.*

Genua labant, &c.] Cæterum magna est inter grammaticos de hujusmodi versibus controversia: quum alii necesse putent pedem illis alioqui inusitatum, nimirum proceleusmaticum, constituere, alii I et V pro consonantibus poni existiment. Ego certe his potius quam illis assentior: et quemadmodum *siluæ* ab Horatio per diæresim dicitur pro *silvæ*, sic quum in illis contrarium fiat, quoddam synæreseως genus illic esse, dicere nos posse arbitror. Hoc saltem constat Virgilium non sine veterum exemplo id sibi permisisse, quum apud Lucretium non uno in loco *tenuia* eodem modo positum legatur. Hæc Henr. Steph. in lect. Virg. p. 21. cui addas licet Scal. de poët. II. 37. idem sentiendum in *tenuis* fieri dissyllabum. De his Ger. J. Voss. de art. gramm. II. 14. Monendum etiam, *genua virere* in flore ætatis, ut Horat. Epod. l. XIII. sed, ingravescente ætate, in nulla corporis parte infirmitatem magis sentiri, quam in genubus, quæ ilico quoque tremunt, cum timor invasit. Inde Horat. od. I. 23. 'et corde et genibus tremit.' *Emmeness.*

433 *Nequicquam*] Non profutura victoriæ. *Servius.*

Vulnera jactant] Ictus. *Idem.*

434 *Pectore vastos Dant sonitus*] Hæc clarent ex illis Tullii Tuscul. II. 'Pugiles cum feriunt adversarium, in jactandis cæstibus ingemiscunt: non quod doleant, animove succumbant; sed quia in profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior.' *Taubmann.*

435 *Aures*] Hæc pars faciei petita in duro hoc ludo, uti apparet ex Philostrato in Heroïcis: *τὰ ὦτα κατεαγὼς ἦν, οὐχ ὑπὸ πάλης*: *fractus erat aures, non ob luctam.* Negans quippe rem indicat. Tertullianus de Spectac. 'cicatrices cæstuum, et callos pugnorum, et aurium fungos.' Demum studium erat totius faciei deformandæ. Tertullian. eodem libro: 'pugnos, et calces, et colaphos, et omnem petulantiam manus, et quamcunque humani oris, id est, divinæ imaginis depugnationem.' *Cerda.*

436 *Crepitant*] Crepitatio ista referenda ad dentes, qui sub malis stridebant vi ictuum. Nam crepitus dentium est. Hesiodus in Scuto, *ὀδόντων καναχή*: *dentium crepitatio.* Theocritus in pugna Amyci et Pollucis, εἰδ. XXVII. *Λαιῇ δὲ στόμα τύψε, πυκνοὶ δ' ἀράβησαν ὀδόντες*: *Sinistra autem os verberavit, densi autem resonuerunt dentes.* Apollonius de eadem pugna, *βρυχὴ δ' ὑπετέλλετ' ὀδόντων Ἄσπετος*: *suberat autem ingens crepitus dentium.* De dentibus quoque capias Homerum Il. XXIII. cum in suo pugilatu ait: *δεινὸς δὲ χρόμαδος γενύων γένετ'*: *factus est crepitus maxillarum.* Plautus clare sub persona Ergasili Captiv. cum respectu ad pugilatum, ut legenti apparet, ita signate: 'Dentilegos omnes mortales faciam, quemcunque offendero.' Seneca in Œdip. recte, ut Noster, de Sphinge, 'Crepuere malæ.' Sen. ep. 56. cum aspectu ad gymnastas: 'Audio crepitum illisæ manus humeris.' *Idem.*

438 *Tela*] Ictus. *Servius.*

Exit] Vitat, declinat, unde de Tarchonte, 'Et vim viribus exit:' et hoc verbo bis usus est tantum. *Id.*

Exit] Ita Æn. XI. 'et vim viribus exit.' *Exire*, verbum est gladiatorum, aut militare: ut et *eludere*; item *excedere*. *Eludit*, qui, vel gladio, vel rude objecta, petitionem alterius vitat: *exit*, qui declinat et effugit. Manil. l. v. 'Ille cito motu rigidos eludere cæstus, Nunc exire levis missos.' Cicero in Catil. 'Tuas petitiones parva quadam declinatione, et, (ut ajunt) corpore excessit:' quod Prudentius interpretatur, 'lateris sinuamine flexi Ludere ventosas jactu pereunte sagittas.' Statius VI. 800. 'immodice venientem eludit, et exit.' Ibid. vs. 770. 'instat gressu, vultuque recedit.' Valerius, 'redit hic oculis et pondere.' Ictus autem ipsos et invasiones nominabant *Petitiones*, et *Manus*, *ein Streich*. Videatur et *Lipsius* Saturn. II. 20. et Turnebus XIV. 4. et XXVIII. 15. *Taubmann.*

Exit] Sic Stat. Theb. l. IV. 'existis casus,' id est, evasistis fortunæ ludibrium. Lucret. l. v. 'Nam transversa feros exibant dentis adactus Jumenta.' Plura Giphan. in indice de his gladiatorum verbis. *Emm.*

439 *Qui molibus urbem*] Amphibolon est: aut celsam molibus, aut quæ molibus oppugnatur. *Servius.*

440 *Sedet circum castella*] Tmesis est: hoc est, circumsedet. *Idem.*

441 *Nunc hos, nunc illos aditus*] In Romano cod. variato numero legere est, *nunc illos, nunc hos aditus*. Sed loquendi modus frequentissime, *hunc* et *illum*, dicit, et *huc* et *illuc*, et hujusmodi reliqua. Catullus, 'Et circumsiliens modo huc modo illuc.' 'Pulvinusque peræque et hic et illic.' 'Ludebat numero modo hoc modo illoc.' A viciniori enim inchoandum est, utpote magis noto. *Pierius.*

442 *Adsultibus*] Id est, oppugnatione varia. *Taubmann.*

443 *Ostendit dextram*] Aut fiducia virtutis est, ostendere quod minaris: aut certe proventus ætatis ostenditur, qui eum ex improviso ferire non sinit. *Servius.*

Ostendit dextram, &c.] Attollit: totum hoc in gestu positum est. Ita Valer. 'Emicat hic, dextramque parat, dextramque minatur.' *Taub.*

444 *Velox*] Velociter: nomen pro adverbio. *Servius.*

Ictum venientem, &c.] Hoc supra nominat *tela exire corpore:* pro eo Apulejus Metam. l. IV. 'variis corporis sui schemis ac motibus tandem domo prolapsus est.' *Emmeness.*

446 *Effudit*] In antiquis aliquot, *effundit* præsenti tempore, res enim nunc agitur. Aliis magis præteritum placet. *Pierius.*

Ultro] E contrario. Ille enim cadere debuerat. *Servius.*

447 *Gravis graviterque*] Figura a similitudine. *Idem.*

Gravis] Ut Poëta *gravis*, *graviter*, ita Homerus Il. XVI. de Cebrione, μέγας μεγαλωστί. A frustratione ictus Entelli, non abit illa Galli pugnantis cum Torquato apud Livium l. VII. 'Gallus, velut moles, superne imminens projecto læva scuto in advenientis arma hostis vanum cæsim cum ingenti sonitu ensem dejecit.' Similem ruinam cujusdam Æthiopis, pugnantis singulari certamine cum Theagene, narrat Heliodorus hist. Æthiop. lib. X. Homerus quoque in suo pugilatu alterum pugilum concidentem inducit. Et quidem nota pulveris, quæ dari solet luctatoribus, ut cum ait Aristid. in 2. Platonica, ἄνδρα οὕτως αὐχμῶντα, καὶ κεκονισμένον κάλλιον, ἢ τῶν παλαισάντων, καὶ τῶν γυμναστικῶν: *Virum tam squalidum, et quovis luctatore, vel gymnasta magis pulvere conspersum.* Hæc (inquam) nota pulveris data gymnastis, non solum quod pugnarent in arena, sed verius propter similes casus et ruinas. *Cerda.*

448 *Cava pinus*] Id est, exesa vetustate: et dicendo *cava pinus*, bene

respexit ad ætatem. *Servius.*

Concidit: ut] Hesiod. in Scuto: Ἤριπε δ' ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν: *Concidit, ut cum aliqua quercus concidit.* Homer. Iliad. XVI. Ἤριπε δ' ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, &c. Seneca Trag. in Furente: 'Totus ad terram ruit, Ut cæsa silvis ornus.' Horatius Od. IV. 6. ubi de Achille ita ait: 'Ille mordaci velut icta ferro Pinus, aut impulsa cupressus Euro, Concidit late, posuitque collum in Pulvere Teucro.' Statius Theb. l. IX. 'Getico qualis procumbit in Hæmo, Seu Boreæ furiis, putri seu robore quercus, Cœlo mista comas.' Petrus etiam Apollonius cadentem in bello hominem magnæ molis ita comparat: 'Tam graviter, subitoque solent in montibus altis Annosas Euri insani dimittere pinus Avulsa radice simul.' *Cerda.*

Erymantho] Mons Arcadiæ. *Serv.*

449 *Ida in magna*] Modo non Cretæ; sed Phrygiæ, propter pinus. *Id.*

Radicibus] In Romano codice et aliquot aliis, *radicitus* adverbium est. Sed *radicibus* nomen longe plurium codicum consensus, et usitata loquendi figura libentius legit. *Pierius.*

450 *Consurgunt studiis*] In studia. *Servius.*

451 *It clamor cœlo*] Pari forma in XII. 'It tristis ad æthera clamor.' Alia forma Ennius Annal. VIII. 'Clamor ad cœlum volvendus per æthera vagit.' Quem tamen versum ad Virgilii formam ita legit Scaliger, 'Clamor it ad cœlum, volitatque per æquora vagor.' Sed Virgilius Homerum omnino transtulit, ἀϋτὴ δ' οὐρανὸν ἧκεν. *Cerda.*

It clamor cœlo] Sic apud Sil. *descendere nocti* pro ad noctem. Vide novantiq. lect. Modii epist. 78. *Emm.*

Adcurrit] In oblongo codice perveteri, *occurrit* legitur. Sed *adcurrit*, vel *accurrit* omnino melius. *Pierius.*

Adcurrit] Non *occurrit*: monente Nobiliss. N. Heins. ad Ovid. Fast. II. 372. *Emmeness.*

452 *Ab humo miserans attollit amicum*] Supra, 'ut me quoque possim Tollere humo.' Didici autem jam olim a præceptoribus, lege pugilatus prostratum vel collapsum allevare et erigere licuisse, alioqui casu Entelli, Daretis victoriam fuisse. Id et mihi probabile est, et ejus rei argumenta interlucere mihi videntur ex pugna Pollucis et Amyci apud Theocr. item Ajacis et Hectoris Il. H. βλάψε δέ οἱ φίλα γούναθ'· ὁ δ' ὕπτιος ἐξετανύσθη, Ἀσπίδι ἐγχριμφθείς· τὸν δ' αἶψ' ὤρθωσεν Ἀπόλλων. Discessum autem fuit incerta dubiaque victoria. Theocriti quoque in Dioscur. hoc est: ἔνθα μάχη δριμεῖα πάλιν γένετ' ὀρθωθέντος· et Hom. Il. Ψ. in idem argumentum, αὐτὰρ ἐπειὸς χερσὶ λαβὼν ὤρθωσε· quæ respondent his etiam Maronis sequentibus versibus, 'Acrior ad pugnam redit,' &c. Et Calab. VI. μὲν ἔγειρεν ἀπὸ χθονός. *Germanus.*

454 *Ac vim*] Veteres plerique codices, *ac vim* legunt: quod magis placet, quam *et vim*. Pierius.

Vim suscitat ira] Pythagoricum est: *Ira cos fortitudinis.* Taubmann.

455 *Pudor*] Est hic magnus stimulus ad vires recuperandas, et languentem animum excitandum. Livius lib. II. 'Nunc indignatio, nunc pudor pectora versare,' &c. et lib. III. 'Tantumque hos pudor quam alios laudes excibant;' et lib. VII. 'Itaque tantos pudor stimulos admovit, ut ruerent in hostium tela, alienatis a memoria periculi animis.' *Cerda.*

456 *Præcipitemque Daren*] Celerem: ut, 'Præcipites vigilate viri.' *Serv.*

457 *Nunc ille sinistra*] *Ille* vacat, nam metri causa additum est. De ipso enim dicit: ut, 'Creber utraque manu pulsat versatque Dareta.' *Id.*

458 *Nec mora, nec requies*] Sumptum a Lucretio lib. IV. 'Nec mora nec requies inter datur ulla fluendi.' Alio flexu Ennius Ann. XV. ita extulit, loquens de re belli: 'Nec respirandi fit copia.' Hæsit vero Virgi-

lus his Theocriti, Αἰεὶ δ' ἀξοτέρῳ πιτύλῳ ἐδαλοῦτο πρόσωπον Μέχρι συνηλοίησε παρειάς: *Semper acriore pugnorum ingeminatione lædebat faciem, Donec contudit genas.* Cerda.

Nec mora, nec requies] Pro eo Apulejus Metam. l. VII. 'nec mora, nec cunctatio.' *Emmeness.*

Quam multa grandine nimbi] Hypallage. Nam debuit dicere: Quam multo nimbo grando præcipitatur. *Servius.*

460 *Versatque Dareta*] Dares Daretis, unde est Dareta; et Dares Daris, unde est Daren: sicut Chremes et Chremis et Chremetis. *Idem.*

461 *Procedere longius iras*] Προβαλῶν περαιτέρω τὰς ὀργάς. Sunt autem qui *producere* legant: ego tamen a recepta lectione non possum recedere, tum quod mihi vetustior et magis poëtica videtur, tum quod et Græci προχωρεῖν ὀργὰς dicunt, et πρὸς ὀργὰς et μάχην· ut Lucian. πρᾶγμα μὲν πρὸς μάχην προὐχώρησε et Aristoph. in Ran. νῦν γὰρ ἀγὼν σοφίας μέγας χωρεῖ πρὸς ἔργον ἤδη. *Germanus.*

462 *Acerbis*] Hoc exemplo, et multis aliis Virgilianis, efficit Josephus Castalio postponi posse eleganter in carmine adjectivum nomen substantivo; quod alii secus senserunt, putantes necessarium ad elegantiam esse, ut præcedat adjectivum. Adi illum in Var. Lectionibus. *Cerda.*

465 *Infelix*] Consolatio est: unde non dicit imbellis, ut fortunæ videatur esse quod victus est. *Servius.*

Infelix] Qui audeas contra numina: est autem optima consolatio, cum ostendat non illum ab homine, sed a numine vinci. *Donatus.*

467 *Cede deo*] Errant qui putant Entellum Deum ab Ænea vocari, sed Deum dicit, favens illi numen. *Idem.*

Dixitque] Vacat *que* metri causa: et maluit perissologiam facere, quam uti communi syllaba, quæ frequens vitiosa est. Unde Terentianus, 'Nec tanta in metris venia conceditur uti.' Græci enim his utuntur frequenter. *Servius.*

Dixitque, et prælia v.] Id est, dixitque, et dicendo prælia diremit: tanta erat dicentis auctoritas. Neque enim hoc vitium est in maximo Poëta, ut Serv. et alii censuerunt. Scal. IV. 29. *Taubmann.*

468 *Fidi æquales*] Homero, φίλοι δ' ἀμφέσταν ἑταῖροι Οἵ μιν ἄγον δι' ἀγῶνος ἐφελκομένοισι πόδεσσι, Αἷμα παχὺ πτύοντα, κάρη βάλλονθ' ἑτέρωσε. *Servius.*

Ægre] Quibus paulo ante tantopere valebat. *Donatus.*

469 *Utroque*] In utramque partem. *Servius.*

Caput] Quod paulo ante in cœlum tollebat propter superbiam. *Donatus.*

Jactantemque utroque caput] Hom. Il. Θ. μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν: ubi Eustath. ἀντὶ τοῦ ἔκλινε τὴν κεφαλήν: *Crassum cruorem ore rejectantem,* Theocr. in Diosc. ἔστη δὲ πληγαῖς μεθύων, ἐκ δ' ἔπτυσεν αἷμα φοίνιον et Il. Ξ. κελαινεφὲς αἷμ' ἀπέμεσσεν. Vocant autem Græci ἀναφορικοὺς, qui morbo a partibus infra fauces cruenta et vitiosa rejectant. *Germanus.*

470 *Ore ejectantem*] Antiqua aliquot exemplaria, *ejectantem* legunt. Alia *rejactantem* vocali a *jacto* non immutata. Sed *rejectantem*, vulgata lectio magis placet. *Pierius.*

Mixtosque in sanguine dentes] Sic Ovid. Metam. XII. 256. 'Cumque atro mistos sputantem sanguine dentes.' Ad quem locum plura Nobiliss. Heins. *Emmeness.*

471 *Vocati Accipiunt*] Bene eorum ostendit pudorem: vel quia erant occupati circum amicum, *vocati* dixit. *Servius.*

Vocati] Hunc locum imitatur Silius l. XVI. 'Accitum donat ductor, miseratus et ævum, Et sortem casus.' Ita legit Modius ad imitationem Virgilii, non *attritum*, ut in vulgatis: sed *accitum*, ut Virgilius *vocati*. Cerda.

472 *Palmam taurumque relinquunt*]

Exprimit quanto cum dolore hæc facerent. *Donatus*.

Palmam Entello, &c.] Attamen in præmio mentionem *palmæ* Æneas non fecerat. Sed, ut Plutarch. in Sympos. refert, *palma* commune erat omnium certaminum præmium: quamvis aliud proprium esset: neque enim hic, ut reor, simpliciter victoriam declarat. Turneb. XXVI. 17. *Taubm.*

473 *Superans animis*] Exsultans spiritus ferocia. Fortassis est Catulli *superfluens*, ὑπερφίαλος Hom. metaphora a vasis nimium plenis. *Idem.*

474 *Nate dea*] Versus isti delibati alicui videantur ex Andromacha Euripidis, ubi Peleus senex de se ita loquitur gloriabunde: 'Ἡμεῖς δέ τ' ὀρθοὶ κοὐ γέροντες, ὡς δοκεῖς, &c. *Cerda.*

Cognoscite, Teucri] Habet rationem personarum: quia virtutem ejus noverant Siculi. *Servius.*

475 *Juvenali*] In Romano codice, atque aliis plerisque omnibus, *juvenali* per *a* in pene ultima notatum legas: in quibusdam *juvenili:* neque id in Virgilianis tantum codicibus, verum et in aliis auctoribus. Est apud me Ovidii codex admodum vetustus, in quo ea dictio passim per *a* scripta est, ut (ea nunc præ manibus erat) in epistola ad Maximum, de amore loquens, 'Tu mihi dictasti juvenalia carmina primus.' Et ita alibi. Præterea C. Julius Ro. in libro de Analogia, nomen hoc *Juvenalis*, si homo sic vocetur, ab altero nomine *Juvenalis*, sicut ait Maro, *Juvenali in corpore vires:* qua dictione res, non persona censetur, non alia ratione discernit, nisi ab Ablativi singularis finali litera. Nam pro nomine proprio in *e*, pro adjectivo in *i* finiri tradit, non taciturus, siquam aliam literam facere differentiam agnovisset. *Pier.*

476 *Et qua servetis*] Et quanta mortis acerbitate liberaveritis Dareta vestrum beneficio Æneæ. Alii *qua* interpretantur, qua ratione, quo modo. *Taubmann.*

479 *Libravit media inter cornua*] Cæstus ergo illisit inter cornua juvenci. Hæc enim pars capitis maximam habet duritiem, proindeque maximam frangendi difficultatem; et tamen ictus istius, effractis ossibus, usque ad cerebrum penetravit. Qua ergo morte interiit bos, ipsa ostendit Darem interire potuisse. *Donatus.*

Libravit] Quasi collimans: ne ictus falleret. *Taubmann.*

480 *Effractoque illisit in ossa cerebro*] Hypallage, fregit ossa, et inlisit in cerebrum. *Servius.*

Effractoque illisit in ossa cerebro] Sunt qui *illisit ossa* absque præpositione legi debere contendunt, perinde ac illud etiam superius legunt absque *et* particula, *Cum clamore Gyas revocabat, Ecce Cloanthum.* Sed enim in antiquis omnibus exemplaribus, quæ ad manus meas pervenere, uno exemplo scriptum inveni *illisit* vel *inlisit in ossa.* et hoc loco hypallagen figuram agnoscit Servius, dum dicit, *Fregit ossa, et illisit in cerebrum cæstus.* Ac mihi quidem videntur qui ex hoc versu *in* præpositionem adimunt, vim etiam ex ictu illo pene omnem adimere, ita languere oratio, atque etiam imperfecta reddi, versusque ipse flacescere videretur. Non præteribo tamen legisse me in codicibus aliquot manu scriptis *immisit in ossa.* Sed *illisit* omnino melius. *Pierius.*

481 *Humi bos*] Cur cum de uno loquatur, hic bovem, alibi juvencum, alibi taurum appellat? sed videtur pro tempore ea diversitate usus, ideoque *juvencum* ait. Est autem hic pessimus versus in monosyllaba desinens. *Servius.*

Humi bos] Versus præceps et anhelans: cui similis, 'Lutulenta ruit sus,' et supra, 'Præruptus aquæ mons:' 'Nascetur ridiculus mus.' Apoll. I. II. γνὺξ ἤριπεν. Theocritus: πᾶς ἐπὶ γαῖαν κεῖτ' ἀλλοφρονέων. *Hartung.*

Procumbit humi bos] Propert. IV. 'Evandri profugæ procubuere boves.' *Germanus.*

Procumbit humi bos] Incomparabilis hic versus est: quem Servius incogitantissime (modo Servii est id Scholion) pessimum vocat, quod terminetur monosyllabo. Utrum enim malis? hancne, an, 'Sternitur, exanimisque tremens bos corruit ictu.' Ita Æn. I. 'Dat latus, insequitur cumulo præruptus aquæ mons.' Potuisset sic: 'Dat latus, insequitur tumidis mons incitus undis.' Verum, ut corruit taurus; ut confluxit in unum montem mare: ita corruit versus in monosyllabum, copia multarum syllabarum in unam syllabam coacta; sicut et in illo Æn. II. 'ruit Oceano nox.' Item Æn. VI. 'en hæc promissa fides est?' Nihil enim aptius indignationi, quam oratio desinens in monosyllabum. Vel evolve Demosthenis orationes. Horatius quoque, quum e magnis cœptis futile Poëma exiturum stomacharetur, ex prolixis vocibus eduxit monosyllabum, 'Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus,' &c. Videatur Scalig. IV. 48. et J. Douza præciden. in Tibull. c. 9. Item Erythræus, et Corn. Valerius, Lipsii doctor. *Taubmann.*

Proc. humi bos] Ad ruinam ejusque celeritatem exprimendam rectius terminatur hic versus monosyllabo. Vide Voss. de instit. poët. III. 7. *Emmeness.*

483 *Meliorem*] Aptiorem. Nam animalem hostiam dat. *Servius.*

Hanc tibi, Eryx, meliorem animam] Naso quoque Fast. l. VI. ubi de lustratione de bimestri porca: 'Cor pro corde precor, pro fibris sumere fibras; Hanc animam vobis pro meliore damus.' Sic et Græci hostiarum animam nominabant, ut Plutarchus, cum agit de hostiæ probatione: τὴν δὲ ψυχὴν δοκιμάζουσι, τοῖς μὲν ταύροις ἄλφιτα, τοῖς δὲ κάπροις ἐρεβίνθους παρατιθέντες· τὴν δὲ αἶγα διελέγχει ψυχρὸν Hup. Sic autem et l. XII. meliorem victimam dixit: 'Hoc habet. et melior magnis data victima Divis:' quo fortasse et proverbium Græcum pertinere poterit, δευτέρων ἀμεινόνων quod succidaneas κατ' εὐφημισμὸν hostias respicit, cum prior fortasse non litasset. Eurip. quoque in Androm. ἀγαθὰς ψυχὰς dixit: ψυχὰς δὲ πολλὰς κἀγαθὰς ἀπώλεσας. *Germanus.*

Hanc tibi, Eryx, &c.] Cum enim Daretem, tanquam hostiam, sacris vovisset, et interficere decrevisset, proinde quasi ea hostia grata heroi (Eryci magistro suo non esset futura, nec litatura, succidaneam esse meliorem dare demonstrat. Nam in sacris succidaneis, Græci, qui rem divinam faciebant, per εὐφημισμὸν clamabant, δευτέρων ἀμεινόνων. Et huc allusisse Poëtam, docet Turneb. XIV. 4. et XX. 24. et XXVIII. 19. Cum autem duo sunt genera hostiarum; *Animale* unum, alterum *Consultatorium*; Poëta hic *Animalem* ostendit hostiam. Atque ut nuncupata vota significaret, ait, 'Persolvo:' quod de voti-reo proprie dicitur: de quo Macrob. III. 5. Donatus ait, hic *animam meliorem* hanc esse, quæ sine periculi contagione mactata sit. *Taubmann.*

484 *Persolvo*] Verbum hoc sacrum est, et Brissonio credo observatum. Addas huic simplex. Virg. in Ciri: 'Debita cum castæ solvuntur vota Minervæ.' Usurpat quoque Valerius Maximus I. 1. *Cerda.*

484 *Cæstus artemque repono*] Et arma deposuit, et arti renuntiavit. Id est, catalysin fecit. *Servius.*

Repono] In Romano codice, et in aliquot aliis admodum vetustis dicta videntur hæc ex persona Poëtæ, quia *reponit* persona tertia scriptum est. Verum minime displicet, Entelli ea esse verba, qui, hac depugnata pugna, votum nuncupet, se nunquam amplius in certamen descensurum. Et *repono* persona prima in reliquis plerisque codicibus habetur. *Pierius.*

Repono] Recurre ad locum Bucol. 'Pendebit fistula pinu.' Constat enim allusum ad emeritos milites artificesque, ut ibidem docuimus. Juvenalis quoque eadem forma verbum idem expressit, 'nunquamne reponam?' *Germanus.*

Cæstus artemque repono] Arma sepono et pygmachiæ valedico. Alludit autem ad morem quo gladiatores, rude donati, solebant arma Herculi suspendere, et quasi consecrare. Horat. Epist. I. 1. 5. *Taubmann.*

486 *Præmia ponit*] Sic vs. 292. quid sit τιθέναι ἆθλα *præmia ponere* docet Cl. Cuperus observ. III. 20. *Emmen.*

487 *Ingentique manu*] Magna multitudine. *Servius.*

Malum] *Malus*, arbor et navis, generis est masculini. Horatius, 'Nec malus celeri saucius Africo.' Et dictus est *malus*, vel quia habet instar mali in summitate: vel quia quasi quibusdam malis ligneis cingitur, quorum volubilitate vela facilius elevantur. *Idem.*

488 *Trajecto*] Extento: unde transenna dicitur extentus funis. Sallustius, 'Machinato strepitu transenna corona in caput imponebatur.' *Idem.*

Trajecto in fune] Pro transenna, de qua Turnebus v. 9. qui confutat Non. Marcellum. L. Gyrald. de navig. c. 15. firmans Servii sententiam *extensum funem* esse docet. Hunc de certamine sagittarum locum mutuatus est noster ex Homero, teste Macrob. Saturn. v. 7. *Emmeness.*

489 *Quo*] In quam. Nam ponit adverbia pro pronominibus, ut, 'Genus unde Latinum.' *Servius.*

Tendant] In codicibus aliquot antiquis *tendat* singulari numero scriptum est, ut ferrum sit suppositum. Sed longe magis placet *tendant* plurali numero, ut sit de certatoribus. *Pierius.*

490 *Sortem*] Usitatum veteribus, ut sortibus uterentur in omni fere ludorum genere. In Circensibus missus aurigarum fiebant sortibus. Tertull. l. II. de spectaculis: 'semper oculi in urna:' tu reliqua. In ludis scenicis citharœdi sorte emittebantur. Sueton. in Neron. cap. 21. 'sine mora,' &c. In spectaculo gladiatorio Statius Syl. III. 'sortibus ardens Fumat arena sacris.' Vulgo male legitur *fortibus*. Ad hos mores, et similes respexit Plinius epist. l. VIII. 'scilicet ut in spectaculis quibusdam sors aliquem seponit, ac servat, qui cum victore contendat: sic in senatu,' &c. Quin ipsa cœnarum jucunditas sortes habuit; huc enim pertinet vetus illud institutum, quod Cælius adducit l. XXVII. quo, *μοῖρα καὶ λάχεσις ἰσότητα τὴν περὶ τὰ δεῖπνα, καὶ συμπόσια κοινωνίαν ἐβράβευον*: *sors, et lachesis* (hæc dicta a sortiendo est) *in cœnis æqualitatem et in conviviis communionem dispensabant*. Adeo miseræ gentes subjectæ huic malo, et ludibrio dæmonum. *Cerda.*

491 *Accepit galea*] In bello urnæ locum galea sustinuit ad mittendas sortes. Hujus moris crebra mentio. Homer. Il. XXIII. Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες: *Sortes autem in galea ærata movebant accipientes*: et lib. VII. κλῆρον Ἐν δ' ἔβαλον κυνέῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο: *Sortem injecerunt in galeam Agamemnonis Atridæ*. Æschyl. in fabula septem ad Thebas, τρίτῳ γὰρ Ἐτεόκλῳ τρίτος πάλος Ἐξ ὑπτίου 'πήδησεν εὐχάλκου κράνους: *tertio Eteocli sors tertia Exiluit ex ærea inversa galea*. Plura alii congerunt: ad morem cognoscendum hæc satis. *Id.*

Accepit galea] Sic Stat. Theb. l. VI. 'Et jam sortitus Proteus versarat ahena Casside.' Usos fuisse homines militares galea pro forensi aut urbana sitella vel urna testatur Turneb. XXVIII. 16. Ut hic *dejicere sortem*, sic Græci κλήρους ἐμβάλλεσθαι. *Emmen.*

Primus] In Romano codice, *primum* legitur: magis tamen placet *primus*, scilicet locus, ut in exemplaribus aliis

antiquis et vulgatis omnibus habetur. *Pierius.*

Clamore secundo] Sicut supra ait, 'Magnoque virum se murmure tollit.' *Servius.*

492 *Exit locus Hippocoontis*] Κλῆρος θόρε, sæpe apud Hom. et Il. Γ. πάλφ' δὲ θοῶς ἐκ κλῆρος ὄρουσε· et Æsch. in ἑπτά: τρίτος πάλος 'Εξ ὑπτίου 'πήδησεν εὐχάλκου κράνους. Valerius VI. 8. de Severitate, 'Conjectis in sortem omnibus tribubus, Polliæ, quæ proxima exierat, primum nomen urna extractum citari jussit.' *German.*

493 *Quem modo*] Id est, nuper: nam ut diximus, victor fuit duorum. Urbanus vero dicit *modo*, propemodum, pene; nam secundus fuit. Alii *victor*, voti compos volunt: ut, 'Rapidisque rotis insistere victor.' Optaverat enim ne extremus rediret: ut, 'Hoc vincite, cives.' *Servius.*

Victor] Primus locus in primo certamine navium Cloanthi fuit; secundus, Mnesthei: sed pleno ore victorem vocat, nam re vera victor, si virtutem spectes. Inde de eo Poëta: 'At qui deinde locum tenuit virtute secundum.' Nam Cloanthus precibus et votis vicit, non admodum gloriose. Hanc rem præmia indicant: Cloantho enim datum est imbelle ex auro et purpura; Mnestheo militare. Adi superiora. Non placent, qui incogitantiam inurunt Virgilio, et *modo* explicant per *propemodum*. Non sic est, sed vere victor fuit ea ratione qua explicui. *Cerda.*

494 *Oliva*] Supra hoc tacuerat, tantum in genere dixerat: 'Purpureis ibant evincti tempora tæniis.' *Idem.*

495 *Clarissime, frater, Pandare*] Notissime, qui fuit Lycaonis filius. Pandarus autem qui secundum Homerum, Minervæ persuasione, singulare Menelai et Paridis certamen, cum in eo esset ut Paris vinceretur jactu teli diremit, quo Menelaum vulneravit. *Servius.*

496 *Jussus*] A Minerva. *Idem.*

498 *Subsedit Acestes*] Hoc est, remansit. Nec enim proferebatur sors, quæ remanserat sola: aut certe *subsedit*, detulit. Unde et *subsessores* vocantur, qui occisuri aliquem delitescunt. De quo verbo plenius dicitur illo versu, 'Devicta Asia subsedit adulter.' *Servius.*

499 *Manu*] Conjungit Passeratius poëtas quosdam, qui cum de arcu et sagittis loquantur, usurpant vocem hanc *manus*. Itaque non solum manu pugnat qui gladium versat, sed etiam qui arcu et sagittis utitur, ut hoc loco Acestes. Ita in IX. 'fortemque manu fudisse Numanum,' cum sequatur, 'Sonat una lethifer arcus.' Et Tibullus eleg. II. 1. 'Illic in docto primum se exercuit arcu: Hei mihi quam certas nunc habet ille manus.' Propertius Eleg. I. 9. de Cupidine sagittis feriente: 'Qui non ante pareret, donec manus attigit offa.' *Cerda.*

500 *Flexos incurvant*] Mutatione usus est. Nam *curvos inflectunt* debuit dicere. *Servius.*

Flexos] Expendi jam quo ordine Poëta procedat, et moneo hic observatum hoc prius, Homero loquente de Pandaro l. IV. Prius enim hunc inducit, τανυσσάμενον τόξον, *tendentem arcum.* Deinde ex pharetra, ἑλόντα ἰὸν, *extrahentem sagittam.* Demum ἐπὶ νευρῇ κατακοσμοῦντα, *aptantem illam in nervo.* Cerda.

501 *Pro se quisque viri*] Pro qualitate roboris sui. *Servius.*

502 *Stridente*] Hæsit Homero Il. IV. νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν: *nervus autem valde sonuit.* Verba *strideo, stridor, stridulus*, in emissis telis, sæpius occurrent: Æn. l. XII. 'stridentque hastilibus auræ;' et l. VII. 'stridente sagitta;' in hoc lib. 'sonitum dat stridula cornus.' Homer. Il. IV. λίγξε βιὸς, *stridit arcus.* Cerda.

503 *Diverberat auras*] Scindit. *S.*

Auras] Sunt qui ex Ti. Donato *alas* legendum autument, et paulo

post ‘ Timuit exterrita pinnis Ales.’ Cæterum in antiquis omnibus codicibus quos inspexerim, *auras* notatum observavi, quare suum unicuique judicium integrum relinquam. *Pier.*

504 *Arbore mali*] Sic dixit: ut, ‘ Lustrat Aventini montem.’ *Servius.*

Arbore mali] Locutio Poëtica: sic fluvius Tagi, urbs Patavi, mons Aventini: pro, Tagus, Patavium, Aventinus. Non poëtice dices: fluvius Tagus, mons Aventinus. Livius l. XXXVIII. ‘ super Mæandrum amnem posuit castra.’ Ab urbe Roma, in urbem Romanam, et similia, millies in eodem. Sallust. in Jugurth. ‘ Armati Aventinum montem occupavere;’ et Hist. III. ‘ apud flumen Durium.’ Livius l. XXXIX. ‘ ad Tagum flumen profecti sunt.’ Itaque Poëta dicat, *arbor mali*, non *arbor malus*. Scio ista interdum commutari. Porro (hoc jam monuit Eryth.) quia malus frequentissima est arbor, ideo placuit Latinis scriptoribus ab ea malum nauticum appellare: sicut rursus, pomum, quo omnes omnium arborum fœtus significantur, præsertim, qui non sunt duri corii, vulgo usurpamus pro fructu mali. *Cerda.*

505 *Exterrita pennis*] Timorem suum pinnis significans. Singula enim animalia habent signa, quibus indicant suum timorem. Unde ipse de lupo, ‘ Caudamque remulcens, Subjecit pavitantem utero.’ Item de Caco, ‘ Turbatumque oculis.’ Hominum enim timorem primi indicant oculi. *Servius.*

506 *Omnia plausu*] Alii *pinnarum* dicunt, sed melius spectantium favore. Illud enim est incredibile. *Id.*

507 *Adducto arcu telum tetendit*] Hypallage est, nam adducitur telum, et arcus intenditur. *Idem.*

509 *Miserandus*] Qui perfecta re difficiliore, victoria caruit. *Idem.*

510 *Rupit*] In antiquis aliquot *rumpit* est præsenti tempore. Sed magis placet *rupit* præteritum, ut *non valuit*. Pierius.

511 *Innexa pedem*] In nexu pedem habens. *Servius.*

Malo alto] Carchesium signat, quæ pars mali summa et extrema. Lucilius: ‘ Tertius hic mali superat carchesia summa.’ Cinna: ‘ Lucida cum fulgent alti carchesia mali.’ Quem versum Catullo attribuit Non. Marcellus. Lege Lilium de navigiis cap. 12. *Cerda.*

512 *Atque atra*] In codicibus aliquot antiquis *adque alta volans in nub.* legitur. Sed enim inferius est, ‘ Nigra figit sub nube columbam;’ quare *atra nubila* potius legendum videtur, quamvis eadem *alta, profunda, nigra.* Pierius.

513 *Tum*] Deinde: et est adverbium ordinis. Nam *tunc* temporis est. *Servius.*

Tum rapidus] Morarum impatiens. Quod ait, *speculatus*, artis fuit, debuit enim volatum ejus explorare, quia turbato eo atque incomposito, locus feriendi inveniri non poterat. Ubi igitur hanc vidit lætis et securis volatibus ferri, jecit sagittam, et columbam in aëre confixit. Magnæ peritiæ, volantem et in alto constitutam figere, præterea obumbratam nube atra. Non dixit autem sagitta revocat columbam, quæ ruptis vinculis libera avolarat; sed, quod erat pulchrius, ales ipsam sagittam revocat. *Donatus.*

Tum rapidus] Homerus de Pandaro Iliad. l. IV. Αἶψα δ' ἐπὶ νευρῇ κατεκόσμει πικρὸν ὀϊστόν: *Statim autem in nervum aptabat acerbam sagittam;* et l. XXIII. de Merione, Σπερχόμενος δ' ἄρα Μηριόνης ἐξείρυσε χειρὸς Τόξον· ἀτὰρ δὴ ὀϊστὸν ἔχεν πάλαι ὡς ἴθυνεν: *Festinans autem Meriones extraxit manu Arcum, ac jam sagittam tenebat dudum, ut direxerat.* Itaque, quod Virg. *rapidus*, Homerus, jam *αἶψα*, jam *σπερχόμενος*. Reliqua ipse confer: neque enim dubium, quin ad Græcam umbram lux Latina. *Cerda.*

Arcu contenta parato Tela tenens] Contento arcu tela tenens parata. *Servius.*

514 *In vota vocavit*] Nam apud Lycios colitur, quasi heros. *Idem.*

Fr. Eurytion in v. vocavit] Pandarum: qui apud Lycios colebatur ut heros: et quem Homerus sagittandi peritia pæne æquat Apollini. *Taub.*

516 *Nigra nube*] Id est, alta. *Serv.*

517 *Vitamque reliquit in astris*] Unde sumpserat vitam: ut, 'Hinc hominum pecudumque genus, vitæque volantum.' Sane sciendum hunc totum locum ab Homero esse sumptum. Unde inanis est vituperatio Æneæ, quod suspenderit avem maternam. Nam et res est translata simpliciter: et quamcunque suspendisset avem, in hanc incideret vituperationem; nulla enim avis caret consecratione, quia singulæ aves numinibus sunt consecratæ. Quanquam Urbanus dicit matrem citius potuisse placari. *Idem.*

Vitamque reliq[illegible] in astris] Eurip. in Phœniss. βίοτον [illegible] λιπόντες ἐνθάδε: et paulo post, ἔλιπέ την βίον. *Germ.*

Vitam reliquit in astris] Putat Macrob. III. 8. alludi ad vet. ritum, quo volucres immolarentur stellis. *Taub.*

Astris Ætheriis] In vetustissimis plerisque exemplaribus, *ætheriis* legere est, plura vero de vita ita in astris relicta, Macrobius l. III. Saturnalium. Sunt tamen qui malint *aëriis*. Pierius.

520 *Aërius telum contendit*] Hoc vero loco *aërius* legitur in codicibus illis, in quibus *æthereis astris* paulo ante legebatur. Pro *contorsit* vero, *contendit* in Romano, et in Mediceo, et plerisque aliis antiquis exemplaribus; et eodem modo *contendit telum*, l. IX. scriptum invenimus. *Idem.*

521 *Artemque pater, arcumque sonantem*] Culpat hoc Virgiliomastix. Artem enim in vacuo aëre ostendere non poterat: quanquam dicant periti posse ex ipso sagittariorum gestu artis peritiam comprobari. *Servius.*

Ostentans artemque pater, arcumque sonantem] Nonnulli syllabæ, quæ in heptimemeri sita est, timentes, *que* illi particulam addidere, ita legentes *artem pariterque arcumque*. Sed quanto magis placet quod in Romano, et in Mediceo, et plerisque aliis codicibus vetustis legere est, *ostentans artemque pater arcumque?* Quam lectionem dubio procul agnoscit Asper Grammaticus, scansionis etiam apposita ratione: quam, ut apud ipsum legimus, referre non pigeat, ut quo diximus modo legendum esse, nulli dubium relinquamus. *osten.* Spond. *tans ar.* Spond. *temque pa.* Dact. *ter ar.* Spond. plurimaque ejusmodi recitat exempla. Denique id genus syllabæ, quæ pede quarto posita est *ter ar.* vel inter longas censeri debere tradit, apud Auctores, vel parcissime metrum usurpare. Id tamen apud Virgilium frequentissimum reperiri. *Pierius.*

522 *Objicitur*] Superius de his particulis secundum Jubam artigraphum tractavimus. Sed dicunt alii istas monosyllabarum ratione vel produci vel corripi. Sane sciendum naturæ esse, ut breves sint; euphoniæ vel Jubæ ratione, in compositione producuntur, si tamen *i* sequatur: quæ licet non sit consonans, potest tamen in declinatione pro consonanti haberi. *Servius.*

523 *Augurio monstrum*] *Augurium* dictum quasi avigerium, id est, quod aves gerunt. Et bene de sagitta dixit *augurium*, quæ habet pinnas: quanquam omnia ad unum congesserit locum, monstrum, augurium, auspicium, oraculum. *Idem.*

524 *Sera*] Gravia. Sallustius, 'Serum bellum in angustiis futurum,' id est, grave. Et quod improbant vates, Æneas amplectitur, deceptus augurii similitudine quod apud Trojam probaverat pater, ut, 'Stella facem ducens.' *Idem.*

Seraque terrifici cecin. omina vates] Lucret. I. 'vatum Terriloquis victus dictis desciscere quæres.' Turnebus autem *sera dira* interpretatur, non *tarda*, quod mox incensa classe, diri illius portenti fides repræsentata fuerit: adjuvat eam interpretationem versus etiam ille Virgilianus, 'seraque culminibus ferali carmine bubo.' *Germanus.*

Seraque terr. &c.] 'Ο πάνυ Gronov. in Observ. I. 17. *serum* hic non significare *triste*, ut Servius, nec *dirum*, ut Turnebus XXVI. 17. sed simplicissime *serum malum*, hoc loco sumi docet pro malo futuro: inde dicitur *serus vesper*; quod proverbium notum Tironibus: 'nescis quid serus vesper vehat.' *Emmeness.*

525 *Volans*] Ita Pindar. Olymp. IX. πτερόεντα ὀϊστὸν, *alatam sagittam*. Cer.

Liquidis in nubibus] *Nubes* pro *aëre* posuit. Nubes enim liquidæ esse non possunt. *Servius.*

526 *Signavitque viam*] Ita Æn. II. de stella, quæ apparuit in aëre, 'signantemque vias.' *Cerda.*

527 *Ceu sæpe refixa*] Poëtice dixit secundum publicam opinionem. Nam ut Lucretius dicit, 'Ventus altiora petens, æthereum ignem secum torquet, qui fractus imitatur stellas cadentes.' *Servius.*

Cælo seu sæpe refixa] Vide quæ supra l. II. annotata sunt ad illum locum, 'De cælo lapsa per umbras Stella facem ducens.' Horat. quoque, 'Refixa cælo devocare sidera,' Epod. dixit. Ut hic *transcurrunt*, Aristot. Meteor. l. I. ἀστέρας διαθέοντας, et ἄστρων διαδρομὰς vocat, quas negat in supero loco accidere, sed in infero: atque eo argumento probat cælum nec calidum, nec ignitum, his verbis: σημεῖον δὲ ἱκανὸν, ὅτι ὁ ἄνω τόπος οὐκ ἔστι θερμὸς, οὐδ' ἐκπεπυρωμένος, καὶ αἱ διαδρομαὶ τῶν ἄστρων ἐκεῖ μὲν γὰρ οὐ γίνονται· κάτω δὲ, καίτοι τὰ μᾶλλον κινούμενα καὶ θᾶττον, ἐκπυροῦται θᾶττον. *Germanus.*

528 *Transcurrunt*] Plinius II. 26. loquens de stella, quæ apparuit edente Germanico gladiatorium spectaculum, 'præter ora populi meridiano transcurrit.' Id ductum ex Græco: nam Arist. Meteor. I. ἀστέρας vocat διαθέοντας, *stellas currentes*: et ἄστρων διαδρομὰς, *transcursus astrorum*. Cerda.

Crinemque volantia sidera ducunt] Teli per celeritatem incensi comparatio cum stella: inde Stat. Theb. l. V. 'et multa crinitum missile flamma.' *Emm.*

529 *Attonitis animis*] Intentis, stupefactis per tonitrua, quæ cohærent cœlestibus ignibus. *Servius.*

530 *Nec maximus omen Abnuit*] Amplexus est, et probavit. Nam secundum augurum disciplinam dixit ad se non pertinere. Nam nostri arbitrii est, visa omina vel improbare, vel recipere. *Idem.*

Nec omen Abnuit Æneas] Æneas accipit omen ut lætum, quod aversari ut dirum debuit. Celeritas autem volantis sagittæ celeritatem etiam eventus portendit. Ut enim volantium siderum est ocissima significantia, ut eorum quæ ἀκοντίαι vocantur: sic et sagittæ ardentis, et jaculum aut cavatam stellam referentis. Turneb. XXVI. 17. *Taubmann.*

531 *Sed lætum*] In Romano codice, *et lætum* legitur. In Longobardico *lætus* ultimæ syllabæ collisione, quod alii viderint. *Pierius.*

532 *Mun. cumulat*] Exemplo fortasse Homeri, qui præmio afficit senem Nestorem, qui nihil gesserat, Il. XXIII. δίδωμι δέ τοι τόδ' ἄεθλον Αὔτως: *do tibi hoc præmium Gratis*. Cerda.

533 *Sume, pater*] Percipe. Nam verbum est jurisconsultorum, quo utuntur quotiens legatum non ab herede datur, sed est in accipientis arbitrio. *Servius.*

534 *Exsortem*] Ἄκληρον, sine sorte. *Idem.*

Exsortem ducere honores] In Romano codice, *exsortem* cum *s* litera scriptum est, ut *exsul* ex grammaticorum

scribitur præceptione, quod, *extra sortem*, dictiones complectatur, ita *exsortem* extra sortem. Est etiam in eodem codice atque etiam in Mediceo *honores* numero multitudinis, quod frequentissime invenies apud Historicos eodem significato: in quibusdam *honorem*. Pierius.

Exsortem ducere honores] Id est, præmium extra ordinem, ait Scal. IV. 16. *Extra sortem* autem, hoc est, non fortuna aut casu, sed judicio decretoque donari, honorificentissimum et amplissimum erat. Ita Æn. VIII. 'Ducunt exsortem Æneæ;' et l. IX. 'cristasque rubentes Exciperem sorti;' ut notat Turneb. XIII. 8. Pari autem forma et Græci vocant ἄκληρον et ἐξαίρετον, *sorti exceptum*. Jam *honorem*, pro *honorario* frequentant JCti. *Honor* etiam pro pretio accipiebatur Romanis, imitatione Græcorum, quibus, τιμὴ in eodem usu est. V. et N. Æn. III. 'quæ sortitus non protulit ullos.' *Taubmann.*

535 *Anchisæ munus*] Quod Cisseus rex Thraciæ (secundum Virgilium pater Hecubæ, ut, 'Cisseis regina Parin creat') Anchisæ aliquando donaverat. *Servius.*

536 *Impressum signis*] Impressa signa habens, id est, emblemata. *Idem.*

Impressum signis] Æneæ, eburneæ, argenteæ figuræ alteri cuipiam materiæ impressæ *signa* generali nomine dici solent. Vide Junium de Pict. vet. II. 8. *Emmeness.*

537 *Cisseus*] Ita scribendum docet Turneb. XIV. 4. Fuit autem Rex Thraciæ, et pater Hecubæ. *Taubm.*

538 *Sui monumentum*] Μνημόσυνον. Jubet autem Scal. IV. 16. hanc locutionem notare, 'Genitori in magno munere Cisseus Ferre sui dederat monumentum.' *Idem.*

539 *Viridanti*] Species participii sine verbi origine, temporis præsentis. *Servius.*

540 *Primum ante omnes*] Unum vacat. *Idem.*

Appellat] Vel dicit, vel salutat. Salustius, 'Jugurtha adveniens velox Quæstorem appellat.' *Idem.*

541 *Prælato invidit honori*] Id est, prælatum honorem. *Idem.*

Prælato invidit honori] Observanda hæc phrasis, qua rebus dat, quod personarum est: ut Eurytiona accipiamus non invidisse, prælatum sibi in honore et munere decernendo Acesten. Cum autem ex Aristotele constet nemesin inter φθόνον et ἐπιχαιρεκακίαν sitam, nihil esse aliud quam justam indignationem, qua prosequimur παρ' ἀξίαν et præter meritum prospere agentes: videtur hic *invidere* poëta et φθονεῖν ἀντὶ τοῦ νεμεσᾶν usurpasse: prærogativa enim et privilegio ætatis Acestes, Eurytioni meritam lege Agonali palmam interverterat. *German.*

543 *Proximus*] Post Erytionem. *Servius.*

Donis] Ad dona. *Idem.*

Ingreditur donis] Qui adepti sunt victoriam, gloriabundi esse solent, et jactantiores æquo. Et quidem verba *ingredior*, et *incedo*, militaria sunt: sic supra, 'aut jaculo incedit melior;' et statim, 'incedunt pueri:' et in X. utrumque conjungit, cum ait: 'At vero ingentem quatiens Mezentius hastam Turbidus ingreditur campo: quam magnus Orion Cum pedes incedit,' &c. Et supra: 'Jamque adeo donati omnes, opibusque superbi, Puniceis ibant evincti tempora tæniis.' Ubi arrogantiam agnoscis in eundo. Ergo hic: *ingreditur donis*, arroganter quidem, et gloriabunde: non, ingreditur ad dona, ut ait Servius. *Cerda.*

544 *Extremus*] Ostendit hos sua munera percepisse: Acesten vero sumpsisse præcipua. *Servius.*

545 *Nondum certamine misso*] De peractis loquitur rebus. Inde debuit dicere *vocarit*, et *fatus est*. Ergo aut tempus est pro tempore; aut sic refert, ut videatur non de præterito loqui, sed actum præteriti temporis

ponere et referre. *Idem.*

546 *Custodem ad sese*] Secundum Tullium, qui dicit ad militiam euntibus dari solitos esse custodes, a quibus primo anno regantur. Unde ait de Pallante, 'Sub te tolerare magistro Militiam et grave Martis opus.' *Idem.*

Impubis Iuli] Ab eo quod est *hic pubis.* Nam quod ait Sallustius, 'Puberes omnes interfici jubet:' venit ab eo quod est *puber*, et sunt ista communis generis, si referantur ad singulos. Multitudo autem si dicatur, generis tantum fœminini est, ut *hæc pubis.* Idem.

Custodem Iuli] Serv. et Turneb. VII. 3. et XXVI. 22. tradunt, Ciceronem scripsisse, anno stipendii primo solitos esse dari publice Custodes adolescentibus militaturis: sub quibus disciplinam discerent, et acuerentur. Ita Æn. VIII: 'sub te tolerare magistro Militiam, et grave Martis opus.' Quod et Plautus monuit Mostellaria I. 2. Erat autem antiquitus annus militiæ decimus septimus; finis, quadragesimus sextus, et postea etiam quinquagesimus. De quo Lipsius Annal. II. Taciti. Verum enimvero, cum Poëta Iulum *impubem* dicat, nec dum ætatis militaris; vide num illum Custodem intelligat, qui pueris Nobilibus usque ad pubertatem dabatur: qui Plauto in Asin. dicitur 'Custos herilis.' De quo et Horat. in Arte: 'Imberbis juvenis, tandem custode remoto, Gaudet equis.' Ita et supra vs. 257. Ganymedi nondum militiæ sacramentis initiato tribuuntur Custodes. *Taubmann.*

Custodem ad sese, &c.] Pueris regendis præficiebantur viri gravitate et ætate qui erant conspicui. Stat. Silv. l. v. in Epiced. patris: 'Hinc tibi vota patrum credi, generosaque pubes Te monitore regi, mores et facta priorum Discere.' De hoc equestri puerorum certamine Onuph. Panv. agit de l. circ. II. 9. Hoc loco *impubis Iuli* alio modo inflectit Cicero, qui *impuberis* genitivum facit, teste Charisio, Instit. Gramm. l. I. p. 64. *Emmeness.*

547 *Epytiden*] In codicibus aliquot antiquis, *Æpytidem* cum diphthongo prima syllaba, et *y* secunda scriptum est. Nam apud Auctores veteres *Æpytus* pro nomine proprio celebratur, et tam illi, quam nostri patronymici formam solent usurpare. Est et ἐπιτηδὴς nomen apud illos, sed rationi metricæ non responderet. *Pierius.*

Epytiden] Sic scribenda vox, non ut in vulgaribus, vel ex Homero Iliad. XVII. dicente, δέμας Περίφαντι ἐοικὼς Κήρυκι 'Ηπυτίδῃ: *corpore Periphanti similis Præconi Epytidæ.* Cerda.

Epytiden] Periphantem Epyti F. Turneb. VII. 3. *Taubmann.*

Fatur ad aurem] Sequitur et *dic, ait.* Unde sicut et in tertio diximus, unum vacet necesse est. *Servius.*

Fidam] Nam is fidam semper operam navaverat, non Æneæ solum, sed etiam seni Anchisæ, erat enim ex antiquissimis famulis illius domus, de quo sic Il. XVII. παρὰ πατρὶ γέροντι Κηρύσσων, γήρασκε, φίλα φρεσὶ μήδεα εἰδώς: *apud patrem senem Præconem agens consenuit, amica mente consilia doctus.* Ubi pater senex Anchises est: qui consenuit, Epytides. Aliqui hinc adimunt hoc hemistichium, tum quia ociosum, tum quia infra est verbum, *ait.* Cerda.

549 *Cursusque instruxit equorum*] Illustrari potest hic locus simili historia, quam adducit Athen. l. IV. Pueri enim Laconum in equis ornatis theatrum percurrebant, in ea celebritate, quæ ab Laconibus peragebatur, in honorem demortui Hyacinthi. *Idem.*

550 *Ducat avo turmas*] In honorem Anchisæ. Est autem *turma* Equitum XXXII. *Taubmann.*

551 *Dic, ait*] In veteribus codicibus quotquot habere potui, scriptum inveni *dic ait*, quod si aliter legas,

ecta erit oratio: plena vero ime: 'Et ait, Dic Ascanio, si erile paratum Agmen habet cursusque instruxit equorum, avo turmas, et sese ostendat is.' Quibus imperatis: 'Ipse longo decedere circo Infusum m, et campos jubet esse pa-' In non nullis codd. legitur, Pierius.

Campos jubet esse patentes] Dis-opuli jubet fieri campos pa-. *Servius.*

Incedunt pueri] Aut poëtica a confudit ætates, ut, modo , modo juvenes dicat: nam na acies juvenum.' Aut certe um quosdam sequenti distinc-mutata, magistros, pueros di-equentes vero, maturioris æta-dem.

dunt] Non tam de incessu pe-, quam qui fit cum sella, vel , imo qui equo vehuntur, di-r *incedere*, ut Scheff. II. 18. *Em-*

Lucent] Armis sc. splendes-us. Hoc autem verbum minus m, quam *fulgent*, Scaliger IV. otare jubet. Ita Æn. VIII. atis lucent sagulis.' *Taubmann.*

s omnis euntes] Quos euntes om-rba fremit, id est, cum favore uitur. *Servius.*

In morem] De more: ita VIII. bus in morem cincti.' *Taub.*

sa coma] Composita. Nam pro-nsæ sunt capilli non cæsi. *Serv.*

sa corona] Id est, galea: et ne Homeri usus est, nam ga-ανέφανον dixit. Et re vera co-ion potest intelligi, cum sequa-'Galeam ante pedes projecit m.' Sed alii dicunt, potuisse leas habere coronatas. Bebius Macer dicit a Cæsare Augusto , qui luserunt Trojam, donatas aleas et bina hastilia: ad quod ium constat adludere. *Serv.*

sa coma pressa corona] Difficilis versus: non tam se ipso, quam explicatorum, et Servii inprimis interpretamento, in quo non ferendus ordo hic, *tonsa coma*, *pressa corona*, cum detrimento carminis. Sic explico. Inerat omnibus coma pressa, videlicet a galea, corona supra galeam eminente. Nisi hi pueri gestassent galeas, facilis erat interpretatio; atqui gestarunt, dicente mox Poëta de Ascanio, 'galeam ante pedes projecit inanem, Qua ludo indutus belli simulacra ciebat.' Ergo erat coma, supra hanc galea premens comam, supra galeam corona. Restat, breviter probem. Compressio comarum a galea; vere. Ovid. in Epist. Laodamiæ: 'Ipsa comas pectam, galea caput ille premetur?' et contrarium huic *solvo*, cum galea demitur; idem in Fast. 'Mars ades, et nitidas casside solve comas.' In re longe alia utrunque verbum idem opposuit de Arte II. 'Cum modo frigoribus premimur, modo solvimur æstu.' Pergo ad alterum; corona erat supra galeam: ex quo more in Æn. VII. 'Quin et Marrubia venit de gente sacerdos, Fronde super galeam, et felici comptus oliva.' Et Apulejus l. x. 'irrupit alia, quam putares Minervam, caput contecta fulgenti galea, et oleagina corona tegebatur ipsa galea.' Non ergo novum, coronas galeis superimponi. Inde facilis explicatio illius versus, 'galeam ante pedes projecit inanem.' Nimirum inanem corona, nam hac amissa vel in agitatione equestri, vel in tumultu subito qui exortus ab incendio navium. Explicatio Servii esset procul dubio explicatior et melior nostra, quæ vult coronam sumi pro galea, Homeri exemplo, nisi obstaret attributum; nam *galea* qui dici potest *tonsa?* Cerda.

Tonsa corona] Vide quæ dicta Ge. III. 21. et interpretem Salmas. Plin. exerc. p. 1000. *Emmeness.*

557 *Bina*] Poëtam illustrant verba

hæc Servii: 'Bebius Macer dicit, a Cæsare Augusto, pueris, qui luserunt Trojam, donatas esse galeas et bina hastilia: ad quod Virgilium constat alludere.' Faciunt hæc quoque ad ea, quæ diximus, pueris gestatas galeas. *Hastilia cornea* sunt, breves quædam ex corno hastæ. *Cerda.*

Præfixo hastilia ferro] Codices antiqui omnes quos inspexi *præfixa hastilia ferro*, legunt: utraque elocutio Latina est. *Pierius.*

558 *It pectore summo*] Sic legendum est, ne sit solœcismus: et rei inanimali dedit motum dicendo *It*. *Summum* autem *pectus* ait, pectoris et colli confinium. *Servius.*

It pectore summo Flexilis] Quamvis lectio hæc vulgata candidior videatur, in quibusdam tamen codicibus antiquioribus ita legere est, *et pectore summo Flexilis obtorti per collum it circulus auri*: quæ lectio nequaquam aliena est a venustate. *Pierius.*

559 *Circulus*] Non abit illud l. x. 'fusos cervix cui lactea crines Accipit, et molli subnectit circulus auro.' Neque illud, VII. 'fit tortile collo Aurum ingens coluber.' Neque illud Nævii apud Charisium, 'Collum marmoreum torqueis geminata coronat.' Sæpissime sane in Poëtis ubi est mentio colli, est etiam auri torti, quo signatur torques. Nam, ut ait Isidor. IX. 31. 'Torques circuli aurei a collo ad pectus dependentes, et a viris geruntur, ut a fœminis monilia.' Non dubitaverim appellare torques, catenas aureas, quas viri nobiles inter Hispanos solent gestare. Hæ enim et collo circundantur, et pendent ad pectus. Qui hos pueros in Virgilio bullatos capiunt, longe a re abeunt: torquatos tantum exhibet. Quodque Xenoph. I. ἀναβ. ait, στρεπτὸν χρυσοῦν, *torquem aureum*: in eodem post multa locum signat στρεπτοὺς περὶ τραχήλῳ, *torques circa collum*. Nota discrimen illud Isidori inter *torquem* et *monile*. Ille est virorum, hoc fœminarum [...] mat mentem Isidori, Non[...] Dionys. l. v. ubi, cum Cadm[...] Harmoniam Dii dona den[...] Harmoniæ dat monile. Ac[...] Nonni (est enim longissimus [...] multa sunt ad cognitionem [...] non contemnenda. *Cerda.*

560 *Tres equitum numer*[...] Rem Romanæ militiæ suo in[...] mini. Nam constat primo [...] tes fuisse populi Romani: u[...] *tiensium*, a Tito Tatio duce S[...] jam amico post fœdera: [...] *Ramnetum* a Romulo: terti[...] *rum*, quorum secundum L[...] nomen et causa in occulto su[...] ro tamen dicit Romulum di[...] contra Titum Tatium, a Lucu[...] id est, Tuscis auxilia p[...] Unde quidam venit cum [...] cui, recepto jam Tatio, pars [...] data: a quo in urbe Tusc[...] est vicus. Horatius, 'Ac Tu[...] impia vici.' Ergo a Lucum[...] *ceres* dicti sunt. Sic auten[...] partes divisum fuisse populu[...] norum constat, ut etiam qui [...] singulis partibus, tribuni di[...] Unde etiam sumptus, quos [...] populi, tributa nominarunt.

Tres equitum, &c.] Turneb[...] tres hasce turmas referre t[...] Equitum Rom. Centurias su[...] lo, Ramnensium, Tatiensium [...] cerum. De quibus Livius l. [...] autem Poëta rem Romanæ suo carmini inserere. *Taubm*[...]

Terni] Tres: et ait more s[...]

561 *Ductores pueri*] Hic [...] distinguunt, ut diximus sup[...]

562 *Paribusque magistris*] [...] adludit. Nam hodieque eq[...] cuntur *magistri*. Idem.

564 *Polite, Progenies*] Illu[...] quem supra a Pyrrho introd[...] cisum; de quo Cato in O[...] dicit, quod ad Italiam vener[...] gregatus ab Ænea condide[...] dum *Politorium*, a suo nomin[...]

e] In Romano et antiquis aliis exemplaribus, *Polytes* Attimore scriptum est. *Pier.*

e] *Polites* Priami filius: quem l. 526. introduxit occisum a Achillis F. quem Cato in Ori- dicit in Italiam venisse, et m *Politorium* a suo nomine isse. *Taubmann.*

Quem Thracius albis] Cum tres duces, duorum equos comat. Sed aut prætermisit, quod sequeretur necesse erat: nec mus pedes esse poterat; aut dditur loco: ut, 'Cætera puaioris Acestæ Fertur equis.' uam multi, distinctione mutas equos commemorant: ut sit 'Equus bicolor maculis,' et de catur, 'Vestigia primi Alba id est, primorum pedum veset frontem albam ostentabat *Servius.*

cius] Floruit Thracia equis. lus dixit, διὰ Θρήκης πωλοτρόer *Thraciam nutricem equorum.*

Equus] Non est silentio prædum, cur in vetustis aliquot ous, *equs* unico tantum *u* notaperiatur. Nonnulli enim, quia literam, sed notam esse putaluas in se literas continentem *qis*, *qæret*, et *qid* scribere inunt absque *u*, ut Velius Lon- quod alii *cuis*, *cuæret*, *cuid*, e malebant. Sed utrunque usu recessit. Quantum vero et ad dictionem *equus*, dubitaeteres, utrum primum illud *u* ans an vocalis esset, neutrum sse non concedebatur. Si con- non alterius naturæ esse poquam *b* mutæ, in quam tam abit nunc scriptura, nunc protione: quocirca necesse erat m positione longam in *equo* faquia *q* pariter consonantem muse nemo inficiaretur. Id vero rum omnium exemplis contrarium inveniebatur: quum *equus* apud omnes primam corripiat. Sin vocalem esse concederent, vel novam diphthongum facere ex duobus *uu* (quod, ut sæpe dictum, Attius in vocalibus natura longis factitare consuevit) necessarium esse, vel in duas syllabas dividere. Atqui neutrum recte fieri posse manifestum est: quod *equus* utranque syllabam correptam habet, et pro dictione bisyllaba passim ponitur. Quare boni illi viri, ne in has dilaberentur difficultates, *equs* unico *u*, uti et *qis*, et *qid* scribere maluerunt. Nonnulli autem inventi sunt, qui *q* literam adeo adamarint, ut eam pro *c* passim sufficerent. Ideoque non tantum *sequtus*, *loqutus*, et similia per *q* scribere instituerunt, verum etiam ubicunque *u* ante *c* positam invenirent, pro literis *c* et *u* unam tantum *q* supponere minime veriti sint. Hinc *secui* præteritum a *seco*, *seqi*, et *aqi* pro *acui* scriptitabant: adversus quos Probus in arte disputat. Sane quidem illi, uti paulo ante dicebamus, *q* literam et *c* et *u* præ se ferre, siquis notam diligentius inspiceret, asseverabant. Post enim *c* vocalem *u* adplicitam esse, parte illa, quæ ad instar gravis accentus premitur, adcurvata, altera vero, quæ acuti accentus in morem surrigebatur, subter lineam dejecta, vel ex Librariorum commoditate, vel ne præcedentibus literis esset impedimento: hæque sibi invicem figuræ successerunt, cv. Q. Q. Quare minime mirum est, si et *equs*, et *eqi*, et *eqo*, et hujusmodi pleraque absque *u* in veterum inscriptionibus notata reperiantur. *Pierius.*

567 *Frontem albam*] Intelligit frontem stella candida spectabilem, non autem totam albam: deteriores enim sunt. Vide Scal. Poët. III. 3. et Not. Æn. IV. 156. Ita Equi, quibus albi pedes quattuor, in pretio olim habiti, hodieque apud Belgas alicubi immunitatem vectigalium dicuntur vectori

præstare. Vide Not. Æn. IX. 49. *Primi pedis* ergo sunt primorum pedum vestigia. *Taubmann.*

Arduus] Diximus jam in antiquis passim, *arduos* per *os* haberi, quæque Carisium ratio moverit, ut huic nomini ita scripto, calculum non adhiberet suum. *Pierius.*

568 *Genus unde Atii duxere Latini*] Propter Atiam dicit matrem Augusti: de qua Antonius ait, Aricina mater. Vult enim ejus etiam maternum esse genus antiquum. *Servius.*

Atii] Scribendum *Atti* ex antiquis codicibus. In aliquot vero duplici *ii*, *Attii*, ex Velii Longi sententia. Sed enim de hujusmodi Genitivi ratione satis in primo dictum. Quod vero *Attius* duplici *tt* scribatur, non autem per *ct*, *Actius*, Victorini alibi auctoritatem citavimus, in libello de Orthographia præcipientis *Attius* duplicato *tt*, scribendum esse. Quodque ita etiam in veterum monumentis scriptum inveniatur, satis superque fuerit unum ex multis indicasse.

D . M
ATTIAE T. F. QVINTILLAE
ATTIVS PHEGON PATER ATTIA
QVINTA MATER ATTIVS
T . F.

et quæ sequuntur: quæ siquis oculata fide inspicere voluerit, habentur hæc in D. Mariæ fano, quod est ad busta Gallica Romæ situm. *Attia* præterea apud Græcos etiam duplici *tt* scribitur: quando Servius ait dictum a Virgilio, *Genus unde Attii dixere Latini*, propter Attiam Augusti matrem, quo maternum etiam ejus genus prædicaret antiquissimum. Sed ut levem de scribendi ratione disputatiunculam graviori aliquo examine pensemus, diversi a Latinis abeunt Græci in historia de matre Augusti referenda. Nam Suetonius Attiam Augusti Octaviani matrem ex Balbo et Julia sorore Cæsaris genitam ait. Dion historicus in XLV. οὕτω γὰρ ὁ τῆς ἀττίας τῆς τοῦ καίσαρος ἀδελφῆς υἱὸς ὠνομάζετο: ex quibus verbis videre est Attiam ab eo Cæsaris Sororem appellatam, nisi mendum sit in Græco codice, quem inspexi, et ἀδελφιδῆς esse debeat. Sed enim eadem Plutarchus in Ciceronis vita. Addat huc forte quispiam, quod in Liviani libri CXVI. periochæ scriptum est: 'Testamento Cæsaris heres ex parte dimidia institutus C. Octavius ex sorore Nepos, et in nomen adoptatus est.' Unde Servius scripserit Augustum ex sorore Julii Cæs. natum. Sed enim vetus codex Livianæ Perioches *sororis nepos* habet, non *ex sorore*: id quod cum Suetonio congruit. *Pierius.*

569 *Pueroque puer*] Locutio perelegans, quam placitum locupletare breviter, Græcis primum deinde Latinis. Eurip. supplicib. ἔκτεινον, ἐκτείνοντο: *occidebant, occidebantur:* iterum, οὐκ ἄξι' οὐδ' ὑπ' ἀξίων: *indigne, et ab indignis.* in Alcestide, ἄλγος ἄλγει προσκείμενον: *dolor dolori additus.* In Phœniss. ἐκ γὰρ ἀλγους ἄλγος: *ex dolore dolor:* iterum, ἔφερες ἄχεα πατρίδι φόνια φόνιος: *attulisti dolores patriæ cruentos cruentus ipse.* Sophocles in Ajace flagellif. πόνος πόνῳ πόνον φέρει: *labor labori laborem affert.* Virg. 'Talibus orabat, talesque miserrima fletus Fertque refertque soror: sed nullis ille movetur Fletibus:' ubi, *tales talibus: fletus fletibus.* et Æn. III. 'Tibrin, vicinaque Tibridis arva.' Infra: 'orbibus orbes.' Livius l. XXXVIII. 'vim vi arcendi jus est.' *Cerda.*

570 *Extremus*] Quantum ad numerum spectat. *Servius.*

571 *Sidonio*] In antiquis aliquot codicibus *Sidoneo* scriptum familiari quadam mutatione ex *i* in *e*, ut *ætherius*, et *æthereus*, qua forma video nunc Latinos libentius uti. Neque vero mirum sit *Sidonius* secundam a principio syllabam communem habere. Siquidem ea tam per ω magnum, quam per *o* parvum indifferen-

…dita est, ut ait Steph. By-
…catæo. *Pierius.*

…*ra Trinacriis*] Cætera pu-
…estæ fertur. *Servius.*

…] In Romano cod. legere
…i, ut sit appositive *cætera*
…enim in eo codice, *s* litera
…e habundat, sæpe etiam
… In Longobardico, in
… plerisque aliis, *Trinacriæ*
…ur: ac præfixo puncto,
…membro legitur, *Senioris*
…*tur equis.* Nam qui dix-
…t ex Trojanis pueris suis
…nox cæteram Trinacriæ
…uis senioris Acesti ferri
… *Pierius.*

…*ides*] Gloriæ cupiditate
…it, 'Corda pavor pulsans.'

…*rum agnoscunt ora paren-*
…*d.* τίκτουσι γυναῖκες ἐοικότα
…*r* Catull. 'Sit suo simi-
…ullio, et facile insciis Nos-
…omnibus, Et pudicitiam
… indicet ore:' et Horat.
… simili prole puerperæ.'
…rch. l. v. De plac. philo-
…γίνονται τῶν γονέων ὁμοιώ-
…ν προγόνων. Sed et Ari-
… l. II. oppugnans Plato-
…, negat liberos ita com-
…e haberi, ut non fere a
parentum similitudine ag-
cerni possint, his verbis:
…' οὐδὲ διαφυγεῖν δυνατόν.

…*ides*] In antiquis, uti su-
…um, *Æpytides* per *æ* et *y*
Pierius.

Virga quæ sonat in morem
…*rvius.*

…*dit flagello*] Id est, virga,
…n morem flagelli. Atque
Rom. sumptum est: apud
tratus aliquis Ludis præ-
…uperiori loco auspicando-
…m signum dabat: de quo
…d Sueton. in Nerone:
…rtial. ep. XII. 29. 'Cre-
tatam vellet Prætor cum mittere mappam,' &c. *Taubmann.*

Insonuitque flagello] Humile mihi videtur hoc, parumque ei majestati et gravitati, quam ubique alias servat quam diligentissime, consentaneum: fuisset magis decorum, tuba vel lituo signum exhibere. Opinor tamen eo Homerum alicubi æmulatum esse: Iliad. Ψ. οἱ δ' ἅμα πάντες ἐφ' ἵπποιιν μάστιγας ἄειραν πέπληγόν θ' ἱμᾶσι. *Hart.*

Insonuitque flagello] Qui inde dicti μαστιγοφόροι, μαστιγονόμοι, ῥαβδοῦχοι a virga, qua signum dabant pugnæ. De his Faber in Agon. I. 21. *Emmeness.*

580 *Atque agmina terni, &c.*] In Romano codice, et aliquot aliis antiquis, *deductis* habetur participii voce, plurali ablativo. In Mediceo et aliquot aliis, quod magis placet, *diductis.* Sunt etiam codices manu scripti, qui legant *ternis:* sententiaque ipsa videtur apertior, si dicamus tris illas equitum turmas, quæ uno agmine consessum omnem lustraverant, ad flagelli sonitum in ternos choros diductas esse, unaquaque turma sua spatia corripiente. Quod si *solvere agmina Terni diductus*, legas, frigidum nescio quid invenias. Sed hoc ego in medio relinquam: eos libenter audituros, qui militarium ludorum peritiam aliquam profiteantur. *Pierius.*

581 *Choris*] Aciebus. *Servius.*

Diductis choris] Aciebus separatis. Tres Duces tribus aciebus erant præpositi, quæ in unum agmen se Patribus ostenderunt: inde solutum est agmen illud unum, et rursus in tres choros sive acies divisum est: quæ quidem singulæ acies æque in diversas partes currendo et recurrendo, nec non in gyrum se vertendo, spacia sua confecere. Pierius l. *ternis choris:* eodem sensu. *Taubmann.*

Vocati] Ictu virgæ. *Servius.*

582 *Infestaque*] In Mediceo codice, *instructaque tela* legitur. Sed *infesta*

in aliis. *Pierius.*

584 *Adversis spatiis, alternosque orbibus orbes*] In codicibus aliquot antiquis, *adversi* legitur. Sed vulgata lectio me nihil offendit. Id vero non improbarim, quod *alternisque orbibus orbes* quædam habent exemplaria, licet tantundem sit. *Idem.*

Orbes impediunt] Miscent: implicant. Hos autem orbes elegantissime Hom. Iliad. XVIII. suis versibus fingit: ubi de *Pyrrhicha saltatione* in clypeo Achillis formata meminit. Quidam putant alludi ad evolutiones per decuriam et juga: cujus speciem, *Persicam* vel *Cretensem choream* appellabant. *Taubmann.*

585 *Pugnæque cient simul. sub armis*] Pugna imaginaria Suetonio: μάχη ἐσκιαγραφημένη. Lucret. l. II. 'Fervere cum videas belli simulacra cientes.' Nimirum et Plato in Rep. sua talem requirit ludicram armorum exercitationem, ut pugnæ seriæ præliique præ se speciem ferat, Leg. l. 8. καὶ πᾶσαν μιμουμένους τὴν πολεμικὴν ...ως, σφαιρομαχεῖν τε καὶ βολαῖς, &c. *Germanus.*

586 *Et nunc terga nudant*] Tria, quæ in bellis geruntur, cuncta commemorat: fugam, pugnam, pacem. *Servius.*

Fugæ] In antiquis aliquot, *fuga* est ablativo casu: quod etiam superius observatum. Sed melius omnino videtur acquisitivo *fugæ*, quod in aliis. *Pierius.*

Nudant] Ut verbum *nudo* ad rem militarem transtulit, ita sæpe Livius. Nam l. XXVI. 'nudata defensoribus mœnia:' et l. XXIX. 'agro inermi ac nudo præsidiis:' et l. XXXVII. cum respectu fortasse ad Poëtam, 'Auxilia in fugam versa nudarunt omnia usque ad cataphractos equites:' et sæpe alias. Cedrenus, γυμνὸν ἀντιπάλων χωρίον: *locum nudum hostibus.* Cerda.

Nuda] Qui enim fugit, tergum inerme hosti insectanti exponit. *Taub.*

Spicula vertunt] In uno ta... dice Romano, *spicula torquent* ... In aliis omnibus, *vertunt*, qu... cro certamini magis convenir... tur. *Pierius.*

588 *Ut quondam Creta*] Cælii... Antiq. Proverb. IX. 24. *Lab*... dicitur autem, παρὰ τὸ μὴ λαβεῖ... *Hart.*

Labyrinthus] Locus apud ... factus a Dædalo perplexis par... ubi Minotaurus inclusus est. ...

Labyrinthus] Λαβύρινθος παρ... θύραν λαβεῖν· vide Suid. e... Chil. unde et λαβυρινθώδης ... Poëta autem Epig. πολυγνάμπ... βυρίνθους vocat: et Callim. in... γναμπτὸν ἕδος σκολίου λαβυρίνθ... *manus.*

Labyrinthus] Vide Ovid. M... 2. Ita Catullus in Epithal. 'Ne labyrintheis e flexibus ... entem Tecti frustraretur ino... bilis error.' Vide Plin. XXX... Et docet Scal. I. 18. Labyr... non esse fabulam; extare e... dieque in Creta: et Poëta... trum non sine summa erudit... admiratione hanc comparation... hibuisse ludo Trojæ, &c. Vi... et Notas ad Æn. VI. 27. 'et ... cabilis error.' *Taubmann.*

Alta] Ita in VI. 'Contra ela... respondet Cnossia tellus.' hic *alta Creta*, quod ibi, *elata* *Cerda.*

589 *Parietibus textum cæc*...] Hypallage est, cæcum iter ... parietibus. *Servius.*

Ancipitem dolum] Perplexu... rem. *Idem.*

590 *Mille viis hab. dolum*] A... Ovid. VIII. 161. 'turbatque n... limina flexu Ducit in errore... arum ambage viarum.' *Taub*...

591 *Falleret*] Frangeret, de... Est autem versus Catulli. *Se*...

Falleret indeprensus et irre... *error*] In Romano codice, et aliis, *frangeret* habetur. *Indepr*...

varie scribitur: sed unico *e*, *indeprensus*, placere Velio Longo diximus. Est et *irremeabilis*, integra præpositione, ut reliqua: in quibusdam *irremeabilis*. Pierius.

Irremeabilis error] Infra l. vi. 'inextricabilis error,' de labyrintho: et Catul. 'Ne labyrintheis e flexibus egredientem Tecti frustraretur inobservabilis error.' *Germanus*.

593 *Impediunt*] Implicant, intexunt. Quod a vestibus tractum. *Servius*.

594 *Delphinum*] Aut venit ab eo quod est *Delphin delphinis*, a *delphine*: aut *delphinum* pro *delphinorum* posuit. *Idem*.

Maria humida] Homerus, ὑγρὰ κέλευθα. *Idem*.

Maria secant] Ita Pind. Ἰονίαν τέμνων θάλασσαν. *Taubmann*.

595 *Carpathium*] Mare est inter Ægyptum et Rhodum, ab insula Carpatho illic posita dictum. Nec mirum duas eum posuisse comparationes, cum et in secundo hoc fecerit: ut, 'In segetem veluti cum flamma furentibus austris Incidit, aut rapidus montano flumine torrens.' Et in Georgicis tres posuit comparationes: 'Frigidus ut quondam silvis immurmurat auster:' et, 'Ut mare sollicitum stridit refluentibus undis:' et, 'Æstuat inclusis rapidus fornacibus ignis.' *Servius*.

Carpathium Libycumque secant, luduntque per undas] In Oblongo illo codice, sane quam vetusto Vaticanæ Bibliothecæ, quem Pomponius Lætus delicias suas appellabat, et in aliquot aliis, dimeter hic Anapæsticus hypercatalecticus, *luduntque per undas*, desideratur. Trimeterque tantum Dactylicus hypercatalecticus notatus est *Carpathium, Libycumque secant*. Pierius.

Carpathium] Mare inter Ægyptum et Rhodum: ab insula *Carpatho*, quæ hodie *Scarpantho* dicitur: in qua regnum Protei fuisse traditur. *Taubm.*

596 *Hunc morem cursus*] Vetera exemplaria, *hunc morem cursus* plurimum habent: sed altera lectio magis poëtica est, nempe *hunc morem*, *hos cursus*. Quam lectionem in quibusdam codicibus invenias. *Pierius*.

Primus Ascanius] Generis ordinem docet: ut in primo diximus. *Servius*.

598 *Rettulit*] Innovavit, quod ante jam fecerat. *Idem*.

Rettulit] Ut hic producta syllaba prima, ita Q. Serenus, 'Sic etiam rutilus reffertur pectore sanguis:' Horatius, 'Unde pedem refferre pudor vetat, aut operis lex.' Sic legunt Turn. Lamb. Achilles, et antiqui codices. Ovid. 'sed enim quia rettulit Ajax.' Itaque falsa est quædam Grammaticorum distinctio vulgo inculcata. Semper hæc syllaba corripitur lege sua, et cum producenda est, semper debet litera geminari. *Cerda*.

Priscos Latinos] Ita dicti qui tenuerant loca ubi Alba est condita. *Servius*.

Priscos Latinos] Ita dicti qui tenuerant loca ubi Alba est condita: Ita Dan. Servius. Sed planius et propius ad rem, Trojani cum suo duce a Latino suscepti, et Aborigines communi nomine nuncupati fuerunt *Latini*; qui et Πρῖσκοι, auctore Dionysio l. i. Ita Festus: 'Prisci vocabantur proprie, qui priusquam Roma conderetur, fuerunt.' Hi iidem et Casci nominabantur. Vide P. Merulæ Cosmograph. Part. ii. l. 4. *Taubmann*.

600 *Porro*] Post longum intervallum: et est adverbium temporis. *Servius*.

602 *Trojaque nunc, pueri Trojanum dicitur agmen*] Ut ait Suetonius Tranquillus, 'Lusus ipse, quem vulgo Pyrrhicham appellant, Troja vocatur:' cujus originem expressit in libro de puerorum lusibus. *Idem*.

Trojaque nunc, pueri] Ἱππομαχία Græcis. Tacit. Ann. l. xi. 'Sedente Claudio Circensibus ludis, cum pueri

nobiles equis ludicrum Trojæ inirent, interque eos Britannicus imperatore genitus, et L. Domitius adoptione mox in imperium, et cognomentum adscitus, favor plebis acrior in Domitium loco præsagii acceptus est.' Ludus autem ille *classicus* etiam *decursus*, et *decursio ludicra* dicitur, ἐπίδειξις, διελασία, ἀνθιππασία. Cæterum etsi hic ludus in equis solis ageretur, sapere tamen videtur τὴν τρωϊκὴν διφρείαν, curulem Trojanæ rationis agitationem a Xenophonte Cyri discipl. l. VI. memoratam, et a Cyro rejectam. *Germanus.*

603 *Hac celebrata tenus*] Tmesis est, hoc est, *hactenus:* et hic sermo, quantum ad artem spectat, duas continet partes orationis: ut *hac* pronomen sit, *tenus* præpositio, sicut *pube tenus*, et *crurum tenus:* sed jam usus obtinuit, ut pro una parte habeatur. Ergo adverbium est (omnis enim pars orationis cum desierit esse quod est, in adverbium migrat), et est temporis: nam *hucusque* significat. *Servius.*

604 *Hinc primum*] Sequitur enim Palinuri mors, vel Miseni. *Idem.*

Hic] In Romano codice, et aliquot aliis, *hinc*. Sed *hic* magis placet. *Pierius.*

Fortuna fidem mutata novavit] Id est, alia fortuna evenit: Scal. IV. 16. *Taubmann.*

606 *Irim de cælo misit Saturnia Juno*] Ex magna parte servatur, ut Mercurius ad concordiam, Iris ad discordiam mittatur: unde et *Iris* dicta est quasi ἔρις. Falsum est autem quod dicitur ministra esse tantum dearum: cum et a Jove plerumque mittatur: ut, 'Aëriam cœlo nam Juppiter Irim Dimittit, germanæ haud mollia jussa ferentem.' *Servius.*

607 *Ventosque adspirat eunti*] Ut de Mercurio, 'Voca Zephyros.' Et bene Irim mittit, quæ fit de nubibus, quarum dea est Juno. *Idem.*

Ventosque adspirat eunti] Active *adspiro*, de quo Sanct. Minerva p. 147. *Emmeness.*

608 *Nec dum antiquum*] Fuit retinentissima irarum Juno. Inf. 'Junonis gravis ira, et inexsaturabile pectus, Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla.' Ovid. in Epist. Hyperm. 'Scilicet ex illo Junonia permanet ira.' Senec. in Furent. 'vivaces aget Violentus iras animus, et sævus dolor Æterna bella pace sublata geret.' Hesiodus in Theog. de iris hujus Deæ adversum Herculem, Ἄπλητον κοτέουσα βίῃ Ἡρακληείῃ: *Inexplebiliter irascens in virtutem Herculis.* Cerda.

Exsaturata dolorem] Antiqui codices, *antiquum saturata* legunt. Sed melius, *exsaturata:* ut alibi, 'odiis haud exsaturata quievi.' *Pierius.*

609 *Per mille coloribus arcum*] Aut subaudis *factum:* aut Antiptosis est *mille colorum*, hoc est, multorum colorum. *Servius.*

Arcum] Quia Iris censebatur descendere in terras per arcum suum. Ovid. Met. XI. 'et rediit per quos modo venerat arcus.' Monuit Turnebus. Adjungo non absimile esse, ventis eam ferri. Homerus Il. XXIII. ὠκέα δ' Ἶρις Ἀράων ἀΐουσα, μετάγγελος ἦλθ' ἀνέμοισιν: *velox autem Iris Preces audiens, internuntia venit ventis.* Doceat te Claudianus Virgilium imitari. Hic Rapt. II. 'Non sic innumeros arcu mutante colores:' ubi *colores* in quarto casu, *arcu* in sexto: cum contra Noster. Hoc exemplo poteris leviter Virgilii versus flexu alio commutare. *Cerda.*

610 *Nulli visa*] Ad ipsum retulit numen. Nam arcus semper videtur: quem non Irim, sed viam Iridis dixit. Alii *nulli visa*, celeritatis esse volunt. Notandum sane etiam de Iride, *arcum* genere masculino dicere Virgilium: Catullus, et alii, genere fœminino ponunt; referentes ad originem, sicut *hæc cattus*, et *hæc gallus* legimus. *Servius.*

icit ingentem] Quia ait
diqne conveniunt Teucri
eani.' *Idem.*
s] Circa ludicra. *Idem.*
rbosque videt portus] A vi-
Idem.
la] Deserta: Terentius,
ditatus alicunde e solo
a.
In antiquis aliquot codici-
s habetur per *æ* diphthon-
in τροία primitivo reperi-
rati enim sunt, eundem in
etiam esse debere, nam *oi*
Latinos transire solet.
liquis Terentii codicibus,
Adelphi comœdiæ nomen
venies. Græce enim, ut
δελφοί. Sed enim in hoc
ades, nulla apud Græcos
, quum masculinum sit
τῷ κτίστῃ, fœmininum
τρωίας καὶ τρωάς. Neque
ias ierim nomen hoc cum
go impropria nonnunquam
Quod si vulgata lectio sit
, *Trojades* potius quam
ribendum esset, ut in ali-
is codicibus scriptum est.
s frequentiori Doctorum
omnino acceptior est.

stato η in *a*, superiori ac-
mus: ut 'Ελένη *Helena*,
. Ergo quoniam et ἀκτὴ
t, cum *acta* facit, penulti-
habere accentum: sed
erentiam commutatur, ne
, et amœna litorum, sed
et participialiter. *Servius.*
r. Troad. acta] 'Ακτὴ παρὰ
ἄγνυσθαι, a frangendis fluc-
upra, 'fractos ad litora
ft autem *sola*, sic et supra
e solo in litore secum, Te
e, te decedente canebat.'

x. Græca, id est, litus,
w, quod eo naves confe-
iam tamen vocem jam La-
tini fecerunt civem suam. Cicer. in
Verr. 'in acta cum mulierculis jace-
bat ebrius.' Cornel. Nep. sive, ut
alii, Æmil. Probus in Agesilao:
'Cum in acta cum suis accubuisset,
secretum, et amœnum litus,' &c.
Prudentius contra Symmach. 'Inve-
nit expositum secreti in litoris acta.'
Cerda.

In sola acta] Pro, Trojanæ mulieres
solæ in deserto litore flebant. Ge. IV.
'Te solo,' &c. Etiam Cicero de Si-
cilia loquens dixit *actam* pro litore;
ut notat Turneb. III. 1. Græcis ἀκτή.
Videatur Cajacius Observ. VIII. 1.
Taubmann.

Secretæ Troades] Πρέπον. Indeco-
rum est, honestas matronas in publi-
cis spectaculis misceri viris. Tum
autem in exequiis, matronarum erat,
pullatas solutis crinibus mortuos lu-
gere. *Hartung.*

615 *Aspectabant flentes. Heu*] Multi
flentes heu, distinguunt, ut sit misera-
biliter flentes: et a persona dicatur
poëtæ: alii *heu* a mulieribus dictum
accipiunt. *Servius.*

619 *Faciemque deæ vestemque repo-
suit*] Duo diversa uno sermone con-
clusit. *Idem.*

Deæ] Sic sæpe vocata Iris. Inf.
Virg. 'Cum dea se paribus per cœ-
lum sustulit alis.' De ea Homerus
Il. III. ὣς εἰποῦσα θεὰ, *sic locuta dea:*
et XV. Neptunus illam compellat
Ἶρι θεὰ, *Iris dea.* Cicero de Nat. III.
ita scripsit: 'Cur autem arcus spe-
cies non in deorum numerum repona-
tur? est enim pulcer, et ob eam cau-
sam, quia speciem habeat admirabi-
lem, Thaumante dicitur esse nata.'
Cerda.

620 *Tmarii Dorycli*] Illyrii. Isma-
rus enim mons est Epiri. Et bene
suadentis commendatur auctoritas.
Servius.

Beroë Tmarii] Quamvis in Longo-
bardico codice, in Mediceo, et pleris-
que aliis, pro *Ismarii* duabus minus
literis *Marii* legatur, nemo tamen ea

eruditis est, cui non potius *Ismarii* faciat satis. Nam quid ad ea tempora Marii nomen? nisi *Marii* factum sit ex *Enarii* vel *Inarii*: quod aliquot in codicibus scriptum accepi: quamvis hujusmodi lectionem nusquam ego viderim oculata fide: in quibusdam *Tmarii*. Est et illud *Veroë* in exemplari antiquo, quod quidem præteriissem, nisi toties repetitum esset: nam inferius *non Veroë*: et illud *Veroëm digressa reliqui*. Sed alibi diximus, unde frequentissima hæc mutatio ex *b* mutata in *v* digammon emanarit: curque tot inscriptionibus, *Velisarius* pro *Belissarius* scriptum sit. Ita quod legi nuper in Æde D. Martini, quæ in Exquilino est, MIRAVILI BENIGNITATE ET INCOMPARAVILI. Quare nunc hæc missa sint. *Pierius*.

Dorycli] Dorycli cujusdam (si hoc est aliquid ad illustrationem Poëtæ) filii nothi Priami, Homer. Il. XI. meminit, Αἴας δὲ Τρώεσσιν ἐπάλμενος εἷλε Δόρυκλον Πριαμίδην, νόθον υἱόν: *Ajax autem in Trojanos insiliens interfecit Doryclum Priamidem, spurium filium*. Cerda.

622 *Sic*] *Sic*, aut mutato habitu: aut ista dictura. *O miseræ, &c.* Magna utitur arte persuadendi, ut non ex abrupto, quod persuadere vult, dicat, sed circunstantiis ad illud veniat. *Servius*.

Dardanidum] In antiquis aliquot codicibus, *Dardanium* legitur, ut apud Græcos δαρδανίων: quanquam et δαρδάνιοι, et δαρδανίδαι gens ipsa dicatur apud eosdem: quare *Dardanidum* recte. *Pierius*.

623 *O miseræ*] Contra, felix Polyxena, de qua in Æn. III. 'O felix una ante alias Priameïa virgo, Hostilem ad tumulum, Trojæ sub mœnibus altis, Jussa mori.' Præsentem locum illustrabunt ea, quæ dixi l. I. ad illud: 'o terque quaterque beati Queis ante ora patrum, Trojæ sub mœnibus altis, Contigit oppetere.' Item quæ dixi: 'mene Iliacis occumber[e Cam]pis Non potuisse?' ut hic ma[nu Acha]ïca, pari forma Liv. l. XLIII. 'A[...] concilio Argis agitato.' *Cerda*.

Manus Achaïca] Græcorum a[...] jam copiæ. *Taubmann*.

625 *Exitio*] Q. d. Non [...] *Taubmann*.

626 *Septima post Trojæ excidi[um] vertitur æstas*] Atqui et Dido 'Nam te jam septima portat [...]bus errantem terris et fluctib[us æs]tas.' De qua re quidam hoc d[...] quod Æneas apud Carthagine[m ...]cis diebus fuerit. Nam ait, [...] subito adsurgens fluctu nimbo[sus O]rion:' 'qui oritur (ut Sallustiu[s ...] juxta Solis æstivi pulsum.' It[em] 'Dum pelago desævit hiems et [aquo]sus Orion:' ut hiemem pro t[empes]tate posuerit. Secundum quo[d Car]thagini paucis fuerit diebus. [...] lud occurrit, 'Nunc hiemem i[nter] luxu quam longa fovere.' E[t ...] quidam sic purgant, ut dica[nt ...] tuisse fieri, ut intra anni metas Africam venerit, et inde navig[...] Sed istis occurrit quod in pri[...] 'Septima æstas.' Unde appare[t ...] octavam fuisse: quod et ab A[nchisæ] morte indicat annus impletus. [...] constat quæstionem hanc una[m] de insolubilibus: quas non d[...] est emendaturum esse Virg[ilium]. *Servius*.

627 *Cum terras omnis*] Quia [...] graverat multa. *Idem*.

628 *Sideraque emensæ ferimur*] [...] tempestates ait, quæ ortu vel [occasu] siderum sæpe nascuntur: a[ut pro]vincias, quæ sideribus subjace[nt ...] 'Æthiopum versemus oves sub [sidere] Cancri.' *Idem*.

Ferimur] In Romano codic[e ...] *ferimur*, *tulimus* habetur. Sed *f*[...] longe figuratior elocutio, ma[...] movet præsentium malorum [...]tione. In *tulimus* autem aliq[...] esset. *Pierius*.

Per mare magnum] Procel[...]

Suave, mari magno.' *Ser-*

num] Servius quidem *pro-* rpretatur: ut in illo Lu- Suave, mari magno, tur- quora ventis,' &c. Sed 8. *magnum* interpretatur uod Homerus ἅλα δῖαν ap- ue veteres Critici *mare* plicarint: Maronem igi- asseclam id imitari. P. ib. xvii. Ennii, pag. 594. um *mare* hic et *procellosum* nem posse exponi: quod tranaverit Æneas, quum teret: illud vero multis ibus probari possit. Sic ium *mare* etiam vocatur tuin et Lucan. l. v. dixit, venere mari,' id est, Me- *Taubmann.*

m *sequimur fugientem*] Ut tandem Italiam fugientis oras.' Et revera nullus si quod fugit. *Servius.*

s] Ita Æn. vi. 'Italiæ fu- ndimus oras.' Ita Æn. Arva neque Ausoniæ sem- a retro Quærenda.' *Taub.*

] Non dixit *navigamus.*

Erycis fines] Argumentum t est necessaria antithesis, nitate meliorum præsen- a futuris incertis avertan-

] In Mediceo, et pleris- dicibus, *quid* legitur, quod um est: ut non personam bibentem, sed et caussam ur. *Quis* tamen non nulli.

ere] Pro *fundamenta jacere:* lici dicuntur. *Servius.*

icquam] Qui non prode- ssent fatorum comites. *Id.*

ne jam Trojæ] Coloni et ebant effingere simulacra oris, ejusque nomine ur- condere et incolere para- bant, afficere: sed et amnes repræ- sentare iisdem nominibus: ut *Æneid.* iii. Turneb. xiv. 4. *Taubmann.*

Nusquam] In Romano codice, *num- quam* legitur. Superius enim tem- poris longinquitatem dolere cœpit, quod septima post Trojæ excidium jam æstas verteretur, quum per tot labores Italiam fugientem sequeban- tur. Placet tamen et *nusquam*, quod et pariter questa est 'per terras om- nis, et tot inhospita saxa ferri.' In Romano præterea codice, *manes* pro *amnes* scriptum, per literarum trans- positionem. *Pierius.*

634 *Hectoreos amnes*] Quemadmo- dum vidit sibi patriæ recordatione finxisse: aut non continget mihi vi- dere flumina. *Servius.*

Xanthum et Simoënta] Conjungit sæpe hos duos fluvios, quia conjuncti ipsi. Plinius v. 30. 'Xanthus Simo- ënti junctus.' *Cerda.*

635 *Infaustas*] Mali ominis. *Serv.*

636 *Nam mihi Cassandræ*] Non cui credere non debuerant: sed cum sua pernicie non crediderant. *Idem.*

638 *Jam tempus agi res*] Id est, Trojam fieri. *Idem.*

Jam tempus agi res] In Romano codice, in Mediceo, atque in nonnullis aliis vetustis, legere est, *jam tempus agit res*, ut apud Papinium habetur eadem elocutio. Quin etiam apud Claudianum: 'Rem peragit tempus.' In pervetusto quodam codice pro *jam*, *nunc* repositum est. *Pierius.*

Agi res] Pari sententia dixit Ar- nob. l. vi. 'quæ in medio sita sunt, docere atque monere debuerunt a- gere vos nihil, et circa res cassas officiorum impendere navitates.' In quo verbo credo allusionem fieri ad morem sacrorum, in quibus *ago* sol- lemne fuit: ut supra etiam in illis 'Quin agite:' res nota: adeundi in- terpretes Ovidii in Fast. ad illud: 'Semper agatne, rogat: nec nisi jus- sus agit.' Legendus Brissonius. Hic te moneo, verba hæc: 'hic quærite

Trojam, Hic domus est (inquit) vobis: jam tempus agi res,' posse esse aut Cassandræ ad Iridem, aut Iridis ad fœminas: utcunque sententia est clara. Verba Virgilii arripuere Papin. et Claudian. Prior: 'tempus agit rem.' Posterior: 'Rem peragit tempus.' Ante omnes Enn. Annal. v. 'occasum juvat res.' Postrema hæc notula Columnæ est. *Cerda.*

Agi res] Sic Stat. Theb. l. v. 'dum tempus agit rem Consulite.' *Emm.*

639 *Mora prodigiis*] Ecce *prodigium* de bono: et argumentatur ad incendium navium, aras ardere Neptuni: quas ideo *quattuor* dicit, quia singuli duces navium qui certaverant, singulas posuerant. Nam contrarium est, 'Numero deus impare gaudet.' Alii tamen dicunt a Cloantho esse positas: qui promiserat supra. *Servius.*

Ex quattuor aræ] Ab occasione: cum ipsi dii ab aris suis ignem subministrent. Aras autem intelligit vel a Cloantho victore superius Neptuno votas positasque, vel quia singuli duces singulas posuerunt. *Taubmann.*

640 *Deus ipse*] Maris, vel navium. *Servius.*

Animumque] In Romano codice, *animum* legimus, pro vento quippe, quo in incendio opus est. Sed omnino *animum* magis placet, audacia enim opus erat in re tam atroci adgredienda. *Pierius.*

Animumque ministrat] Quomodo *animum*, id est, audaciam deus ministrat? An quia furorem Juno immisit in animos mulierum? unde mox ait, 'excussaque pectore Juno est.' An Iridis oratione animatæ sunt? An Deus maris, vel navium id fecit? *Taubmann.*

641 *Infensum ignem*] Id est, ipsa infensa. *Servius.*

Infensum] In Mediceo codice, *infestum* legitur. Sed lectionem alteram agnoscit Servius. *Pierius.*

Infensum ignem] Ipsa Iris infensa. Pimpont. mavult *infensum ignem* respondere τῷ δηΐῳ πῦρ apud H alibi Maro, 'Inimicum ignem,' *mann.*

642 *Sublata dextra*] More d Ita Scipio Nasica impetum fa in T. Gracchum, sublata dextra Rempub.' inquit, 'vult salvam se sequatur.' *Idem.*

645 *Tot*] Aut multorum: s pra dictorum: ut, 'Quinquagi thalami, spes tanta nepotum.'

646 *Non Beroë vobis*] Non e suasio, ut quidam putant: sed hortatur persuadendo numinis ritate. *Idem.*

Rhœteïa] A promontorio Rh *Idem.*

Rhœteïa] Observabis, solere lium complere notitiam rerum in locis. Supra dedit patriam, nunc dat uxoris. Inde emergit hæc cognitio, videlicet mulier na Beroë nupsit in via Epiren mini Doryclo. De Rhœteïo pr torio alibi. Sententia videt pressa ex Q. Calabro l. I. apud Trojani, Penthesileam pugn cum vident, putant se vide mortalem fœminam, Ἀλλ' ἤ ναίην, ἢ καρτερόθυμον Ἐνυώ, Ἢ κλειτὴν Λητωΐδα: *Sed Minerv magnam Bellonam, Vel Litem,* *ram Latonæ filiam.* Cerda.

647 *Divini signa decoris*] colligit, quibus numina cognosc ut, 'namque haud tibi vultu talis, nec vox hominem son dea certe.' *Servius.*

648 *Ardentes oculos*] Ita J. C Augustus, oculos habebant cla nitidos: et quibus existimar bant inesse quiddam divini v Vide Sueton. Aug. cap. 79. e madv. Casaub. *Taubmann.*

Spiritus] Odor: ut, 'divinu tice odorem Spiravere.' *Servi*

Qui spiritus illi, Qui voltus] dicibus aliquot antiquis lege *quis spiritus illi, Quis voltus.* ex recentiorum Grammaticor

tatis, magis proprium. *Pierius.*

649 *Vel gressus eunti*] Ut, 'Et vera incessu patuit dea.' *Servius.*

Vocisve sonus, vel gressus eunti] Antiqua aliquot exemplaria legunt, *vocisve sonus et gressus*, pro *vocisque*: signa enim hæc omnia simul fidem faciebant, quæ singula dubitationem movere potuissent. *Pierius.*

Qui vultus, vocisve sonus] Sic Æn. I. 'namque haud tibi vultus Mortalis, nec vox hominem sonat.' *Taubmann.*

Gressus] Æn. I. 'Et vera incessu patuit dea.' Nam deorum incessus altior est. Ita ibid. de Venere: 'Ipsa Paphum sublimis abit.' *Idem.*

651 *Ægram*] Vox *æger* cum de corpore et animo dicatur, libentius hic ad corpus retulerim, quo fortius sit argumentum. Nam Beroë, etiamsi animo ægra, adesse poterat; non ita, si ægra corpore. De ægritudine animi obvia exempla: de corpore (nam hoc aliqui negant) satis Virg. Georg. III. 'et quatit ægros Tussis anhela sues.' *Cerda.*

Quod sola careret] In antiquis aliquot codicibus, *quæ sola* legitur, quod non displicet. In quibusdam aliis, *quo*: sed nitidum magis est, si legas, *quod careret*. Pierius.

652 *Munere*] *Munus* est publica celebritas, et spectaculum aut arenæ, aut circi, aut venationis: &c. Suetonius in Jul. c. 75. 'bestias quoque ad munus populi comparatas contrucidaverat.' Tertullian. adver. Gent. 'qui munere in arena noxiorum jugulatorum sanguinem recentem de jugulo decurrentem exceptum, avida siti, comitiali morbo medentes, hauserunt.' Apul. lib. x. 'munus gladiatorum triduanis spectaculis pollicitus.' *Cerda.*

653 *Hæc effata*] Sunt codices antiqui, ubi *hæc est fata* legas. Sed omnino magis placet, *effata* apud hunc poëtam frequentissimum vocabulum. *Pierius.*

654 *Primo ancipites*] Antequam numen agnoscerent. *Servius.*

Oculisque malignis] Pro *ipsæ malignæ*. Idem.

655 *Miserum inter amorem Præsentis terræ*] Aut magnum: ut Terentius: 'Eam misere amat:' aut *miserum*, quo fiebant miseriores, cum ei regna negarentur. *Idem.*

Miserum inter amorem Præsentis terræ] In codicibus aliquot admodum vetustis, *præsentis terras* legimus accusativo casu: ut omnia pendeant ab infinitivo, *spectare*. Sed longe magis placet, *inter amorem Præsentis terræ*. Pierius.

657 *Cum dea*] In codice Mediceo, *Tum dea*. Pierius.

660 *Conclamant*] Clara allusio ad militiam, in qua solitum conclamari, hoste interveniente; item ad fugam. Ergo fœminæ invasuræ naves suas tanquam hostiles, prius conclamant. Potestas verbi ad funus quoque traducta. Lucan. l. II. 'corpora nondum Conclamata jacent.' Apul. Asin. l. I. 'domi tuæ jam defletus et conclamatus es.' Lege Servium ad illud l. VI. 'Pars calidos latices.' *Cerda.*

Focis penetralibus] Ab ipsis aris interioribus partibus, et a profano usu semotis. *Taubmann.*

662 *Immissis habenis*] Remissis et laxatis. Metaphora ab aurigis. *Id.*

663 *Transtra per*] Locutio hæc, et transpositio, plena est venustatis et vetustatis. Lubet firmare. Eurip. Phœniss. τυραννίδος πέρι Κάλλιστον ἀδικεῖν, *Regnum propter violandum jus est*: et στέρνων δ' ἄπο, *pectoribus ab*: et ὀμμάτων ἔπι, *oculos supra*. Pindarus Pyth. III. Ἀρέθουσαν ἐπὶ κράναν, *Arethusam ad fontem*. Sophocles in Antig. τάχους ὕπο δυσπνόους ἱκάνω, *Celeritate præ anhelus venio*. Et in Elect. ὀμμάτων ἄπο, *oculis ab*. Hac elegantia usi etiam Latini. Virgilium hic vides. Tacit. Annal. IV. 'Italiam utroque mari duæ classes, Misenum apud, et Ravennam.' Et l. VI. 'urbem juxta:' et XII. 'templum

juxta.' Lucretius l. I. 'ignibus ex ignem.' *Cerda.*

Pictas abiete puppis] In abiete pictas. Sane *abiete*, hoc est, quæ erant de abiete. *Servius.*

Abiete pictas] Pro, in abiete, id est, in abiegnis navibus. *Pictas* autem vel μιλτοπαρῄσους Homeri intellige, id est, *minio coloratas*, vel alio quovis colore inductas et oblitas: ut Æn. VIII. 'pictasque innare carinas.' Vel etiam simulacra animantium aut divorum: ut sit πάθος ab impio. *Taubmann.*

664 *Cuneosque theatri*] Sedes theatri *cunei* appellantur. Juv. Sat. VI. 61. 'cuneis an habent spectacula totis Quod securus ames.' *Emmeness.*

Perfert] Vide quam brevissime. Notat præclare in Homerum Spondanus Il. XVIII. nusquam nos breviores esse debere, quam cum tristia nuntiamus: orationis quippe prolixitas longiorem facit tristitiam, et dolorem narratione refricat. Sic Antilochus Achilli necem Patrocli, quam brevissime nunciat. De cuneis dictum Georg. II. *Cerda.*

665 *Eumelus*] Latinus accentus est: translato nomine in Latinum. *Serv.*

669 *Castra*] Ut, 'Nos castra movemus,' id est, *classem*. Idem.

Castra] Sunt hæc, classis nautica: ut lib. III. 'nos castra movemus:' quem locum vide. Ut hic Ascanius advolat, ita pari impetu Apollonius Excid. l. II. inducit Vespasianum accurrentem ad exstinguendum incendium. *Cerda.*

Magistri] Custodes. Terentius, 'Me filiis relinquunt quasi magistrum.' *Servius.*

670 *Quis furor iste novus*] Quási ad furentes loquitur. Unde ne tum quidem agnitus, cum dixisset, 'En ego vester Ascanius.' Novus autem est aut inopinatus. *Idem.*

Quo tenditis] Id est, Quid habetis intentionis? *Idem.*

672 *Vestras spes uritis*] Navibus enim ad regna tendebant. *Idem.*

Vestras spes uritis] Naves, in quibus spes vestræ sunt positæ perveniendi ad sedes quietas. Ita Tibull. 'quid messes uris, acerba, tuas?' *Taubm.*

673 *Inanem*] Concavam, vacuam sine capite. *Servius.*

674 *Ludo*] Per ludum. *Idem.*

675 *Accelerat*] Cum hac celeritate, qua itum ad exstinguendum ignem, blandiuntur verba Plutarchi, quæ nolui omittere: τὰς μὲν οἰκίας τῶν φίλων ὅταν καιομένας ἴδωσι, σβεννύουσιν ὡς ἔχει τάχους ἕκαστος, ἢ δυνάμεως· τὰς δὲ ψυχὰς φλεγομένας αὐτοῖς προσφέρουσιν ὑπεκκαύματα: *Amicorum ædes cum vident ardere homines, unusquisque ad exstinguendum incendium omnem suam celeritatem, omnem vim confert: cum animum vident ardere, ipsi fomites et alimenta incendio suggerunt.* Adjungo etiam locum Senecæ de Tranquill. 'Quorundam, quasi ad incendium currentium misereberis.' Vide eundem ep. 117. ad finem. Pari aura Joann. Chrysostomus homil. de Doctrin. et Corrept. ἔδραμες ἐπὶ τὸ σβέσαι τὴν πυράν. *Cerda.*

676 *Ast illæ*] De affectu fœminarum Scal. III. 13. *Taubmann.*

678 *Piget incepti*] Similis pœnitentia est in rege Perseo, qui jusserat navalia sua incendi. Historia est in Livio l. XLIV. *Cerda.*

Suosque agnoscunt] Quos enthusiasmo correptæ agnoscere modo nequibant. *Taubmann.*

679 *Excussaque pectore Juno est*] Furoris causa, non furor. Idcirco quia furor desierat. *Servius.*

Excussaque pectore Juno est] Vide ad hunc locum Modii novantiq. lect. epist. 81. *Emmeness.*

Juno] Id est, furoris causa. Alludit autem ad Phœbades vaticinantes; quæ, spiritu excusso, ad se redibant. *Taubmann.*

680 *Vires Indomitas*] Respexit Homer. ἀκάματον πῦρ, id est, *irrequietum et indefessum ignem.* Conflagratio na-

ditur et à Lucan. l. III. *Id.*
› *sub robore*] Vel vicino a-
sine.
robore virit Stuppa] In co-
lquot antiquis, legere est
store: in locis scilicet in-
quæ metaphora non satis
Pierius.
ppa] Secundam antiquam
tiam. Nam *stippa* dicta
mdo: abusive etiam linum
Servius.
] Densum, crassum. Nam
et fumus præire. Unde
densitatem retulit. *Idem.*
fumum] Quis hic *tardus*
a amarus et acerbus? ut
andumque saporem Felicis
em putat Turnebus: sed
ui non celeriter emicat,
densior, ex materia uda
cina, quique diutius durat
tur. Sed et *vapor*, id est,
s erat. Nam etsi naves
æ, tamen uda materia non-
ebat igni. XIV. 4. Etiam
dicitur *vapor* pro igni et
it Horat. Epist. lib. I. *va-*
), ardere, vel etiam *calfa-*
no Gifan. in Indice Lucret.

or] *Vapor* pro igne, et
t calore Græcis familiare
. Ergo Homer. Odyss. IX.
ν ἀϋτμή: *supercilia crema-*
Hesiod. in Theog. Καίετο
ἡ Θεσπεσίῃ: *Ardebat tellus*
sti. Lucret. II. 'At vapor
sol mittit, lumenque sere-
VI. 'Denique cera lique-
s posta vapore.' Plura
lii congessere. Certe in
ies reperi vaporem pro ca-
. 17. 'quæ in vaporem so-
r:' et cap. 4. 'solis vapor
ardore sideris:' et cap.
sta flammis, et cremata
pore torretur.' Parco in-
rda.
Navium: ut, 'Et disjice
corpora ponto.' *Servius.*

Corpore] Julius Civil. III. dixit, 'corpus navis.' *Cerda.*

Descendit pestis] Incendium: more suo. Et declamavit per contrarium. Nam ignis superiora semper petit. *Servius.*

Pestis] Triplici in loco Virgilius posuit *pestem* pro igne, hic, et infra, 'Servatæ a peste carinæ:' et in IX. 'In partem, quæ peste caret.' Est enim *pestis* quicquid pessundat, et devastat. Lege Muretum in Catullum. Etymologia Isidori signatissima est ad Virgilium l. IV. Ita enim de pestilentiæ nomine: 'Dicta pestilentia quasi pastulentia, quod veluti incendium depascat.' Livius venuste hanc vocem transtulit l. XLIV. ad bellum: 'Cum hostiliter e scaphis caderentur, retro qui poterant nando repentes terram, in aliam fœdiorem pestem incidebant: elephantes enim ab rectoribus in litus acti, exeuntes obterebant, elidebantque.' Plinius II. 48. convertit ad genus quoddam tempestatis, 'præcipua navigantium pestis:' et XI. 29. ad locustas: 'Deorum iræ pestis ea intelligitur.' *Cerda.*

684 *Flumina prosunt*] Id est, vis aquæ. *Servius.*

685 *Tum pius Æneas humeris abscindere vestem*] Et notant quidam quod damnum quatuor navium vir fortis et rex impatienter doleat: sed magis illud considerandum est, quod ait supra Ascanius, 'Vestras spes uritis:' ut non damnum doleat, sed spem navigationis ereptam. *Idem.*

Abscindere vestem] Sic noster XII. 609. 'it scissa veste Latinus Conjugis attonitus fatis.' Sed plurima hunc ritum spectantia collegit Vir reverend. et literatus Jac. Lydius in florum Sparsione ad Pass. p. 75. 76. *Emmeness.*

687 *Juppiter omnipotens*] Figuratis agit coloribus: nec enim re vera vult perire; sed agit oblique, ut restinguatur incendium. Bene autem *si*

ubique interponit. Hic enim est optimus ductus: qui agentis voluntatem latenter ostendit. *Servius.*

Juppiter omnipotens] Amplexus est omnia, quæ pro malorum necessitate fuerant postulanda. *Juppiter.* Hoc solum satis est ad auxiliandum. *Omnipotens.* Ut non solum præstandi habeat potentiam, sed etiam difficilia possit removere. Sed quoniam non satis est posse, nisi etiam velit: addit, 'Si non omnes ad unum odisti,' id est, Nisi me quoque odisti. Addit etiam commemorationem, ponens egestatis angustias: postremo ponit meritum postulantis, et plenum auxilium dantis. *Donatus.*

Exosus] Antiqui et *odi* dicebant et *osus sum:* hinc est *exosus,* quo utimur; licet jam *osus sum,* non dicamus, *odi* autem et præsens est et præteritum. *Servius.*

Ad unum] Nullo excepto. *Idem.*

Ad unum] Subaudi *usque:* sic 'ad unum omnes occidit:' et Horat. sat. I. 5. 'ad unguem Factus homo:' docente hoc Sanctio in Ellipsi l. IV. p. 384. *Emmeness.*

688 *Si quid pietas antiqua labores Respicit humanos*]. Aut si tibi chara pietas præstat aliquid humanis laboribus: aut si quid meremur propter pietatem cultam (ut, 'Parce pio generi') hoc ipsum remunerare. Aut (quod est melius) si vel respicit res humanas pietas, quæ de terris olim recessit. *Servius.*

689 *Da*] Brisson. Form. l. I. docet, verbum *da* precationibus plerunque adhibitum esse. Ita alibi: 'Da Latio consistere Teucros.' Item: 'Da, pater, hoc nostris aboleri dedecus armis.' Horat. Epist. I. 16. 'pulchra Laverna Da mihi fallere: da justum sanctumque videri.' Juven. Sat. X. 'Da spacium vitæ, multos da Juppiter annos.' Persius Sat. II. 'Da fortunare penates: Da pecus et gregibus fœtum.' Plautus Pœn. act. V. 4. 'Da diem hunc sospitem Juppiter rebus meis agendis.' *Taubmann.*

Classi] Antiqua aliquot exemplaria, *classis* legunt accusativo casu, quod non placet. *Pierius.*

690 *Tenues*] Hac voce signat summam miseriam, non minus atque illis Æn. I. 'Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos.' Itaque *tenues* Romanis sunt, qui Græcis λεπτοὶ, summe pauperes. Nos *tenui* opponimus divitem, Græci suo λεπτῷ opponunt παχύν. Aristophanis interpres in Vesp. clare: παχὺς δὲ πλούσιος, ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου λεπτοὺς πένητάς φησιν. Unde, ubi in Aristophane legitur, καὶ γὰρ ἀνὴρ ταχὺς, legendum ἀνὴρ παχὺς, id est, *vir opulentus.* Quod ex verbis Scholiastæ adductis colligas, et jam Christianus monuit: qui addit, non immerito apud Romanos Crassum divitem fuisse. *Cerda.*

Res eripe leto] Superflua Acyrologia est. *Servius.*

Leto] 'Ακυρολογία: pro internecione. *Taubmann.*

691 *Quod superest*] Quod congrue sequitur. *Servius.*

694 *Sine more*] Sine exemplo. *Id.*

Tonitruque tremiscunt] Hic ablativus incertus est, unde veniat: utrum a neutro indeclinabili *hoc tonitru,* ut *cornu;* nam inde est, 'Fractæque tonitrua nubes:' ut *cornua.* An a masculino, secundum quartam declinationem. Hinc enim Statius, 'Tonitrus agis, et mea fulmina torques.' *Idem.*

Tremiscunt] In plerisque veteribus exemplaribus, et hic et alibi, *tremescunt* per *e* in pene ultima notatum est: ut etiam alibi dictum. *Pierius.*

695 *Ardua terrarum*] Periphrasis montium. *Servius.*

Ardua terrarum] Locutio ista a Poëtis in alios manavit. Apul. l. V. 'Ardua montium, et lubrica vallium, et roscida cespitum, et glebosa camporum.' Sidon. epist. I. 5. 'amœna fontium, abstrusa puteorum.' Plin. VIII. 1. 'Vitulorum fatigatos,' pro, fatigatos vitulos: et X. 73. 'condensa ar-

horum.' *Cerda.*

Æthere toto] Pro aëre posuit. *Serv.*

696 *Densisque nigerrimus Austris*] Vide Aristot. Meteor. l. II. ubi docet νότια καὶ ὀμβρικὰ ὕδατα καὶ πλατύτερα, etiamsi Vatablus salsas et salsiusculas aquas interpretatur. *Germanus.*

697 *Semusta*] In antiquis fere omnibus, *semiusta* quadrisyllabum scriptum est. Coeunt vero duæ mediæ syllabæ in unam ex Synizesi figura poëtica. *Pierius.*

Semusta] Ἡμιφλεγῆ: alii *semiusta* leg. ut sit συνεκφώνησις. *Taubmann.*

Madescunt Robora] Aut humectantur: aut resolvuntur in cinerem: quod naturale est post incendium. *Servius.*

698 *Restinctus vapor*] Sic sæpe Lucret. vaporem pro igne: ut v. 'Sed periisse hominum torrenti sæcla vapore.' *Germanus.*

699 *A peste*] Exitio et pernicie. vs. 683. *Taubmann.*

700 *Casu concussus acerbo*] Ita infra in hoc lib. 'casuque animum concussus amici.' Catull. eodem modulo: 'casuque oppressus acerbo.' *Cer.*

701 *Nunc huc ingentis, &c.*] Est hoc, quod Homer. Il. I. dixit, ἐν δέ οἱ ἦτορ Στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν: *intus autem ipsi cor In pectoribus hirsutis in ancipitem partem cogitavit.* Quod idem Odyss. XIX. Ὡς καὶ ἐμοὶ δίχα θυμὸς ὀρώρετο ἔνθα καὶ ἔνθα: *Sic et mihi bifariam animus movetur huc et illuc.* Quod Isocrates expressit unico verbo δόξαν παράλλουσαν. Quod Ovid. Metam. X. multis adhibita etiam comparatione. 'utque securi Saucia trabs ingens, ubi plaga novissima restat, Quo cadat, in dubio est, omnique a parte timetur: Sic animus vario labefactus vulnere nutat Huc levis, atque illuc, momentaque sumit utraque.' Quod Valerius Arg. III. 'vario mutat sententia motu.' et: 'dubiis variabant pectora curis.' Quod Claudianus Rapt. I. 'Diversos ducens animos.' Virgilius variis modis hoc extulit, quos alii jam collegerunt. Sed in hac re explicanda ferax fuit Ammianus in l. XV. 'In æstu mentis ancipiti.' In l. XVI. 'scindebatur in multiplices curas.' In XVII. 'magnis curarum molibus stringebatur.' In XX. 'per varias curas animum versans.' In XXV. 'curarum ponderibus afflicti.' Locutionem ad hanc rem signandam sumptam a fluctibus alibi exorno. *Cerda.*

702 *Mutabat versans, Siculisne*] In antiquo admodum codice legere est, *mutabat dubius, Siculisne:* non tamen displicet *versans*, vulgata lectio. *Pier.*

703 *Fatorum*] Oraculorum. *Serv.*

704 *Tum senior Nautes*] Bene datorum consilium et ab ætate, et a prudentia, et a religione commendat. Quod autem dicit, 'Pallas quem docuit:' propter illud, quod supra diximus, fingitur, quia ipse Romam Palladium detulit; unde Nautiorum familia Minervæ sacra retinebat: quod etiam Varro docet in libris, quos de familiis Trojanis scripsit. *Idem.*

Senior] Et ætate et arte a Pallade accepta meruerat audiri. Est autem huic sententiæ consona illa Terentiana: 'Quando id fieri non potest quod vis, id velis quod possis.' *Donatus.*

Nautes] Ab hoc Naute familia mox Nauticorum aut Nautiorum Romæ clara in primis fuit: in quorum gratiam hæc Virgilius. Sed præclara nota Germani hæc: 'Alludit ad custodiam Palladii, quam sibi Nautii, (qui genus ad Nautem illum Trojanum referebant,) sacrorumque Minervæ administrationem vindicabant.' Hujus rei auctor (ut alios omittam) Dionys. Hal. lib. VI. qui ait: 'Surrexit Sp. Nautius ex illustrissima familia natus, (nam Nautius, &c.)' Attingit autem Poëta locum communem, in senibus prudentiam regnare, quem breviter locupleto. Plutarch. in opere, An seni gerenda Resp. σώζεται πόλις ἔνθα βουλαὶ γερόν-

των: *tuta est civitas in qua vigent senum consilia.* Homer. Odyss. VII. de sene Echeneo, παλαιά τε, πολλά τε εἰδώς: *priscaque et plurima doctus.* Isocrat. in ep. de se sene: ἡγοῦμαι συμβουλεύειν μὲν ἀκμὴν ἔχειν· αἱ γὰρ ἐμπειρίαι παιδεύουσι τοὺς τηλικούτους, καὶ δοκοῦσι μᾶλλον τῶν ἄλλων δύνασθαι καθορᾷν τὸ βέλτιστον: *Puto vigorem me nunc habere ad consulendum: experientia enim senes erudit, valentque præ aliis acutius cernere quæ sunt meliora.* Ex Isocrate credo Ovid. 'seris venit usus ab annis.' Isocrati Sophoclem adjunge, qui ita apud Stobæum, Σοφὸν γέ τοί τι πρὸς τὸ βουλεύειν ἐστὶ Τὸ γῆρας, ὡς δὴ πόλλ' ἰδόντε, καὶ μαθόν: *Sapiens est consiliis senectus, ut quæ multa viderit atque didicerit.* Inter Græcas sententiolas hæc circumfertur: γνῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων: *seniorum meliora consilia.* Cerda.

Tum senior Nautes] Bene Consiliarium et ab ætate, et a prudentia, et a religione commendat. Alludit autem ad custodiam Palladii, quam sibi Nautii, qui genus ad Nautem illum Trojanum referebant, sacrorumque Minervæ administrationem vindicabant: a quo etiam Romæ illustris *Nautiorum* familia. Vide et Turneb. XXVI. 17. *Taubmann.*

Unum] Præcipuum. *Servius.*

Tritonia Pallas] Pro uno proprio, duo Antonomasiva. *Idem.*

705 *Reddidit arte*] Id est, virtute, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. *Idem.*

706 *Responsa dabat*] Laus consilii. *Idem.*

Responsa dabat] Laus consilii, quum divinis comparat responsis. Respicit enim ad divina Oracula, quæ a Minerva didicerat. *Taubmann.*

Quæ portenderet] Quæ præsignificabat. *Servius.*

Portenderet ira deum] Est hoc quod apud Plutarchum in Camillo, προφαίνεσθαι θεῶν μῆνιν. *Cerda.*

Ira magna deum] Id est, Juno: ut alibi, 'Cœlestum vis magna jubet.' *Servius.*

708 *Solatus vocibus infit*] Id est, solatur et infit. Nam *solans* debuit ponere: sicut sequens ejus indicat consolatio. *Idem.*

709 *Quo fata trahunt*] Ut invitos. Seneca de Prov. c. 5. 'Volentes quidem non trahuntur a fortuna, sequuntur illam, et æquant gradus.' Seneca in choro Œdipi, 'Fatis agimur, cedite fatis. Non sollicitæ possunt curæ Mutare rati stamina fusi. Quicquid patimur mortale genus, Quicquid facimus, venit ex alto.' *Cerda.*

710 *Quicquid erit*] Ut ait, 'Fuerint quæcunque, fatebor.' *Servius.*

Ferendo est] Dum fertur: modus gerundii est a passivo. *Idem.*

Superanda omnis fortuna ferendo est] Similis sententia hæc Euripidis: τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας, θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν: *quæ fata statuunt, ferre mortales decet.* Et hæc Sophoclis in Philoct. ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν Τύχας δοθείσας, ἔστ' ἀναγκαῖον φέρειν: *Necesse est fortunas ferre hominibus a Diis datas.* Nec non hæc Theognidis, Τολμᾷν χρὴ τὰ διδοῦσι θεοὶ θνητοῖσι βροτοῖσι: *Oportet perferre quæ dii dant mortalibus.* Terentius quoque, 'Quod fors feret, feramus æquo animo.' Dionys. Hal. l. IV. 'Quicquid Deus, et fatum tulerit, perpeti sumus parati:' dicuntur hæc ore Bruti. Horatius Od. I. 11. 'ut melius quicquid erit, pati:' et Od. XXIV. 'Durum, sed levius fit patientia Quicquid corrigere est nefas.' Seneca de Provid. cap. 2. 'Tunc apparet, quanta sit virtus, quantum valeat polleatque, cum, quid possit patientia ostendit:' et cap. 5. 'Fortiter omne ferendum est.' Consilium hoc tantorum sapientum a necessitate ductum est, cum nemini contingat plena felicitas. Pind. Pyth. III. αἰὼν δ' ἀσφαλὴς, &c. Ergo in tanta rerum inconstantia, et florentis fortunæ instabilitate, quod aliud remedium, quam perferre, quam tolerare, quic-

quid sors dederit? Nam fuga non est viri: 'Haud est virile, terga fortunæ dare,' dixit præclare Seneca in Œdip. *Cerda.*

Superanda omnis fortuna ferendo est] De hac re Scal. III. 11. quæ retulimus Æn. I. ad illud: 'Durate, et vosmet,' &c. Porro Fortunam videtur Homerus ignorasse: cum nusquam τῆς τύχης mentionem faciat: sed Fatis vel Parcæ omnia committat. *Taubmann.*

711 *Est tibi*] Jam hoc consilium est: id est, habes. *Servius.*

Divinæ stirpis] Propter Dardanum ab Crinìso fluvio. *Idem.*

712 *Consiliis socium*] In Mediceo, et in antiquis aliquot aliis codicibus manu scriptis, *consilii socium* habetur, quod valde placet, tametsi lectionem vulgatam non improbo. *Pierius.*

Volentem] Voliturum. Nam velle habet, non jam vult. *Servius.*

713 *Superant*] Supersunt, superfluunt. Dicit autem non tantum debiles, sed etiam nolentes juvenes. Unde sequitur, 'Longævosque senes.' Nec enim adderet *que*, nisi supra *Juvenes* dixisset. Unde sequitur expressius, 'Et quicquid tecum invalidum metuensque pericli est.' *Idem.*

714 *Pertæsum magni incepti*] Ut, 'Si non pertæsum thalami tedæque fuisset.' *Idem.*

Et quos Pertæsum magni incepti] Eodem casu extulit Lucret. l. III. 'Exit sæpe foras magnis ex ædibus ille, Esse domi quem pertæsum est, subitoque revertit.' *Germanus.*

716 *Metuensque pericli*] Ovid. Metam. I. 323. 'non illa metuentior ulla Deorum:' ad quem locum consule Nob. Heins. Sic Horat. Epist. II. 2. 'metuens pendentis habenæ.' Plura dabit Vechner. Hellenol. I. 2. *Emmeness.*

718 *Urbem appellabunt*] A viris claris indita nomina urbibus. Dio l. LIV. 'Paphiis terræ motu afflictis largitus est (Augustus); jussitque, ut urbem Augustam nominarent.' Vide Velserum antiquit. l. v. *Cerda.*

Permisso nomine] Ab Aceste scilicet. Dicta autem Acesta, Segesta. *Servius.*

Permisso nomine Acestam] In Romano codice, et plerisque aliis antiquis legere est, *promisso nomine:* ut hoc sit præmium, quod polliceri debeat Æneas, si Acestes Trojanos recipere non recusaverit. Nam quod Acestes permittere debeat quasi rem gravem, aut difficilem, aut indecoram, Urbem quod maxime honorificum est, suo nomine appellari, ita non satisfacere videtur. Inferius enim 'Gaudet regno Trojanus Acestes.' Quamvis etiam *promisso* ab oraculis intelligi possit: dictum, ut multa a Virgilio κατὰ σιωπώμενον. Neque silentio prætereundum, quod in codicibus aliquot antiquis, *Acesten* per *en* finales literas habetur. 'Ακέστην sane urbem eam a Græcis appellari non negarim; sed eandem etiam Ἄκεστα ab eisdem dicta, unde gentis nomen Ἀκεσταῖος. *Pierius.*

Promisso nomine] Vulgo legitur *permisso:* commodius in antiquis *promisso,* quam lectionem prætuli, et hac utitur Germanus: ita ut Poëta intelligatur κατὰ σιωπώμενον quod ajunt, quamvis nulla hactenus promissionis hujus mentio præcesserit. Si vero legas *permisso*, hæc erit interpretatio: urbs hæc ædificanda, videbatur usurpatura nomen aliquod ex Trojana gente, sed permissum tamen est in gratiam Acestæ, ut vocaretur Acesta. Ait Servius, urbem hanc, eam esse, quæ deinde dicta est Segesta. Stephanus: 'Ακέστη πόλις Σικελίας παρὰ τὸν 'Ακέστην: *Acesta urbs Siciliæ dicta ab Aceste.* Ennius: 'simile quiddam in Sicilia fecit Æneas, cum conditæ urbi, Acestæ hospitis nomen imposuit, ut eam postmodum lætus, ac libens Acestes diligeret, augeret, ornaret.' Quam rem hoc exemplo firmet Ennius, invenies in Lactant. I. 22. *Cerda.*

Acestam] Acesta, Ægesta, Segesta eadem urbs, de qua Cic. Verr. IV. 33. 'Segesta est oppidum pervetus in Sicilia, judices, quod ab Ænea fugiente a Troja, atque in hæc loca veniente conditum.' De ea Sil. Ital. l. XIV. 'Miscuerunt Phrygiam prolem Trojanus Acestes, Trojanusque Helymus structis, qui pube secuta In longum ex sese donarunt nomina muris.' Plura Cluver. ant. Sicil. II. 2. et Salmas. Plin. exerc. p. 111. *Emmeness.*

719 *Incensus*] In codicibus aliquot antiquis, *accensus* habetur. *Pierius.*

720 *Tum vero*] Nam et ante ea cogitaverat: ut, 'Pectore curas Mutabat versans.' *Servius.*

Animus diducitur] In Romano codice, in Mediceo, et plerisque aliis pervetustis legere est, *animo deducitur.* Si vero magis placet *animus*, etiam *diducitur* legendum erit: id enim est, in diversas partes scinditur, Homerica sententia. *Pierius.*

Animum diducitur] Græca figura: ut, 'Mentem læsus.' *Servius.*

In curas animum diducitur] Figuratum et Poëticum genus dicendi: ita alibi: 'Mentem læsus:' quod probat Fabric. Alii leg. *in curas animo d.* Alii, *animus d.* Taubmann.

721 *Et nox atra polum*] Quasi major causa cogitationis: ut, 'Et sub noctem cura recursat.' *Servius.*

Et nox atra polum] Νὺξ μελανόχροος: et Pind. Nem. Z. μέλαιναν εὐφρόναν vocat. *Germanus.*

Et nox atra] Νὺξ μελανόχροος. Eandem et Pindarus Nem. Od. Z. μέλαιναν εὐφρόναν vocat: quia tunc subtilius homo sapit, quam interdiu. Hic igitur nox ponitur, quasi major causa cogitationis. *Taubmann.*

Bigis] Proprie modo: non ut Statius, 'tenuaverat aëra biga,' abusus est. *Servius.*

Bigis] Apollonius l. III. νὺξ δ' ἵπποισιν ἔβαλλεν ἐπὶ ζυγά: *Nox injecit equis juga.* Sed signatior lux ab Ennio in Andromeda, ubi nocti dat bigas: 'Quæ cava cœli signa tenentibus conficis bigis.' Claudian. de Rapt. 'sparso nox humida somno Languida cæruleis invexerat otia bigis.' Valer. Flacc. Arg. l. II. 'annue votis, Diva, soporiferas quæ nunc trahis æquore bigas.' Tibull. el. III. 4. tamen quadrigas dedit: 'Jam nox ætherenm nigris emensa quadrigis Mundum, cæruleo laverat amne rotas.' Lunæ et plurimum bigæ dantur. Manilius l. v. 'Quadrijugis et Phœbus equis, et Delia bigis.' Sed omitto rem tritam. *Cerda.*

Bigis] Ut Soli quadrigas tribuunt, ita Lunæ bigas: cui duplex proprietas, crescendi et decrescendi. Man. v. 3. 'Quadrijugis et Phœbus equis, et Delia bigis.' Ov. F. IV. equorum vehiculum ei tribuit 'Ut solet, in niveis Luna vehetur equis:' Auson. Epist. IV. juvencarum: 'Jam succedentes quatiebat Luna juvencas.' Catullus *Lunam lucere* dixit *lumine notho:* unde etiam a *mulis* vehi dicebatur: quod, ut mulus non suo genere, sed equis creetur: sic ea Solis, non suo fulgore luceat. Videatur Turneb et Muret. ad Catullum. Isidorus l. XVIII. 'Quadrigas dant Soli, bigas Lunæ, trigas Inferis, sejuges Jovi, desultores Lucifero et Hespero, qui idem est, tantum mutatis equis.' *Taubmann.*

722 *Cælo facies delapsa parentis*] Aut secundum quod supra diximus, quia animæ cœlum tenent, simulacra vero apud inferos sunt: aut certe intelligamus, a Jove missam potestatem aliquam, quæ se in Anchisæ converteret vultum, ut religiosus videretur. Nam et ipse dicit, 'Imperio Jovis huc venio:' et infert, 'Elysiumque colo.' *Servius.*

723 *Tales effundere voces*] Antiqua aliquot exemplaria duas transponunt dictiones, *voces effundere tales:* quod non ita placet. Ita quod paulo inferius est, *depulit et cælo tandem*, quod est *depulit et tandem cælo.* Pierius.

Vita Care magis] Vitam enim a appellat Pind. Pyth. II. γλυ-τον. *Cerda.*

Care magis] Pro *charior*. Bene addidit, 'Dum vita manebat:' endat vita fuisse chariorem. t.

rcite]. Plinius VII. 8. 'exer-evo inter arma mortesque.'

Imperio Jovis] Ab auctoritate: se deum tibi me claro demittit po Regnator.' *Servius.*

rio *Jovis*] Adnecte hoc erudi-i Lilii Syntag. 2. de Jove Impe-, quem Græci οὔριον nominant.

Nautes Dat senior] Ut solet, usus est sermonibus. Nam Jam senior Nautes.' *Servius.*

Gens dura] Unde et Æn. IX. ad flumina primum Deferimus, ae gelu duramus et æstu.' In-t autem Rutulos, Aborigines, rhenos: (simile quid de Rheno, n Comment. Taciti Lipsiani.) ens.

s aspera cultu] Quod in nono exequitur, 'Natos ad flumina n Deferimus,' usque, 'At pa-perum.' *Servius.*

ra cultu] De prima hac vi, acta Æneæ advenienti in Ita-ta Livius l. I. 'Egressi Trojani, rædas ex agris agerent, Latinus borigenesque, qui tum ea loca nt, ad arcendam vim advena-rmati ex urbe atque agris con-it.' Vide, ut in hoc primo tu-agrestes designet. *Cerda.*

Debellanda tibi] Bello perdo-: et bene victoriam, non bella it, in quibus esse poterat ter-*Servius.*

llanda] Id est, bello domanda, ter Æn. VI. 855. 'Parcere sub-et debellare superbos:' pro r simpliciter Horat. od. I. 18. uper mero Debellata.' *Emmen.*

Averna per alta] Ut *Gargarus* *Gargara*, et *Tartarus Tartara*, *Mænalus Mænala*, pluraliter, ita *Avernus Averna*. Servius.

733 *Congressus*] In Mediceo, et antiquis plerisque codicibus, *amplexus* habetur pro *congressus*: ut alibi, 'Ire ad complexum cari genitoris.' *Pier.*

Non me impia namque] Propter facilitatem. *Servius.*

734 *Tristes umbræ*] Veteres aliquot codices disjunctive legunt, *tristesve umbræ*. Romanus, Mediceus, atque nonnulli alii, *tristes umbræ* appositive, absque ulla conjunctione. Verum hoc parvi omnino momenti in medio relinquatur. Alii etiam probant *tristesque*. Pierius.

Amœna] *Amœna* sunt loca solius voluptatis plena: quasi *amunia*, unde nullus fructus exsolvitur; unde etiam nihil præstantes, *immunes* vocamus. *Servius.*

Amœna] Pro eo Æn. VI. 744. 'Pauci læta arva tenemus.' De tribus locis, quibus defunctorum animæ post mortem continentur, agit Gutherius de Jur. Man. II. 38. qui campos Elysios destinatos piis, infernum noxiorum sedes esse, et Tartara ab impiis habitari docet. *Emmeness.*

Piorum Concilia Elysiumque colo] *Elysium* est ubi piorum animæ habitant post corporis animæque discretionem. Unde et *interitus* dicitur res inter animam et corpus veniens. Ergo *Elysium*, ἀπὸ τῆς λύσεως a solutione; quod secundum poëtas in medio inferorum est, suis felicitatibus plenum: ut, 'Solemque suum, sua sidera norunt.' Secundum Philosophos *Elysium* est insulæ fortunatæ: quas ait Salustius inclytas esse Homeri carminibus: quarum descriptionem Pius commentator dicit esse sublatam: secundum Theologos circa lunarem circulum, ubi jam aër purior est. Unde ait ipse Virgilius, 'Aëris in campis.' Lucanus, 'Non illuc auro positi, nec thure sepulti Perveniunt.' *Servius.*

735 *Colo: huc*] Nonnulli dant hoc aspirationi, quod *colo, huc* absque synalœpha positum sit. Vim enim consonantis eam habere volunt. Superius tamen nulla fuit adspiratio, quum scriberet Virgilius, 'Quid struit, aut qua spe inimica in gente moratur?' et ita sæpe alibi. Dicendum itaque hæc ad Homeri, et Græcorum aliorum imitationem a Virgilio sæpe posita. Nam eam vocalium incolumitatem, altera subsequente, Latini Critici vix indulgent. *Pierius.*

Colo: huc] De hoc hiatu Scal. Poët. IV. 48. Vide et Not. Æn. I. 20. *Taub.*

Casta Sibylla] Ex doctrina gentilium, quibus castæ erant, et viro intactæ fœminæ illæ, quæ reddebant oracula. Inde supra Sibylla dicta est *virgo*, sicut Lucano, et aliis. Plutarchus de defectu oraculorum, etiamsi irridens, de Pythia, *ἁγνὴν διὰ βίου, καὶ καθαρεύουσαν*: *castam per vitam omnem, mundamque*. Herodot. l. I. de duabus fœminis, quæ templorum antistitæ, ita: *ἀμφότεραι δὲ αὗται λέγονται ἀνδρῶν οὐδαμῶς ἐς ὁμιλίην φοιτᾶν*: *putatur utraque non habere consuetudinem cum hominibus.* Mox subjicit quæpiam alia in hanc sententiam. Scholiastes Aristophanis in Plut. etiam scribit, fœminam, quæ daret oraculum ex tripode, virginem fuisse ex vetere instituto. Græca hæc sunt: *θεσπιῳδεῖν δὲ τὸ ἀρχαῖον παρθένον λέγεται διὰ τὸ ἁγνός.* Deinde narrat historiam Echecratis Thessali, qui Phœbadem rapuit violavitque, elegantem et formosam, unde lege sancitum est, ut Phœbades deinde quinquagenariæ essent. Hæc virtus tanti fuit apud Ethnicos, ut Vestalem virginem apud Romanos, si quando in publicum exiret, lictor præcederet, non minus atque alios magistratus. Docet hoc Sen. Rhet. controvers. de Sacerdote Vestali prostituta: 'Procedente hac lictor summovere jubebitur? huic Prætor via cedet? summum imperium Consules cedent tibi?' iterum: 'Non sine causa sacerdoti Lictor apparet.' Hoc etiam scribit Dio l. XLVII. et adducit rationem, quia quædam, ignorata quæ esset, vim passa est. *Cerda.*

736 *Nigrarum pecudum sanguine*] *Averno*, inquit Festus, *immolabant furvum bovem, id est, nigrum: ἄξῃ κελαινὰ θύματα* convenire testatur Lycophr. Cassandr. et noster Æn. VI. 243. 'Quatuor, hic primum nigrantes terga juvencos Constituit.' Sic et Æn. VI. 249. 'ipse atri velleris agnam Æneas matri Eumenidum, magnæque sorori Ense ferit.' Vide quæ dicta Ge. IV. 545. 'Nigram mactabis ovem.' *Emmeness.*

737 *Tum genus omne tuum, et, quæ dentur mœnia, disces*] Hæ sunt causæ propter quas Æneas descendit ad inferos: generis agnitio, et civitatis nomen: quod ei nullus unquam prædixerat; sed solus pater indicat. Latet enim, ut supra diximus, verum urbis nomen, unde ei pater quasi pro mysterio et adfectione ait, *illa inclyta Roma.* Et nomen quidem Romæ a poëta dictum est; nam verum urbis nomen, ut dictum est, latet. *Servius.*

738 *Torquet medios nox humida cursus: Et me sævus*] Dies est plenus, qui habet viginti quatuor horas. Nam et nox pars diei est. Dicimus autem diem a parte meliore. Unde et in usu est, ut sine commemoratione noctis, numerum dicamus dierum. Hic autem dies secundum Ægyptios inchoat ab occasu Solis: secundum Persas ab ortu Solis: secundum Etruscos et Athenienses a sexta hora diei: secundum Romanos a media nocte: et hos nunc secutus ait, 'Medios cursus nox humida torquet,' &c. Hæc autem plene exsequuntur, et Cicero in auguralibus, et Aulus Gellius in libris noctium Atticarum. Hoc etiam illa res juris indicat, quod cum tribunum plebis abnoctare ab urbe non liceret, licebat tamen exire post noctem mediam, et ante mediam reverti. *Idem.*

[illegible] oriens] Solem dicit, cu-
[illegible]st umbris inimica. Unde
'Et medio ferit axe diem.'
s physicum. Nam pereunt
[illegible]lis adventu. *Idem.*
[illegible]riens] Violentus Sol, cujus
[illegible]bris inimica. Vide et Turn.
[illegible]nuit autem Poëta, Roma-
os hodieque, diem a media
[illegible]bosse. Videatur Agell. III.
[illegible].
oriens, &c.] Macrobius Sa-
. describi hic a Marone vult
[illegible]lem, qui a sexta hora noctis
Emmeness.
[illegible] *fumus*] Homer. Il. XXIII.
[illegible] χθονὸς ἠΰτε καπνὸς Ὤχετο:
[illegible] terram tanquam fumus abiit.

[illegible]] Ita de Creusa in II. 'te-
recessit in auras:' et de An-
e in VI. 'effugit imago Par
[illegible]ntis.' *Cerda.*
[illegible], *Quo deinde ruis*] Ordo
[illegible] deinde, quo ruis? *Serv.*
[illegible] *fugis*] Quasi ignorans
[illegible], qua fugeret. *Idem.*
fugis] In codicibus aliquot
[illegible]riptis, *quid* legitur. Sed *quem*
[illegible]ulto melius, ob emphasin et
Pierius.
[illegible] *amet. ampl.*] Adumbratur Ho-
[illegible]yss. l. XI. Μῆτερ ἐμὴ, τί νύ μ' [illegible] ἑλέειν μεμαῶτα; *Mater mea,
[illegible] exspectas amplecti cupidum?*

[illegible]pitos suscitat ignes*] Elegan-
quasi ignis cineribus cooper-
[illegible]iat. Ita in Petronio leguntur
[illegible]itiones,' contrarii scil. *arden-
vigilantibus.* Ejusmodi ig-
[illegible]on. *inaspicuum* nominat, auc-
[illegible]tero meo. *Taubmann.*
[illegible]ae] Aut antiquæ, aut prop-
[illegible] favillas. *Servius.*
penetralia Vestæ] Hoc epithe-
Vestam et fidem prosequutus
[illegible] propter vellus album, quo
ad digitos pene sacrifici utri-
[illegible]exus rite involvebant, tum quod Vestæ sacræ virgines albo, a primo, purissimo, sincerissimoque colore, amictu uterentur: unde et Propert. l. IV. 'Vel cui commissos cum Vesta reposceret ignes, Exhibuit vivos carbasus alba focos.' Alii epitheton ad canitiem et annos referunt, probitatem et integritatem prisci sæculi respicientes. *Germanus.*

745 *Farre pio*] Vel quia exinde sacrificabant: vel quia mos fuit apud majores, ut divinum ignem farre servarent: qui si durasset in alterum diem, eum aptum agendis rebus significabant. *Far* autem frumenti certa species est, sicut adoreum. Horatius, 'Non sumptuosa blandior hostia, Mollibit aversos Penateis Farre pio et saliente mica:' Et Tibullus, 'Farre pio placant et saliente sale.' *Servius.*

Farre] Hoc veteres rem sacram fecisse frequens est. Ovid. Fast. I. 'Imponit libum farraque mista sale.' Præsertim laribus, quod et hic attingit Poëta Juven. Sat. IX. 'O parvi nostrique lares, quos thure minuto, Aut farre, et tenui soleo exornare corona.' *Cerda.*

Pio] Pii farris, quod ad sacrificia pertinuit, sparsa est apud multos mentio. Arnob. l. II. 'ut pium far monstrat, quo peragi mos fuit sacrificiorum solemnia munia.' Hor. III. 23. 'Mollibit aversos Penates Farre pio, et saliente mica.' Tibull. eleg. III. 4. 'Et vanum metuens hominum genus, omina noctis Farre pio placant, et saliente sale.' *Idem.*

Acerra] Festi verba trado: 'acerra ara est,' inquit, 'quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebantur; alii dicunt arculam esse turariam, scilicet ubi tus reponebant.' In posteriori notatione hoc loco, ut etiam apud Ovid. Fastor. IV. 934. 'cumque meri patera tuis acerra fuit.' Pers. Sat. II. 'At bona pars procerum tacita libabit acerra.' Depictam tibi exhibet Choulius p. 300. *Emm.*

746 *Primum*] Principem. *Servius.*

Primumque arcessit] In antiquis plerisque codicibus, *arcessit:* de quo alibi latius dictum: in non nullis *accersit*. Pierius.

749 *Haud mora*] Hoc est quod ait, 'et conjunge volentem.' *Servius.*

Nec jussa] Voluntatem, ut supra, 'Infandum, regina, jubes renovare dolorem.' Aut certe quæ Juppiter jusserat. *Idem.*

750 *Transcribunt*] Romani moris verbum est. Transcripti enim in colonias deducebantur. *Idem.*

Urbi] Ad urbem. *Idem.*

Transscribunt urbi matres] Ad urbem nominatim vel scriptis nominibus designant, et a reliquo cœtu sejungunt. Et est Romani moris verbum. *Transscripti* enim in colonias deducebantur. Ita Æn. VII. 'Dardaniis transscribi sceptra colonis.' Scal. IV. 16. Etiam Græci ita usurpant μεταγράφεσθαι, et ἀπογράφεσθαι. *Taubmann.*

Transscribunt] Sic Ovid. VII. 173. 'Posse tuæ videar spatium transscribere vitæ.' *Emmeness.*

751 *Deponunt*] Quasi de navibus. Aut Æneas deponit eos, qui nulla gloriæ cupiditate tangebantur: aut hi qui erant transscripti, id est, matres et volentium multitudo, deponunt animos, id est, submittunt inertiæ. *Serv.*

Deponunt] Quasi onera de navibus deponunt: et quasi iis naves exonerarentur. Turn. XIV. 4. Quidam post τὸ *volentem*, distinguunt: ut sit, *deponunt animos*, id est, submittunt se inertiæ. Quæ lectio et sententia nec Servio rejecta, immo Nascimbænio castior visa est. *Taubmann.*

Laudis egentes] *Non egens laudis* est, qui laborat inopia gloriæ, qui gloriæ non est appetens, utique inglorius, et ἀκλεής. Constructio ex nota Germani Græca est: nam Hom. Il. XIII. λώβης καὶ αἴσχεος οὐκ ἐπιδευεῖς, *contumeliæ et injuriæ non egentes:* et XIX. δίκης ἐπιδευὴς, *justitiæ indigens.* Sed hæreo: nam fortassis Latina est: huic enim verbo accusativum dabant veteres. Censorinus apud Agel. 'Multa egeo.' Varro de Ling. Latina l. IV. 'Dives a Divo, quia ut Deus, nihil indiget:' et l. I. 'Quod indigent potum, poma dicta.' Sic ergo Virg. 'nil laudis egentes.' Cæterum cum sententia Virgilii annexa Horatii. Ut enim in Nostro imbelles in urbem deponuntur, fortes assumuntur ad laborem, ita Horat. Epod. XVI. 'mollis, et exspes inominata perprimat cubilia. Vos, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum, Etruscà præter et volate litora.' *Cerda.*

752 *Ambesa*] In antiquis aliquot codicibus, *ambessa* geminato *ss* scriptum est: ut olim *caussa, fussus, odiossus, imperiossus*, et similia, quæ Victorinus *ss* geminato scribi solita testatur. Nos autem usum sequamur. *Pierius.*

753 *Robora: navigiis*] Melius hic distinguitur. *Servius.*

754 *Exigui numero, sed bello vivida virtus*] Transiit ad rem a numero. *Id.*

755 *Urbem designat aratro*] Quem Cato in Originibus dicit morem fuisse. Condituri enim civitates, taurum in dextra, vaccam in sinistra jungebant: et cincti ritu Sabino, id est, togæ parte caput velati, parte succincti tenebant stivam obliquam, ut glebæ omnes intrinsecus caderent. Et ita, sulco ducto, loca designabant murorum, aratrum suspendentes circa loca portarum. Unde et *territorium* dictum est quasi tritorium, tritum bubus et aratro. *Servius.*

Urbem designat aratro] Alexander VI. 14. Cælius XXVI. 5. *Hartung.*

756 *Sortiturque domos*] Id est, spacia domorum ædificandarum sorte partitur et distribuit. Ubi æquitas Æneæ notanda est. Sorte enim quod cuique obtigit, levatur invidia Principis animus. Vide Not. Æn. I. 451. *Taubm.*

Hoc Ilium, et hæc loca Trojæ] In antiquis aliquot codicibus, *hoc Ilium, hæc loca* absque *et*. In aliquot aliis, *Ilion:* ut per se versus stet absque figura. In plerisque vero antiquiori-

bus, *hæc loca Trojam esse jubet*, quod eruditis auribus mirifice satisfacere videtur. Quod vero dicebamus esse codices antiquos, in quibus *Ilium hæc loca* absque synalœpha scriptum sit, laudat Probus vigilantiam Virgilianam, quod ubique fecerit *m* finalem a vocali excipi, aut ab aspiratione, ut esset synalœphæ locus, quod non observarit Ennius, quum scripsit, 'Millia militum octo.' Quare ex Probi sententia, si Latine *Ilium* scripserimus, *et* subjiciendum erit. Si vero *Ilion*, ut Ovidius, *Ilion et Tenedos*, nulla opus erit copulativa. *Pierius.*

Hoc Ilium] Dat locis Trojana nomina: ut transscripti desiderium patriæ facilius tolerent. *Taubmann.*

757 *Regno Trojanus Acestes*] Sub nomine enim ejus fuerat civitas appellata. *Servius.*

758 *Indicitque forum*] Id est, tempus et locum distinguendorum negotiorum definit, qui conventus vocatur. *Indicit* autem verbum juris est, et per hoc potentem vult significare civitatem. *Idem.*

Indicitque forum] Sic *indicere Senatum* princeps Senatus, cum habere vellet, solebat, apud Ciceronem et classicos. *Germanus.*

Et patribus dat jura vocatis] Dat condendi juris potestatem his quos appellaverat patres: aut certe vocatis patribus jura distribuit. Hi autem, ut Salustius dicit, 'Vel ætate vel curæ similitudine patres appellati sunt.' *Senatores* autem alii a senecta ætate: alii a sinendo dictos accipiunt. Ipsi agendi facultatem dabant per senatusconsultum. *Servius.*

Patribus dat jura vocatis] Hoc ad Æneam refertur, ad quem redit post expletam Acestæ benevolentiam. *Donatus.*

759 *Tum*] Scribendum est omnino *tum* ex codicibus antiquis, et sententiæ continuatione, non *tunc*, quod aliqui agnoscere videntur. *Pierius.*

Erycino in vertice] Eryx mons Siciliæ supra Drepanum, ubi fuit templum Veneris Erycinæ. *Servius.*

Tum vicina astris, &c.] Æneas pro sua pietate templum sublime et sideribus quasi proximum, constituit matri Veneri: patrique insuper, ut divo terrestri, sacra et sacerdotem ordinat non sine luco, cujusmodi aris et templis extra urbes amœnitatis caussa adjungi solebant. Alludit autem hic ad templum Julium Romæ, quod et Flaminem habuit et lucum. *Taubm.*

Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri] Eryx mons Siciliæ, qui propter hoc Veneris templum nobilissimus, de quo Mela II. 17. præcipui montium Eryx et Ætna. 'Eryx maxime memoratus, ob delubrum Veneris ab Ænea conditum.' Plura de monte et templo Cluver. antiq. Sic. II. 1. ejus altitudinem describit Polyb. hist. I. 55. Ὁ δὲ Ἔρυξ ἐστὶ μὲν ὄρος παρὰ θάλατταν τῆς Σικελίας, ἐν τῇ παρὰ τὴν Ἰταλίαν κειμένῃ πλευρᾷ μεταξὺ Δρεπάνων καὶ Πανόρμου· μᾶλλον δ' ὀχυρὸν καὶ συνάπτον πρὸς τὰ Δρέπανα· μεγέθει δὲ παρὰ πολὺ διαφέρον τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ὀρῶν πλὴν τῆς Αἴτνης. Inde Ovid. IV. 478. 'Quaque patet Zephyro semper apertus Eryx.' et Sil. Ital. l. XIV. 'altus Eryx.' hoc templum vetustate collapsum refici curavit Claudius, teste Suetonio in Claud. c. 25. nummo descriptum tradit ad hunc locum eruditus Torrentius, quem subjicere placuit. *Emmeness.*





760 *Idaliæ*] Cypriæ. *Servius.*

Sacerdos] Alii ad tumulum, alii verso ordine ad templum referunt: ut lucus tantum tumulo detur Anchisæ: ut in Bucolicis, ' Inducite fontibus umbras Pastores.' Nemora enim aptabant sepulchris. *Idem.*

Tumuloque sacerdos Ac lucus] Antiqui aliquot codices, *ac lucus* legunt. Sed illud *que* atque *et*, ut apud Græcos *τε*, *καὶ*, frequentissimum est apud Auctores bonos, utraque vero lectio non invenusta. *Pierius.*

761 *Anchisæo*] Pro, *Anchiseio*. Æn. IV. *Cinis Sicheus*, pro *Sicheius*. Ovid. Met. XIII. *Orpheum* sepulcrum, pro *Orpheium*. Fabric.

762 *Epulatu*] Vox signata, nam de re sacra, et epulæ ad sacra pertinuerunt. Sueton. in Jul. c. 26. ' Munus populo, epulumque pronuntiavit in filiæ memoriam.' Fest. ' Epolones dicebant antiqui, quos nunc epulones dicimus. Datum autem est his nomen, quod epulas indicendi Jovi certisque Diis, potestatem haberent.' in Livio etiam *Jovis epulum* legas. *Cerda.*

763 *Placidi strav. æqu. venti*] Sic et Epig. l. III. *οὐδ' εἴ μοι γελόωσα καταστορέσειε γαλήνη κύματα, καὶ μαλακὴν φρῖκα φέροι ζέφυρος.* Sic supra Bucol. ' Et nunc omne tibi stratum silet æquor.' *Germanus.*

764 *Creber et adspirans autser*] Sic Cæs. Bel. civ. l. III. ' Auster increbruit, nostrisque præsidio fuit.' *Idem.*

765 *Procurva litora*] Ge. II. *procurvam falcem* dixit. *Taubmann.*

768 *Visa maris facies*] Ut alibi, ' Mene salis placidi vultum.' Vult autem istos aspectum quoque maris horrere. *Servius.*

Maris facies] Vs. 848. ' vultum salis.' Hanc autem inconstantiam fœmininam notat Scal. III. 12. *Taubmann.*

Tolerabile numen] In Romano codice, *cælum*, non *numen* habetur. Superius enim ferre se tamdiu freta tot, et inhospita saxa, sideraque lamentabantur: positum vero *cælum* pro Cæli tempestatibus. Sed enim plerique alii codices manu scripti, *numen* legunt; quæ lectio nequaquam expungenda est. Non rejicienda tamen illa lectio, quæ eruditis probatur, *tolerabile nomen*. Pierius.

769 *Fugæ*] Profectionis. *Servius.*

772 *Eryci et tempestatibus*] Bene junxit. Procellæ enim aut de fluminibus, aut de montibus fiunt, quas *περιπνοίας* dicunt, vulgo *peripenas* appellant. *Idem.*

Tempestatibus agnam] Supra, ' Nigram hiemi pecudem.' Docet autem Turnebus id dici a Poëta, quod ex Cic. de Nat. Deor. l. III. *Tempestates* populi Romani ritibus consecratæ erant, Tempestatique, ut Deæ minori, minor hostia immolabatur, ut fœminæ fœmina: unde Horatius, ' Libidinosus immolabitur caper, Atque agna Tempestatibus.' *Germanus.*

Tempestatibus agnam] Huic Deæ minori ædes posita a Marco Marcello extra portam Capenam in via Appia, de qua Donatus de U. Roma III. 13.

cam, Sardiniam petens, periculo maris ereptus esset. Hinc Ovid. Fast. VI. 191. 'Te quoque, Tempestas, meritam delubra fatemur, Cum pæne est Corsis obruta classis aquis.' Vide Cicer. de Nat. Deor. III. 20. legendus etiam Thomasinus de Donar. c. 25. *Emm.*

773 *Solvique ex ordine funem*] Ordo est, jubet cædere ex ordine, id est, rite peragi sacrificium, et sic solvi funem: ut in septimo, 'Phrygiamque ex ordine matrem Invocat:' id est, rite. Vel....* quo naves ad terram ligantur. *Servius.*

Funem] In antiquis codicibus, quotquot vidi, *funem* unitatis numero legitur figurate. Sunt tamen, qui pluralem habent *funes*. Pierius.

Funem] Sic legendum monet Saubertus c. 19. de Sacrif. qui plures hostias continuo fune, atque eodem colligatas ad sacrificia commeasse docet. Hoc Maronis loco literatorum lis deciditur, quorum non nulli ligatas victimas fuisse, quando immolarentur, cum solutæ fuerint ante confectionem. *Emmenessi.*

774 *Tonsæ olivæ*] Comptæ minutis frondibus. *Servius.*

Tonsæ olivæ] Comptæ minutis frondibus. V. N. Ge. III. 21. *Taubmann.*

775 *Procul in prora*] In parte extrema. *Servius.*

Stans procul in prora] Varia admodum hujus hemistichii lectio est, in codicibus antiquis. Aliquot enim legunt *in proram:* quod minime placet, quod alibi *Stare* cum ablativo, et *in* præpositione positum, habetur *in prora*. In Longobardico exemplari, *trans procul* inusitata admodum lectione. *Stare* vero non nescimus adorantium esse, tam ex Poëtarum Historicorumque testimoniis, quam ex Cynocephalo stante, in Sacris Ægyptiorum literis. Est et alia lectio in antiquo admodum codice, *stans celsa in puppi:* sed illud alia ratione dictum est. Hoc loco Deos maris allocuturum, verisimile est in proram processisse, quæ jam mare prospectabat, hinc illud statim subjectum, 'Prosequitur surgens a puppi ventus euntis.' *Pierius.*

776 *Porricit*] Legendum quidem *porricit* ex Macrobii sententia, contra omnium pene veterum codicum fidem, in quibus passim *proicit*. Id.

Exta Porricit in fluctus] De verbo *porricio* dixi jam in hoc libro. Cæterum soluturus Æneas hoc facit sacrum. sic apud Flaccum l. III. Mopsus: 'lustramina ponto Pone jacit.' et post pauca: 'Continuo puppem petere, et considere transtris Imperat Amphicydes.' Apud Silium Scipio l. XVI. 'Ipse alacer Sicula discedens Scipio terra Abscondit late propulsis puppibus æquor, Cui numen pelagi placaverat hostia taurus, Jactaque cæruleis innabant fluctibus exta.' *Cerda.*

Porricit] V. N. vs. 238. De fundendi autem meri consuetudine, videatur Muretus XIV. 2. *Taubmann.*

777 *Surgens a puppi*] Signat οὐρίαν, καὶ οὖρον ἄνεμον: *ventum secundum:* nam is est, qui a puppi ferit. Signatissime Cicero pro Pompejo, 'venti obsecundarint.' *Cerda.*

778 *Feriunt mare*] Homerus Odyss. IV. πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς: *Canum mare remis verberabant*. ut hic *verrunt*, ita Ennius Annal. XIV. 'Verrunt extemplo placide mare marmore flavo.' *Idem.*

780 *Adloquitur, talisque*] In antiquis, *adloquitur talisque*, ut in veterum imperatorum nummis, *adlocutio* per *d* ante *l* notatum. *Pierius.*

Effundit pectore] Voces. Hoc est cum dolore: ut ait, 'Funditque preces rex pectore ab imo.' *Servius.*

Effundit pectore questus] Instituit Ennio qui Annal. VI. 'effudit voces pectore.' Et Catul. in Nup. Pelei: 'Clarificas imo fudisse e pectore voces.' Ad quorum imitationem Pedo Albinovanus in navigatione Germanici: 'Obstructo tales effudit pec-

tore voces.' Optimo judicio Virg. *voces* Ennii et Catulli mutavit in *questus*. Cerda.

781 *Junonis gravis*] Magnum artificium: nam in ipso principio et suam personam commendat, et adversariæ deturpat. Et incipit a nomine, et addit, *gravis ira:* et exaggerat, quod pectus ejus dicat *insaturabile*. Quam autem crudelis in Trojanos sit, ipsius Neptuni testimonio probat. *Donatus*.

Ira nec exsaturabile] In quibusdam *ira et inexsaturabile*. In Romano codice, in Mediceo, et plerisque aliis antiquis ita legitur, et scribitur, *ira nec exsaturabile*. In Longobardico, et aliquot aliis, *neque exsaturabile:* quamvis in Longobardico tantum *s* positum non sit juxta litteram *x*. Harum lectionum, quam quis selegerit, non laboro. *Pierius*.

782 *Preces descendere in omnis*] Si quid invidiæ est in humillimis precibus, imputandum est per omnia Junoni. Nam *omnis* dicendo, etiam humiles significat: unde ait etiam *descendere*. Servius.

Prec. desc. in omn.] Plutarch. in Pericl. δεῖσθαι πᾶσαν δέησιν, *omnes preces adhibere*. Germanus.

783 *Quam nec longa dies*] Longum tempus: de quo licet melius fœminino genere dicamus, tamen et masculino dicimus. Nam de certo die, masculino tantum utendum est. Ut, 'natalis meus dies est.' *Servius*.

Pietas nec mitigat] Aut Trojanorum, quia pii sunt: aut certe propter illud, 'Junonis Argivæ jussos adolemus honores:' quasi quæ nec sacrificiis placaretur. *Idem*.

784 *Fatisce*] In codicibus antiquis, *fatisque* legere est. Rem enim magis exaggerat utrunque conjungendo. *Pierius*.

Infracta] Valde fracta: ut, 'Turnus ut infractos adverso Marte Latinos.' *Servius*.

Fatisce infracta quiescit] Vide l. IX. 'Torpent infractæ ad prælia vires.' *Germanus*.

Infracta] Id est, fracta, sive evicta. Nam ita *infractum* exponunt Servius, Scal. IV. 16. N. Faber JC. ad Senec. Controvers. l. VI. Nec aliter quam affirmative ab ipso etiam Cic. usurpari, vere docet Pontanus. Videatur et Index Eythræi. Ita dicitur: *incurvum aratrum*, *incana menta*. Ita observarunt in Jure legi, *casus indifficilis*, id est, valde difficilis. V. N. Æn. XII. *Taubmann*.

Infractæ] Sic Horat. Epod. XI. 'lumbos et infregi latus.' ad quem locum consulueris Torrentium. *Emmeness*.

785 *Media de gente*] Id est, totius gentis potentem. *Servius*.

Exedisse] Muliebriter dictum. Nam inde est quod sequitur. *Idem*.

Exedisse] Atrox metaphora: et muliebriter dictum: inde sequitur, 'cineres atque ossa peremptæ,' valde miserabiliter: cum cæteri hostes post mortem non sæviant in cineres et ossa. Est enim hoc loco crudelitatis amplificatio gradatim ad summum tendens. *Taubmann*.

786 *Nec pœnam traxe*] Qui *traxisse* amant, summovent *nec*. In antiquis tamen codicibus omnibus, vel ante vel post *Pœnam* id adpositum observavi: *Traxisse* vero per syncopam in bisyllabam dictionem contractum. Id vero apud alios *trasse* geminato *ss*. apud alios, *traxe* per *x* scriptum inveni, ut in Romano codice, et aliquot aliis. Multa tamen exemplaria, versum exlegem ostendunt, *nec pœnam traxisse*. Sed inemendate, judicio meo. Est et ea lectio non contemnenda, quæ habetur in Mediceo, et aliquot aliis codicibus, *Urbem odiis satis est pœnam traxisse per omnem*, κατὰ διάλειπον. *nec* vero superne notatum est a Paraphraste. *Pierius*.

787 *Cineres atque ossa peremtæ*] Sane *edo* habet et rectam, sed antiquam declinationem: ut *edo*, *edis*, *edit*:

ıalam, ut *edo, es, est*. Quarum
ı et tertia personæ longæ sunt,
differentiam, *Sum, es, est*.
ıtem in præterito producit *e*,
ti, edit: ut *legit*. Servius.

Causas tanti sciat illa furoris]
ıpprimit. Contra ipsam enim
ıæ Juno in decimo exsequitur,
ıce Dardanius Spartam ex-
t adulter.' *Idem*.

as] Harum aliquas Juno ipsa
Æn. I. et X. Sed ait Venus
re, non quia ignoret, sed quia
illæ. Verba Virgilii affinia
is Callimachi de eadem Ju-
*b δ' ἄνασσα τὸν αἴτιον εἶσεαι ὀρ-
is ipsa, o Regina, causam irarum*.

Quam molem] Ut, 'Tantas au-
llere moles.' *Servius*.

molem subito excierit] Operæ
ı est videre codicum varie-
hujus hemistichii numero dis-
). Nam Romanus codex cum
convenit. Oblongus, *Quam
molem excierit*. Aliquot alii,
molem excierit subito, legunt:
ıres essent dictiones, tot puta-
ıeri futuras mutationes. *Pier*.
s] Ut hic *molem tempestatis*,
ıus, *molem pugnæ* lib. XXVI.

omnia cælo Miscuit] De hac,
ibus formis adagialibus, lege
ch. I. cent. 3. *Idem*.

Nequicquam] Aut sine causa,
nulla extante ratione: aut
ıam, quantum ad ejus pertinet
. Unam enim navem vertit
bus. Unde ait Juno, 'Quæ
fœlix, quæ memet in omnia
incor ab Ænea.' *Servius*.

n regnis hoc ausa tuis] Ut alibi,
li imperium pelagi, sævumque
m.' *Idem*.

Per scelus] Antiqua pleraque
ıria cum Mediceo et Porcio
per scelus; ut invidiosam ma-
ıonem reddat: pro *Pro scelus*.

Actis] Furore compulsis: ut, 'Reginam Alecto stimulis agit undique Bacchi.' *Servius*.

795 *Ignotæ*] Ignobili. Georg. IV. 'Nam sæpe favos ignotus adedit Stellio.' Et dixit *Ignotam*, Italiæ comparatione. Nam ignota non erant, ad quam bis Trojani venerant. *Idem*.

Ignotæ linquere terræ] Antiqui aliquot codices, *ignota linquere terra* Ablativo casu legunt. Utrunque vero agnoscitur a Grammaticis. *Pierius*.

797 *Vela tibi*] Id est, per regnum tuum. *Servius*.

798 *Si concessa peto*] Siquidem. Nam modo *si* confirmantis est. Agit autem a possibili. *Idem*.

Si concessa, &c.] *Si* h. l. confirmantis est: pro, *Siquidem*: auctore Servio, ut et Æn. VI. 'Pio si pœnas ore reposco.' Ita in aureis istis Dionysii Catonis Distichis Moralibus: 'Si Deus est animus,' &c. *Taubmann*.

799 *Tum Saturnius*] Hujus versus tumor in describendo Neptuno adducit mihi in memoriam parem tumorem periodi Arnobianæ l. III. 'Neptunus Stygii frater Jovis, Olympiique germanus, tridenti armatus ferro, pistricum dominus, Atque mœnarum, Rex salsorum gurgitum, et tremebundi motator sali.' *Cerda*.

800 *Fas omne est*] Fas te est: hoc est, possibile est. *Servius*.

Meis regnis fidere] *Fido* dativum tantum regit. *Idem*.

801 *Unde genus ducis*] Ut diximus supra, quia feliciter est navigaturus Æneas, Venerem dicit a mari procreatam: et ut fert fabula, Cœlus pater fuit Saturni: cui cum iratus filius falce virilia amputasset, lapsa in mare sunt: de quorum cruore et maris spuma nata dicitur Venus. Unde et ἀφροδίτη dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, id est, spuma. Sed hoc habet ratio: Omnes vires usu venerio debilitantur, qui sine corporis damno non agitur: unde fingitur Venus nata per

damnum. De mari autem ideo, quia dicunt Physici sudorem salsum esse; quem semper elicit coitus. Unde etiam myrtus ei consecrata est, quæ litoribus gaudet: ut ait, 'litora myrtetis lætissima.' Ideo autem diximus Cœlus pater, ut deus significaretur. Nullus enim deus generis neutri est. Nam *Cœlum* genere neutro elementum significat. *Idem.*

Unde genus ducis] Nam ex spuma maris nata Venus est: ob quod et ἀφροδίτη dicta est, et ἀλιγενής. Videatur Cælius XXIX. 18. *Taubmann.*

Merui quoque] Etiam præstiti: ut, 'Nec te, regina, negabo Promeritam.' Alii dicunt, militavi: ut, 'Ære merent parvo.' *Servius.*

Merui] H. Stephanus in quibusdam editionibus *metui* inveniri ait. Sed *merui* tamen probat, cum prior lectio ex vet. libris non adseratur; et Pierius, qui diligentissime versavit codices, nullam illius lectionis (nempe *metui*) mentionem faciat. *Merui ut fideres*, sensus est verborum pro *merita sum.* Plura ille habet in lect. Virg. p. 34. 35. rejiciens interpretationem Servii. *Emmeness.*

802 *Rabiem tantam cælique marisque*] Ut in primo legimus. *Servius.*

Rabiem] Ut hic a canibus *rabiem* tempestatibus, ita pari metaphora Æn. I. 'Vos et Scyllæam rabiem penitusque sonantes Accestis scopulos:' quam metaphoram apertius usurpavit l. VII. 'Ut pelagi rupes, magno veniente fragore, Quæ sese, multis circumlatrantibus undis, Mole tenet.' et Plin. IV. 5. 'Tot sinus Peloponnensem oram lancinant, tot maria allatrant.' *Cerda.*

803 *In terris*] Etiam in terris: nam augmentum est. *Servius.*

805 *Inpingeret*] Veteres quidam codices *immitteret* habent. Sed longe plures *inpingeret:* quod rem gestam horribiliorem facit. *Pierius.*

806 *Daret*] Romanus codex, *darent* legit numero multitudinis, ut ad *amnes* referatur, qui et ipsi suis opem allaturi magnam vim mortalium obruerunt, eo prælio, quod in Φ ab Homero decantatur. Sed neque displicet *daret* singulari numero, quum Achilles magnam eodem die Trojanorum ediderit stragem in Xanthi fluvii ripis, adeo ut ejus libri argumentum sit: Φὶ, μόθος αἰακίδαο παρ' ἠϊόνας ποταμοῖο. *Idem.*

Gemerentque repleti Amnes] Achilles ipse apud Attium in Nonnio: 'Scamandriam undam sanctam salso obtexi sanguine, Atque acerbos alto in amni corpore explevi hostico.' Sed hoc alibi. *Cerda.*

807 *Evolvere*] In Mediceo, *revolvere* legitur. Sed vulgata lectio candidior, et in eo numero picta videtur difficultas. *Pierius.*

Evolvere, &c.] Hæc omnia Hom. Iliad. XXI. ubi Achilles tantam stragem edit, ut Trojanorum cadaveribus obstructus Xanthus in mare profluere non posset. Ita de eodem Catullus in Epithal. Pelei: 'Testis erit magnis virtutibus unda Scamandri, Cujus iter cæsis angustans corporum acervis Alta tepefaciet permista flumina cæde.' *Taubmann.*

808 *In mare se Xanthus*] Omnia hæc Homeri sunt. *Servius.*

809 *Nec dis nec viribus æquis*] Id est, diis iniquis, hoc est, adversis. Liptotes figura. Aut *non æquis*, non æquali favore. Plures enim Græcis favebant. De matribus autem, id est, Thetide et Venere, intelligere non possumus: quia Thetide melior Venus est, et ei præsenti derogare nollet. *Idem.*

Nec dis nec viribus æquis] *Æquis*, junctum duobus duplici significatione: *diis non-æquis*, id est, adversis; *viribus non-æquis*, id est, imparibus. Vel etiam, *diis non-æquis*, id est, non æquali favore prosequentibus. De hoc autem congressu Æneæ cum Achille videatur Hom. Iliad. XX. *Taubmann.*

810 *Rapui*] Perveteres omnino codices aliquot, *rapui* legunt. Sed in Romano et nonnullis aliis *eripui* est, una plus syllaba. *Pierius.*

Cuperem cum vertere ab imo] Quod proprium ejus est: ut, 'Magnoque emota tridente Fundamenta quatit.' Hinc et ut supra dicimus, ἐνοσίχθων dictus est. fecit autem augmentum, cum se præstitisse dixit iratum. *Servius.*

811 *Structa meis, &c.*] Inde Æn. II. 625. 'Ex imo verti Neptunia Troja.' et l. III. 3. 'Omnis fumat Neptunia Troja.' *Emmeness.*

Perjuræ] De perjurio Trojæ est in fabulis, Laomedontem negasse Apollini et Neptuno constructoribus urbis pactam mercedem, propter laborem construendi. Horat. Od. III. 3. 'ex quo destituit Deos Mercede pacta Laomedon:' statim idem Poëta, 'Priami domus Perjura.' *Cerda.*

812 *Perstat*] In Oblongo codice, et quibusdam aliis antiquis, legere est *restat mihi*, quod nequaquam placet. *Pierius.*

813 *Portus accedet*] Hic distinguendum, ne sit contrarium Veneris petitioni, quæ ait, 'Liceat Laurentem attingere Tybrim.' *Servius.*

814 *Amissum quem gurgite quæret*] Misenum dicit: de quo legimus, 'Inter saxa virum spumosa immerserat unda.' *Idem.*

Quæret] In exemplaribus omnibus antiquis, quotquot habui, *quæres* persona secunda legitur: quod Venerem ostendit pro salute omnium æque laborare. *Pierius.*

815 *Unum pro multis dabitur caput*] Hic Palinurum significat. Nam falsum erit, si unum voluerimus accipere: duo enim constat occisos, Misenum et Palinurum. *Servius.*

816 *Læta permulsit*] Et læta fecit: ut, 'Animumque labentem Impulit.' Aut certe perpetuum est epitheton Veneris. *Idem.*

817 *Jungit equos auro genitor*] Nulla non exemplaria vulgata, *curru* legunt. Sed enim vetera omnia manu scripta, *jungit equos auro genitor* uno exemplo legunt. Quamvis elocutio ea, qua de prius meminimus, alio apud Virgilium loco inveniatur: 'Curru jungit Alæsus equos.' Sed hoc loco placet *auro*; tum quia rem facit splendidiorem, et ornatum illustriorem, tum quia dictio *curru* statim subsequitur: 'Cæruleo per summa levis volat æquora curru:' quod tam cito repetere, sermonis adscriberetur inopiæ; neque quicquam tale est, ut colorem facere possit. Dum vero hæc vulgari jam cœpta essent, admonuit me Camillus Porcius Episcopus Aprutinus lectionem eam, *Cui pharetra ex auro*, qua de superiore libro multa retuleramus, agnitam etiam Fr. Petrarchæ, multæ lectionis viro: qui epistola ea, quæ libro sexto Octava Senilium inscribitur, dixerit, unde est ille Didonis celeberrimus progressus: 'Cui pharetra ex auro crines nodantur in aurum.' quod loco hoc inserere non fuit importunum: quando, quum illa scriberemus, nondum hoc legeramus; et adhuc sunt, qui tot a me rationes eo loco allatas conentur oppugnare. *Pierius.*

Spumantia Frena] Spumas vomentia. *Servius.*

818 *Feris*] Equis: ut, 'Inque feri curvam compagibus alvum Contorsit.' *Idem.*

Feris] Id est, Equis: ut Æn. II. *ferum*, pro equo dixit: aut potius, cum dura sit repetitio antecedentis, ἐπιθετικῶς posuit, pro, *ferocientibus*, ἀγριαίνουσι, καὶ ἀγανακτοῦσι, ut Plato loquitur de Equis. Ita Æn. VII. de cervo: 'Pectebatque ferum,' id est, θυμοειδῆ, repugnacem: erat enim cicuratus. *Taubmann.*

Manibusque omnis effundit habenas] Homer. Iliad. P. κατὰ δ' ἡνία χεῦεν ἔραζε: infra metaphorice, 'irarumque omnis effundit habenas:' et Cic. 'effundere eloquentiæ habenas.' *Germ.*

Effundit] Id est, immittit. Aliud est *dare* sive *laxare frena*, aliud *effun-*

dari vel immittere. Is enim qui immittit, sinit frena esse libera; qui dat, non tenet ea adstricta, non tamen libera plane esse patitur. Græcis est ἐνδιδοῦναι τὸν χαλινόν. vide Scheffer. I. 18. *Emmeness.*

820 *Axe tonanti*] Irrepsit cogitatio, an scribendum *sonanti:* pro qua lectione conjecturæ sunt, quas ipse, me tacente, suspicaberis. *Cerda.*

821 *Sternitur*] Dictum ad Græcam imitationem. Calaber l. v. κῦμα στόρνυτο. Homer. ἐστόρεσε θεὸς μεγακήτεα πόντον: *stravit Deus pontum, cui cete immania.* Virg. sup. 'placidi straverunt æquora venti.' et ecl. IX. 'Et nunc omne tibi stratum silet æquor.' Plin. II. 47. 'Sternitur mare Halcyonum fœturæ.' *Idem.*

Aquis] In antiquis aliquot, *equis.* Sed *aquis* melius. *Pierius.*

822 *Variæ comitum facies*] Aut belluas dicit marinas, secundum naturam: aut poëtice deos marinos. *Servius.*

Inmania cete] Græca declinatio τὸ κῆτος κήτη, ut, βέλος βέλη: nam Latine sic declinari non potest. Nullum enim apud nos animal generis neutri est, nisi forte *hic cetus, hujus ceti* dicamus: quod nusquam lectum est. Nam dicuntur canes marini. *Idem.*

Inmania cete] Plinius XXXII. 1. tradit hujusmodi belluas Arabiæ flumen intrasse sexcentorum pedum longitudine, CCCLX. latitudine. *Taub.*

823 *Et senior Glauci chorus*] Glaucus Anthedonius piscator fuit: qui cum captos pisces supra herbam abjecisset, et eos vidisset recepisse quam amiserant animam, intellecta herbarum potentia, decerptam herbam gustavit, et se præcipitavit in maria, et in deum marinum commutatus est: cujus *chorum* ideo *senem* dicit, quia ipse senex fuerat. Aut certe propter spumarum colorem: sicut pene omnes dii finguntur esse mari. *Servius.*

Inousque Palæmon] Melicerta Inus filius. Et notandum patronymicum a matre in auctore idoneo. *Idem.*

Inousque] Male omnino in codice Romano legitur, *Ionius:* nulli enim non constat, Palæmona Inus filium. Aliquot alii codices, *Inoius,* ut *Saturnius,* legunt. Sed ea forma mihi videtur usitatior, quæ *Inous* est. *Pierius.*

Inousque Palæmon] Ita ab ejus matre, quæ dicta Ino. Quippe Palæmonis aurigationem, quam hic attingit Poëta, inveniet lector in Philostrato l. II. Icon. et in Aristidis Isthmica ad finem. uterque delphino insidentem describit. Signata verba utriusque sunt, prioris, ἐπὶ δελφῖνος εὐηνίου posterioris, ἐπὶ δελφῖνος φερόμενον. Ab Nonno l. I. una Nereidum inducitur ἑζομένη δελφῖνι. *Cerda.*

824 *Tritones*] Triton, Neptuni buccinator et tubicen, quod concha utitur. De quo Ovid. Met. I. 10. *Taubmannus.*

Phorcique exercitus omnis] Dii qui sub Phorco agunt. Hic autem Phorcus dicitur Thoosæ nymphæ et Neptuni filius. Ut autem Varro dicit, rex fuit Corsicæ et Sardiniæ: qui, cum ab Atlante rege, navali certamine cum magna exercitus parte fuisset obrutus, finxerunt socii ejus, eum in deum marinum esse conversum. *Servius.*

825 *Læva tenent Thetis*] Satis prudenter sexum debiliorem sinistræ adplicat parti. *Servius.*

Melite Panopeaque virgo, Nesæe, Spioque] Quia corrupta sunt hæc nomina in omnibus fere codicibus, libuit, quo pacto scriberentur apud Græcos, apponere ex Hesiodo: καὶ μελίτη χαρίεσσα. inferius νησαίητε. ita apud Homerum, Il. Σ. νησαίη σπειώτε: et paulo infra, καὶ μελίτη καὶ ἴαιρα. *Pierius.*

826 *Nesæe*] Media diphthongus est. *Servius.*

827 *Vicissim*] Quia reliquerat quidem socios, sed feliciter petebat Italiam. *Idem.*

828 *Pertentant*] Sollicitant. *Idem.*

829 *Adtolli malos*] Id est, vela per

m volubilitatem levari. Nam navigaret, non dubium, quod rexerat arbores. *Idem.*

s] In Romano codice, pro *velis* m est *remis*, ut cum superiori ione congruat, 'brachia remis i.' Quod si *velis* legas, intellim antennas velis esse brachiodice: quum maxime sequatur, omnes fecere pedem.' *Pierius.*

Fecere pedem] Id est, podium, it, funem quo tenditur velum. L.

re pedem] 'Pes,' in navi, 'pars li infima, quæ ad navis latus tur: quam nautæ, prout temposcit, aut contrahunt aut .' Ita Bayfius, de re navali, bit pedem. (Alii funem acciquo velum tenditur. Inde, *pedem*, pro, vela tendere: qua *Vela facere* dicimus.) Duo pedes sunt: dexter et sinister. us Carm. IV. 'sive utrumque ter Simul secundus incidisset dem.' Seneca in Medea vs. nunc lina sinu Tendere toto: prolato Pede transversos capotos.' Sed et, *Proferre pedem*, nibus imum veli minus addued laxius esse sinere, et longius cere: nam pede velum tendint potius utramque partem veli am non pati esse, quod fit altero roducto: atque ita obliquantur nus. prolato enim fune, et sinu bliquato, sic colligitur ventus, versæ naves, eodem vento inpossint concurrere. Vide etiam id vs. 16. 'Obliquatque sinus itum:' Turn. XX. 4. Ita Lipd illud Senecæ Philos. II. 34. nef. *Pedem et nostrum dicimus, i, et veli, et carminis*; notat: itraque inferior veli, ubi funistenditur, *Pes* dicitur: et quiro lateribus, *Dexter* aut *Sinister*. us l. v. 'Obliquat lævo pede a.' Catullus: 'sive utrumque Græcos etiam πόδα et ποδεῶνα eodem modo usurpare, docet copiose Pimpontius, et Ant. Delrio in Medeam Senecæ. *Taubmann.*

Fecere pedem] *Pedes* proprie sunt funes ad angulos velorum, quibus ea vertebantur. Inde *æquis pedibus* est æquis velis. Vide Salmas. Plin. exerc. p. 568. et L. Gyrald. de navig. c. 15. et Baif. de re navali p. 140. *Emm.*

Sinistros, Nunc dextros] Pro auræ mutabilitate. *Servius.*

832 *Cornua*] Antennarum extremitates. *Idem.*

Sua flamina] Prospera, a puppi venientia. *Idem.*

Ferunt sua flamina classem] Similis lenitas euntis classis expressa est a M. Catone in oratione dierum dictarum de consulatu suo. 'Postquam Massiliam præterimus, inde omnem classem ventus Auster fert lenis: mare velis florere videres ultra angulum Gallicum.' Explicui *sua flamina*, id est, secunda, utique a puppi. Juvencus quoque signate l. II. 'Conscendunt navem, ventoque inflata tumescunt Vela suo.' *Cerda.*

833 *Princeps ante omnis*] Unum verbum vacat. *Servius.*

835 *Mediam cœli metam*] Perite loquutus est. Nam medium cœlum meta est ἀναβιβάζοντος circuli: qui medius est inter ortum et occasum. A medio autem cœlo et finitur ortus, et occasus incipit siderum. Alter est horizontis, qui segregat aspectum hujus cœli, ab alio invisibili nobis. *Idem.*

836 *Laxabant*] In antiquis aliquot codic. *Laxabant* habetur. Sed longe plures *laxarant* habent, exacta specie. *Pierius.*

837 *Sub remis fusi per dura sedilia nautæ*] Id est, requierant paululum, sic remos tenentes. *Servius.*

Sub remis fusi, &c.] Ὑποτύπωσις satis elegans: sicut remos tenebant manibus, somnus eos oppressit. Stat. Thebaid. l. v. 'domibus fusi,' qui dispersi hic illic jacebant. Hunc locum ex Marone desumsit Prop. el. I. 8.

quo socios nauticos lecti duritiem non sentire annuit: 'Tum audire potes vesani murmura ponti? Fortis et in dura nave jacere potes?' *Emmen.*

838 *Levis*] Vel adventu, vel discessu. Nam in utroque est levis. *Servius.*

839 *Aëra dimovit tenebrosum*] Infra, 'tenebrosa palus Acheronte refuso.' Quidam vir non indoctus, eo loco Catulli, 'Qui nunc it per iter tenebricosum,' tenebrosum non satis Latine dici censet: quamvis et apud hunc auctorem, classicosque sit dictio obvia et familiaris. *Germanus.*

Dispulit umbras] Nam semper deos ambit nimbus. *Servius.*

Dispulit umbras] Suas sc. nam semper deos ambit nimbus. de quo superius alicubi. Porro *Somni* descriptiones luculentissimas habes apud Ovid. Met. XI. 12. item apud Statium Theb. l. X. *Taubmannus.*

840 *Te, Palinure, petens*] Factiose aggrediens, adpetens. Et sciendum in majus celebrari Palinuri mortem more poëtico, quem dormientem in undas constat missum. *Servius.*

Somnia] Soporem. Bene autem discernit ista Virgilius, ut *Somnum* ipsum deum dicat: *Somnium*, quod dormimus: *Insomnium*, quod videmus in somnis: ut, 'Sed falsæ ad cœlum mittunt insomnia manes.' *Idem.*

Tristia somnia] Multi quidem codices antiqui vertunt illud *somnia tristia portans*. Sed enim *tristia somnia* lenius omnino sonat. *Pierius.*

842 *Phorbanti*] Codices nonnulli sane quam vetusti *Forbantis* habent. Grammatici tamen genitivum ad mores, dativum ad faciem referunt. *Pier.*

Phorbanti similis] Somnus in Homero fit ἐοικὼς Νέστορι, *similis Nestori*: in Calabro, πατρὶ ἐοικὼς, patri Penthesileæ similis. viros tres Phorbantes nominant Græcorum Commentatores, interque eos filium Priami, quem hic Poëta inducit. *Cerda.*

Funditque] Vetera omnia exemplaria, quæ legi, *Fundit* habent instanti tempore pro præterito *fudit*. *Pierius.*

843 *Iaside*] Fili Iasi. *Servius.*

Ipsa æquora classem] Id est, et æstu et aura nostris utimur. *Idem.*

Ferunt ipsa æquora classem] Vicina huic locutioni illa Propertii eleg. I. 8. 'auferet unda rates.' *Cerda.*

844 *Æquatæ spirant auræ*] Prosperæ: ut, 'Æquatis classem procedere velis.' *Servius.*

Æquatæ auræ] Sunt hæ implentes vela nulla obliquitate, veluti justæ et æquæ cum ipsis puppibus. Et videtur mihi expressus Pind. Od. VII. Nem. ubi ait, εὐθυπνόου ζεφύροιο πομπαί: *impulsus Zephyri recta flantis*: ut *æquatæ auræ* sint, cum recta flat ventus, et nulla est obliquitas. et Plin. XII. 18. dixit, 'Hi (Euri) recto cursu per sinus impellunt.' *Cerda.*

845 *Pone caput*] Bene particulatim ad id venit, quod aperte dictum refutaretur. *Servius.*

Pone caput] Infra XI. de Camilla: 'Et captum letho posuit caput.' *Ger.*

Pone caput] Ita Æn. XI. 'letho posuit caput,' et in somno Propertius l. II. 'Mecum habuit positum lenta puella caput.' Plautus etiam Curcul. 'Caput deponit, condormiscit.' *Cerda.*

Labori] Ex intuendis sideribus. *Ser.*

Fessosque oculos furare labori] Est hoc quod Tibullus dixit I. 2. 'Occupet ut fessi lumina victa sopor.' *Cer.*

846 *Paulisper*] Hoc est, paululum, dum tu quiescis. *Servius.*

847 *Vix adtollens lumina*] Aut a sideribus removens. aut certe numinis præsentia prægravatus: quod est melius. Nam et sequens ejus oratio turbata est: quod et semiplenæ indicant elocutiones. *Idem.*

848 *Voltum*] Mutabilitatem, quæ fit pro qualitate ventorum. *Idem.*

Mene salis placidi voltum] In codicibus aliquot antiquis legere est, *Mene salis placidum voltum*: quod forte non displiceat, quanquam et *placidi salis* admodum suave est. *Pierius.*

s salis placidi] In eandem sen-
a Lucret. l. II. 'Per terrarum
oras fluitantia aplustra Ut
tur, et indicium mortalibus
Infidi maris insidias, viresque,
ue Ut vitare velint, neve ullo
re credant, Subdola cum ridet
pellacia ponti:' alludens Lu-
ad Pollucis *καταγέλασμα τῆς
ς*. *Germanus*.

Jubes] Vis: ut, 'Infandum,
jubes renovare dolorem.' *Serv.*
s huic confidere monstro] Subau-
, *jubes*. Idem.

Ænean credam] Per contra-
licit: Cur Æneam committam
et auris fallacibus, qui sum to-
serenitatis fraude deceptus?

enim] Quid ni? cur non? *Id.*
m credam quid enim fallacibus
] In codicibus aliquot antiquis,
abetur. Utrunque placet. Est
m per *n* finalem: de quo sic
mus: Accusativus primæ decli-
is fit mutando *æ* diphthongum
i sive dativi in *am*; ut *Poetæ*,
: frequentius tamen inveni-
Græcis nominibus in *as* et in
inantibus, accusativum Græ-
roferre auctores. Virgilius in
, *Ænean credam*. Pierius.

Fraude sereni] Serenitatis: ut,
tissimus æqui. Alii legunt, *de-
fraude cæli sereni*. Servius.

de sereni] Antiqui codices ver-
unc varie corruptum habent.
et *fraude serena*, et alibi *cælo*
legitur: utrunque male. *Pier.*

Clarumque adfixus] Verbum
iendis rebus aptum: Juvenal.
s adfixus ibidem.' Tibullus:
am adfixam pensis:' alio loco,
dixit. Inde ars gubernandi,
igilantiam et diligentiam desi-
Lycophroni dicitur *τέχνη*
: quod etiam sequens docet
. *Emmeness*.

Oculosque sub astra tenebat]. Ex-
tenebat fixos intentosque. Tale
illud, 'intentique ora tenebant.' Gu-
bernator quidem astra intuetur, a
quibus pendet ea ars. Quod Virgi-
lius, 'tenebat oculos sub astra,' Si-
lius l. II. dixit, *intentus cælo*, ut in
Vulgatis legitur; vel *affixus cælo*, ut
corrigit Modius. Silii versus sunt,
'Quam multa affixus cœlo, sub nocte
serena, Fluctibus e mediis sulcator
navita ponti Astra videt.' Ego præ-
fero vulgarem lectionem. Non enim
ita venuste *affixus cælo*, ut *affixus cla-
vum*. Nam Virgiliano filo Modius
ducitur. *Cerda*.

854 *Ecce deus ram. Leth. rore mad.*]
Hic locus pendet ab illo Apollonii l.
IV. de Medea draconem sopiente:
*ἣ δέ μιν ἀρκεύθοιο νέον τετμηότι θαλλῷ
βάπτουσ' ἐκ κυκεῶνος ἀκήρατα φάρμακ'
ἀοιδαῖς ῥαῖνε κατ' ὀφθαλμῶν, περί τ' ἀμφί
τε νήριτος ὀδμὴ φαρμάκου ὕπνον ἔβαλλε,
γένυν δ' αὐτῇ ἐνὶ χώρῃ θῆκεν ἐρεισάμε-
νος*. *Lethæo rore* autem dixisse vide-
tur, ut supra, 'Inferias Orphei le-
thæa papavera mittes:' et Georg. I.
'Lethæo perfusa papavera somno:'
ut quibus vis insit a frigiditate som-
nifica. Ita autem et Poëtæ alii vir-
gam soporiferam somno tribuebant:
Papinius, 'extremo me tange cacu-
mine virgæ.' *Germanus*.

855 *Vique soporatum Stygia*] Morte
plenum. *Servius*.

Vique soporatum Stygia] Id est, so-
porifero, *ὑπνοτικῷ καὶ ὑπνοποιῷ φαρ-
μάκῳ* imbutum: vel, ut Servius, mor-
te plenum. Ut autem *somno* hic ramus
tribuitur; ita eidem virga a Statio
Silv. Carm. v. 4. 'extremo me tange
cacumine virgæ.' Servius l. VI. *Som-
num* pingit cum cornu: ut et Vale-
rius l. VIII. Argon. item Seneca in
Apocolocynthosi, 'et obscuri cres-
cebant cornua Somni:' quod tum
cresceret nox. Tribuitur ei et pa-
paver: ut Ge. I. 'Lethæo perfusa
papavera somno.' De quo Pimpont.
et Turneb. IX. 26. et XXI. 4. *Taubm.*

Utraque Tempora] Per utrunque
tempus. *Servius*.

Quassat] Nimirum ut rore illo perfunderentur tempora. Ita Tibullus eleg. I. 2. 'multo perfusum tempora Baccho.' Sic legit Sigonius contra Robortellum, qui *percussum* legit. *Cerda.*

856 *Cunctanti*] Quasi reluctanti. *Servius.*

Natantia] Errantia somni vicinitate. *Idem.*

Natantia lumina] Fluctuantia et errantia somni vicinitate. ita Ge. IV. 496. (ubi Notas vide.) 'conditque natantia lumina somnus,' id est, fluitantia, ut exponit Scaliger: nunc enim aperiuntur, nunc clauduntur. Ita Lucret. l. III. l. IV. 16. poët. *Nare oculos* dixit, qui humore sunt oppleti et lippiunt: ut observavit Gifanius. *Taubmann.*

858 *Et super incumbens, &c.*] Elegans hypotyposis. Sic autem Somnus præcipitem dedit in fluctus Palinurum, ut secum et gubernaculum traheret, et partem navis; frustra opem dormientium sociorum implorans. *Projecit* autem est, porro jecit, aut procul jecit: ut Æn. III. 'projectaque saxa Pachyni.' Et est bona proœconomia: ut triduo natare potuerit. *Idem.*

Cum puppis parte] Proœconomia: ut triduo natare potuerit. *Servius.*

860 *Præcipitem*] Est hoc quod de gubernatore alio in primo, 'pronusque magister Volvitur in caput.' Plauserunt sibi Poëtæ in simili clade depingenda. Ovidius, et Seneca, cum mergunt, prior Ceycem, posterior Ajacem, Virgilio hæserunt. Nam ut apud Virgilium cadit Palinurus cum parte puppis revulsa, ita Ceyx. Metam. XI. arripuerat *fragmina navigii.* et Ajax in Agamemnone cum parte montis mergitur, ascenderat quippe rupem ad quærendam opem, sed frustra ea fuit. Versus tragici sunt: 'Tridente rupem subruit pulsam pater Neptunus, imis exerens undis caput, Solvitque montem, quem cadens secum tulit, Terraque et igni victus, et pelago jacet.' Apud Homerum Odyss. XII. cadit gubernator in mare percusso capite, et confractis ossibus, misera quadam carnificina. Vide etiam, uti idem vates describat Ulyssem Odyss. l. V. præcipitatum e navi tempestatis vi. Credo Senecam de Consolat. ad Marciam habuisse Virgilium in animo, cum scripsit cap. 6. 'Turpis est navigii rector, cum gubernacula fluctus eripuit, qui fluctuantia vela deseruit, permisit tempestati ratem: at ille vel in naufragio laudandus, quem obruit mare clavum tenentem et obnixum.' *Cerda.*

861 *Ales*] Alitem facit Somnum, volantemque, ab alis, quibus fingitur, et pingitur. Eurip. in Phœniss. πτανὸν ὄνειρον, *somnium volatile:* et in Taur. πτηνῶν ὀνείρων, *somniorum pennatorum.* Idem in Hecuba, Terram vocat matrem μελανοπτερύγων ὀνείρων, *somniorum quibus alæ nigræ.* Callimachus in hymno, ληθαῖον ἐπὶ πτερὸν ὕπνος ἐρείσει: *lethæus Somnus circumjecit alas.* Tibull. l. II. 'Postque venit tacitus fulvis circumdatus alis Somnus.' Propert. eleg. I. 3. 'Dum me jucundis lassam sopor impulit alis.' Ovidius Metam. I. de Morpheo, 'Ille volat, nullos strepitus facientibus alis.' et VIII. 'Lenis adhuc Somnus placidis Erisichthona pennis Mulcebat.' Silius: 'quatit inde soporas Devexo capiti pennas.' Aliqui in Propertio *lapsam* legunt, non *lassam:* Fortasse, quia Virg. in IV. 'animumque labantem Impulit.' Cum quo versu similitudinem habet Propertianus: et quia Propertius idem eleg. I. 10. 'Donec labentes premeret mihi Somnus ocellos.' *Cerda.*

862 *Currit iter*] Ut Cicero, 'Ite viam, redite viam.' *Servius.*

Tutum] Præsidio Neptuni. *Idem.*

Non secius] Ἀλλοιοτέρως: a *secus*, Charis. p. 53. Alii leg. *segnius.* *Taubmann.*

864 *Sirenum*] Sirenes secundum fabulam parte virgines fuerunt, parte volucres, Acheloi fluminis et Calliopes Musæ filiæ. Harum una voce, altera tibiis, alia lyra canebat: et primo juxta Pelorum, post in Caphareis insulis habitaverunt, quæ illectos suo cantu in naufragia deducebant. Secundum veritatem meretrices fuerunt, quæ transeuntes, quoniam eos ducebant ad egestatem, his ficta sunt inferre naufragia. Has Ulysses contemnendo deduxit ad mortem. *Sirenum* autem genitivus est, veniens ab *hac Sirene*. Servius.

Scopulos Sirenum] Caprearum insulam intelligit, quæ est in ora Campaniæ contra Neapolim. De Sirenibus Homerus Odyss. M. Et Ovid. Met. v. 12. aliique plurimi. Et earum quidem Homer. duas agnoscit: Servius tres; quarum una voce, altera tibiis, tertia lyra canebat, quæ illectos suo cantu in naufragia deducebant. Quidam etiam iv. nominant. De qua re copiose Hortensius. Ita Horat. 'Sirenum cantus et Circes pocula nosti.' Secundum veritatem, meretrices fuisse ait Servius, quæ transeuntes, quoniam deducebant ad egestatem, his ficta sunt inferre naufragia: aliter Pontanus l. vi. Bell. Neapolit. Vide Proverb. Σειρῆνος μέλος. *Taubmann*.

Sirenum] Fabulam enarrat Hyginus Fab. 141. 'Sirenes Acheloi fluminis et Melpomenes Musæ filiæ, Proserpinæ raptu aberrantes ad Apollinis terram venerunt, ibique Cereris voluntate, quod Proserpinæ auxilium non tulerant, volaticæ sunt factæ. His responsum erat, tam diu eas victuras, quam diu cantantes eas audiens nemo esset prætervectus: quibus fatalis fuit Ulysses. Astutia enim sua cum scopulos prætemavigasset, in quibus morabantur, se in mare præcipitarunt: a quibus locus Sirenides cognominatur, qui est inter Siciliam et Italiam.' Vide Apollod. l. 4. Alludit Sil. Ital. l. xii. 'æquore cujus Regnavere diu cantus, cum dulce per undas Exitium miseris caneret non prospera nautis.' *Emmen*.

865 *Difficiles*] Navigiis perniciosos: ut qui sævitiam suam multitudine ossium testarentur. *Taubmann*.

866 *Tum rauca*] Ac si diceret, Antehac delectabili voce resonabant, tunc fluctibus solis. Et bene imitatus est maris stridorem. *Servius*.

Sale saxa sonabant: Cum pater amisso fluitantem errare magistro Sensit] Naturale enim est, ut fluctuet navis sine gubernatore. *Idem*.

Sale saxa sonabant] Σιγματισμῷ stridorem maris expressit. De quo Scal. iv. 48. item supra, Æn. iv. 526. *Adsiduo* autem *sale*, est, frequenti maris impulsu et adsuitu. *Taubmann*.

867 *Fluitantem*] Antiquiores codices, *fluvitantem*, uti superius: 'Fluvidum lavit inde cruorem,' *u* geminato legunt, altero tamen digammo, ut in *fluvio* est. Nunc placet eruditis unico *u* scribere. *Pierius*.

Magistro] Rector navis *magister* dicitur, usurpavit ter aut quater Virgil. et Valer. Flacc. in i. et iii. item Sidon. Apollin. Panegyr. dicto Antemio: 'ceu victa procellis Atque carens rectore ratis, respublica fractam Intulit, ut digno melius flectenda magistro.' *Cerda*.

868 *Nocturnis rexit in undis*] Dat ei hoc et in decimo: ut, 'Ipse sedens clavumque regit, velisque ministrat.' *Servius*.

Nocturnis rexit in undis] Id est, per noctem in mari. Heroicis autem temporibus, ut nandi inscitia probro erat; ita et Heroës αὐτόχειρες gubernandæ navis peritia valebant: ut non solum ab hac facultate Ulyssem commendet Homerus, et siderum scientia; sed et ab opificio et fabrili arte compingendæ navis: ut Odyss. Ad quem vide Eustath. ut et Lipsium De Militia Rom. Noster hoc dat Æneæ etiam l. x. 'Ipse sedens clavumque

regit, velisque ministrat.' *Taubmann.*

869 *Multa gemens*] Nomen pro adverbio. Hoc est, multum et satis gemens. *Servius.*

Casu amici] Propter ruinam: allusit ad nomen. *Idem.*

870 *Pelago confisæ*] Hoc est, quod supra Palinurus excusat. *Idem.*

871 *Nudus*] Insepultus, mortuus: ut, 'Et freta destituent nudos in litore pisces.' *Idem.*

Ignota] Peregrina, ante non visa. Nam in sexto dicturus est, 'Paulatim adnabam terræ, jamque arva tenebam.' Sciendum sane Tuccam et Varum hunc finem quinti esse voluisse. Nam a Virgilio, duo versus sequentes huic juncti fuerunt: unde in nonnullis antiquis codicibus sexti initium est, 'Obvertunt pelago proras: tum dente tenaci.' *Idem.*

Nudus in ignota] In antiquis omnibus exemplaribus, quæ versare mihi contigit, *nudus ignota* legitur: in illis quibus tamen videtur inventum, *nudus et ignota.* De *Harena* cur adspirationem admittat, alibi disputatum. Nunc ad Libri Sexti castigationem adgrediamur. *Pierius.*

Ignota arena] Ita Propert. el. III. 14. 'Aut humet ignotæ cumulus vallatus arenæ.' Est autem hic πάθος a circumstantiis: quod *nudus:* quod *in ignoto loco:* quod in *litore*, ubi nemo versetur, *insepultus* atque indefletus jaceat. Hunc autem versum Macrob. v. 14. tanquam *heroicæ incomptum* vocavit, quemadmodum et illum Ecl. x. 'Omnia vincit amor: et nos cedamus amori:' ut qui ab usu loquendi nihil differrent. *Taubmann.*

ÆNEIDOS

LIBER VI.

Totus quidem Virgilius scientia plenus est; in qua hic liber possidet principatum: cujus ex Homero pars major est. Et dicuntur aliqua simpliciter; multa de historia; multa per altam scientiam Philosophorum, Theologicorum Ægyptiorum: adeo ut plerique de his singulis hujus libri integram scripserint pragmaticam. Sane sciendum, licet primos duos versus, Probus et alii in quinti reliquerint fine, prudenter ad initium sexti esse translatos. Nam et conjunctio poëmatis melior est, et Homerus etiam sic inchoavit, ὣς φάτο δακρυχέων. *Serv.*

Sumtum est hujus libri argumentum ex Odyss. Λ. De descensu ad inferos duce Sibylla agit, et monitis Anchisæ, ut Macrob. Saturn. v. 2. Et in hoc sexto libro eruditionis multiplicis splendor, qui in aliis quidem est copiosus, admirandus elucescit, ut hoc monet Crinitus de hon. discipl. v. 11. Quare etiam Turnebus in plurimis locis eum interpretatur. Sensus autem allegoricus accuratissime exponitur a Cælio VII. 1. *Emmeness.*

1. *Sic fatur lacrymans*] Ὣς φάτο δακρυχέων, Hom. qui Heroas semper φιλοδακρύους inducit. *Germanus.*

Lacrymans] Exigit hic locus, ut quum *lachryma* varie notetur, de scriptionis in eo nomine ratione aliquid disseramus. In Romano quidem codice, et aliquot aliis, *lacrima*, et *lacrimans*, passim per i Latinum, absque

[illegible]

[illegible] M. Tullii [illegible] exemplaribus, quum in Li- [illegible] Plinianis et aliorum aucto- [illegible] notata deprehenduntur. [illegible] tempestate adeo invaluit [illegible], ut [illegible] per [illegible] et [illegible], ut si de i Latino mentionem [illegible] pene omnibus habearis: [illegible], ut 'unusquisque sua [illegible] via.' *Pierius.*

[illegible] immittit habenas] Navibus [illegible] navi quæ *classis* dicitur: vel [illegible] de fustibus. *Calas* enim [illegible] majores nostri fustes, quos [illegible] servi, sequentes dominos [illegible]: unde etiam *Calones* di- [illegible]

[illegible] *Iam.*

Classique immittit habenas] Id est, liberum dat cursum: metaphora ab equo, cui frenum laxatur currenti. Ita Lucret. lib. v. 'Arboribusque da- tum est variis exinde per auras Cres- cendi magnum immissis certamen ha- benis.' Titianus tamen Maronem ex vero ait locutum: quod vela apud veteres loris tortis ligarentur. *Taub.*

Classique immittit habenas] Sic nos- ter de palmite Ge. II. 364. 'laxis per purum immissus habenis.' Frena et habenæ equis competunt, sed me- taphoræ frequens usus ab equo ad navem. Noster Æn. I. 67. de Æolo, 'et laxas sciret dare jussus habenas.' Sen. Med. vs. 3. 'Novam frenare docuisti ratem.' Comparationem utri-

usque et equi et navis celeriter provectæ, Homerus habet Odyss. N. 81. inde naves ἁλὸς ἵπποι appellantur eodem teste Odyss. Δ. 708. et Plaut. Rud. I. 5. 10. navem *equum ligneum* nominat. Hanc similitudinem omnium optime Florus expressit II. 2. 'ad similitudinem pugnæ equestris, sic remis classis, quasi habenis agebatur:' ad quæ verba consulendus Freinshemius. *Emmenius.*

2 *Et tandem*] Ad Æneæ desiderium retulit, olim ad Italiam venire cupientis. Cæterum mora non congruit, de Capreis Cumas usque in tanta vicinitate longam fuisse navigationem, præsertim accedente favore Neptuni. An *tandem* ad consuetudinem navigantium, quibus nulla non longa navigatio videtur? an *tandem*, ad idem tempus refertur, ex quo Troja navigatum est? *Servius.*

Euboicis oris] A colonia Cumas appellavit. Nam Eubœa insula est, in qua Calchis civitas est, de qua venerunt, qui condiderunt civitatem in Campania, quam *Cumas* vocarunt: vel ἀπὸ τῶν κυμάτων: vel a gravidæ mulieris augurio, quæ Græce ἔγκυος dicitur. *Idem.*

Allabitur] Venit celeriter: ut, 'Labere, nympha, polo.' *Idem.*

Allabitur] Notat Turneb. XXIX. 24. *allabi* proprie ad litus pertinere, quemadmodum *appellere* et *applicare*. Ita Æn. X. 'totumque allabi classibus æquor.' *Ibid.* 'Sed mare inoffensum crescenti allabitur æstu.' *Taubmann.*

3 *Pelago*] In pelagus: sic dictum est, ut, 'It clamor cœlo.' Bene autem *obvertunt*, non *obvertit*, ut non Æneæ, sed sociis vilia et nautica dentur officia. Ars gubernandi vero soli tribuitur Æneæ. *Servius.*

Pelago] In pelagus: nam longinquius erant profecturi ad agrum Laurentem. Et solebant nautæ ad litus appulsam navim in proram convertere: non solum ut ad reditum et aliam navigationem parati essent; verum etiam id sibi ominantes Flaccus lib. V. 'atque illi, dext versa magistri Protinus in rediit ratis omine certo.' Turn *Taubmann.*

Dente tenaci] Unde in primo, non alligat ancora morsu.' An diximus) in Græco aspiration habet: nam ἄγκυρα dicitur. apud majores sine aspiratio ferebatur. Contra *thus* et *on* teres dicebant et *hircho*, id rax: quibus sequens ætas d aspirationem. *Servius.*

4 *Fundabat*] Id est, sisteba quod in fundo est, non movetu chora autem fundo committi Scal. IV. 16. Ita et Paullinu tur: 'Ne navis illideretur, a fundare conati sunt.' Anchor navibus pro quodam firmamen jecta est: ut fundamenta esse deorsum jacta. Vide Turn. x *Taubmann.*

Ancora fundabat navis] Inde fundamentum navis dicitur, e *mentum* sæpe pro ancora s teste Salmasio exerc. Plin. Monuit Servius Æn. I. 173. spirationem scribi contra re adde contra notationem genui Dausquius in Orthogr. Græ ἄγκυρα, unde *ancora*, quæ est *reus*, ut Isidor. XIX. 2. erg *dente tenaci*, nam, Nonio teste *dens* est, non tantum, quo co tur cibus, sed omne signific aliquid exsecari vel teneri Lycophron καμπύλους ὀδόντας lat. Noster I. 169. 'uncum m Ancoræ inventor Anacharsis, Laërt. in illius vita. *Emmenes*

5 *Prætexunt*] Bene explica fius in re vestiaria, si non h cum, similes certe alios. enim, cum sunt naves in po litus tegunt, uti videantur litu *bordare*. Hoc enim verbo, qu panicum est, Bayfius utitur. ut vestis, quæ ad oras aurum

dicitur auro prætexta, id est, borduda; ita litus quoque dicitur prætextum puppibus. Pari Ovidius, et cum animo ad Virgilium: ‘Quid referam Baias, prætextaque litora velis?’ Pari Lucanus lib. x. ‘densæ prætexunt litora classes.’ Pari Sen. ep. 89. ‘Nullum flumen, cujus non ripas ædificia vestra prætexant:’ et ep. 101. ‘dixit, vias prætexi tumulis, et monumentis. *Cerda.*

Juvenum manus] Post conditam in Sicilia civitatem, senum aut nulla aut rara fit mentio. *Servius.*

Emicat] Gestum lætitiæ designat. Ovid. Met. I. 776. ‘Emicat extemplo lætus post talia.’ *Emmeness.*

Ardens] Festinans: ut, ‘Instant ardentes Tyrii.’ *Servius.*

6 *Littus in Hesperium*] Hic ostenditur esse minimum, et omnem Italiam Hesperiam dictam (ut supra diximus) vel a rege, vel a stella. *Idem.*

Semina flammæ] Σπέρματα πυρὸς Homerus dicit, id est, semen ignis. *Idem.*

Semina flammæ] Homer. σπέρματα πυρὸς: Odyss. E. quæ sunt scintillæ. Lucret. lib. I. ‘Semina sunt ardoris multa.’ Vide Turn. XIII. 21. *Sie schlagen Fewer auff.* Taubmann.

7 *Abstrusa in venis silicis*] In Georg. ‘Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.’ *Abstrudere* enim est, de industria celare. *Servius.*

Abstrusa] Antiqui aliquot codices, *obstrusa* legunt. Sed *abstrusa* receptior lectio. *Pierius.*

Quærit pars semina flam. Abstr.] Epig. lib. VI. καὶ τὸν ἐγερσιφαῆ πυρὸς ἔγκυον ἔμφλογα πέτρον: et eodem, καὶ λίθον ἀντιτύπῳ κρούματι πυρσοτόκον. Respondet et seminibus flammæ et illud in Epigr. σπέρμα πυρὸς σώζειν πέτρον ἐπιστάμενον. Dicitur item πυρίτης λίθος. Affine autem est huic Virgilii loco illud Sophoclis in Philoct. εἶτα πῦρ ἂν οὐ παρῆν, Ἀλλ' ἐν πέτροισι πέτρον ἐκτρίβων, μόλις Ἔφην' ἄφαντον φῶς. Græci etiam id πόριον vocant, quod constat silice et ferro, quæ collisa ignem excutiunt: quod et ἐναυσμα, et ἐμπύρευμα dicunt. Alludere autem videtur ad illud Lucretii lib. I. ‘Verum semina sunt ardoris multa, terendo Quæ cum confluxere, creant incendia silvis.’ *Germanus.*

Abstrusa in venis silicis] Sic Æn. I. 178. ‘At primum silici scintillam excudit Achates, Suscepitque ignem foliis,’ &c. Ignis semina esse in lapidibus probat ex veteribus Brod. Misc. v. 36. idque confirmatur a Silio Ital. l. II. ‘ficique in silicis venis.’ Lambinus ad Horat. od. I. 3. legit *obstructis.* Emmeness.

Ferarum tecta] Epexegesis silvæ. *Servius.*

8 *Flumina monstrat*] Quæcunque fluenta. Et sciendum monstrari Æneæ, ad expiandum se. Nam funestatus fuerat morte Palinuri: non quod eum viderat, sed quod funus agnoverat, id est, doluerat. In eo enim est pollutio, quod ait, ‘Casuque animum concussus amici.’ Nam ipsa impiant, quæ agnoscimus. Unde in Livio habemus, Horatium Pulvillum, cum Capitolium dedicare vellet, audisse ab inimico mortuum filium: et ne pollutus dedicare non posset, respondisse, *cadaver sit.* Hanc autem purgationem Æneæ dat ubique Virgilius, ut paulo post, ‘Corpusque recenti Spargit aqua.’ *Idem.*

Flumina monstrat] Seneca de Ben. III. ‘Beneficium est arentibus siti monstrare fontem.’ *Cerda.*

9 *At pius Æneas*] Oportune hoc loco, quippe ad templa festinans. *Servius.*

Arces, quibus altus Apollo] Cum ubique arx Jovi detur, apud Cumas in arce Apollinis templum est: *altus* autem vel magnus: ut, ‘Jacet altus Orodes:’ et de ipso Apolline, ‘Sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo:’ vel ad simulacri magnitudinem retulit, quod fuisse constat altissimum. Cælius enim de Cumano Apol-

line ait, 'Est in fano signum Apollinis ligneum, altum non minus pedes xv.' Cujus meminisse putatur Virgilius. *Idem.*

Altus Apollo] Addit Stat. Theb. l. III. *consiliis:* ut 'sed altus consiliis pater,' &c. *Emmeness.*

Quibus præsidet] Quibus præest, quas defendit. *Servius.*

10 *Horrendæ*] Venerandæ: ut, 'Horrendum silvis et relligione parentum.' *Idem.*

Horrendæ] Sic *horrere* sæpe idem quod *venerari*. Horat. Epist. I. 18. 'sic nutum divitis horret.' Ad hunc locum vide Torrent. et me Æn. I. 169. *Emmeness.*

Procul] Haud longe: *procul* enim est et quod præ oculis est: et quod porro ab oculis. Unde duplicem habet significationem. *Servius.*

Sibyllæ] Quasi σιοῦ βουλὴ, id est, Dei sententia: quod Poëta expressit, cum addit, 'cui mentem animumque Delius inspirat vates,' id est, Apollo fatidicus. Æolici autem σιοὺς vocant Deos. *Taubmann.*

11 *Antrum immane, petit*] Epexegesis domus Sibyllæ. *Servius.*

Sibyllæ, Antrum inmane] De eo Lycophr. ἔνθα παρθένου στυγνὸν σιβύλλης ἐστὶν οἰκητήριον. De hoc Aristot. lib. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. et Agathias histor. l. I. *Emmeness.*

Mentem animumque] Perissologia est. Nam secundum Lucretium unum est, *mens* et *animus*. Servius.

Mentem animumque] Servius et P. Lætus περισσολογίαν censent. Turneb. XXVIII. 44. et alii discernunt: ut Lactant. lib. VII. 'Non idem est,' inquit, 'Mens et Animus: aliud enim est, quo vivimus; aliud, quo cogitamus: nam dormientium Mens, non Animus sopitur: et in furiosis Mens exstinguitur, Animus manet.' Certe *Amentes* dicuntur et *dementes*, consilii expertes, quod *Mens* pro sapientia et intellectu capiatur: *Animus* vero pro vitæ ac voluntatis fundamento. Hinc illud Terentii in Andr. 'Mal malus animus.' Hinc et Marc Didonem vocat, 'amentem Ita Plautus Cistell. I. 2. 'N mentem animi habeo:' ubi No tras vide. Lucret. l. v. 'ani mente videtur.' lib. IV. 'Men vigilat.' Catullus ep. 51. 'M mi tantis fluctuat ipsa malis.' Cic. distinguit Tuscul. 3. De lib. v. et alibi. Item Arist 'Mentem in Animo esse,' ait, oculus in corpore.' *Taubmann*

12 *Delius inspirat vates*] fatidicus: et sic ait *Delius*, ut, Lyciæ sortes,' id est, Ap Bene autem Sibylla quid sit, sit, 'Magnam cui mentem a que Delius inspirat vates.' N diximus, *Sibylla* dicta est qu βουλὴ, id est, dei sententia. enim σιοὺς *deos* dicunt. *Servi*

13 *Triviæ lucos*] Congrue A et Dianæ juncta sunt templa paulo post, 'Phœbi Triviæque dos.' Et bene fit Lucorum commemoratio, quia petiturus feros. *Servius.*

Triviæ lucos] Id est, Dian triviis præsidet: unde et ab τριοδῖτις vocatur, et passim a ἐνοδία θεός. Ita Theocr. ὁ θεὸς δοις. *Taubmann.*

Aurea tecta] Apollinis scilice

14 *Dædalus (ut fama est) Minoïa regna*] Ubique de ince bitat: ut, 'Fama est Enceladi fabula de hoc talis est: Ind Sole adulterio Martis et Vene canus minutissimis catenis le cinxit: quibus Mars et Venu rantes implicati sunt, et cum turpitudine resoluti sub test cunctorum deorum. Quod Venus vehementer dolens, omnem Solis persequi infandis bus cœpit. Igitur Pasipha filia, Minois regis Cretæ uxo amore flagravit: et arte Dæ clusa intra vaccam ligneam,

corio juvencæ pulcherrimæ, cum tauro concubuit. Unde natus est Minotaurus: qui intra Labyrinthum inclusus humanis carnibus vescebatur. Sed Minos de Pasiphaë habuit liberos plures, Androgeum, Ariadnem, Phædram. Sed Androgeus cum esset athleta fortissimus, et superaret in agonibus cunctos, apud Athenas ab Atheniensibus conjuratis occisus est. Quod Minos dolens, collectis navibus bella commovit: et victis Atheniensibus pœnam hanc statuit, ut singulis quibusque annis septem de filiis suis edendos Minotauro mitterent. Alii dicunt a Minoë in vindicta filii occisi, sicut dictum est, Phœbum rogatum: qui cum Atheniensibus pestilentiam misisset, præceptum oraculo est de septenis filiis annuis ad Minotauri pastum dirigendis. Sed tertio anno Ægei filius Theseus missus est, potens tam virtute quam forma, qui cum ab Ariadne regis filia amatus fuisset, ex Dædali consilio labyrinthi iter filo rexit: et, necato Minotauro, cum rapta Ariadne victor aufugit. Quæ cum omnia factione Dædali Minos repperisset effecta, eum cum Icaro filio servandum in Labyrinthum trusit. Sed Dædalus corruptis custodibus, vel, ut quidam tradunt, ab amicis sub faciendi muneris specie, quo simulabat se regem placare posse, ceram et linum accepit et pennas, unde tam sibi quam filio alis impositis per summam ædis partem, quæ apud veteres sine tecto erat, cum filio evolavit; ipse juxta terram volans; Icarus altiora petens, dum cupit cœli portionem cognoscere, pennis Solis calore resolutis, mari, in quod cecidit, nomen Icarium dedit. Dædalus vero primo Sardiniam, ut dicit Sallustius, post delatus est Cumas: et templo Apollini condito sacratisque ei alis, in foribus hæc universa depinxit. Dicendo autem Virgilius, *ut fama est*, ostendit requirendam esse veritatem. Nam Taurus notarius Minois fuit, quem Pasiphaë amavit, cum quo in domo Dædali concubuit: et quia geminos peperit, unum de Minoë, alium de Tauro, enixa esse Minotaurum dicitur: quod et ipse paulo post ostendit dicens, 'Mixtumque genus.' Sed inclusum Dædalum corruptis relaxavit regina custodibus: quia misso in mari filio, navi delatus est Cumas: quod et ipsum tangit dicens, 'Remigium alarum.' *Alæ* enim et volucrum sunt, et navium, ut 'Velorum pandimus alas.' Panoticos Deliacon * Dædalum propter supradictas causas fugientem navem conscendisse, et cum imminerent, qui eum sequebantur, intendisse pallium ad adjuvandum ventos, et sic evasisse. Illos vero, qui insequebantur, reversos nuntiasse, pinnis illum evasisse. Menecrates Dædalum occiso patruele fratre Cretam petisse dicit, Icarum filium ejus ab Atticis pulsum, dum patrem petit naufragio perisse, unde mari nomen. Quidam hunc Dædalum, Eupalami filium, arte fabrili nobilem, occiso Perdice sororis suæ filio, quem solum habere metuebat æmulum artis suæ (nam ab illo et usum serræ de osse interiore piscis, et circinum propter nomen suum, * nam aliquibus circinus putatus est appellatus, vel, ut quidam, organum inventum tradunt) fugientem invidiam, ad Minoëm delatum Cretam, Pasiphaës uxoris ejus nefandi stupri dolum fabricasse. *Servius.*

Minoïa regna] Cretam scilicet, id est, Minois sævitiam. *Idem.*

Dædalus, &c.] Fabulam Dædali tradit Ovid. Metam. VIII. 182. et seqq. Sil. Ital. l. XII. alludit Horat. Od. I. 3. 'Expertus vacuum Dædalus aëra Pennis non homini datis.' *Emmeness.*

Ut fama est] Antiqui plerique codices, *est* non habent. Sed absque eo verbo versus nimium elanguescere videretur. *Pierius.*

Ut fama est] Quæ admirabilia sunt et magna, et quæ possunt fidem ex-

cedere, famæ solens Virgilius adscribit. Inde hic, 'ut fama est,' et alibi: 'Fama est, Enceladi;' atque illud: 'Namque ferunt fama, Hippolytum.' Notarunt hæc aliqui, quibus Magius Miscell. III. 12. addidit Aristotelem in lib. de Poëtica: ὅλως δὲ τὸ ἀδύνατον μὲν, ἢ πρὸς τὴν ποίησιν, ἢ πρὸς τὸ βέλτιον, ἢ πρὸς τὴν δόξαν δεῖ ἀνάγειν: *In summa, quod fieri nequit, vel ad ipsam poësin, vel ad meliorem modum, sive etiam ad famam referendum est.* Dicuntur hæc ab Aristotele forma quadam præceptionis poëticæ. Talis ea præfatio Livii l. I. 'Si famæ credimus, ab Ulysse, Deaque Circe oriundus.' Huc allusisse crediderim Aristophanem in Irena, ubi quidam Trygæum parantem se ad volatum, ita admonet: 'Εκεῖνο τήρει, μὴ σφαλεὶς καταῤῥῇς 'Εντεῦθεν, εἶτα χωλὸς ὢν, Εὐριπίδῃ Λόγον παράσχῃς, καὶ τραγῳδία γένῃ: *Illud cave, ne labens cadas Inde, ac deinde claudus Euripidi Sermonem præbeas, et fias tragœdia.* Similes enim ruinæ tragicorum sermonibus vulgabantur, ibantque in παροιμίαν, ut accidit volanti Icaro. *Cerda.*

15 *Præpetibus pennis*] Vel velocibus, vel felicibus. *Præpetes* autem dictæ, vel quod priora petant, vel summi volatus, vel qui præ petit volatum, vel quæ secundum auspicium facit: et quidam *præpetes* tradunt, non tantum aves dici, quæ prosperius prævolant, sed etiam locos quos capiunt, quod idonei felicesque sunt: unde bene Dædali pinnas *præpetes*, quia de locis, in quibus periculum metuebat, in loca tutiora pervenit: *præpetes* enim sunt aves boni augurii, quod huic dat quia pervenit. *Serv.*

Ausus se credere cœlo] Quasi alienis rebus. Horatius, 'Expertus vacuum Dædalus aëra Pennis non homini datis.' *Idem.*

Ausus] Ut rem arduam, et homini insuetam. Silius: 'æthereas aliena tollere in auras Ausus se penna, atque homini monstrare volatus. Suspensam hic librans media inter corpus Enavit, superosque novi terruit ales. Natum etiam falsæ sub imagine plumæ Att vias volucrum, lapsumque solut narum remis,' &c. *Taubmann.*

16 *Insuetum*] Hominibus a *Servius.*

Enavit ad Arctos] Bene mi trunque. *Nare* enim et de n dicimus: ut 'Natat uncta c Item, 'Et terris adnare neces Et de volatu: ut, 'Nare per æ liquidam suspexeris agmen.' A *tos* autem, si ad fabulam, contr tentrionem, ut quidam volunt ter fervorem Solis et ceratas p si ad veritatem, ad Septentrio servationem, quod navigantibu venit. *Idem.*

17 *Chalcidicamque*] Quam tem Chalcidenses condiderunt pra de insula, nunc a civitate epitheton. *Idem.*

Chalcidicamque, &c.] Julius nus hunc errorem in historia a lio admissum notat apud Gell. in plurimis etiam editionibus *dica arce* legas. Utrumque *Emmeness.*

18 *Redditus his primum terri* si de alieno elemento in suum ratius, 'Finibus Atticis Redda lumem precor.' *Servius.*

Redditus his terris] Sic Cic. p lon. c. 34. 'Ego cum te patriæ dissem.' Verbum sane, quod r det præcedenti *credere.* Vid binum arguentem Servium, qu Horatii nec Virgilii mentem perit. *Emmeness.*

Sacravit] Alas Dædalus in h Phœbi suspendit, quarum ope rat; ex more veterum, qui s Deorum templis res illas offer sibi vel usui fuissent vel orna Ita aries Phryxi sacratus est apud Colchos, quo ille per ma tus fuerat; et Midas regiam obtulit Apollini Delphico, in

deas jura dederat, quod narrat Herodotus l. I. Ita Diodorus dux apud Plutarchum de malignitate Herodoti, dedicat Latonæ arma. Ita sellam Xerxis, et acinacem Mardonii dicata fuisse, alteram e Salaminia, alterum e Platæensi victoria, scribit Enarrator Demosthenis in Olynth. III. Omitto multos. Potest enim locus iste illustrari his, quæ in Eclogis ad illud, 'Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.' *Cerda.*

19 *Remigium alarum*] Artem volandi. Et iterum miscet dicendo *remigium*, quod est navis. *Servius.*

Remigium alarum] Sic et Lucret. l. VI. de volucribus: 'Remigii oblitæ pennarum vela remittunt:' et Plaut. in Amphitr. 'Non ocyus quivi si me Dædaleis tulissem remigiis:' et Æsch. in Agam. στροφοδινοῦνται πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι, de expeditione Græcorum in Troadem, ad Helenam recipiendam. Sic et Hesiod. in Theog. de aquila Promethei, ἶσα δ' ἀεξέσκοι ὑπόπτερα πάλλεν ἐρετμοῖς· et Epigr. 3. εἰς ἀλέκτορα, οὐκέτι μ' ὡς τὸ πάρος πυκιναῖς πτερύγεσσιν ἐρέσσων Ὄρσεις ἐξ εὐνῆς, &c. et Luciano εἰρεσία τῶν πτερῶν. Græcis autem ταρσοὶ κωπῶν et νεῶν, et ταρσοὶ simpliciter, et πτερὰ, series remigii in triremibus, et palmulæ ipsæ remorum dicuntur. Aristotel. quoque pinnas piscium, quas ad natationes explicant, πτερύγια vocat: τοῖς μὲν ὄρνισιν αἱ πτέρυγες, τοῖς δὲ ἰχθύσι τὰ πτερύγια. *Germanus.*

Remigium alarum] Ita et Lucret. l. VI. de avibus: 'Remigii oblitæ pennarum vela remittunt.' *Alæ* autem navium (ut et P. Lætus notat) sunt remorum ordines, ταρσοὶ et πτερά; non autem vela. Prop. el. IV. 6. 'classis centenis remiget alis.' Alibi tamen: 'velorum pandimus alas.' *Taubmann.*

Posuit] Exædificavit. *Servius.*

Posuitque inmania templa] Ausonius quoque hos versus Maronis respexit his suis: 'Non hoc spernat opus Gortinius aliger ædis Conditor Euboïcæ, casus quem fingere in auro Conantem Icarios patrii pepulere dolores.' *Germanus.*

20 *Letum Androgeo*] Secundum Atticum linguam genitivus singularis Græcus est: cum ipse alibi, *Androgei galeam.* Quidam tamen hic subaudiunt *posuit*, id est, pinxit: ut Horatius, 'Qualis Parrhasius prodidit, aut Scopas; Hic saxo, liquidis ille coloribus, Solers nunc hominem ponere, nunc deum.' Sane nonnulli hunc *Androgeum*, non ita quemadmodum supradictum est, insidiis occisum; sed a Marathonio tauro, qui flammas vomere dicebatur, conflagratum tradunt. *Servius.*

Androgei] Quamvis Priscianus et Servius in *Androgeo* Atticum agnoscant idioma, in veteribus tamen plerisque codicibus, *Androgei* Lat. idiomate scriptum observavi. Quam lectionem improbat Probus, ne novam hanc quis putet quæstionem, evenisseque id ob Græcæ declinationis, qua Virgilius usus fuerit, ignorantiam dicit. Citat etiam Carisius locum hunc, ubi genitivum *Androgeo*, facere ostendit ex nominativo, qui sit *Androgeos*; de quo secundo libro plura diximus. *Pierius.*

Androgeo] Gignendi casus Atticus τοῦ Ἀνδρόγεω. Erat autem *Androgeus* Minois filius, athleta fortissimus: quem cum Athenienses ex invidia insidiose interfecissent, rex devictos eo adegit, ut quotannis septem mares totidemque fæmellas Minotauro devorandos Cretam mitterent: ut Plato etiam et Isocrat. tradunt. Hinc Catullus in Argon. 'Nam perhibent olim crudeli peste coactam Androgeoneæ pœnas exsolvere cædis Electos juvenes, simul et decus innuptarum Cecropiam solitam esse dare Minotauro.' Atque hanc historiam in foribus templi hujus Apollinei pictam aut potius *sculptam* (statuarius enim fuit Dædalus, auctore Platone) fuisse hic Maro ait. Ego malim τὸ *posuit* ἀπὸ κοινοῦ repeti. Horat. Od. IV. 8. *Taubm.*

Foribus Androgeo] Quod moris fuit: incidebant enim columnis, pilis, foribus res insignes, quarum memoriam extare volebant. Nostrum imitatus est Sil. Ital. l. III. 'In foribus labor Alcidæ Lernæa recisis Anguibus Hydra jacet,' &c. *Emmeness.*

Pendere] Solvere: quod, ut supra diximus, tractum est a pecuniaria damnatione. *Servius.*

21 *Cecropidæ jussi*] Athenienses, a rege Cecrope. *Idem.*

Miserum] Dolentis interjectio: ac si diceret *nefas*. Et quid est *miserum* subjunxit dicens: 'Septena quotannis Corpora natorum.' *Septena quotannis*, quidam septem pueros et septem puellas accipi volunt, quod et Plato dicit in Phædone, et Sappho in Lyricis, et Bacchilides in Dithyrambis, et Euripides in Hercule: quos liberavit secum Theseus, quorum hæc nomina feruntur: Hippophorbas et Libi, id est * Arcadis, Antimachus Euandri, Mnesteus Sumiani, Fidocus Ramnutis, Demolion Cydani, Puriesion Celei: Puellæ hæ, Pherebæa Alcatini * Medippe Pyrii, Iesione Celei, Andromache Eurymedontis, Eurymedusa Polyxeni, Europe Laodicis, Milita Triaconi.* *Idem.*

Septena quotannis] *Septena* pro bis septem, ut Plato in Phædone hanc fabulam perstringens: τοῦτό ἐστι πλοῖον, ὅ φασιν ἀθηναῖοι, ἐν ᾧ θησεύς ποτε εἰς κρήτην τοὺς δὶς ἑπτὰ ἐκείνους ᾤχετο ἄγων, καὶ ἔσωσέ τε καὶ αὐτὸς ἐσώθη. Huic autem loco respondet illud Catulli: 'Nam perhibent olim crudeli peste coactam Androgeoneæ pœnas exolvere cædis Electos juvenes, simul et decus innuptarum Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.' *Germanus.*

Quotannis] Ovid. tamen et Plutarch. nono quoque anno factum scribunt. *Taubmann.*

22 *Corpora natorum*] Bene *corpora*, quæ adempta vita consumebantur. Ut super orbitatem parentibus ne sepelire quidem liberos licuisset: magna ergo periphrasi dicta est. *Servius.*

Stat, &c.] Aut horret: ut, 'Stant lumina flamma.' Aut plena est, ut, 'pulvere cœlum Stare vident.' Aut re vera *stat*, post ductas sortes; aut certe ad picturam respexit. Nam volvi in pictura non poterat urna. Et licet non poterat, et non sit urnæ stare, de pictura tamen bene dictum est. Sed si *stat*, horret acceperimus, *ductis sortibus* intelligimus de qua ducebantur: ut, 'Et qua vectus Abas.' Nam a passivo (ut sæpe diximus) inveniri non potest participium præsens. Proprie autem *ductis sortibus*: Sallustius, 'Sorte ductos fusti necat.' *Idem.*

23 *Contra*] Pro, e regione: ut Ovid. Met. VII. 587. 'Templa vides contra gradibus sublimia longis.' *Emmeness.*

Elata mari] Perite dixit, eminens est enim, et bene situm expressit: ut enim Sallustius dicit, 'Creta altior est, qua parte spectat Orientem.' *Servius.*

Elata mari] Ex natura insularum, et Cretæ inprimis. Insularum, nam insulæ omnes in mari assurgunt: Cretæ, nam Sallustius, citante Servio: 'Creta altior est, qua parte spectat Orientem.' Atqui Athenæ respectu Cretæ ad Orientem pertinent, ut videas nihil frustra dici a vate. Ex eadem peritia in v. 'Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta.' Fabius Declamat. 388. 'Elato alluitur mari.' *Cerda.*

Respondet] Aspicitur. Nam contra Athenas est posita. *Servius.*

24 *Suppostaque furto*] Hoc est, furtim inclusa in vaccam ligneam, quæ erat operta ejus vaccæ corio, quam maxime taurus adpetebat: aut *furto* adulterio, ut 'Vulcani, Martisque dolos et dulcia furta;' potest autem, sicut dictum est, et ad vaccam referri, cujus specie tauro furata sit coitum. *Idem.*

Furto] Alludit ad concubitum occulte factum: nam quicquid occulte

tum appellant. . Tibull. na furta Venus.' Infra 'Supposita de matre creavit.' Ita Musæus πολυκλέπτων ἀφροδίτην: πολυκλέπτων εὐνὴν, id est, incumbere dixit Sopho-s Homerus vocat ex o natos. Pindarus παρ-leganter e furto natum p. v. Παρθενίαν ὠδῖνα . Vide et Ge. IV. *Pasi*-lelis filia, Minois uxor agravit, et arte Dædali raccam ligneam et corio i eum tauro concubuit: t Minotaurus, qui Laby-s humanis carnibus ves-storiæ autem fides hæc uit Minois vel Notarius militum: quem Pasi-, cumque eo in domo ebuit: et quia geminos n de Minoe, alterum de i esse Minotaurum dici-edalum inclusum regina, todibus, relaxavit: qui, ri filio, navi delatus est d ipse Poëta innuit, dum a aviumque prudenter · Porro Plutarchus in ajug. hæç omnia mysti-videtur accipere. *Taub*-

mque genus] Secundum *Servius*.

[formis] Secundum fabu-

iformis] Secundum fa-viro mixtus esset tau-Discordemque utero fœ-Idem, 'geminam tauri guram,' vocat. *Taubm*.

monumenta] Aut memo-i coitus, aut ultio Vene-editæ. Significat autem *Servius*.

r ille] *Ille*, cum emphasi. io aliquid diximus Æn. v. *am Labyrinthus* portento-sissimum ingenii humani opus, itine-rum ambages quamplurimas occurrens recursusque inexplicabiles continens, crebris foribus ad fallendos exitus, ut subinde in eosdem errores redeun-dum esset: neque quisquam expedire se poterat, nisi fili glomere guberna-retur. Et memorantur in historiis eorum quatuor, *Ægyptiacus*, *Lemnius*, *Italicus*, et hic *Creticus*, qui quidem ad exemplum Ægyptii exstructus fuit: qui totus erat ex lapide quadrato et polito: latera singula pedes tricenos lata, quinquagenos alta, in basi quad-rata. Pyramides quinque habebat, in singulis angulis singulas, et in me-dio unam centenum ac quinquage-num pedum, ita quidem fastigiatas, ut in summo esset orbis æneus, et petasus unus omnibus impositus fue-rit, ex quo penderent excepta catenis tintinnabula, quæ vento agitata lon-ge sonitus referebant. Supra quem orbem quatuor Pyramides insuper singulæ erant, altæ pedum centenum: et cætera, quæ Varro, apud Plin. XXXVI. 13. memoriæ prodidit. *Taub*.

27 *Inextricabilis error*] Insolubilis, indeprehensibilis. Horatius, 'Si pug-nat extricata densis Cerva plagis.' Si *extricata*, est soluta; *inextricata*, insoluta sine dubio. *Servius*.

Inextricabilis error] Pro eo Catull. in Carm. Pelei et Thet. 'inobserva-bilis error.' Mela in Labyrinthi de-scriptione a Psammeticho extructi, I. 9. 'Magno et inexplicabili errore perplexus est.' Vide Cœl. ant. lect. XIV. 34. *Emmeness*.

28 *Reginæ*] Regis filiæ Ariadnes. *Servius*.

Magnum reginæ] Servius Ariadnæ regis filiæ interpretatur, ut nimirum Polyxena apud Eurip. se reginam vocat, hoc est, regis filiam: ἐν νεκροῖσι γὰρ Δούλη κεκλῆσθαι, βασιλὶς οὖσ' αἰσχύνομαι: et idem in Phœniss. Anti-gonem Laii filiam ἄνασσαν: item et Antigone Œdipodis filia se apud Sophocl. reginam appellat; τὴν ἄνασσαν

θήβης οἱ κοιρανίδαι τὴν βασίλειαν μούνην λοιπήν quo loco nuntius refert reges mortuos de Hæmone Creontis filio, et Antigone: *τόδ' αὖ τόδ' ἄχθος βασιλέων ἥκεις φέρων.* Nempe prisci omnes regii generis personas pari honore et nomine designabant. Sic et *ἄνακτες* reges, et regum filii, et Cæsares, vel regum fratres. Aristot. de Cypriorum politia: *καλοῦνται οἱ μὲν υἱοὶ καὶ ἀδελφοὶ τοῦ βασιλέως, ἄνακτες· αἱ δὲ ἀδελφαὶ καὶ γυναῖκες, ἄνασσαι.* Dædalum autem non abs re Poëta reginæ miseratum amorem narrat, cum ex Homero constet eum studiose Ariadnam coluisse, Il. Σ. *ἐν δὲ χόρον ποίκιλλε περικλυτὸς ἀμφιγυήεις Τῷ ἴκελον, οἷόν ποτ' ἐνὶ Κνωσσῷ εὐρείῃ Δαίδαλος ἤσκησεν καλλιπλοκάμῳ Ἀριάδνῃ· ἔνθα μὲν ἠΐθεοι, καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι Ὠρχεῦντ', ἀλλήλων ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔχοντες.* *Germanus.*

Reginæ] Ariadnæ Minois filiæ, quæ Theseum deperibat. Ita Polyxena apud Euripid. se *ἄνασσαν* vocat, quæ erat regis filia. Nam prisci omnes regii generis personas pari honore et nomine designabant. *Taubmann.*

Reginæ] Sic pro regis filia apud Stat. Achill. l. II. 'effulget tantum regina decori Deïdamia chori.' Inde Justin. XI. 9. matrem, uxorem, filiasque Darii ut *reginas* haberi præcepit Alexander. *Emmeness.*

30 *Cæca regens filo vestigia*] Est hoc quod Catullus dixit: 'Errabunda regens tenui vestigia filo.' Quod Plinius: 'sine glomere lini exitum (non) invenire.' Quod Ovidius in epist. 'Quæ regerent passus pro duce fila dedi:' et iterum: 'Fila per adductas sæpe recepta manus:' et iterum: 'Perfidus Ægides ducentia fila secutus.' Quod Propertius eleg. IV. 4. 'Cum patuit lecto stamine torta via.' Et eleg. II. 14. 'Dædaleum lino cum duce rexit iter.' Eustathius, et Didymus *ἀγαθίδα μίτου* vocant, *ductum fili*. Plutarchus de sera vind. *ἀναλαβόντος κλωστῆρος*, quia, resumpto filo, errores solvuntur. Aristophanes in Lysist. verbo *διαλύειν*, præcessit enim *κλωστήρ*. *Cerda.*

Cæca vestigia] *Errabunda* Catull. *cæcum* non solum oculis captum, sed et insidiosum, et occulte malum, vel latens et tacitum quid veteres dicendum existimaverunt, teste Nonio c. 5. Sic *mare* dicitur *cæcos fluctus provolvere*, qui naufragium minantur. *Emmeness.*

31 *Opere in tanto*] In foribus adfabre factis. *Servius.*

Partem opere in tanto, sineret dolor, Icare, haberes] In antiquis aliquot, duo illa verba *Icare haberes* desiderantur, Tetrametro dactylico codicibus tantum adnotato, *partem opere in tanto sineret dolor.* Sed sive Virgilius, sive alius quispiam versum absolverit, nihil mihi videtur eo fine dici potuisse accommodatius. *Pier.*

33 *Bis patriæ cecidere manus*] Ideo, quia Patriæ. *Servius.*

Bis patriæ cecidere manus] Q. d. Icari quoque filii tragicum casum pater Dædalus in auro atque in foribus effinxisset, si dolor et affectus paternæ pietatis sivisset. Ita Auson. in Mosella: 'Non hoc spernat opus Gortynius aliger ædis Conditor Euboicæ, casus quem fingere in auro Conantem Icarios patrii pepulere dolores.' De Icaro tamen in ære efficto extant Epigrammata Græca. Vehementior autem est affectus, cum dicit Poëta, manus ipsas artifici patri cecidisse, quam si dixisset, scalpellum aut cælum manibus excidisse. *Taubmann.*

Quin protenus omnia] Ostendit plura fuisse quam dixit depicta. *Serv.*

Quin protenus omnia Perlegerent oculis] In veteribus nonnullis exemplaribus, *omnem* omnino scriptum animadverti. Et quia *picturam perlegerent* Servius exponit, putarunt multi *omnem* ita positum, ut *picturam* subintelligeretur, quæ quidem duricies a Virgiliana phrasi, a facilitate, can-

[illegible] plurimum alienum est. Macrobius et Priscianus, alii omnia castiorem lec[illegible]cunt, proque dactylico [illegible] citant: neque opus ut [illegible]tur versus a vocali inci[illegible] hypermetri synalepha. [illegible]modi rationis versus alibi [illegible]untur, ut in Bucol. 'Nec [illegible]dope mirantur et Ismarus [illegible]eque non illud, 'Atria Lychni laquearibus au[illegible] si quis dactylicum non [illegible]altem Synizesin ex tam [illegible]abus ultimis in dictione [illegible] non rejiciat, quæ qui[illegible]siles, tamque tenues sunt, [illegible] longa sufficiant. At [illegible]ique codices, partim omne [illegible], partim omnes legunt. [illegible]idem in Romano est, quia Librarii dactylum in fine [illegible] tamen mutare non Qui vero omnes scribere [illegible], subintelligi Duces, He[illegible]viros ibi pictos voluere. apud me fuerit Macrobii et auctoritas, quam eorum [illegible], qui veneres, quas præ se [illegible]eri figuræque hujusmodi, verentur. Quod autem [illegible] Servium, tametsi exposuit [illegible], scilicet *picturam*, non [illegible], *omnem picturam* legen[illegible] quum Servius immoretur verbum *perlegerent* non [illegible]endat a verbo γράφω, [illegible]ibere, et *pingere* significat. vero pertinet ad verbum [illegible] Terentius Scaurus (ubi de [illegible] liquidis in compositione, sequens ab aliqua earum [illegible]recepta tradit) Virgilii lo[illegible]itat, apud quem *pelligerent* [illegible]erat, relictumque ita ab [illegible]: eosque improbat, qui per *r*, ut vulgata nunc [illegible]plaria, legant; dicendum[illegible], ut *allige* et *collige*, [illegible] omnes antiqui, ut ait ille, dicere consuerunt. Ad hunc Velius Longus per præpositionem [illegible]nibus integram præponi dicit, nisi quum incidit in *l* literam: tunc enim elegantioris sermonis viri eam, ait, geminare malunt quam *l* literam exprimere. Hinc *pellabor* malunt dicere, quam *perlabor*. Adverte vero in exemplis citandis Velii codices corruptos esse: de iis loquor, qui in manus nostras devenere. Sed quanquam ita Grammatici legendum tradant, nullum tamen adhuc antiquum codicem inveni, in quo non scriptum sit *perlegerent* præpositione incolumi. Ita plerumque *allige*, et *collige*. Ætas vero nostra majorem Grammaticis quam antiquis scriptionibus fidem adhibet. Et tamen Scauri nullus adhuc, quod sciam, sententiam est secutus. *Pierius*.

Omnia] Hanc lectionem Fabricius, Cælius XXVI. 10. Macrob. v. 14. Priscianus, aliique doctiores castiorem esse censent: etiam Crinitus XXIV. 7. *omnia*, *hoplerus*, non, *omnem*, legendum, curiose probat: ut sit dactylicus versus. *Taubmann*.

34 *Perlegerent*] Perspectarent: scilicet picturam. Nec incongrue dictum legerent: nam Græce γράφω, *scribere* significat et *pingere*. Hoc est quod ait Horatius in arte poëtica, 'Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, si Græco fonte cadant, parce detorta.' *Servius*.

Perlegerent] Ter. Scaurus probat *pellegerent*, hoc autem pro *pellegissent*: uti mox, *afforet* pro *affuisset*. Et bene dixit, *Legere picturam*: cum Græce γράφω et *pingere* dicatur et *scribere*; unde γραφεὺς et *pictor* et *scriptor*. Notusque est inter picturam et poëma consensus. Certe Simonides vocavit *picturam*, *pictam poësin*; et *Poësin*, *loquentem picturam*: auctore Plutarcho. *Taubmann*.

Perlegerent oculis] Ad hunc locum vide Junium de Pict. veter. I. 4. *Emm*.

Præmissus Achates] Κατὰ τὸ σιωπώ[illegible]

μενον intelligimus. *Servius.*

36 *Deiphobe Glauci*] Subaudis *filia*, et est proprium nomen Sibyllæ. Multæ autem fuerant, ut supra diximus, quas omnes Varro commemorat: et requirit, a qua sint fata Romana conscripta: et multi sequentes Virgilium, ob hoc Cumanam dicunt: ut quæ licet longæva legatur, tamen non valde congruit eam usque ad Tarquinii tempora durasse, cui Sibyllinos libros constat oblatos. Ducitur tamen Varro ut Erythræam credat scripsisse, quia post incensum Apollinis templum, in quo fuerant, apud Erythram insulam, in Asia ipsa inventa sunt carmina. *Idem.*

Deiphobe] Innumeros pene codices invenias, in quibus inemendate *Deiphœbe*, vel *Deiphebe* scriptum sit. Sed enim casta lectio *δηιφόβη Deiphobe:* uti etiam *δηΐφοβος* inferius, quod fere passim in codicibus antiquis, librariorum inscitia, *Deiphœbus* scriptum habetur. *Pierius.*

37 *Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit*] Ut supra diximus Apollinem sex mensibus apud Lycios, et sex apud Delum dedisse responsa: item lectum est deos aliquotiens tantum calendis, aliquotiens tantum idibus vaticinari: nonnunquam diei vel prima, vel media, vel postrema parte. Unde est in Jure *fissus dies*, id est, non totus religiosus: quem nunc ostendit dicens non oportere Æneam, religiosam diei partem perdere, id est, oraculis congruam. Sane sciendum *poscit* lectionem esse meliorem. Tempus enim poscit spectacula, non a spectaculis poscitur. *Servius.*

Poscit] In Romano codice, *poscunt* numero multitudinis est: ut tempus sit appositum, quippe quod alii negotio sit impendendum. *Pierius.*

38 *Nunc grege de intacto*] *Gregem* pro armento posuit. Nam de juvencis dicturus est, sed hæc per poëticam licentiam sæpe confundit. Illo loco proprie posuit, 'Quinque greges illi balantum, quina redibant Armenta.' *Servius.*

Intacto] Indomito: ut, 'Intacta totidem cervice juvencas.' *Idem.*

Grege de intacto, &c.] *Gregem* pro armento posuit: nam de juvencis dicturus est. Proprie Æn. VII. 'Quinque greges illi balantum, quina redibant Armenta.' Per *intactum gregem* intelligit *ἀδμήτους βόας* Homeri, qui *boves* vel *hostiæ injuges* vocantur Macrobio III. 5. hoc est, quæ nunquam domitæ ac jugo subditæ sunt. Inepti autem sacris erant, vel quia impium esset, boves aratores immolare, vel quia manu et labore rustico pollutos credebant: de quo Turn. XVIII. 2. *Taubmann.*

39 *Lectas de more bidentes*] *De more*, antiquo scilicet, quem prætermisit: quasi tunc omnibus notum, id est, ne habeant caudam aculeatam, ne linguam fissam, ne aurem nigram: per quod docet aliud esse *intactum*, aliud *lectum*. *Bidentes* autem, ut diximus supra, oves sunt circa bimatum, habentes duos dentes eminentiores: quæ erant aptæ sacrificiis. *Servius.*

Lectas bidentes] *Bidentes* dictæ oves, quod circa bimatum duos dentes haberent eminulos: unde et *ambidentes* dictæ. Glossarium *διδόντα πρόβατα* vocat: de quo eruditissime Scaliger ad Festum et Varron. pag. mihi 31. et 45. Neque oves tantum *bidentes* dici, sed et tauros et verres qui bimi sint, docet idem Scal. ad Cirin, et Agellius XVI. 6. Quidam (ut et Erythr.) putarunt *bidentes* dici, quasi *biennes*, immissa *d* litera. Porro oves ad sacrificium exceptæ proprie dicebantur *lectæ*, quemadmodum boves *egregii*, et porci *eximii*: de quo uberius Æn. IV. 57. et Ge. IV. 538. *Taubmann.*

42 *Euboicæ latus rupis*] Deest *est*, hoc est montis Cumani, quem Euboici habitaverunt. Est autem Acyrologia. Coloniæ enim epitheton rei

ledit immobili. *Servius.*

In antrum] In antri similitudinem: ut 'Portus ab Eoo fluctus curvatus in arcum.' *Idem.*

Excisum in antrum] Id est, in modum et similitudinem antri: ut Æn. III. 'Portus curvatus in arcum.' Æn. XI. 'Pellis in plumam conserta.' Æn. XII. 'Corripit in nodum.' Turneb. XXIV. 40. *Taubmann.*

43 *Quo lati ducunt aditus centum*] Non sine caussa et aditus et ostia. Nam Vitruvius, qui architectonica scripsit, *ostium* dicit per quod ab aliquo arcemur ingressu, ab ostiando dictum: *aditum*, ab adeundo, per quem ingredimur. *Servius.*

Ostia centum] Finitus numerus pro infinito: licet et possit rationabiliter dictum esse. Responsa enim Sibyllæ in hoc loco plus minus centum sermonum sunt. Inveniuntur tamen Apollinis elogia, et viginti quinque et trium sermonum. Unde et melius est finitum pro infinito accipi. *Idem.*

44 *Totidem voces*] Ac si diceret, tot sermones. *Idem.*

46 *Deus ecce, deus*] Vicinitate templi jam adflata est numine. Nam furentis verba sunt deum velle ostendere, qui ipsi tantum videtur. Sane cauti esse debemus, quando plena sit numine, et quando deum deponat. De Miseno enim post vaticinationem dictum est. *Idem.*

Deus ecce, deus] Vicinitate templi jam afflata est numine: nam furentis est, dæmonem ἀόρατον et inadspicuum illis velle ostendere. Ita Ovid. Met. XV. 'En deus est, deus est: animis linguisque favete, Quisquis adest, dixit.' Ejusmodi autem homines dicebantur *fanatici*, Græcis ἔνθεοι et θεοφορούμενοι, quod non sponte, sed numine ferrentur. De quibus Budæus ad Pandect. Vult autem hic cautos esse Trojanos, ut auscultent oraculis, antequam deum iterum deponat. *Taubmann.*

47 *Non color unus*] Idem Lucanus, 'Stat nunquam facies.' *Servius.*

Non color unus] Enthusiasmi descriptio: qualis et Ge. IV. 450. *Taubmann.*

48 *Comtæ comæ*] Antehac scilicet. Nam propter sacra resolutæ sunt, ut, 'Vittasque resolvit Sacrati capitis.' *Servius.*

49 *Rabie*] Sc. divinandi, et spiritu fanatico. *Taubmann.*

Fera corda] Ita vs. 79. 'tanto magis ille fatigat Os rabidum, fera corda domans.' *Idem.*

Rabie fera corda tument] Horat. od. I. 16. 'Non Dindymeæ, non adytis quatit Mentem sacerdotum incola Pythius.' An a terra oriatur illa animi concitatio disputat Cic. de divinat. l. I. *Emmeness.*

Majorque videri] Videbatur, sicut solebat in vaticinatione apparere per numinis præsentiam: quod humanis inludebat aspectibus. Unde ait, 'Majorque videri.' Non enim erat re vera. *Servius.*

Majorque videri] Incepit enim videri major Sibylla illusione dæmonis. Ita Seneca in Agamemn. 'Nunc levat in auras altior solito caput, Graditurque celsa.' Quippe afflati numine videbantur majores solito. Ita explicabis Catullum de Nupt. Pelei, qui de ministris afflatis Bacchi furore: 'Plangebant alii proceris tympana palmis.' *Cerda.*

50 *Nec mortale sonans*] Alia enim vox numinis est: ut, 'Nec vox hominem sonat.' Item, 'Vocisve sonus, vel gressus euntis.' *Servius.*

Afflata est numine] Nondum deo plena: sed adflata vicinitate numinis. *Idem.*

Afflata est numine] *Afflati* dicuntur vates, quomodo dæmonio sive spiritu, qui ventus quidam est, corripiuntur. Servius *afflatam* hic interpretatur, 'nondum Deo plenam, sed afflatam vicinitate numinis.' Nascim. autem contrarium ab ipso Poëta significari ait, cum addat; 'numine propiore dei:' quo nihil aliud velit intel-

ligi, quam præsentiam numinis in interiore corporis parte Sibyllæ. Unde vs. 79. 'si pectore possit Excussisse deum.' Nam *afflari* esse non tantum flatu contingi, sed et spiritu repleri: ut apud Ovid. Fast. VI. de tibia: 'Afflatam sensit habere sonum.' Ita Cicero pro Archia, 'Poëtas, ait, divino quodam spiritu afflari,' id est, repleri. *Taubmann.*

Quando] Siquidem: nam conjunctio est, nec dubium adverbium. *Serv.*

51 *Cessas in vota*] Tardus es ad vota facienda. Nam si dixerit *cessas in votis:* hoc significat, Tardus es, dum vota facis. Aliud est *cessas in illam rem*, aliud *cessas in illa re:* tardus es ad faciendam rem, et tardus es in facienda re. Figurate autem dixit, *cessas*, circa promittenda vota numinibus. *Idem.*

Cessas in vota] Nunquam hic vates est absque decoro. Vides ut libere Sibylla virum principem reprehendat, ex decoro religionis, cui subditi esse debent principes. Ita sup. 'Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit.' Visum mihi verba ipsa ducta ab Turpilio in Thrasyleone: 'Cesso occupare, et me in colloquium conferre horum?' *Cerda.*

52 *Tros*] Principale pro derivativo, pro *Troïus.* Servius.

Ante dehiscent] Trahit hoc de Matris deum templo: quod non manu, sed precibus aperiebatur. *Idem.*

Neque enim ante dehiscent] Par locus Æn. III. ubi post orationem istam, 'Da propriam, Thymbræe, domum,' Oraculi vox auditur. Par apud Senecam in Œdip. ubi etiam oraculum redditur post ista, 'Ut sacrata templa Phœbi supplici intravi pede, Et pias, numen precatus, rite summisi manus,' &c. *Cerda.*

53 *Attonitæ*] Stupendæ, non stupentis. Ergo *attonitæ*, facientis attonitos: ut, 'mors pallida,' 'tristis senectus.' *Servius.*

Attonitæ domus] Id est, stupendæ; vel reddentis attonitos, propter numinis præsentiam: ita *Mors* dicitur *Pallida:* S. Turnebus XXVIII. 44. *Attonitum*, inquit, non est dubium dici, ut Græce ἐμβρόντητον: sed hic de æde intelligo furiosa et fatidica et vaticinante, et Oraculum habente: quod furore concitatos præsagos futuri reddat. *Taubmann.*

Ora domus] Quia supra ait, 'Unde ruunt totidem voces responsa Sibyllæ.' *Servius.*

Ora] Fores antri: sic Ovid. Met. I. 281. *fontibus* dat *ora.* Emmeness.

54 *Conticuit*] Quasi regeretur a Numine, neque aliter posset. Ita Apulejus l. XI. 'Ad istum modum vaticinatus sacerdos egregius, fatigatos anhelitus trahens conticuit.' *Cerd.*

Per dura cucurrit Ossa tremor] Religionis est et divinæ et reverentiæ. Alibi, 'Ipse manu multo suspensum numine ducit.' *Servius.*

55 *Funditque*] In antiquis pene omnibus exemplaribus, *fundit* præsenti tempore scriptum est, pro *fudit.* Pierius.

Pectore ab imo] Mentis intimo, nec immerito: nam illa re divinitas flectitur, quæ est nobis cum divinitate communis, id est, sensu. *Servius.*

56 *Phœbe, gravis Trojæ semper miserate labores*] Secundum Homerum, qui eum dicit semper Trojæ propugnatorem fuisse: et bene ait, *miserate*, quia Troja defendi non potuit. Ideo non dixit, qui defendisti: sed miseratus es. *Idem.*

Phœbe, &c.] Pro Trojanis stetit Apollo; quod etiam Sil. Ital. l. XII. 'et ipse Delius avertet propiora pericula vates, Trojanos notus semper minuisse labores.' *Emmeness.*

57 *Dardana qui Paridis*] Achilles a matre tinctus in Styge palude, toto corpore invulnerabilis fuit, excepta parte qua tentus est: qui cum amatam Polyxenam, ut in templo acciperet, statuisset; insidiis Paridis, post simulachrum latentis, occisus est.

gitur, quod tenente arcum Paris direxerit tela: et irexti, quasi ad solum vulnerabilem locum. Dardana autem non adultero, sed genti prædicatur. Servius.

manusque] Vel quia aliud sine non potest: vel hoc dicit: per tela, et ut nosset quid at virtutem per manus de- ejus vota compleres. Idem.

direxti tela manusque Corpus s] Alludit Horat. od. IV. 6. nem proles Niobæa magnæ linguæ, Tytiosque raptor Trojæ prope victor altæ Achilles.' Verbo eodem uti- Met. XII. 'Certaque lethifiit spicula dextra:' et Sil. 'quæ nocturno mea lumine igis in patrium corpus.'

sagittas accipe. Nam Parisitarium utique Græci induod etiam notavit Ger. Homeilli dat καμπύλα τόξα. Ab Eu- Oreste dicitur τοξότας. Græmmentarii de hac ipsa his- τῷ τοῦ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ανδρος λάθρα τοξεύει τὸν Ἀχιλ- templo Thymbræi Apollinis ocis sagittam in Achillem con- Achille etiam Pindarus τόξοις ἀπὸ ψυχὰν λιπών: saanimam amisit. Calaber, ἰὸς, more Achillis. Cerda.

aside] Id est, Achillis, Æaci Pelei F. Achilles autem a maus in Stygem paludem toto invulnerabilis fuit, excepto quo manu matris tentus ac bene, direxti: quasi ad ulnerabilem locum. Statius: ygis amne severo Armavi: totinam!' Videatur Q. Calaet VIII. Is enim cum Po- Priami F. in templo Apollipere vellet, a Paride, post um latente, occisus est. Hinc postquam cecidit Paridis Phœbique sagittis.' Apollo autem semper stetit pro Troja, constantissimo Homeri testimonio. Taubmann.

Magnas obeuntia terras Tot maria intravi] Terras cingentia: Oceanus quidem ambit omnes terras: et licet iste per ea maria navigaverit, quæ terris cinguntur: tamen non dixit improprie, cum de Oceano ista nascantur. *Servius.*

59 *Tot maria*] Dicendo, *maria*, partes eum maris navigasse significat, non totum mare. *Mare* enim elementum est totum. *Maria* vero, partes sunt: sicut et *terræ*, partes sunt: *terra* vero totum elementum est. *Idem.*

Penitusque repostas] Longe remotas, avias. *Idem.*

Penitusque repostas] In Romano codice legere est, *Penique repostas*: hoc est, ad Pœnos usque, elocutione insolita: quare longe melius *penitus*; ut illud, 'Et penitus toto divisos orbe Britannos.' *Pierius.*

60 *Massylum gentis*] Massyli sunt Mauri. Unde speciem pro genere posuit. Nam Æneas ad Africam venit: cujus partem constat esse Massyliam. Mediterranea enim est pars Mauritaniæ. Unde a parte totum accipere debemus. *Servius.*

Pen. rep. Massylum gentis] Sic Sil. Ital. l. III. 'Quin et Massyli fulgentia signa tulere Hesperidum veniens lucis domus ultima terræ:' et l. XVI. 'Non tibi Massylæ gentes, extentaque tellus Syrtibus.' *Emmeness.*

Prætentaque Syrtibus arva] Circumfusa. Incerta enim illic sunt maria et terræ. Unde ait Lucanus, '*Æquora* fracta vadis, abruptaque terra profundo.' *Servius.*

61 *Italiæ fugientis*] Ita l. VII. 'Italiam sequimur fugientem, et volvimur undis.' *Cerda.*

Prendimus] Quippe *fugientem Italiam.* Servius.

Prendimus] Vide Æn. III. 496. et V. 629. *Taubmann.*

62 *Hac Trojana tenus*] Id est, hactenus, huc usque: id est, hic sit finis. Nam *tenus* proprie est extrema pars arcus, ut Plautus ostendit: unde tractum est, ut *hactenus*, hucusque significet. *Servius.*

Trojana] *Fortuna.* Ideo a præjudicio, id est, mala, adversa: et dicit iniquum esse, ut Trojanam fortunam patiantur in Italia. *Idem.*

Hactenus f. secuta] Id est, hucusque nos persecuta. Q. d. Hic sit finis Trojanæ illius calamitatis: nec eam experiamur in agro Italico. Æn. III. 493. *Taubmann.*

Hac] *Fini* subaudit Sanct. quem vide p. 300 et 348. *Emmeness.*

63 *Fas est parcere genti*] Quæ se victam fatetur. *Servius.*

Parcere] In codicibus aliquot antiquis, *parcite* legitur, deposcendi forma, quod forte non displiceat: quanquam *parcere* infinitivum sonat elegantius. *Pierius.*

64 *Quibus obstitit Ilium*] Ganymedes enim Hebæ obfuit: Paris Minervæ et Junoni. Cur autem cum dixerit, *Dique deæque omnes*, dearum tantum reperiamus exempla? non mirum est, cum supra dixerimus ἀρσενοθήλεις esse omnes deos. Possumus ergo et per unam rem utrunque intelligere, licet dicatur etiam Neptuno obfuisse Troja ex denegata mercede. Novimus præterea esse morem poëticum, ut duabus præpositis rebus uni respondeant: ut, 'Navita cum stellis numeros, et nomina fecit: Pleiadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton.' Nam suppresso numero dixit nomina. *Servius.*

Ilium, et ingens] Veteres plerique codices, *Ilion ingens* legunt: ut Ovidianum illud 'Ilion et Tenedos.' Sed enim magis Virgilianum est *Ilium, et ingens* legere, gratiore numero, et sententia dilucidiore. *Pierius.*

65 *Sanctissima*] Cur? quia vates, et præscia venturi. Illustro loco Athenæi l. IX. apud quem Nicander in Georgicis brassicam, μάντιν, id est, vatem cum vocet, ipse Athenæus rationem hujus rei reddens, ita ait: ὁ Νίκανδρος μάντιν κέκληκε τὴν κράμβην ἱερὰν οὖσαν: *Nicander brassicam, quæ sacra est, vatem appellavit.* Illam autem sacram esse probat testimonio Hipponactis. Sicuti ergo brassica, vates, quod sacra: potiore jure Sibylla, sacra, quod vates. Merito ergo, et suo jure Ovidius: 'Et sacri vates, et Divum cura vocamur:' et Ennius Poëtas *sanctos* appellat. *Cerda.*

66 *Præscia venturi*] Absolutum est, rerum venturarum. *Servius.*

Da] Dic: ut, 'Qui sit, da, Tityre, nobis.' Unde est e contra, 'Accipe nunc Danaum insidias.' Non enim aliquid præstare poterat, sed indicare futura. *Idem.*

Non indebita posco Regna meis fatis] Deest *Si.* Est autem εἱρμὸς, id est, longissimum Hyperbaton, Phœbe, et Vos dii deæque: tuque o vates da, id est, dic Latio Teucros considere, si non posco regna meis fatis indebita. *Dic* autem *considere*, id est, utrum possimus considere. Et verecunde ait, 'Non posco indebita,' cum certum constet regna deberi. *Idem.*

67 *Considere*] In Romano codice, *consistere* legitur. Et in primo Æneidos eandem hujus verbi varietatem ostendimus eo loco, 'Vultis et his mecum pariter Considere regnis?' nam aliquot exemplaria, ibi etiam *consistere* legunt. Sed enim *considere* omnino magis placet eruditis viris. *Pierius.*

68 *Errantesque deos*] Ut, 'Diis sedem exiguam patriis.' *Servius.*

Agitataque numina Trojæ] Aut mecum vexata: aut signa ξόανα dicit, id est, simulacra brevia, quæ portabantur in lecticis, et ab ipsis mota infundebant vaticinationem: quod fuit apud Ægyptios et Carthaginenses. *Idem.*

69 *Tum Phœbo et Triviæ*] Ut solet, miscet historiam. Nam hoc templum

... ab Augusto factum est: ... Augustus cohæret Julio, qui ... ducebat originem, vult ergo ... parentum vota solvisse.

... *de marmore templa*] Hoc est, ... solo lapide, ut Turnebus acci... quemadmodum et *μονόλιθον* in ... interpretatur, ut et supra, ... adamante columnæ:' et, ... elephanto.' Hoc vero tem... Augustus, ut ex veterum monu... constat, tanquam avitis nomi... noxius, et Æneæ voti reus, in ... posuit, et perfecit: ad quod ... Propert. l. IV. hoc versu: ... ubi navali stant sacra palatia ... Euandri profugæ procubuere ... ubi *navalem deum* vocat, quod ... devicta Ægypto, structuræ ... columnas æreas ex rostris na... per ignominiam subactis ... adimebantur, conflatas nun... et dicasset ad vota majorum ...: quod et respexisse videtur ... Georg. III. eo carmine: 'navali ... ære columnas.' *Germanus.*

... *Instituam*] In Romano co... *templum constituam* legitur. In ... Mediceo, *templum* quidem est, ... *instituam* verbum, ut etiam ad ... dies adcommodetur: *templa* ... etiam invenitur. *Pierius.*

... *Festosque dies de nomine Phœbi*] ... Apollinares dicit, qui secun... quosdam bello Punico secundo ... sunt: secundum alios, tem... ... Allano ex responso Martiorum ..., quorum extabant, ut Sibyl... responsa. *Servius.*

... *quoque magna manent regnis* ... *nostris*] Id est, coleris ut ... *manent* autem expectant.

... *Penetralia*] Secreta templorum. *Id.* ... *Tuasque*] Te quoque, o Sibylla, ... sunt in populo Romano et pos... eis, secreta templorum: in ... *Sortes* (κλῆροι, χρησμοί) et *Re-* ... *ive Oracula* tua religiosissime versabuntur. Quomodo autem *Libri Sibyllini* Romam venerint præter alios, docent Livius et Agell. I. 19. *Taubmann.*

72 *Tuas sortes*] Sibyllina responsa: (de quibus supra diximus) incertum est cujus Sibyllæ fuerint: quanquam Comanam Virgilius dicat, Varro Erythræam esse. Constat autem, regnante Tarquinio, quandam mulierem, quæ se *Amaltheam* diceret, obtulisse ei novem libros, in quibus diceret fata et remedia Romana: et pro his poposcisse trecentos philippeos, qui aurei tunc pretiosi erant. Quæ contempta, alia de tribus incensis, cum sex reversa est. Et trecentos poposcit, ac denuo contempta est: item tertio, aliis tribus incensis, cum tribus tantum reversa est: et accepit quantum poposcerat, hac ipsa re commoto rege, quod pretium non minuebat: tunc mulierem subito non apparuisse. Qui libri in templo Apollinis servabantur: nec ipsi tantum, sed et Martiorum, et Bigois Nymphæ, quæ artem scripserat Fulguritarum apud Tuscos. Inde addidit modo 'tuas sortes, arcanaque fata:' et hoc trahit poëta. Æneam tamen inducit quasi de præsenti dicentem oraculo. *Servius.*

73 *Lectosque sacrabo, Alma, viros*] Quia nisi patricii non fiebant. Sciendum tamen primum duos librorum fuisse custodes, inde decem, inde quindecim usque ad tempora Syllana, postea crevit numerus. Nam et sexaginta fuerunt, sed remansit in his quindecim virorum vocabulum. *Idem.*

Lectosque sacrabo, Alma, viros] Huc pertinent illa Lactant. I. 6. 'harum omnium Sibyllarum carmina et feruntur et habentur præterquam Cumææ: cujus libri a Romanis occuluntur; nec eos ab ullo nisi a quindecimviris inspici fas est.' Ad hunc versum consulendus Salmas. Plin. exerc. p. 78. qui asservata oracula Sibyllina in delubro Junonis in arca lapidea, cella

subterranea asserit. *Emmeness.*

74 *Foliis tantum ne carmina manda*] Ut Varro dicit, 'In foliis palmæ interdum notis, interdum scribebant sermonibus:' ut diximus supra. *Serv.*

Foliis tantum ne carmina manda] Folia enim vento turbata componi vix poterant. Ante usum chartarum in foliis palmarum primo scriptitatum, teste Plinio XIII. 11. et Alex. de dieb. gen. II. 30. In iis exarata fuerunt Cumææ vatis oracula, de quibus noster Æn. III. 444. 'Fata canit, foliisque notas et nomina mandat, Quæcumque in foliis descripsit carmina virgo.' Juvenal. Sat. VIII. 126. 'Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.' *Emmeness.*

Carmina] In antiquis omnibus exemplaribus, quotquot versare mihi contigit, *carmina*, non *nomina* scriptum inveni: quæ quidem lectio Servium non latuit. *Pierius.*

75 *Ludibria*] Παίγνια, ἀθύρματα. Horat. 'Ni ventis Debes ludibrium cave.' Vide Adag. *Sibyllæ folium.* Taubmann.

76 *Ipsa*] Pro *Tu*: et posuit pronomen ejus personæ, de qua loquimur, pro illius, cum qua loquimur. Est autem Græcum, nam dicunt αὐτὴ εἰπὲ, id est, *tu dic.* Servius.

Finem dedit ore loquendi] Hoc est, definivit ei, ut ore loqueretur, nec in foliis scriberet. *Idem.*

77 *Nondum patiens*] Quæ nondum posset implere oraculorum sermones, aut *dum* vacat; et est impatiens. *Idem.*

At Phœbi nondum patiens] Imitatur Lucanus Phars. v. Virgilium his versib. 'Spumea tunc primum rabies vesana per ora Effluit, et gemitus, et anhelo clara meatu Murmura: tum mœstus vastis ululatus in antris, Extremæque sonant domita jam virgine voces.' *Cerda.*

Nondum] Sentit Cujacius observat. XV. 5. vacare in Virgilio *dum*, ut pleraque in Poëtis ex Græcorum imitatione. Sed dici potest, hic n esse redundantiam, ut neque i sime in *οὔπω*. *Idem.*

78 *Phœbi, Bacchatur vates*] *bacchatur.* Idem enim est Apoll Liber pater, qui Sol. Unde ait nus, 'Cui numine mixto De Thebanæ referunt Trieterica chæ.' Unde in eorum sacri Phœbadum Baccharumque c tus. *Servius.*

Bacchatur] Id est, bacchanti furit. Vel, quia idem est Ba qui Apollo et Sol: ut docet M I. 18. Unde et in eorum sacr Phœbadum Baccharumque c tus. Etiam Eurip. Cassandram vocat, veluti ἔνθεον, θεόπνευστο βάδα, &c. Quin et Ulpianu *chari* ad fanaticos retulisse, Pimpontius. Ita *insanire*, pro cula promere, dixit Tertull. Des. Heraldum ad Arnob. l. I Hinc et Guntherus Ligurin 'Solis licet insanire Poëtis.'

Bacchatur] Quod est vaticin proprium: pro eo Lactant. I 'instinctu dæmonis percitus tit, effertur, insanit.' Apuleju l. VIII. 'inter hæc unus ex illi chatus effusius, ac de imis præ anhelitus crebros referens.' E

79 *Excussisse deum*] *Excuti* p de equis dicimus: quod inde quia Phœbus (id est Sol) equis Et nunc Sibyllam quasi e Apollinem quasi equitem in et in ea permanens translatio *cussisse* ait, ut, 'excussus Aco Item, 'Fera corda domans:' est equorum proprium, frem et stimulos: ut, 'Ea frena i Concutit, et stimulos sub p vertit Apollo.' Quod autem *magnum deum*, non re vera ad furentis ad effectum, id est, tis: ut, 'Summe deum, sancti Soractis Apollo.' Unicuique deus, quem colit, magnus v *Excussisse* vero *deum*, pro ex

tempus est pro tempore. Est autem Attica figura, qua nos uti non convenit: quia hac licenter utuntur poëtæ. *Servius.*

Si pectore possit Excussisse deum] Tentando an possit excutere Apollinem. Vel, bacchatur, et cum furore se exagitat, tentans an p. &c. Ita Æn. v. 679. 'excussaque pectore Juno est.' Tralatione autem perpetua hic Sibyllam inducit ut equum, Apollinem ut sessorem. Nam et Apollo, id est, Sol equis utitur: et in forma equi cultus traditur in Asia. *Taubm.*

Excussisse deum] Enallage temporis: præteritum pro præsenti. Qualia multa Sanct. Min. p. 49. *Emmeness.*

Fatigat] Exercet: superat. Describit οἰστρηλασίαν: et quæ Æliano οἴστρησις et οἴστρημα dicitur. *Taubm.*

80 *Fingitque premendo*] Componit: ut, 'Et corpora fingere lingua.' Componit autem ad moderationem certam dicendi. Diximus enim supra, omnia quidem videat: sed non omnia indicant sacerdotes. *Servius.*

Fingit] Subaudi, os. Ita Plautus Amph. 'meumque os fingit denuo.' Græci στομοῦν. Plato in Cratylo, στόμα πλάττειν, *formare os.* Germ.

Fingitque] Lucanus l. v. 'nec tantum prodere Vati, Quantum scire licet.' Vide Æn. III. 461. *Taubm.*

81 *Ostia jamque domus patuere*] Precibus scilicet, et quæ antea ostia erant patefacta, aditus esse cœperunt. *Servius.*

82 *Ferunt responsa*] Quia ut supra ait, 'Ora domus patuere.' *Idem.*

83 *Pelagi defuncte periclis*] Non liberate pelago, sed marinis periculis. Nam adhuc navigaturus est: sed sine ullo discrimine. *Defuncte* autem liberata. Nam dicimus functos officio, qui officia debita complerunt. Unde est et honoribus functi: hinc et *defunctos*, mortuos dicimus, qui compleverunt vitæ officia. Unde est, 'Et nil jam cœlestibus ullis Debentem.' *Idem.*

O tandem, &c.] Vaticinium Sibyllæ ad Æneam habet quoque Tibullus eleg. II. 5. Lege in illo. *Cerda.*

84 *Sed terræ*] Legitur et *terra*. Unum tamen est. *Servius.*

Terræ] In codicibus quibusdam admodum vetustis, *terræ* Genitivo casu legitur, subintelligendo *pericula:* veluti dixerat, 'Pelagi defuncte periculis.' Magis tamen placet *terra* adverbialiter. *Pierius.*

Sed terræ graviora manent] Locus omnino oppositus illi Æn. I. 'O passi graviora, dabit deus his quoque finem.' Et hic verbum *manent* opponitur verbo *defuncte:* id est, futura pericula, præteritis; et terra, mari. *Cerda.*

In regna Lavini] Alii *Latini* legunt, cujus tunc erant: sed quia divina loquitur futura, præoccupat. Postea enim *Lavinium* dicitur, licet possit ad Lavinum Latini fratrem referri, qui illic ante regnavit. *Servius.*

In regna Lavini] Vetera quædam exemplaria legunt, *et regna*, pro *in regna*, præpositione præterita: prout etiam factum statim in principio libri primi, 'Italiam fato profugus Laviniaque venit Litora.' Sunt et qui *Latini* legendum autument, Servio etiam super syllaba *Lavini* prima plurimum dubitante. In codicibus tamen omnibus antiquioribus *Lavini* scriptum observavi, præter nonnullos, in quibus *Latini* subdititia lectio est, priore abrasa dictione. Sed enim plura de hoc in VII. ubi versum illum, 'Exsulibusne datur ducenda Lavinia Teucris.' In codicibus quibusdam antiquis aliter legi ostensum est. *Pierius.*

85 *Mitte hanc de pectore curam*] Sunt qui hic legunt, *dimitte hanc pectore curam*. Vide Nobiliss. Heins. ad Ovid. I. 209. *Emmeness.*

86 *Horrida bella*] Quæ contra hospitem cognatumque suscepta sunt: ut Latinus dicturus est, 'Arma impia sumpsi, Promissam eripui.' *Servius.*

87 *Et Tybrim multo, &c.*] Ita in magnis cladibus. De Trojana hoc in primis celebratum Homero, et aliis. De conflictu Severi et Nigri Herodian. l. III. ait tantam utrinque editam stragem, ὡς καὶ τὰ ῥεῖθρα τὰ διὰ τοῦ πεδίου ποταμῶν ῥεόντων αἵματος πλεῖον, ἢ ὕδατος κατάγειν θάλασσαν: *ut flumina per eam planitiem decurrentia majore vi sanguinis quam aquarum in mare se volverent.* Cerda.

Spumantem sanguine cerno] Quasi non solum præsciat, sed prævideat, quod facturus est Turnus, ut 'Recalent Tyberina fluenta Sanguine adhuc.' *Servius.*

88 *Non Simois tibi, nec Xanthus*] Tyberinus et Numicus, in quem cecidit. *Idem.*

Nec Dorica castra] Græca: et re vera: nam Turnus Græcus fuit: ut, 'Et Turno si prima domus repetatur origo, Inachus Acrisiusque patres, mediæque Mycenæ.' *Idem.*

89 *Partus Achilles*] Turnum significat: et sic hoc dictum est, ut in Bucolicis, 'Alter erit tum Tiphys, et altera quæ vehat Argo Delectos heroas:' et hoc est, quod dicit, 'Obscuris vera involvens.' Nam licet vera sint, latent. Unde Apollo Λοξίας dicitur, id est, obliquus. *Idem.*

Alius Achilles] Positus Achilles pro hoste, ut Æn. II. Myrmidones, et Dolopes. Ita Aristoph. Vesp. Μῆδός τις, pro quovis hoste, nam Medi fuerunt hostes Græcorum acerrimi. Notat hoc tibi Scholiastes, cum ait: Μῆδος ἀντὶ τοῦ ἐχθροῦ: et addit rationem: πολέμιοι γὰρ Ἕλλησιν οὗτοι. Adi quæ ego Ecl. IV. ad illud, 'Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles:' ubi ego late: et adjunge adhuc positum Achillem pro quovis viro forti. Firmant hoc verba Procopii l. I. de Ædificiis Justiniani, ubi loquens de Justiniani imagine, ita ait: 'equo insidet æreum Regis simulacrum, statuæ persimile; Achillem vocant, propter figuram, quam refert.' Adi locum. Debet gloriari hanc Achilles suo Homero. *Cerda.*

90 *Natus et ipse dea*] De Venilia sorore Amatæ: ut, 'Cui diva Venilia mater.' Nec debet mirum esse Amatam fuisse mortalem, cum etiam Turnus Juturnæ frater mortalis fuerit Nam hæc fuerunt divina beneficia. *Servius.*

Addita Juno] Inimica. Est autem verbum Lucilii, et antiquorum: ut Plautus, 'Argus, quem quondam Ioni Juno custodem addidit.' *Idem.*

Addita] Multi quidem codices ex antiquis, *abdita* legunt: sed inemendate: *addita* vero vocabulum Lucillianum agnoscit Servius. *Pierius.*

Addita] Id est, infesta, et veluti affixa, explicatore Macrobio: nam Lucilius Sat. l. XIV. 'Si mihi non prætor siet additus, atque agitet me.' *Cerda.*

91 *In rebus egenis*] Per transitum ostendit famem futuram. *Servius.*

Rebus egenis] Petron. Satyr. 'sed inops, et rebus egenis Attritus.' *Cerda.*

93 *Conjux, iterum, hospita*] Nam et Paris ab Helena fuerat susceptus hospitio. *Hospita* autem more suo dixit. Et bene, ne aliquid imputetur Æneæ, quasi fatorum hoc esse prædicit. *Servius.*

95 *Tu ne cede*] Ne cedas: sed esto audentior quam tua te fortuna permittit. Et bene adversam fortunam docet virtute, aut vitari, aut minui, aut patienter sustineri. *Idem.*

96 *Quam*] In plerisque veteribus codicibus, *qua* legere est, quod forte non displiceat. Sed plus est *quam* dicere: quia id etiam adhortatur, ut fortunam ipsam superare contendat, quum ex altero ei tantum obsequendum præcipiatur. In quibusdam *quum* invenitur. *Pierius.*

Quam tua te] Aliqui legunt *qua*, cujus lectionis sententia erit, ut obsequatur fortunæ. Prætuli *quam*, contraria sententia; quam lectionem

quitur, aliique non pauci. ... locus Taciti Hist. II. ...t strenuos, etiam contra ... insistere spei.' Illustrabis ...nunc ab Erasmo, adagio, ...re. Cerda.

...tio, opportunitas. *Servius.*

... *minime veris*] Putat Mey- ... fluxisse Ovidii imitationem ... semper tibi pendeat hamus, ...so veris gurgite, piscis erit.'

...*tendetur ab urbe*] Propter ..., qui eum in Tusciam mis- ...archontem est. *Servius.*

...*dyto*] Locum vaticinationis *Idem.*

Sibyllæ] Bene addidit prop- tionem. *Idem.*

Sibylla] Multa quidem ex Græcis, quæ jure Latii do- ..., y in u commutarunt. In tamen codice, pleraque ex ...algo per u proferimus, per reperias; ut *Cymæa*, quod Mediceo est, et superius Contra vero, quæ usus y scribit, et enuntiat, ibi ...alem Latinam scripta esse, ...: quæ quum inconstanter ...a sint, bonam eorum par- ...arire consilium fuit. *Pier.*

...*endas*] Ita Pindar. Pyth. ...*μάντευμα*: *horrendum vati-* Cerda.

...] Ab hac vaticiniorum am- ...dictus est Apollo Λοξίας: et ... fatidica in epigr. λοχοτρό- ...ocles Sphingem vocat ποικι- ...*is canentem.* Tiresiam quo- ...atem inducit, *αἰνικτὰ καὶ* ...*igmatica et obscura.* Æschy- ...neth. *χρησμοὺς*, *oracula*, vo- ...*τρόπους*, *ἀσήμους*, *δυσκρίτους τ'* quod varia sint et difficil- ...ipiantur, dicanturque cum ... Plutarchus in opere de ...aculis, his attribuit περιφρά- ..., *ὑπόνοιαν*, *ἀμφιλογίαν*, *περι-* ...*αἰνίγματα*, *ἀσάφειαν*, *μυχὸν*, ex Sophocle etiam *αἰνικτήρια*: *periphrases, umbram verba plena suspectus, ambiguitatem, circuitionem, obliquitatem, obscuritatem, tenebras, ænigmata.* Philostratus l. I. de vitis Sophist. ait, Apollinem loqui *ὥσπερ σοφιστοῦ*, *instar Sophistæ.* Accinit Nazianzenus orat. 39. qui *τρίποδες δελφικοῦ σοφίσματα.* Tacitus Ann. II. 'Germanico per ambages, ut mos est oraculis, maturum exitium cecinisse.' Arnobius III. insultans gentibus: 'Divinationis scientiam largitur hariolantibus Pythius: et cur obliquata, et dubia? cur obscuritatibus submersa caligine dat sæpius, submonstratque omnia responsa?' Tullius Divinat. II. hæc oracula vocat, *falsa*, *casu vera*, *flexiloqua*, *obscura.* Idem.

Canit ambages] Hoc *σιβυλλίζειν* vocant. Ita Lucan. l. V. 'flexa sic omnia Tuscus, Involvens multaque tegens ambage canebat.' Inde et Apollo dicitur *Λοξίας*, id est, perplexus. Pacuvius: 'Flexa, non falsa autumare dictio Delphis solet.' Mart. Capella l. I. 'Quibus aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus,' &c. Et Lycophron in Cassandra, *δυσφάτους αἰνιγμάτων οἴμας*, *Dictionum sive Oraculorum inobservabiles Camœnas*, ut vertit Scalig. *Taubmann.*

Antroque remugit] Quia in antro est, ut 'Pulsati colles clamore resultant.' *Servius.*

Antroque remugit] Noster Æn. III. 92. 'et mugire adytis cortina reclusis.' Stat. Thebaid. 'Apollo Mugiat insano penitus seclusus in antro.' *Emmeness.*

100 *Obscuris vera involvens*] Vera et obscura confundens: est autem Hypallage, veris obscura inserens. *Servius.*

Obscuris vera involvens] Potuit imitari Homerum, qui, *ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα*: *mendacia multa proferens veris similia*: et Euripidem, qui in Oreste, *Καλοῖς κακοὺς λόγους ἑλίσσων*, *Bonis malos sermones invol-*

vens. Lucanus quoque l. v. 'flexa sic omnia Thuscus Involvens, multaque tegens ambage canebat.' *Cerda.*

Obscuris vera involvens] *Involvere* pro tegere: noster Æn. III. 197. 'Involvere diem nimbi.' Phædr. habet fab. IV. 6. 'sævum ingenium variis involvens modis.' Inde Ovid. *obscurum vatem* appellat VII. 761. 'Immemor ambagum vates obscura suarum.' *Emmeness.*

Fræna furenti Concutit] Ita Lucan. de Phœmonoe Pythia: 'nec verbere solo Uteris: et stimulos flammasque in viscera mergis. Accipit et frenos,' &c. Huc facit, quod Cælius XXI. 20. advers. Horatii, 'Et tragicus plerunque dolet sermone pedestri,' notat: vel quia Poëtæ furoris divini afflatu perciti vicem equi implent; equitis vero, insidens numen, sive is Apollo sit, sive Musa, seu quivis alius. Quod et in Sibylla hic servatur. *Taubmann.*

Ea fræna furenti concutit] Solebant teste Scheffero de re vehic. I. 13. equorum excitandorum gratia percutere ipsorum colla habenis, quod Pollux appellat ἀνακλάσαι τὸν αὐχένα ἐκ τοῦ χαλινοῦ: quod Sil. Ital. l. XVI. vocat *quatere.* Emmeness.

101 *Vertit*] In codicibus aliquot antiquis, *verset* habetur. Sed in hac sententia, melius est *vertit.* Pier.

102 *Cessit furor*] Non penitus recessit, sed paulatim cœpit imminui. Nam paulo post de Miseni morte dictura est: quod nunc procedit, si nec numen recessit. *Servius.*

Rabida] Vetera pleraque exemplaria, *rapida* legunt: quique lectionem eam volunt, *rabiem* inquiunt ex Aristotele in hominem non cadere, minus vero in Deum. Sed enim hoc alterius est negotii: nos superius habemus de hac eadem persona, 'Et rabie fera corda tument.' *Pierius.*

103 *Non ulla laborum*] Pro nulla, ut 'nullus aratro Cessit honos.' *S.*

104 *O virgo*] *O*, licet sit naturaliter brevis in Latinis sermonibus, apud Virgilium tamen pro longa habetur, ut hoc loco, *O virgo.* Item alibi, 'Quis te, magne Cato, tacitum.' Exceptis *ego:* ut, 'Ast ego quæ divum:' et *duo*, ut, 'Si duo præterea:' et *scio*, ut, 'Nunc scio quid sit amor:' et *nescio*, ut, 'Nescio quis teneros oculis mihi fascinat agnos.' Apud alios *o*, nisi in Græcis nominibus non producitur: quod et nunc sequi debemus. Dicunt tamen quidam, quod *o* tunc producitur in nominativo, quando et in genitivo producta fuerit: quod falsum est. Nam et Virgilius produxit *virgo*, cum *virginis* faciat, et Lucanus *Cato* corripuit, ut, 'Nos, Cato, da veniam,' cum *Catonis* faciat. Item *Juno* cum producat Virgilius, Statius corripuit. Sane sciendum adlocutionem hanc esse suasoriam cum partibus suis. Nam honestum est, quod dicit, se patrem requirere: utile, ut ab eo patriæ originem discat: necessarium, quia jusserat pater: ut, 'Ditis tamen ante Infernas accede domos:' possibile, quia ait, 'Quando hic inferni janua regis Dicitur.' Item, 'Potes namque omnia:' si omnia, etiam hoc. *Servius.*

Nova mi facies] Id est, species. Sciendum tamen *mihi* pronomen nunquam in Synæresim venire, ne incipiat esse blandientis adverbium: et licet quidam hujus loci nitantur exemplo, non procedit; vel quia unum est exemplum, vel quia potest esse etiam blandientis adverbium, *nihil* vero pro metri necessitate cogitur. Nam si pars sequens orationis a vocali inchoet, *nihil* dicimus, ut 'Heu nihil invitis fas quemquam fidere divis.' Si autem a consonanti inchoet, *nil* ponimus: ut Juvenalis, 'Nil tale expectes: emit sibi multa, videmus.' *Idem.*

Mi facies] Romanus codex, *mihi* semper eodem modo scribit, tam pro monosyllabo, quam pro soluta in duas syllabas dictione. *Pierius.*

Facies] Laboribus dat faciem, ut infra sceleribus: et Cic. 'faciem ho-

civitatis.' Alii amorum, lli, agri faciem, dixe- hæc Interpretum est.

ngit] Nomen est, non Nam inopinatam dico- m procedit. Opinatus b eo, quod est opinor; inor non dicimus, ideo s facit: sicut et nocens ust, quia invenimus no- innocens vero nomen, non dicimus, esse parti- otest. Nullum est enim quod et a verbo non it a sui verbi forma non lacita, licet placeor non men placeo invenimus: triumphata. Unde ge- natus et togatus nomina r: nullum enim verbum is reperitur. *Servius.*

præcepi, atque animo me- egi] *Præcepi*, ante cog- ro, vel a patre, qui ait, atque aspera cultu De- Latio est.' Dicit autem artim audisse, partim pisse. Sed occurrit: Si quid consulit numen? dicit omnia, quantum rtinet: et concedit to- um, ut ad illud veniat, trem videre. Nam quod ro, non solum dicit, sed ut, 'Unam posthabita o.' *Idem.*

In Romano codice, et lis antiquis, *præcepi* legi- lum est cum *animo me- gi.* Si vero *percepi* pla- ngobardico et in Medi- ante præpositio utrique applicanda, *Omnia ante* unia *ante mecum animo* ius.

cepi] Volunt Interpretes Stoicorum doctrina, qui ntem omnino debere re, ut nihil omnino im- provisum sibi accidat; sed omnia prius tanquam ex specula prævide- rit, et providerit. Muretus Var. v. 12. adducit locum ex Æschylo, ad quem videri possit Poëta contendisse. Ait Prometheus: *Καίτοι τί φημι; πάντα προὐξεπίσταμαι, Σκεθρῶς τὰ μέλλοντ', οὐδέ μοι ποταίνιον Πῆμ' οὐδὲν ἥξει*: *Sed quid hæc dico? omnia prænosco Optime quæ sunt futura, nec mihi im- provisum Malum ullum eveniet.* Allu- dit quippe Prometheus ad nomen suum. Tale illud Senecæ in Hippol. 'Ne metue clades fortiter fari aspe- ras, Non imparatum pectus ærumnis gero:' et Terentii in Phormione: 'Meditata sunt mihi omnia mea in- commoda:' et post pauca: 'Horum nihil quicquam accidet animo novum.' Hæc in Interpretibus sunt, ex quo- rum mente ego ista: nam mihi veri- similius est, Poëtam non tam ad Sto- icorum doctrinam contendisse, quam ad Heleni monita, quæ habentur Æn. III. Sed locum istum de malis præ- occupandis, ut leniora sint cum ve- niant, satis illustravi Æneid. l. II. *Cerda.*

106 *Quando*] Siquidem: et est con- junctio. *Servius.*

107 *Et tenebrosa palus Acheronte refuso*] *Paludem* pro *lacu* posuit. Nam Avernum significat: quem vult nasci de Acherontis æstuariis. *Palus* au- tem, bene iste produxit *lus*: quia *palus*, *paludis* facit, quod supra ple- nius diximus. Horatius corripuit: ut, 'Sterilisque diu palus aptaque re- mis.' *Tenebrosa* autem, nigra, per quod altam significat: ut, 'Nigra figit sub nube columbam,' id est, alta. *Idem.*

Acheronte refuso] *Acheron* fluvius dicitur inferorum, quasi sine gaudio: sed constat locum esse haud longe a Bajis, undique montibus septum: adeo ut nec orientem, nec occiden- tem Solem possit aspicere; sed tan- tum medium diem. Quod autem di- citur ignibus plenus, hæc ratio est:

omnia vicina illic loca calidis et sulphuratis aquis scatent. Sine gaudio autem ideo ille dicitur locus, quod necromantia vel sciomantia, ut dicunt, non nisi ibi poterat fieri: quæ sine hominis occisione non fiebat. Nam et Æneas illic, occiso Miseno, sacra ista complevit, et Ulysses, occiso Elpenore: quanquam fingatur in extrema Oceani parte Ulysses fuisse: quod ipse Homerus falsum esse ostendit ex qualitate locorum, quæ commemorat ex tempore navigationis. Dicit enim eum circa unam noctem navigasse; et ad locum venisse, ubi sacra perfecit. Quod de Oceano, non procedit: de Campania, manifestissimum est. Præterea a Bajo socio ejus illic mortuo, *Bajas* constat esse nominatas. Dicit etiam vidisse Herculem: ideo quia illic sunt *Baulia*, locus Herculis dictus quasi *Boaulia:* quod illic habuit animalia, quæ Geryoni detracta ex Hispania adduxerat. *Idem.*

108 *Ire contingat*] *Ut* minus est: *Ut ire contingat*, ut iter doceas. *Id.*

Ire ad conspectum cari genitoris et ora Contingat] In Romano codice, perpetuus ille modus, *ire*, pendet a verbo, *unum oro:* alio inde membro *et ora contingam* legitur. In aliquot etiam codicibus inemendate *contingit* enuntiativo modo positum est. Magis tamen placet *oro contingat ire*, quod etiam Servius agnoscit. *Pier.*

109 *Sacra ostia pandas*] Aut venerabilia, aut execranda: sicut de Tartaro dicturus est, 'Sacræ panduntur portæ.' *Servius.*

110 *Illum ego per flammas*] Meritum approbat patris, ut justum videatur esse desiderium. *Idem.*

Sequentia tela] Ut, 'Ardentes clypeos atque æra micantia cerno.' *Id.*

111 *Ex hoste recepi*] Liberavi: ut, 'Frugesque receptat.' *Ex hoste* autem, plus est quam si *ex hostibus* diceret, ut diximus supra. *Ex hoste* enim generaliter dicitur: *ex hostibus* partem ostendit: sicut dicendo *terram*, significamus elementum, *terras* vero singulas partes, ut Africæ, Italiæ. *Id.*

112 *Meum comitatus iter*] Non spe salutis, sed mei caussa: ut, 'Cede equidem, nec, nate, tibi comes ire recuso.' *Idem.*

Ille meum comitatus] Eurip. in Orest. συνεκόνει ἐμοὶ πόνοις. *Germanus.*

113 *Pelagique minas*] Quintilian. declam. 258. 'inter fluctus, et turbati maris minas.' Arator Poëta lib. II. 'Non pelagi cœlique minas.' Pari aura Propertius, *Nili minas* dixit eleg. III. 11. 'Et Tiberim Nili cogere ferre minas.' *Cerda.*

Cœlique ferebat] Ut ante morte præventus sit quam ferre desierit. Et mire imperfecto usus est tempore, ac si diceret: Adhuc si viveret, ferret. *Servius.*

114 *Invalidus*] Eurip. φροῦδος πρέσβυς. Sic Calab. de Nestore filium a Memnone cæsum ulcisci aggrediente: οὕνεκ᾽ ἄρ αὐτὸν Παιδὸς ἀποφθιμένοιο ποθὴ ποτὶ μᾶλλον ἄγεσκε Πὰρ δύναμιν. *Germanus.*

Vires ultra sortemque senectæ] Quia senectæ sors est quies et otium: sicut pueritiæ, ludus: amor, adolescentiæ: ambitus, juvenilis ætatis. Ergo aliud ferebat pater, quam sors exigebat senectæ. *Servius.*

115 *Ut te supplex peterem, et tua limina adirem, Idem orans mandata dabat*] In plerisque omnibus antiquis exemplaribus, inter hæc membra non habetur *et* copulativa particula: et *idem orans* varie legitur. Nam codices nonnulli *id memorans* legunt, quod hoc loco mihi videtur otiosum. Alii quidam, *id me orans.* Unde puto per librariorum inscitiam illud, *id memorans* emanasse. Mihi vero tam vulgata lectio *idem orans*, quam antiqua ea *id me orans* summopere satisfacit. *Pierius.*

116 *Orans mandata dabat*] Sic dictum est, ut, 'Et supplex tua numina posco.' Major enim ad impetrandum vis est eum rogare, qui possit jubere. *Servius.*

Mandata dabat] Ut, 'Hac casta Sibylla Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.' Lucz.

Orans mandata dabat] Hoc argumentum ad necessitatem contrahunt: aliqui, cum respectu ad ea quæ scripta sunt l. v. et quia hic mandata dicuntur, quibus ut filius pareat necesse est. Ego ad honestatem traduco, quia mandata non eam vim habeant, quam præcepta: imo sæpissime contineant mandata rationem benevolentiæ et obsequii. Cic. ad Q. Frat. 'tua mandata persequor diligenter.' Absit ut Quintus Marco præciperet senior. Itaque bene conjunxit Poëta 'orans mandata dabat.' Præterea, qui poterat pater filio præcipere ut adiret inferna, quod in filii potestate situm non erat? scio hoc extremum posse eludi. Cerd.

Natique] In antiquioribus exemplaribus, gnati, quod nonnulli alii corrupte genti scripsere. Probus autem Valerius hoc citato loco Metaplasmum esse ait, κατὰ πρόθεσιν. Quare Gnati scribendum, ut etiam in Mediceo codice habetur. Pierius.

118 Lucis Hecate præfecit Avernis] Hecate trium potestatum nomen est. Ipsa est enim Luna, Diana, Proserpina: sed solam Proserpinam dicere non potuit, propter lucos, qui Dianæ sunt. Item Dianam, quia Avernis ait. Unde elegit nomen, in quo utrumque constabat. Unde Lucanus de Proserpina ait, 'Hecate pars ultima nostræ.' Servius.

Hecate] Adi Lilium, et Natalem iii. 15. Quid illis addam ad cognitionem hujus Deæ, nihil habeo. C.

119 Si potuit Manes] Nititur exemplis, quæ inferiora sunt per comparationem: ut ipse videatur justius velle descendere. Nam Orpheus revocare est conatus uxorem: hic vult tantum patrem videre. Orpheus autem voluit quibusdam carminibus reducere animam conjugis: quod quia implere non potuit, a poëtis fingitur receptam esse conjugem perdidisse, contra legem Plutonis: quod etiam Virgilius ostendit: dicendo arcessere quod evocantis est proprie. Servius.

Manes arcessere] In antiquis Manes non Manes in Romano et aliquot: alii accersere. Utrumque vero accerso et arcesso recte dici alibi ex antiquis Grammaticis ostendimus. Pierius.

Manes conjugis] Pathos ab exemplo. Nam indignum videtur negari sibi, quod aliis indultum est. Deinde augmentum a causa disparis. Manes illic conjugis, hic patris: illic, arcessere, hic, videre, &c. Videatur Macrob. iv. 5. Fabulam de Orpheo habes G. iv. Taubmann.

120 Fidibusque canoris] Bene sonantibus chordis. Fidibus autem est a nominativo hæc fidis, ut sit pyrrhichium. Nam fides iambus est. Serv.

Fidibusque] Singulari utuntur Persius Sat. vi. 'Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ:' et Hor. od. i. 27. 'fide Teia Dices,' &c. Emmeness.

121 Si fratrem Pollux alterna morte redemit] Ut diximus supra, Helena et Pollux de Jove nati immortales fuerunt. Nam Castor Tyndarei filius fuit: cujus mortem suo interitu fraterna pietas redemit. Quod ideo fingitur, quia horum stellæ ita se habent, ut, occidente una, oriatur altera: et iterum exemplum per comparationem: quod quia pium est, se ad frequentiam contulit dicendo, 'Itque reditque viam toties.' Serv.

Alterna morte] Minucius Felix Octavio: 'Castores alternis moriuntur, ut vivant.' Noster in Ciri: 'Illi etiam alternas sortiti vivere luces Tyndaridæ.' Martial. etiam epigr. x. 51. Castorem alternum dixit, hoc est, ἑτερήμερον. Castor et Pollux fratres fuere, e Leda geniti; hic patre Jove, ille Tyndaro: inde factum, ut hic immortalis esset, ille mortalis. Pollux autem pro fratre orans impetravit, ut, communicata immortali-

tate, alternis viverent. Quod ideo fingitur: quia horum stellæ, id est, sidus Geminorum, ita se habent, ut occidente una, oriatur altera. Aliter tamen hæc Eustath. ad Hom. Odyss. Λ. Videatur Pind. Nem. x. et Pyth. xi. *Taubmann.*

Alterna morte] Inde Pindaro Nem. x. παρ' ἀμέραν vivere dicuntur, et Lycophron appellat ἡμιθνήτους. Fabula est 80. apud Hyginum: alludit Stat. Theb. l. viii. '(Quid enim mihi nuntius ambas Itque reditque domos?) emittam, et utrumque tenebo Tyndaridem.' Sil. Ital. l. xiii. 'Victuram hinc cernit Ledæi Castoris umbram, Alternam lucem peragebat in æthere Pollux.' *Ire viam* noster Ge. iii. 77. et iv. 108. *ire iter.* Quæ illic notata, vide. Ovid. Fastor. i. 126. 'It redit officio Jupiter ipse meo.' Ad hunc consule Nob. Heinsium. *Emmeness.*

122 *Quid Thesea*] Durum exemplum. Unde nec immoratus est in eo. Dicit autem inferos debere patere pietati, qui patuerunt infanda cupienti. Nam hic ad capiendam Proserpinam ierat cum Pirithoo: et illic retentus luit pœnas: ut, 'Sedet æternumque sedebit Infelix Theseus.' *Servius.*

Quid Thesea] Theseus, Ægei Atheparum regis filius, cum Pirithoo, Ixionis filio, ad inferos descendit ad rapiendam Proserpinam, ubi comprehensi et vincti sunt: Theseus tamen ab Hercule liberatus; sed alter occisus fuit. Dicit igitur: Si inferi sacrilego patent, quidni homini pio pateant? Censuram hujus loci vide apud Agell. x. 16. *Taubmann.*

Magn. Quid mem. Alciden] Melius sic distinguitur: licet quidam legant, *Quid Thesea magnum:* ut epitheton ei dent, qui per se non est magnus: nam Herculem etiam sine epitheto *magnum* intelligimus. Sed melius est *magnum* dare Herculi, quam sacrilego. *Servius.*

123 *Alciden*] Hercules Cerberum rapturus descendit. Ita Ovid. Met. iv. 4. 'Est via declivis, per quam Tyrinthius heros Restantem, contraque diem radiosque micantes Obliquantem oculos, nexis adamante catenis Cerberon attraxit,' &c. De rebus gestis Herculis et Thesei copiose Herodot. et Plutarch. *Taubmann.*

Et mi genus ab Jove summo] Occurrit tacitæ quæstioni: tanquam Sibylla dixerit, Sed ii enim qui descenderant, a diis ducebant originem. *Serv.*

Et mi genus ab Jove summo] Hic propter egregias personas non habuit Æneas, quod minueret, vel quod augeret; verum quod in illis elucebat, hoc sibi jactat cum iis commune: nempe quod æque genus suum ab Jove ducat. Macrob. iv. 5. *Taub.*

Mi] Sic Juvenal. Sat. x. 8. 'Pallidulus mi, &c. fuit obvius.' *Emm.*

124 *Arasque tenebat*] Rogabant enim deos, ararum ansas tenentes. *S.*

Arasque tenebat] Precantes aram tenebant: unde Varro Rerum divin. l. v. *aras* primum *ansas* ait dictas. Ita Æn. iv. 219. item xii. 'Tango aras: medios ignes et numina testor.' Macrob. iii. 2. *Taubmann.*

Arasque tenebat] 'Sumtis in manu altaribus,' inquit Justinus xxiv. 2. 'precabantur jurabantque veteres.' Ad illum locum vide Bernegg. *Em.*

125 *Sate sanguine divom*] Unde Æneas desiit, inde hæc sumpsit exordium. *Servius.*

126 *Facilis descensus Averno*] Legitur *Averni* et *Averno*, id est, ad Avernum: sed si *Averni*, inferorum significat: et lacum pro inferis posuit. *Idem.*

Facilis descensus Averno] Seneca in Furent. pluribus: Nec ire labor est; ipsa deducit via. Ut sæpe puppes æstus invitas rapit: Sic pronus aër urget, atque avidum Chaos: Gradumque retro flectere haud unquam sinunt Umbræ tenaces.' In Græco epigr. Εἰς 'Αΐδην πάντεσσι κατάβασις. *Cerda.*

paradiso patet atri ja-
it, omni tempore la-
mundant, et hoc poë-
nomiæ ex majore
magne docent infero-
: esse quidem pœnæ.
rum quem ponamus
terrris esse dicuntur
media vero terra est
bus patitur, nec con-
m si in medio mundi
esse profunditas non
to sui habent inferos,
dicitur Tartarus, de
lis patet in præceps
m sub umbras, Quan-
m cœli suspectus O-
p hanc terram, in qua
fieros voluerunt, quia
sulorum infima: pla-
nt septem, Saturni,
Solis, Veneris, Mercu-
: duorum magnorum.
habemus, 'Et novies
coërcet.' Nam novem
r terra. Ergo omnia,
a finguntur, suis locis
ibimus. Quod autem
atri janua Ditis, &c.'
tum est, aut secundum
altam scientiam, qui
t bene viventium ani-
res circulos, id est, ad
redire, quod dat Lu-
je, 'Ut vidit quanta
nt Nostra dies;' male
diutius in his permo-
s permutatione diver-
l inferos semper. *Serv.*
ius *æquus amavit Jup-*
nera hominum dicit ad
remeare: quos diligit
, hos quos in ortu be-
aspectus irradiat. Ju-
at enim quæ Sidera te
lo primos incipientem
:' quos prudentia sub-
hoc est, 'Aut ardens
ra virtus.' Item reli-
lis genitos dixit. Con-

sequens enim est, ut deorum sobolas reliquentibus verset. *Idem.*

131 *Dis geniti*] Quia corporibus se infundebant potestates superum. Unde Heroës procreabantur. *Idem.*

Tenent media omnia silvæ] Causam reddit, cur non facilis sit animorum regressus, quia omnia polluta et inquinata sunt. Nam per silvas, tenebras et lustra significat, in quibus feritas et libido dominatur. *Idem.*

132 *Cocytusque sinu labens circumvenit atro*] Fluvius inferorum, dictus ἀπὸ τοῦ κωκύειν, id est, lugere. Nam Homerus sic posuit. Est autem locus vicinus Acheronti: de quo diximus supra. Qui ideo luctuosi esse finguntur, quia, ut exposuimus in primis partibus libri, hæc sacra, morte hominis faciebant. *Idem.*

Circumvenit] In antiquis omnibus exemplaribus, quotquot versare contigit, uno excepto scriptum legi, *circumvenit*: vulgata quidem lectio, *circumfluit*, minime displicet. Sed tot codices variis locis et ætatibus scriptos, non temere convenire credendum est. *Pierius.*

Cocytusque] Græce κωκυτὸς, quod a κωκύειν, cum gemitu *flere* atque *ejulare*, ut observat Torrent. ad Horat. od. II. 14. ubi meminit hujus infernalis fluvii: 'Visendus ater flumine languido Cocytus errans.' *Emmeness.*

134 *Bis Stygios innare lacus*] Modo, et post mortem. Quod autem dicit Ovidius, Æneam inter deos relatum, non mirum est. Nam, ut supra etiam diximus, necesse est, etiam relatorum inter deos apud Inferos esse simulacra: ut Herculis, Liberi patris, Castoris et Pollucis. Multi hoc non videntes, ad Sibyllam referunt, ut dicat: Vis me bis inferos cernere: modo: *et me cum lucis Hecate præfecit Avernis*: quod est paulo post dictura: quod si est, non *bis* hæc, sed tertio Infernos cernet; nam quandoque etiam ipsa morietur. Item hi supradictam non videntes rationem, [illegible]

de se Sibyllam dicere. Nam si de Ænea dicat, non eum prævidet deum futurum: quod si est, caruit numine, et quemadmodum est de Miseno, vaticinatura? Unde referre nos debemus ad i l, ut dicamus etiam post apotheosim apud Inferos remanere simulacra. *Stygios lacus. Styx* palus quædam apud inferos dicitur: de qua legimus, 'Di cujus jurare timent, et fallere numen.' Quod secundum fabulas ideo est, quia dicitur Victoria, Stygis filia, bello Gigantum Jovi favisse: pro cujus remuneratione Juppiter tribuit, ut dii jurantes per ejus matrem, non audeant fallere. Ratio autem hæc est: *Styx* mœrorem significat; unde ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ, id est, a tristitia, *Styx* dicta est. Dii autem læti sunt semper, unde etiam immortales. Quia ἄφθαρτοι καὶ μακάριοι, id est, sine morte beati. Hi ergo quia mœrorem non sentiunt, jurant per rem suæ naturæ contrariam, id est, tristitiam, quæ est æternitati contraria. Ideo jusjurandum per execrationem habent. *Servius.*

Bis Stygios innare lacus] Semel vidisse scimus Æneam inferorum regna, cum Sibylla descendens: nam Divis adscriptus. Inde Ovid. Met. XIV. 590. 'satis est inamabile regnum Adspexisse semel, Stygios semel isse per amnes.' *Emmeness.*

135 *Tartara*] Locus inferorum profundus: de quo Lucanus ad inferos dicit, 'Cujus vos estis superi.' *Serv.*

Tartara] Abyssus inferorum profundissima: unde Lucanus ad Inferos dicit, 'Cujus vos estis superi.' Plutarch. a frigore deducit, et ταρταρίζειν *tremere* interpretatur. *Taub.*

Insano] Magno. *Servius.*

136 *Accipe, quæ peragenda prius*] Si vis, inquit, reverti, audi observationis præcepta. Et sub imagine fabularum docet rectissimam vitam, per quam animabus ad superos datur regressus. *Idem.*

Latet arbore opaca Aureus] Licet de hoc ramo, hi, qui de sacris Proserpinæ scripsisse dicuntur, quiddam esse mysticum affirment, publica tamen opinione hoc habet: Orestes post occisum regem Thoantem in regione Taurica, cum sorore Iphigenia (ut supra diximus) fugit: et Dianæ simulacrum, inde sublatum, haud longe ab Aritia collocavit. In hujus templo post mutatum ritum sacrificiorum, fuit arbor quædam, de qua infringi ramum non licebat. Dabatur autem fugitivis potestas, ut, si quis exinde ramum potuisset auferre, monomachia cum fugitivo templi sacerdote dimicaret. Nam fugitivus illic erat sacerdos, ad pristinæ imaginem fugæ. Dimicandi autem dabatur facultas, quasi ad pristini sacrificii reparationem. Nunc ergo istum inde sumpsit colorem. Ramus enim necesse erat; ut unius causa esset interitus, unde et statim mortem subjungit Miseni; et ad sacra Proserpinæ accedere, nisi sublato ramo, non poterat. *Inferos* autem *subire*, hoc dicit sacra celebrare Proserpinæ. De reditu autem animæ hoc est: Novimus Pythagoram Samium vitam humanam divisisse in modum Υ literæ, scilicet quod prima ætas incerta sit, quippe quæ adhuc se nec vitiis, nec virtutibus dedit. Bivium autem Υ literæ a juventute incipere: quo tempore homines aut vitia, id est, partem sinistram; aut virtutes, id est, dextram partem sequuntur. Unde ait Persius, 'Traducit trepidas ramosa in compita mentes.' Ergo per ramum virtutes esse sectandas, qui est Υ literæ imitatio. Quem ideo in silvis dicit latere: quia re vera in hujus vitæ confusione, et majori parte vitiorum, virtus et integritas latent. Alii dicunt ideo ramo aureo inferos peti, quod divitiis facile mortales intereunt. Tiberianus, 'Aurum quo pretio reserantur limina Ditis.' *Servius.*

137 *Aureus ramus*] *Aureo ramo* significatur *Ratio* vel potius *Prudentia*,

Plato discretam a reliquis vir- oculum mentis vocabat: et hil non, quantumvis arduum, potest. Prudentiæ igitur prælucente homo potest ab remeare, id est, vitiis declina- Virtutem redire. Nam per n, qui literæ illius Pythagoricæ tio et imago est, innuit Poëta, es esse sectandas. Quem qui- lamnum ideo *in silvis et vallibus is latere* dicit, quia revera in vitæ confusione, ex majori vi- parte Virtutis integritas latet: ita abstrusa paucis obvia est et lis. Videatur etiam Erasmus le Copia, item P. Crinitus x. 6. ann.

o vimine] Flexili: ut 'Lenta torno facili superaddita vitis.' gravi. *Servius.*

Junoni infernæ] Proserpinæ: erra Jovi Stygio.' *Idem.*

tus] Dicatus. *Idem.*

ni infernæ] Pari circumflexione s, 'Stygiæque severos Junonis ses.' Idem: 'Jam complexa crinem tenet infera Juno:' ns: 'comites Junonis Avernæ.'

ni infernæ dictus sacer] Id est, rpinæ sacratus vel dicatus. Si Pluto dicitur Juppiter Stygius: t conjux ipsius, Juno. Turn. t. 48. *Taubmann.*

Et obscuris claudunt convallibus] Re vera nemus Aricinum den- st. *Servius.*

Sed non ante datur] Sive justis njustis: sic intelligentes remo- us quæstionem. Hinc enim '*Longo post tempore visum.*' enim quod dicit descendisse s, ramum quoque depositum ignificat. *Idem.*

luris operta] Secundùm eos, qui t inferos in medio esse terra- quos Juvenalis dicit putari esse rris: ut, 'Esse aliquos manes terranea regna.' *Idem.*

Telluris operta] Signate dixit, *operta*. Constat Bonam deam et Tellurem eadem esse. Ubi autem Bonæ deæ fiebat mentio, *opertum* vocabant, quo viris ingredi nefas erat. Cic. ad Attic. I. 'Quasi in operto dicas fuisse.' Et in Paradoxis: 'Ut, si in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares.' Muret. Var. XIV. 2. *Taubmann.*

141 *Decerpserit*] In codicibus aliquot antiquis *discerpserit* scriptum est, avellendus enim erat ramus: objectaturque ita in conficiendo negotio difficultas, quum *decerpere* minus laboris quodammodo polliceatur. Plura tamen exemplaria manu scripta, *decerpserit* habent. *Pierius.*

Auric. quam quis decerps. arb. f.] De hoc ramo aureo Ov. Met. XIV. 113. 'et auro Fulgentem ramum silva Junonis Avernæ Monstravit jussitque suo devellere trunco.' *Emm.*

142 *Pulchra*] Quæ rapi meruit. *Servius.*

Suum] Sibi charum. *Idem.*

143 *Non deficit alter*] Ne diceretur, ab iis, qui primo descenderunt, esse sublatum. *Idem.*

144 *Frondescit*] In naturam redit: et honeste locutus est dicens, 'Habet frondes sui metalli.' *Idem.*

Et simili frondescit virga metalli] Ad hunc locum vide Cl. Gronov. Observ. I. 11. ubi Servii interpretatio, *sui metalli* quid velit, edocet: dici *suum aurum, sua poma, sui rami*, pro nativo, pro eo quod est τὸ οἰκεῖον καὶ ἰθαγενές. De fruticibus aureis, et metallis frondentibus mentionem infert Solinus c. 24. ad quem locum consule Salmas. p. 292. *Emmeness.*

145 *Alte vestiga oculis*] Require omni intentione. *Servius.*

Rite repertum Carpe] *Rite carpe*, id est, cum observatione: non *rite repertum*. Idem.

147 *Si te fata vocant*] Hoc est, si quem fata vocant, facile sequetur. *Id.*

Non] In Romano codice, *nec:* ut sit repetitio cum eo, quod sequitur,

Nec duro poteris convellere ferro. Sed magis placet *non*, ut in reliquis habetur. *Pierius.*

148 *Poteris*] Poterit quis. Tertiæ enim personæ significationem ad secundam transtulit, et generaliter loquitur. Nam ut de Ænea dicat, non procedit. Si enim dubitat, caret deo: nec potest de Miseno vaticinari. *Id.*

Duro ferro] Et genus esse potest et species. *Idem.*

149 *Præterea*] Ac si diceret, Est et alia opportunitas descendendi ad inferos, id est, Proserpinæ sacra peragendi. Duo autem horum sacrorum genera fuisse dicuntur. Unum Necyomantiæ, quod Lucanus exequitur: et aliud Sciomantiæ, quod in Homero, quem Virgilius sequitur, lectum est. Sed secundum Lucanum, in Necyomantia ad levandum cadaver sanguis est necessarius: ut, 'Pectora tunc primum ferventi sanguine supplent.' In Sciomantia vero, quia umbræ tantum est vocatio, sufficit solus interitus. Unde Misenus in fluctibus occisus esse inducitur. *Idem.*

Jacet] Vox cadaverum. Sophocl. in Elect. θανὼν ἔκεισο: *mortuus jaceres.* Notanda periphrasis: *corpus exanimum* pro cadavere. *Cerda.*

Tibi] Ideo addidit *tibi*, ne *Amici* posset etiam ad Sibyllam referri. *Servius.*

150 *Incestat*] Polluit, et *incestus* est quæcunque pollutio. *Idem.*

Incestat] Non semper hoc verbum respicit propudiosas nuptias inter affines: nam Servius: 'incestus est quæcunque pollutio:' et Festus ad quodcunque facinus torquet: 'Incestus a Græco trahitur, nam illi facinus dicunt ἀνήκεστον.' Magnum pondus Tibullus, qui: 'Nunc feror incestus sedes adiisse Deorum.' Denique cum *incestus* dictus sit, auctore Isidoro, quasi non castus, fit perinde, ut de his dici possit, de quibus vox hæc *castus:* atqui *caste* dicuntur fieri, quæ ex more et ritu sacrorum. Unde Lucretius l. I. loquens de Iphigenia: 'Sed casta inceste, nubendi tempore in ipso, Hostia concideret mactatu mœsta parentis.' Hoc est, explicatore Germano, *particulariter, et præter fas et morem.* Cerda.

Incestat] *Incestum* dicitur flagitium in affines admissum, sed, teste Nonio Marc. c. 6. *incestare* est funere polluere. Infaustum enim videbatur et mali ominis, si quis corpus socii insepultum reliquisset, ut Herald. adversar. I. 9. *Emmeness.*

151 *Pendes*] Sollicitus es: ut, 'Ipse manu multo suspensum numine ducit.' Et proprie *pendere* est desiderare aliquid audire: ut, 'Pendetque iterum narrantis ab ore.' *Serv.*

152 *Sedibus hunc refer ante suis*] Apud majores (ut supra diximus) omnes in suis domibus sepeliebantur. Unde etiam umbras, *larvas* vocamus. Nam Dii penates alii sunt. Inde est, quod etiam Dido cenotaphium domi fecit marito. Ergo aut secundum istum locutus est morem, quamvis adhuc Trojani domos non haberint: aut dicit, Refer hunc naturalibus sedibus, id est, terræ: nam in aqua perierat. Verum tamen illud est, ut intelligamus eam dicere *Sepeli eum:* nam Sepulchrum *sedes* vocatur. Horatius, 'Nulla certior tamen Rapacis orci fine destinata Aula divitem manet Herum.' Virgilius, 'Et nunc servat honos sedem tuus, ossaque nomen.' Persuadet autem sepulturam, ut possit recentis cadaveris uti anima: ut ait Lucanus, 'Non in tartareo latitantem poscimus antro, Assuetamque diu tenebris: modo luce fugata Descendentem animam primo pallentis hiatu Hæret adhuc orci.' *Idem.*

Sedibus hunc refer ante suis] Servius putat attingi morem, quo olim mortui in suis ædibus condebantur, quod hic tamen necessarium non est. Nam neque hoc perpetuum fuit, dicente Poëta in XI. de mortuis corporibus,

s tollunt in agros.' Neque placitum boni judicii homi- hic per *sedes suas* terram iunt condendis mortuis des- Quam explicationem se- so eligit Servius ipse. Pli- 55. loquens de mortuis: nde sedes, quantave multi- seculis animarum velut um- ubi *sedes* capit pro loco, e animæ. *Cerda.*

spulcro] Non est tautologia. t, videlicet, refer ad sepul- relato terram injice, nam condo. Græcis sepulcra ntur, παρὰ τὴν ἐπιχεομένην ἐς ἔραν, ut scribit interpres in Pharmac. id est, *ab ea de injiciebatur terra:* et hoc ἱρεῖν, id est, *condere*, idem n.

se nigras pecudes] Lucr. l. nigras mactant pecudes, et Divis Inferias mittunt.' l.

piacula sunto] Ad expiatio- lutionis, quæ fuerat nata iseni. *Servius.*

] 'Ἀφοσιώσεις, καθάρσεις, ἀγ- Inde et *piaculare sacrum* Li- ιτήριον. *Germanus.*

s demum] Ad prostremum: ovissime. Et hæc particula l Virgilium, quam apud om- eos auctores hoc significat, liis diversa significet. *Serv.*

Stygios regna invia vivis Aspi- eca scripsit de ritu et de sa- yptiorum: hic dicit circa extremam Ægypti partem m, quem *Philas*, hoc est, ocant: ideo quod illic est ab Ægyptiis Isis: quibus ur, quod membra mariti non inveniebat, quem frater occiderat. Quæ inventa, um sepelire vellet, elegit paludis tutissimum locum, situ constat esse difficilem: im est et papyris referta et alta. Ultra hanc est brevis insula inaccessa hominibus. Unde ἄβατος appellata est. Lucanus, 'Hinc Abatos, quam nostra vocat veneranda vetustas.' Hæc palus *Styx* vocatur, quod tristitiam transeuntibus gignit. Sane ad illam insulam, ab his, qui sacris imbuti sunt, certis transitur diebus. Lectum est etiam, quod vicini populi cadavera suorum ad alteram regionem transferunt: sed si quis forte in fluvio pereat, nec ejus inveniatur cadaver, post centum ei annos ultima persolvuntur officia. Hinc est tractum, 'Centum errant annos, volitantque hæc litora circum.' *Idem.*

Stygios regna invia] Antiqua omnino pleraque exemplaria legunt, *Lucos Stygios et regna invia vivis:* ut sit versus ejusdem generis cum eo, 'Aut ovium fœtus, aut urentis culta capellas.' Sed enim ego hæc libentius missa fecerim: ni quibusdam sit obsequendum, qui sibi omnia qualiacunque sint, ex antiquorum codicum fide flagitant explicari. Sunt vero etiam codices manu scripti, in quibus *lucos Stygis et regna invia* legatur. Sed enim ea omnino lectio probabilior, quæ in Mediceo, atque aliquot aliis absque copulativa particula, *Regna invia* appositive scriptum ostendit. *Pierius.*

Regna invia] Quæ contra naturam fiunt, non afferunt præjudicium generalitati. Unde ait, *Invia regna*, licet Hercules et alii transierint: et sit transiturus Æneas. Sed dictum est illud: 'Evaditque celer ripam irremeabilis undæ.' *Servius.*

155 *Press. obm. ore*] Plato: ἐπεστομίσθη. *Germanus.*

156 *Mæsto vultu*] Propter mortem amici, et rami inquisitionem. *Serv.*

Defixus lumina] Defixa lumina habens: per quod tristitia mentis ostenditur. *Idem.*

Mæsto defixus lumina vultu] Egregie hic Pontanus annectit Juvenal. Sat.

IV. 'Deprendas animi tormenta latentis in ægro Corpore, deprendas et gaudia: sumit utrunque Inde habitum facies.' *Cerda.*

157 *Ingreditur*] Pro *graditur:* vacat præpositio: ut, 'Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit.' *Servius.*

Ingreditur] Quia Servius *ingreditur* pro *graditur* positum ait, ita ut *in* vacare innuat, fuere nonnulli, qui vetusta abrasa lectione in exemplaribus manu scriptis, *egreditur* facerent. Sed enim *ingredi* pro *ire*, non tam apud Poëtas, quam etiam apud Oratores, sæpe reperitur. *Pierius.*

159 *Paribus curis vestigia figit*] Aut simili solicitudine detentus incedit: aut *figit vestigia*, id est, stat subito: quod cogitantes facere consueverunt. *Servius.*

Paribus curis] Id est, συμπάσχων. Est hoc πρέπον veri amici: 'quia tristitiæ communicatio mœrentis animi quædam quasi allevatio est.' Verba sunt Achillis Alexand. l. VII. de Clitoph. et quidem allusum ad etymon Achatis, qui dictus ἀπὸ τοῦ ἄχους a *sollicitudine.* Cerda.

Vestigia figit] Est hoc quod alibi: 'vestigia firmat:' et postea, 'vestigia pressit.' Quod Lucretius l. v. 'Fixa pedum pono pressis vestigia signis.' *Idem.*

160 *Multa inter sese vario sermone serebant*] Hic proprie dictus est *sermo*, qui inter utrunque seritur. *Serv.*

Sermone serebant] Vetera quædam exemplaria, *ferebant* pro conferebant: sed recte Servia *serebant* agnoscit, unde proprie *sermo.* Pierius.

Sermone serebant] Alludit ad etymon, nam *sermo* dictus, quia seritur. Sic in XII. 'Sermonesque serit varios.' Ita Græci pari indole σπερμολογεῖν, et σπερμολογία: et Plutarchus, σπείροντες λόγους: integra pete a Germano. *Cerda.*

163 *Indigna morte*] Miserabili: non congrua ejus meritis: vel propter animæ etiam extinctionem, elementi contrarietate. *Servius.*

Indigna morte] Quæ non convenit viro forti: ergo non tantus dolor fuisset, si in bello cecidisset. *Donatus.*

Morte peremtum] Ita Lucretius l. III. 'Quo minus esse diu possimus morte peremti.' *Cerda.*

164 *Quo non præstantior alter*] Tale quid Homerus Il. II. Τῷ δ' οὔπω τις ὅμοιος ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνήρ: *Huic nondum quisquam vir inter terrestres fuit similis.* Idem.

165 *Ære ciere viros*] Enumerat quæ in tali viro essent dolenda: primo, quia Æolides, id est, nobili genere: secundo, quod summus artifex in sono tubæ. *Donatus.*

Viros] Homines fortes: quia imbelles nullis exhortationibus citari possunt. *Idem.*

Ære ciere viros, Martemque accendere cantu] Sic Tac. hist. II. 29. 'omisso tubæ sono, quo miles ad belli munia cietur.' Pro *vocare* apud Lactant. IV. 1. 'per totum orbem septem soli fuerunt, qui hominum vocabulo cierentur.' Inde *citatio* apud Hyginum pro signo vocali: et ut hic Misenus ob cantum laudatur, ita *canorus* ab Ovid. appellatur XIV. 102. et locus, quo conditus fuit, demonstratur. *Emmeness.*

Martemque accendere cantu] Hemistichium hoc dicitur addidisse dum recitaret. *Servius.*

Martemque accendere cantu] Nota verba *accendere*, et *cantu:* in quibus clara imitatio Aristophanis in Irena, Τὸν πόλεμον ἐκζωπυρήσετ' ἔνδοθεν κεκραγότες: *Bellum accendetis intus clamantes.* Græcus πόλεμον, Latinus *Martem:* ille ἐκζωπυρήσετ', hic *accendere:* ille κεκραγότες, hic *cantu.* Non abludit ab Græcis pugnam significari per βοὴν, id est, clamorem: et quidem docti interpretes Homericum illud de Menelao, βοὴν ἀγαθὸς, explicant, *bonus pugna.* Ab clamore certe ver-

militare. *Cerda.*
...*ris hic comes*] Maxima ...nunquam nisi præcipuis ... *Donatus.*
...*ue pugnas et hasta*] Non ...alios accendere poterat, ...pugnabat. *Idem.*
...tuus medium instrumen- ...ter tubam et cornu; non ...ruus, ut illa; nec totum ...t istud; quamvis scrip- ...um confundant. A tuba ...it Lucanus l. I. 'Stridor ...gorque tubarum:' a cor- ... Œdip. 'sonuit reflexo ...ornu, Lituusque adunco ...ntus elisit ære.' Inde ...ba, jam cum cornu jun- ...le tuba Horat. od. I. 1. ...ubæ Permistus sonitus.' Juvenal. Sat. XIV. 'sol- ...rnua ventrem Cum lituis ...um autem esset incurvus, ...m streperum et acutum. ...nde loci lituus sonitus ef- ...i.' et Horatius, od. II. 1. ...unt.' Seneca, ut vidisti, ...antus.' Debes hanc No- ...de Mil. Rom. l. IV. et ...Thyest. versu 574. Pon- ...ic locum. Adi Agellium ...s Ge. III. ad illud, 'litu- ... Dissidet a Virgilio Pro- ...m. 18. a quo Misenus *tu-* ...r, non liticen. Sed cum ...stit Statius Sylv. IV. a quo ...citur *liticen.* Cerda.
...*ibat*] Lucretius, 'prælia ...tat Jovianus, hic melius ...uam *adire*, postulante hoc ...ræcedentis syllabæ: con- ...melius, *tot adire labores*, ..., ne in asperitatem inci- ...ngens *tot* et *ob.* Ut vero ...*lituo et hasta;* ita Home- ...ἔγχεϊ, δουρί. *Idem.*
...*nas obibat*] *Lituus* aliquan- ...auguralem significat: hic, ...ob. Saturn. VI. 8. pro *tuba* ...apud Ovid. Fast. III. 215. 'Jam stabant acies ferro mortique paratæ, Jam lituus pugnæ signa daturus erat.' Qui lituo canit, liticen appellatur, ut Festus. *Pugnas obire* esse tralatitium docet Salmas. exerc. Plin. p. 35. Nostrum imitatur Solinus c. 1. 'victor ille omnium certaminum quæ obivit.' *Emmeness.*

168 *Vita spoliavit*] Ad bellum retulit: in quo victis tolluntur exuviæ. *Servius.*

Spoliavit] Allusio ad morem militarem, quo spolia detrahuntur: inter spolia autem quid illustrius vita? Ita etiam Tibull. l. IV. 'spoliorque relictis,' subaudi, annis. Itaque ex utroque magistro dices, *spoliare vita, annis.* Cæterum receptissimæ opinioni mortalium, acceptæque ab Homero, refragatur Dio Chrysost. orat. XI. ubi satis indicat, Hectorem fuisse interfectorem Achillis, non contra. *Cerda.*

170 *Non inferiora secutus*] Ubique Æneam Hectori comparat: ut, 'Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis.' *Servius.*

171 *Cava dum personat æquora concha*] Aut personare facit: aut Hysterologia est, dum per cava æquora sonat. *Idem.*

Personat æquora concha] Ut apud Eurip. κόχλους φυσῶν, in Iphig. in Taur. 'concha inflata sonans,' ut infra l. X. 'Immanis Triton, et cærula concha Exterret freta.' Ut autem hic *personare æquora*, Cicero *personare aures.* 'Vocibus Leptam nostrum cupio jam delectari talibus scriptis, etsi abest maturitas ætatis, tamen personare aures ejus hujusmodi vocibus non est inutile.' Quo tamen loco possem concedere neutraliter *personare* acceptum a Cicerone, tum auctoritate ductus amici mei viri eximii, tum his exemplis, quibus solennis est et ordinaria ea forma verbi hujus usurpatio, ut ibi: 'Cantu vocum, nervorum, et tibiarum tota vicinitas personabat:' et alibi: 'At vero te inqui-

lino personabant omnia vocibus ebriorum:' et denique: 'Cum furialis vox secum illos facere acerbissime personabat:' nisi et Virgilius hoc ipso libro de Cerbero, 'latratu regna trifauci Personat,' dixisset: et *aures sonare* improprium videretur, cum sonum accipiant, sentiantque potius: ut sub agendi verbo enuntiatum videri possit a Cicerone: sed non obluctor. *Germanus.*

Personat æquora concha] Sic Horat. epist. I. 1. 'Est mihi purgatam crebro qui personet aurem.' Illic Torrentium consule. Inde *concha* Apulejo Met. l. IV. dicitur *sonax*. Ignoto tubarum usu conchas habuerunt. Turneb. XXVIII. 44. Hesychius *κόχλοις τοῖς θαλαττίοις ἐχρῶντο πρὸ τῆς τῶν σαλπίγγων εὑρέσεως*: etiam *στρόμβος* appellatur. Vide Nicandr. interpr. signate Ovid. Met. I. 333. 'Cæruleum Tritona vocat conchaque sonanti Inspirare jubet, fluctusque et flumina signo Jam revocare dato.' *Emmeness.*

Concha] Fortassis tubam intelligit *περιφραστικῶς*. Sic nonnulli interpretes. Poterit tamen proprie accipi, ut dicat eam fuisse dementiam in Miseno, ut concha etiam marina personaret, unde Triton in majorem iracundiam exarsit, nam id proprium ejus instrumentum. Vide l. X. ad illud: 'Hunc vehit immanis Triton, et cærula concha Exterret freta.' *Cerda.*

Concha] Nam ante inventam a Tyrrhenis tubam, concha utebantur. Turn. XXVIII. 44. Ita apud Euripid. *κόχλους φυσῶν*. *Taubmann.*

172 *Demens*] Improvidus, qui non consideravit, etiam deos in æmulationem posse descendere. *Servius.*

Demens] Latet hic affectus commiserationis, ut infra de Salmoneo, 'Demens qui nimbos, et non imitabile fulmen,' Pari affectu Homerus Il. I. *Φῆ γὰρ ὅγ' αἱρήσειν Πριάμου πόλιν ἤματι κείνῳ Νήπιος*; *Putavit enim is captu-rum Priami urbem die illo Stultus.* Calaber l. I. bis inducit hunc affectum, loquens de Penthesilea, quæ superba promiserat Achillis interitum, Græcorum vastitatem, navium perniciem. Oppianus Halieut. l. III. *ἀνδῦναι μεμάασι Νήπιοι*: *emergere cupiunt Stulti.* Exornavi credo et alibi hunc affectum. *Cerda.*

Vocat in certamina divos] Allusum ad adagium, *noli cum Diis pugnare.* Nusquam Dii magis exarsere in mortales. Exemplum in Minerva, et Musis. Illa apud Ovid. Met. VI. 'animum fatis intendit Arachnes. Quam sibi lanificæ non cedere laudibus artis Audierat.' Istæ apud Homerum Il. II. invehuntur in Thamyrin cantorem, quod gloriabundus diceret, relaturum se victoriam ab Musis, si secum canerent, etiamsi illæ essent Jovis filiæ. *Idem.*

173 *Æmulus*] Modo *ejusdem rei studiosus*, alias *inimicus* invenitur. *Servius.*

Æmulus] Id est, ex provocatione adversarius: vel *ὁμότεχνος*. *Taubm.*

Æmulus] Complectitur studium imitandi cum livore hoc vocabulum, ut Non. Mar. c. 5. *Emmeness.*

Exceptum] Oppressum insidiis: quo sermone ostendit, eum tantæ fuisse virtutis, ut, ne a numine quidem, nisi insidiis opprimeretur. *Servius.*

Exceptum] Ut venabulo feram, quæ dum sua feritate plurimum posse credat, incauta ruens in ferrum, temeritatis pœnas dat. *Donatus.*

Æmulus exceptum] *Exceptum* dixit, ut feram venabulo: (est enim verbum venatorum) quæ dum feritate sua plurimum se posse arbitrabatur, sic incauta ruit in ferrum, et pœnam suæ temeritatis expendit. *Idem.*

Exceptum] Circumventum et oppressum insidiis: ac si virtute et artis peritia superari alias non potuisset. Ita Æn. III. 'Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras.' Pari forma Græce *ὑποδέχεσθαι* dicunt. *Taub.*

enultima accentum habet, is facit. Si enim ultima ntis facit: quod non pro- Demephoon, Demephoontis.

laid addam Natalis ope- beo: lege illum VIII. 3.

'eptuni ex Salacia F. ejus- icen. Revera autem pis- nani juvenis specie: de Lucanus l. IX. 'Hanc, us quem toto litore pon- entosa perflantem litora mbmann.

dignum est] Quasi incre- sod homo deum provoca- stus.

] Quia talis perierat: aut at interemptus. *Servius.*

mes magno circum cla- ent] Fremebant, inquit, ntes in naturam, quæ il- cessarium, tam optimum tem regis, indigna morte Ergo planctus fuerunt sed quibus querelæ quo- tur admixtæ. *Donatus.*

s, &c.] De toto hoc loco e agit J. C. Scaliger v. 3.

que pius Æneas] Æneam s inducit, mortem cujus- : ut, 'Nunc Amyci ca- Item, 'Casuque ani- sus amici.' Hinc ei dat aram etiam sordida offi- aliis denegat locis. Qui tatis generibus scripse- n locum in sepultura esse Unde cum pontificibus cadaver videre, tamen fuerat, si visum inse- iquerent. Genus autem lturæ injectio pulveris. ut tu mihi terram Injice es.)' Horatius, 'Non est licebit injecto ter pul- *Servius.*

Æneas] Eadem causa etiam pius Æneas dolebat; sed plus quam cæteri. Ex superioribus apparet, quid doluerint omnes: nam supra dixit de Ænea et Achate, quod illius non solum mortem, verum etiam genus lethi doluissent. 'Ut venere,' inquit, 'vident indigna morte peremtum.' Indigna mors est, quæ non convenit viro forti: nullus enim, aut non talis exsisteret dolor, si in pugna cecidisset, et campo. *Donat.*

Jussa Sibyllæ festinant] Σπεύδουσιν ἐντολὰς, ut supra sæpe *properare* active. *Germanus.*

177 *Aramque sepulcri*] Pyram dicit, quæ in modum aræ construi lignis solebat. Nam et sequitur, 'Congerere arboribus, cœloque educere certant.' Et aram, quæ ante sepulchrum fieri consuevit, intelligere non possumus: ut, 'Stant manibus aræ:' cum nondum facta sit funeratio, quæ præcedit sepulchrum. Probus tamen et cæteri commentatores, de hoc loco requirendum esse, dixerunt. *Servius.*

178 *Cœloque educere certant*] Ut hoc faciant, mente pertractant. Nam adhuc ituri ad silvam sunt. *Idem.*

Aramque sep. Cong. arb. cœloque educ.] Il. H. τύμβον δ' ἀμφ' αὐτὴν ἕνα ποιέον ἐξαγαγόντες Ἄκριτον ἐκ πεδίου. Sæpe Homerus νηεῖν πῦρ, pro eo quod est, ut Didymus, ξύλα σωρεῦσαι ἕνεκα τοῦ πῦρ ποιῆσαι. *Aram* autem *sepulcri* dixit, quod non solum secundum ipsa sepulcra, sed et in ipsis sepulcris aras antiqui struerent, in quibus D D. Manibus sacra oportunius fierent. Dixit autem Maro *Aram congerere* imitatione Apollonii, qui νήεον αὐτόθι βωμὸν ἐπακτίου Ἀπόλλωνος. Videtur autem in hoc membro Maro mihi illud Homeri Il. H. respexisse, χεύομεν ἀμφὶ πύρην τύμβον: ubi χέω, vel χεύω eam vim habet, quod est, ex humo egesta extruo: ut intelligat Maro ex mente forsan Homeri, aram, basinque sepulcri cumulatam, congestam, et aggeratam arboribus ad rogum pyramque destinatis; nam

quamvis ex ordine et œconomia poëmatis pyra consumpta poëta Æneam narrat imposuisse ingenti mole sepulcrum; nihil tamen vetat, etiamsi aliter sentire videatur Servius, quin præstructo præparatoque jam sepulcri aggere aut fundamento, velut epistylion et coronidem demum Æneas rite imposuerit. *Germanus.*

Aramque sepulcri Cong. arb. cœloque educere certant] Idem fere Sil. Ital. l. xv. 'alta sepulcri Protinus extruitur, cœloque educitur ara.' De aris monumenti aut sepulcri videndus Gutherius II. 19. *Emmeness.*

179 *Itur*] Eo, *e* brevis est: itur, *i* longa invenitur. Ergo quia hoc verbum breve est in origine, et in declinatione fit longum, ideo certa ejus natura, nec in temporibus, nec in participiis invenitur. Nam cum *itur* longa sit, *iturus* brevis invenitur: ut, 'Superumque in lumen ituras.' Multi tamen tentant dicentes *itur* propter *eo*, quæ prima verbi origo est, per diphthongum scribi debere: quod non procedit, quia diphthongus semper longa est. *I* autem et produci potest et corripi. Hinc est quod *fortuitus* et producit et corripit. Juvenalis: 'Non quasi fortuitu nec ventorum rabie: sed Iratus cadat in terras et vindicet ignes.' Contra Horatius: 'Nec fortuitum spernere cespitem Leges sinebant.' Hic enim nisi *i* litera longa sit, non stat versus. Et hoc protulimus exemplum unius sermonis, ne quis dicat *iturus* et *itur*, ideo variam habere naturam, propter temporum varietatem. Unde melius est (ut diximus) originis considerare rationem. Sane *fortuitus* ab *eundo* est et a *fortuna* compositum. *Serv.*

Itur in antiq. silvam] Similis locus apud Homerum Iliad. XXIII. ubi Patroclo pyra instruitur. Et est egregia ὑποτύπωσις sive tractatio excidentium arbores. Hæc autem sumpta sunt ex Ennio: 'Incedunt arbusta per alta: securibus cædunt: Percellunt magnas quercus: exciditur ilex: Fraxinus frangitur: atque abies consternitur alta: Pinus proceras pervortunt: omne sonabat Arbustum fremitu silvai frondosai.' *Taubm.*

Antiquam] In qua essent arbores multis sæculis auctæ. *Donatus.*

Stabula ferarum] Ergo majores feræ ibi stare consueverant; quarum metus arcebat homines, ne irent cæsum ligna. Laus Trojanorum, qui non sunt deterriti stabulis ferarum, ubi multarum esset congeries et magnarum: nam de minoribus cubilia diceret. *Idem.*

180 *Procumbunt piceæ*] Picea, secundum Plinium in naturali historia, quinta species cedri est. Nam cedria dicta est quasi καιομένης δρυὸς ὑγρόν, id est, arboris humor ardentis. *Servius.*

Securibus] Signate et proprie. Philostratus Icon. l. II. cum πέλεκυν, id est, securim nominarit, subjicit, ὃς καὶ τὰ δένδρα αἱρεῖ τὰ μεγάλα: *quæ magnas cædit arbores.* Cerda.

182 *Advolvunt*] Vulgatam lectionem *ac volvunt* cum particula conjunctiva et verbo, cum Mediceo antiqua etiam aliquot habent exemplaria. Sed in Romano et in Longobardico, *advolvunt* verbo cum præpositione *ad* composito legitur, quod magis placet: ut in Georgicis, 'Advolvere focis.' *Pier.*

Advolvunt] Quod propter ingentium illarum arborum magnitudinem, et pondus ad pyram volventes trahere cogerentur, cum ferre non possent. Turn. XIII. 21. Alii convenientius legi ajunt cum Mss. *Ac volvunt.* Taub.

183 *Nec non Æneas*] Bona œconomia venitur ad ramum. *Servius.*

184 *Accingitur armis*] Instruitur officiis. *Idem.*

185 *Tristi*] Quamvis de morte amici tristis esset, non omittebat curam rami investigandi. *Donatus.*

Tristi cum corde volutat] Locutio ista usurpata prius Lucilio, Lucretio, Plauto, quod jam alii indicarunt. Primus:

'sum ante in corde volutas.' Alter l. ... 'mente volutent.' Tertius Captiv. 'in pectore hanc rem meo voluto.' Repetit Virgilius Æneid. I. et IV. Cerda.

186 *Aspectans silvam*] Longe nobilior vox, *aspectans*, quam *adspiciens:* Scal. IV. 16. *Taubmann.*

Forte precatur] Vacat *forte:* et est versus de his, qui Tibicines vocantur: quibus additur aliquid ad solam metri sustentationem: ut, 'Nunc dextra, nunc ille sinistra.' Nec enim possumus intelligere eum fortuitu rogasse. *Servius.*

Voce] In Romano codice, legere est *voce precatur.* In Longobardico *ore.* Sed enim Servius agnoscit *forte*, quod etiam in plerisque codicibus antiquis habetur. Addit vero Servius versum hunc ex eo genere esse, qui Tibicines appellantur, quibus aliquid additur ad solam metri sustentationem. Vacare enim adverbium *forte* putat. Sed enim intelligo, posteaquam hæ variæ lectiones, nostra cura collectæ, per manus hominum circunferri cœptæ sunt, aut *ore*, aut *voce*, peritorum judicio magis approbari: nos vero hoc in medio ponimus. *Pierius.*

187 *Si*] Adverbium rogantis et optantis est per se plenum; sicut et *o:* licet Neoterici hæc jungant, et pro uno ponant. Persius, 'O si Ebullat patrui præclarum funus.' *Servius.*

Si nunc se nobis] *Si* particula est optantis, more Græcorum, qui εἴθε et αἴθε dicunt, ἀντὶ τοῦ ὄφελον, utinam. *Germanus.*

Si] Pro *utinam.* Stat. Achill. l. IV. 'Saltem si soboles aptam quam mittere bello Possem, plena forent mihi gaudia.' *Emmeness.*

188 *Quando*] Siquidem: et *nimium* vere cum ingenti dixit effatu: quasi mors prædicta falsa esse debuerit. *Servius.*

189 *Nimium, &c.*] Soph. in Antig. ὦ μάντι τοὔπος ὡς ἄρ' ὀρθὸν ἤνυσας· unde et ἀληθόμαντις, et ψευδόμαντις. Et Hom. Od. E. πάντα θεὰ νημερτέα εἶπεν. Ut autem hic *nimium*, sic eadem forma ἄγαν sæpe Græci efferunt. Æschyl. in Agam. ἄγαν ἑλλην' ἐπίσταμαι φάτιν. *Germanus.*

Heu nimium] Hæc parenthesi includi posse, censet H. Stephanus. *Taubmann.*

190 *Cum forte columbæ*] Auguria aut oblativa sunt, quæ non poscuntur: aut impetrativa, quæ optata veniunt. Hoc ergo quia oblativum est, ideo dixit *forte.* Bene autem a columbis Æneæ datur augurium, et Veneris filio et regi. Nam ad reges pertinet columbarum augurium: quia nunquam solæ sunt, sicut nec reges quidem. *Servius.*

Geminæ cum forte columbæ] Videatur et P. Victorius III. 14. Cælius Rhod. XVII. 15. censet, per *geminas columbas* mystice duas animæ alas designari, id est, contemplativam moralemque virtutem: quæ ad *ramum aureum*, id est, ad prudentiam altamque illam sapientiam, *auri* nomine sæpius significatam, hominem ducant: quæ etiam a *Venere* mitti dicantur: quod divinarum rerum amor eximius alis nutrimenta sufficiat, quibus erigamur atque in Deum transeamus: quod paulo post, vs. 202. significari ajunt: 'Tollunt se celeres,' &c. *Taubmann.*

191 *Ipsa sub ora*] Perite: ne si longius volarent, non ad eum pertinere viderentur. Nam moris erat, ut captantes auguria certa sibi spatia designarent, quibus volebant videnda ad se pertinere. *Servius.*

193 *Maternas*] Veneri consecratas, propter fœtum frequentem et coitum. *Idem.*

Maternas aves] Id est, Veneri matri sacras: propter fœcunditatem scilicet: de quo Aristoteles. Græcis et περιστερὰ dicitur παρὰ τὸ περισσῶς ἐρᾷν, id est, *a crebro coitu.* Taubmann.

194 *Si qua via est*] Si est ratio: et jam ex hoc loco esse incipit impe-

trativum, quod fuerat oblativum. *Servius.*

O] Posuit cum loqueretur cum columbis: *O*, cum preces torsisset ad matrem: illic enim ponitur, ubi simplex hortatio est et blanda. *Donatus.*

Cursumque per auras] *Cursum* vocavit impetum, et eundi officium. Nam et navium *cursum* dicimus. *Servius.*

195 *Opacat*] Id est, inumbrat. Notat hoc verbum, ut rarum et dignitatis plenum, Scalig. Poët. IV. 16. *Taubm.*

196 *Ne defice rebus*] Ne desere in rebus incertis. Et bene in silvis invocat matrem, quam jam scit sibi visam esse habitu venatricis: ut in primo legimus. *Servius.*

197 *Diva parens*] Antiqua pleraque exemplaria cum Mediceo legunt *diva parens.* In Romano et aliquot aliis *alma.* Pierius.

Sic effatus] Proprie effata sunt augurum preces. Unde ager post pomeria, ubi captabantur auguria, dicebatur *effatus.* Servius.

Vestigia pressit] Quia ad captanda auguria post preces, immobiles vel sedere vel stare consuerant. *Idem.*

Vestigia pressit] Observabat diligentius: quia sciebat posse illas, præter adventum suum, aliquid propriis moribus nunciare. *Donatus.*

Vestigia pressit] Id est, substitit: quod etiam Scalig. observavit. Captantes autem auguria dicebantur, *Servare de cælo:* ut etiam aves ipsæ, *Servatæ:* de quo Brisson. Formul. l. II. hinc P. addit, 'Observans quæ signa ferant: id est, quæ ambulando indicia futurorum essent habituræ. *Taubmann.*

198 *Observans quæ signa ferant*] *Observare* enim et de cœlo et de avibus verbo augurum dicitur. *Servius.*

Quo tendere pergunt Pascentes] Hic jam optimum significatur augurium, quod pascebant. Nam Romani moris fuit, et in comitiis agendis et in bellis gerendis pullaria captare auguria. Unde est in Livio: quod cum quidam, cupidus belli gerendi, a tribu arceretur, ne iret, pullos jus qui cum missas non edere irridens consul augurium, a *bant;* et eos in Tyberim præ inde navibus victor reverten cam, in mari cum omnibus, q bat, extinctus est. Multi pa stinguunt: et absolutus est se dicunt *pascentes volando:* et ad naturam columbarum, q entes pascere consueverunt. *lando*, ambulando dicunt. dicitur media pars pedis si *Idem.*

199 *Prodire*] Prodibant: pro indicativo. *Servius.*

Prodire volando] *Prodire* p *volare* alarum: sed quomodo bant et volabant? Sed intel esse mediam partem plant Ergo *volabant*, id est, ambul volam. Unde *involare* dici aliquid furtim volæ manus mus. Item *involare* cum viol nus in aliquem diriguntur. 'In faciem involem venefic hic ambulare intelligit: nam rum motum exprimere vol 'Cœlo venere volantes:' cu demonstrasset ambulatione quod est prodire volando, volatum exprimere vellet, di lunt se celeres, liquidumque lapsæ.' Ergo usque ad Ave bulaverant. *Donatus.*

200 *Quantum acie possent*] quod alio flexu dixit Varr. l. VI. 'quaqua intuemur o emendatione Jos. Scal. Qu ipse Æn. I. 'Prospectum la petit.' *Cerda.*

201 *Grave olentis Averni*] I tis. Alibi bene olentis: ut viter spirantis copia tymbræ *Servius.*

Grave olentis] Hac forma 'grave olentia centaurea.' E 'suave rubens Hyacinthus. IV. 'suave rubenti Murice.

illum apud Tullium in Bruto: 'suave loquenti ore.' *Cerda.*

202 *Liquidumque per aëra lapsæ*] Ita est aëris perpetuum epitheton: sed parum ait, Averni comparatione. Dicit autem eas alte volasse ad vitandum Averni odorem. *Servius.*

203 *Geminæ*] In Longobard. *geminæ* legitur, ut sit de columbis. Sed omnino melius *gemina super arbore:* cujusmodi species tantopere optabatur. *Pierius.*

Geminæ] *Geminæ* legend. non *geminæ*, ut in vulgatis. Primo libri aliquot veteres habent *geminæ*. Deinde, credibile, utramque avem sedisse in una arbore, in illa (inquam) ubi aureus ramus, non in duplici. Tertio, supra dixit, 'geminæ cum forte columbæ.' Et in utroque loco videtur mihi Poëta allusisse ad partum columbarum, de quo ego jam locutus in Eclogis. *Cerda.*

Super arbore sidunt] Secundum antiquam licentiam. *Servius.*

204 *Discolor*] Nam per arborem viridem fulsit color aureus. *Donat.*

Auri aura] Splendor auri. Horatius, 'Tua ne retardet Aura maritos,' id est, splendor. Hinc et *aurum* dicitur a splendore, qui est in eo metallo. Hinc et *aurati* dicti, quorum favor splendidos reddit. *Servius.*

Auri] In Romano codice, *auro* legitur casu septimo, ut sit *Refulsit aura splendore aureo,* vel *propter aurum.* Servius tamen agnoscit *auri:* legitque, 'auri, hoc est, splendor auri.' *Pierius.*

Auri aura] Ut explicui explicant Servius hic, et Lambinus in Horatium: ut enim Virgilius dixit *aura auri* pro splendore auri, ita Horatius Od. II. 8. *auram* posuit pro nitore oris: 'tua ne retardet Aura maritos.' Sed certe Horatius aliter posset explicari. Tu lege Ludovicum Carrion. II. 20. ubi ad rem hanc tractat locum Manilii. *Cerda.*

205 *Brumali frigore viscum*] Bene *brumali* addidit. Tunc enim maturum est, et auri imitatur colorem. Nam nova fronde viret: quod, ut ait Plinius in naturali historia de fimo turdelarum, in certis arboribus nascitur. Unde Plautus, 'Ipsa sibi avis mortem creat.' *Servius.*

Viscum] *Viscum* frutex est aurei sive crocei coloris, nascens in larice, abiete, quercu, robore, ilice, pinastro, terebintho. Satum nullo modo nascitur, nec nisi per alvum redditum, maxime palumbi ac turdi: hinc illud, 'Quod non sua seminat arbos.' De hoc Plautus in Fragmentis: 'Ipsa sibi avis mortem creat:' 'al. cacat.' De quo Plin. l. XVI. cap. ult. Germ. *Mistell.* Taubmann.

Viscum, quod non sua sem. arbos] Unde et in Epigr. Argentarius merulam admonet quercum vitare, sed in vite tutius considere: δρῦς γὰρ, inquit, ἐπ' ὀρνίθεσσι φέρει τὸν ἀνάρσιον ἰξὸν, Ἡ δὲ βότρυν, στέργει δ' ὑμνοπόλους βρόμιος. *Germanus.*

Viscum, quod non sua, &c.] Ad hunc locum Schedius videndus, ubi de visco agit, c. 36. de Dis Germanis. *Emm.*

206 *Arbos*] Interesse plurimum ait Caper in libello de elegantiis, utrum *arbós* an *arbor* dicatur. Siquidem *arbor* omne lignum dicitur: *arbos* vero non nisi fructifera. Veteres tamen codices hujusmodi differentiam non servant. *Pierius.*

207 *Teretes truncos*] *Teres* est rotundum aliquid cum proceritate: ut, 'Incumbens tereti Damon sic cœpit olivæ.' Horatius, 'Brachia et vultum teretesque suras Integer laudo.' *Serv.*

Truncos] Antiqui aliquot codices, *circumdare ramos* habent. Sed *truncos* nihil quicquam displicet. *Pierius.*

208 *Talis erat species auri frondentis*] Κλάδου χρυσίζοντος. Bracteam autem auream Græci χρυσοῦν πέταλον. *Germanus.*

209 *Bractea*] In Romano codice, et in Longobardico, *Brattea* duplicato *t* scriptum est. Juniores *Brachtea* per *ch* densum scribi volunt, contra omnes

orthographiæ regulas, etiam si παρὰ τὸ βράχω, *bractea* dicatur. Qui *brattea* duplici *tt* scripserunt, eo decepti sunt, quod in characteribus Longobardicis, *c* et *t* literæ eadem pene forma figurantur. Unde etiam errorem illum apud Martial. provenisse crediderim, quod *juventus* pro *juvencus* scriptum est eo versu: 'Cæsaris atque Jovis confer nunc schema. Juvencus Par onus ut tulerit: altius iste tulit.' Ita enim scriptum est in antiquo satis codice, quem mihi dono dedit Valerius Victor Viterbiensis, Adolescens ingenio et eruditione supra ætatem admirabilis. Quid enim illic agat *Juventus*, hac adinventa lectione, non video. Ut vero ad Virgilium revertamur: in Longobardico, et aliquot aliis, *crepitabant* corrupte omnino legitur: non enim *folia bractea* dicimus epitheti forma. Est vero *Bractea* non tantum de metalli lamina, verum etiam de quacunque materia. Plinius, 'ut una arbor sæpius veniret, excogitatæ sunt ligni Bracteæ.' *Pierius.*

Leni crepitabant bractea] Bractea tenuissima lamina, ἀπὸ τοῦ βραχεῖν, quod est ἠχεῖν, a crepitando. Isid. l. xvi. 'Crepitabat tanquam bractea.' Nam ejus folia ea subtilitate natura produxerat, ut aura spirante, quasi bractea crepitarent. *Nonius.*

210 *Corripit*] Ne prolixior esset narratio, non dixit quomodo ad ipsam arborem Æneas venerit, sed per aliam viam intellige pervenit. *Donatus.*

Extemplo] Bene verbo usus est augurum, ut diximus supra. *Servius.*

Extemplo] Bene utitur verbo augurum sive sacrorum. Hoc autem sacrificio patrato, a præcone pronunciabatur: quo significabatur, ut exirent ex templo. Quod quia cito fiebat, inde pro cito et propere sumi cœptum est. *Scal. Conject.* Taubmann.

211 *Cunctantem*] Aliud pendet ex alio. *cunctantem*, quia avidus, ut ostendat tantam fuisse avellendi cupiditatem, ut nulla ei celeritas satisfacere posset. Nam tardantem dicere non possumus eum, qui fataliter sequebatur. Alii *cunctantem* ad auri naturam referunt, id est, mollem, quia paulatim frangitur, id est, lentescit. Alii *cunctantem* gravem dicunt: ut, 'glebas cunctantes, crassaque terga Expecta.' *Servius.*

212 *Nec minus*] Nihilominus ille deflebatur. *Idem.*

Interea] Dum itur ad silvas. *Idem.*

Litore] Veteres plerunque sepulcra mortuorum collocabant ad maris litora. Sic in vii. 'Tu quoque litoribus nostris Æneia nutrix.' Sed et Ajacis, Hectoris, aliorumque Heroum tumulos collocatos fuisse ad maris litora, notum. Nota etiam Cœrani historia illius, qui amatus est a delphine, ad cujus tumulum, qui prope litus, visa ingens delphinorum multitudo. Græcus Poëta de Achillis tumulo αἰγιαλῷ, &c. quod epitaphium ita vertit Henric. Stephanus: 'Adjacet ille mari, streperis celebretur ut undis, Cui fuerat genetrix Diva marina Thetis.' Huic mori vicinus alius, quo veteres ad amnium ripas humabantur. De hoc alibi. *Cerda.*

213 *Ingrato*] Tristi: ut gratum, lætum aliquid dicimus. Alii *ingrato* dicunt gratiam non sentienti. *Serv.*

Cineri] Nondum cinis erat, sed mox, combusto cadavere, erat futurus. *Donatus.*

Cineri ingrato] Vel, cadaveri gratiam et officium non sentienti: vel nullam gratiam habituro. Auctor Copæ: 'Quid cineri ingrato servas bene olentia serta?' Propert. el. i. 3. 'Omniaque ingrato largibar munera somno,' id est, officia non sentienti. Ego *ingratum* exposuerim, Trojanis tam amicis officium minus gratum, sive triste. *Taubmann.*

Suprema] In Romano codice, *supprema* duplicato *pp* notatum est hoc loco. Nempe quod veriti sunt mutam cum liquida non esse satis ad primam syllabam producendam. Et eodem

edo in Basilica D. Mariæ, cog-
te Majoris, antiquo marmore
n aspeximus, SUPPREMUM
US MUNUS DONATUS ET
L. Sed enim exempla hujus-
on sunt imitatione digna. *Pier.*
Pinguem] Aut de Græco trans-
παρὰν magnam: aut Hypallage
pinguibus tedis. *Servius.*
cipio pinguem] Ea adhibuerunt,
n solum pyram instruerent, sed
facile incenderent. *Donatus.*
uem tædis] *Teda*, arbor ex ge-
ricum, sed magis resinifera. Et
edam hic vocat, quam vs. 180.
: hic *robur*, quam ibidem *ilicem*:
En. IV. 505. *Taubmann.*
cipio pinguem tædis, *&c.*] Locus
s ex Homero ubi agit de se-
Patrocli. Vide Macr. Saturn.
Emmeness.

Ingentem struxere pyram] Eo
ius censebatur funus, quo altior
idior pyra. Supra, 'cœloque
e certant.' Appianus in Hi-
is de funere Viriati, ἐπὶ ὑψηλοτά-
ῆς ἔκαιον: *cremarunt in altissima*
Apud Herodianum l. IV. Anto-
in Festi, sibi carissimi, funere
ξύλων πολλῶν ἀθροισθῆναι πυράν:
ribus e lignis pyram strui. Ho-
Il. XXIII. in funere Patrocli:
ν δὲ πυρὰν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ
Fecerunt autem pyram centum pe-
æque versus. In funere Elpeno-
yss. XII. et in funere Hectoris
IV. magnæ fuisse pyræ indican-
um ibi dicatur ex incisis arbori-
mmum litus prominuisse, hic,
tam ἄσπετον ὕλην, *immensam ma-*
. Dionys. Hal. l. X. scribit in
, viri fortissimi, funere maxi-
rogum a militibus aggestum.
a in Œt. de rogo Herculis:
eritur omnis silva, et alternæ
In astra tollunt, Herculi au-
n rogum.' Alii in Seneca præ-
t *angustum.* Cerda.
] In antiquis aliquot codicibus,
si suppositum est *tum:* quod si
diligenter advertas, non displicebit.
Pierius.

Frondibus atris] Aptis ad funera.
Servius.

Atris] Vel infaustis: ut *ater dies*,
id est, infelix. Vel vere atris, nam eo
virore frondes erant saturatæ, ut præ-
ferrent atriciem. Sunt qui in Poëta
atras frondes intexentes, latera pyræ
confundant cum cupressibus. Quibus
favere potest, Papin. Theb. IV. qui in
re simili: 'frondes, atque omne cu-
pressus Intexit plorata latus:' et l.
VI. 'Tristibus interea ramis, teneraque cupresso Damnatus flammis tho-
rus, et puerile pheretrum Texitur.' Et
Ovid. qui Trist. III. 'Funeris ara mihi
ferali cincta cupresso.' Hi duo, præ-
sertim Papinius, id muneris dant cu-
pressui, quod Virgilius atris frondibus.
Nihilominus tamen satius est dicere,
Virgilium distinxisse atras frondes a
cupressu, ut illæ latera intexerent,
ista ante pyram locata esset, ex more,
quem postea aperiam. *Cerda.*

216 *Intexunt*] Pari verbo in l. XI.
de re simili: 'Haud segnes alii cra-
tes, et molle pheretrum Arbuteis
texunt virgis, et vimine querno.' Pa-
pinii loca jam attuli. *Idem.*

Ante cupressos Constituunt] Cupres-
sus adhibetur ad funera: vel quod cæ-
sa non repullulat: vel quod per eam
funestata ostenditur domus, sicut læ-
tam frondes indicant festæ. Varro
tamen dicit pyras ideo cupresso cir-
cundari propter gravem ustrinæ odo-
rem: ne offendatur populi circum-
stantis corona, quæ tandiu stabat re-
spondens fletibus præficæ, id est,
principis planctuum, quamdiu, con-
sumpto cadavere, et collectis cineri-
bus, diceretur novissimum verbum
Ilicet, quod ire licet significat. Unde
est, 'Dixitque novissima verba.' *Serv.*

Ante] Parte rogi anteriore. Ovid.
Trist. III. 'Funeris ara mihi ferali
cincta cupressu Convenit.' Cætera
vide Æn. III. 64. et Cæl. Rhod. XXV.
2. *Taubmann.*

Cupressos] Hoc quoque originationis Græcæ in Romano codice, et quibusdam aliis, vocalis ejus naturam retinet, qua notatur apud Græcos: *cypressos* itaque scriptum invenitur, quum tamen omnes vulgo nunc *cupressos* per *u*, Latine proferant et scribant. *Pierius.*

217 *Armis*] Nam virorum fortium arma, et cætera, quæ charissima haberent, cum ipsis consumebant. *Don.*

Super fulg. armis] Magni viri nunquam soli comburebantur, sed cum armis, aut equis, aut canibus, aut famulis, rebusque aliis, in vita carissimis. *Taubmann.*

218 *Pars calidos latices*] Plinius in naturali historia dicit, hanc esse causam, ut mortui et calida abluantur, et per intervalla conclamentur: quod solet plerunque vitalis spiritus exclusus putari, et homines fallere. Denique refert quendam suppositum pyræ, adhibitis ignibus erectum esse, nec potuisse liberari. Unde et servabantur cadavera octo diebus, et calida abluebantur: et post ultimam conclamationem comburebantur: unde traxit Terentius, 'Desine; jam conclamatum est.' *Servius.*

Aëna undantia flammis] Hoc est per flammas. Alibi: 'Nec se jam capit unda: volat vapor ater ad auras.' *Idem.*

219 *Lavant frigentis et unguunt*] Versus Ennii, qui ait, 'Tarquinii corpus bona fœmina lavit et unxit.' *Id.*

Lavant, &c.] Calida aqua lavabantur cadavera, monente Francisco Robertello, et Turnebo XXVIII. 44. De hisce ritibus omnibus Kirchmannus. *Emmeness.*

Corpusque lavant frigentis] Id est, mortui. Plinius tradit, mortuos ideo *calida ablui*, et per intervalla *conclamari:* quod interdum spiritus vitalis exclusus putetur, et homines fallat. Unde et dies septem cadavera servabantur; et post ultimam demum conclamationem comburebantur: unde tractum illud Terentii: 'Desine; jam conclamatum est.' *Taubmann.*

Unguunt] Unctorum cadaverum meminit etiam Herodot. l. I. et Juvenal. Sat. IV. Et lotio quidem hodieque durare alicubi traditur, præsertim in Creta et partibus Italiæ: sed unctio desiit. *Idem.*

220] *Tum*] In antiquis aliquot codicibus propter characterum similitudinem scriptum invenias, *cum membra toro.* Sed magis placet *tum.* *Pier.*

Defleta] Participium ab eo, quod est *fleor*, si tamen inveniatur: alias sine verbi origine esse dicemus. *Serv.*

Toro] Pheretro, lectica, lecto, κλίνη; qui quidem lectus cum corpore comburebatur in pyra. Vide Des. Herald. Advers. I. 9. *Taubmann.*

Defleta reponunt] *Ponere*, et *reponere*, vocabula esse funebria, docet Pimpontius. Ita Propert. 'An poteris siccis mea fata reponere ocellis?' *Idem.*

221 *Purpureas*] Ad imitationem sanguinis, in quo est anima: ut diximus supra: ut, 'Purpuream vomit ille animam.' *Servius.*

Purpureas] Ex precio vestium meritum mortui vult ostendere. Has vestes illum amasse, ex eo demonstrat, quia frequenter illis usus est: et propterea multis erant notæ. *Don.*

Purpureasque super vestes] Sc. Miseni. *Purpureas*, ad imitationem sanguinis, in quo est anima, quæ itidem *purpurea* Nostro dicitur. Et alludit forte ad paludamentum purpureum, quo viri principes in bello utebantur. Sic et Dido, Æn. IV. exsuvias, quas caras habuerat, rogo imponit. Alii alio trahunt. *Taubmann.*

Velamina nota] Vel ipsi chara, vel animæ. Ex notitia etiam gignitur charitas: 'Hic inter flumina nota.' *Servius.*

Velamina nota] Quorum usus in bello frequens; unde illud Æn. XI. 'Conjiciunt igni,' &c. 'pars munera nota, Ipsorum clypeos, et non felicia

Cornelia, de rogo Pompeji, 1. 'Collegit vestes miseri- a Magni Armaque et im- o quas fecerat olim Exsu- que togas, velamina sum- inspecta Jovi, funestoque i.' Nam more veterum, mortuo aut condebantur, tur. Hom. de Achillis fu- i. Ω. Καίεο δ' ἐν τ' ἐσθῆτι et Lipsium Epist. Q. I. 7.

tro] Græce dixit. Nam tur a *capiendo*. Unde ait Capularis senex,' id est, ius. *Servius*.

retro] Ut 'Subeunt mu-

nti subiere feretro] Allu- anorum in clarorum viro- tione consuetudinem: qua estantissimi quique subi- apud C. Tacitum l. I. de davere: 'Conclamant pa- ad rogum humeris Sena- idum,' &c. *Taubmann*.

ctam] Ita Propert. l. IV. e cecinere tubæ: cum strum Detraheret lecto caput.' Inde et noster: amma medullis.' Lucret. debantque faces.' Græcis *w*. *Idem*.

rentum] Propinquioribus sexus hoc dabatur offici- *us*.

] Propinquioribus enim s hoc dabatur officium, ut vius exponit: et hunc se- novitii, excepto Erythræo, exponit, *genitorum;* at- atre juxta et matre intel- locet. Ita Lucanus l. VI. juvenum cineres ardentia- ; mediis rapit ipsa rogis, parentes Quam tenuere otatque P. Lætus, si affi- lissent, amicitiores accen- n. Vide et Kirchm. de funerib. R. l. III. *Taubmann*.

224 *Aversi*] A tergo enim faces rogo subdebant, ut oculis dolorem prohiberent: vel, ut significarent, se id invitos facere. *Idem*.

Facem] De fune, ut Varro dicit: unde et funus dictum est. Per noctem autem urebantur: unde permansit, ut mortuos faces antecedant. *Servius*.

Congesta] Copiose tradita. *Don*.

225 *Thurea dona, dapes*] Meritum viri ostendit ex multitudine specierum: et cum non dicat quanta, etiam plura intelliguntur. *Idem*.

Thurea dona, dapes] Stat. Theb. l. VI. 'Portant inferias arsuraque fercula primi.' *Emmeness*.

Dapes] Epulæ, quibus mortuo parentatum erat: *silicernium*. Vide Kirchm. de Fun. R. IV. 5. At Nascimb. adipem et carnes hostiarum intelligit. Ita Homerus scribit, cæsarum ante pyram ovium et boum adipe Patroclum a capite ad calcem coopertum fuisse ab Achille: excoriataque hostiarum corpora cum melle et oleo in rogum ad lectum ipsius adhibita: ut sc. cadaver citius cremaretur. *Taubmann*.

Fuso crateres olivo] Diis superis tantum libabant: inferis vero sacrificantes etiam vasa in ignem mittebant, unde ait *crateres:* quod etiam Statius in Archemori sepultura commemorat. *Olivum* autem ab *oliva* dixit; nam *oleum* ab *olea* dicitur. *Servius*.

Fuso crateres] Non paulatim, sed semel cecidit. *Donatus*.

226 *Collapsi cineres*] Horat. od. IV. 13. 'Dilapsam in cineres facem.' *Taubmann*.

Flamma quievit] Pyræ ingentis: quia, ut in quarto diximus, pro qualitate personæ pyræ fiebant: sepulchra etiam vel minora vel magna faciebant. *Servius*.

227 *Relliquias*] Ossa quæ restabant ex cadavere combusto. *Donatus*.

Relliquias vino lavere] Vino abluebant, quod erat colligendum. Ita vino nigro totus exstinguitur rogus Patrocli, Iliad. Ψ. et ossa ejusdem aurea phiala et duplici adipe conduntur. Ita Statius, ut magis probet amorem Ursi, rogum ejus vino Setino restinctum dicit. Silv. II. 'nec quod tibi Setia canos Restinxit cineres.' *Taubmann.*

228 *Ossaque lecta*] Aut collecta, aut lecta, ideo quia ut supra diximus, nobiles nunquam soli comburebantur, sed cum dilectis equis, vel canibus, vel famulo. *Servius.*

Lecta] Ex cineribus lignorum. *Donatus.*

Ossaque lecta cado] Lecta scil. e cineribus lignorum et carnis. Ossa enim sola condi consueverunt, quæ flammis erant reliqua. Tibullus: 'non hic mihi mater, Quæ legat in mœstos ossa perusta sinus.' Hinc *ossilegium*, ὀστολογία: et *ossilegus*, ὀστολόγος: et *ossuaria*, ὀστοδοχεῖα, locus ubi ossa reponuntur. *Taubmann.*

229 *Ter socios*] Aut sæpius, aut re vera *ter*. Licet enim a funere contraxerit pollutionem, tamen omnis purgatio ad superos pertinet: unde et ait imparem numerum: aut quia hoc ratio exigit lustrationis. *Servius.*

Circumtulit] Purgavit. Antiquum verbum est. Plautus, 'Pro larvato te circumferam,' id est, purgabo. Nam lustratio a circumlatione dicta est, vel tedæ, vel sulphuris. Juvenalis, 'Si qua darentur Sulphura cum tedis.' *Idem.*

Socios pura circumtulit unda] Id est, aqua purgavit. Græcis est περιαγνίζειν, περικαθαίρειν, περιμάττειν: quod, quia res certæ certaque februa circumferebantur ei, qui expiabatur, *circumferre* Latini vocarunt circumlustrare et circumpurgare. Is qui hoc faciebat, dicebatur ἀπομάκτης et περικαθαρτὴς, item περιστίαρχος, qui domum aut concionem urbemque lustrabat. Turneb. IX. 10. et x De tota re accurate Casaubo Theophrasti Charact. et Sat. I sii; *pura* autem dicebantur q offerebant: Gr. καθαρὰ καὶ ἁγν *pura aqua* Dion. Halicarnas ὕδωρ ἁγνόν. Vide Herald. ad l. VII. *Taubmann.*

230 *Spargens*] Quia res i aguntur. In secundo Ænea portaturus ait, 'Donec me vivo Abluero.' Hic enim en ut diximus supra. *Servius.*

Spargens rore levi, &c.] Spars ramo fiebat. A quibusdam R nus, ut Ge. II. 'Vix humiles casias roremque ministrat:' e quam ad sensum accommoda aquæ adsperginem et rorem gere: tamen adspergillum p rore marino, partim ex oliv fuisse factum, non inscitum sit existimare. Adspergillum potius e lauru fieri solebat: Juven. Sat. II. 'lustrari, si rentur Sulphura cum tedis, et humida laurus,' id est, aqua et madens ad adspergendum gandum. Sed vide Not. Æn. *Felicem* porro *olivam* ad oleas crimen, qui infelix est, dicit: III. 'Infelix superat foliis amaris,' &c. Adspersione ante fieri solitam illam purgationem etiam Pollux VIII. 8. Apud M tamen non tantum aqua mu eluuntur que, ut teda, ovis, su verres: cum addit, 'Lustr viros:' Sed Donatus, *domos* aquæ purificationem hominum morum fuisse dicit. Nam an de hominibus, 'Idem ter scripserat: et ut *lustravitque* tineas, nihil est necesse novam tionem excogitare. Turneb 21. *Taubmann.*

Felicis olivæ] Arboris festi moris fuerat, ut de lauro fiere dicit Donatus quod hoc prop

gestum mutavit. Nam nata erat laurus in palatio eo die, quo natus est Augustus: unde triumphantes coronari consueverant: propter quam rem noluit laurum dicere ad officium lugubre pertinere. *Servius.*

Lustravit viros] Quia totius classis pollutionem posuerat, idcirco omnes hic lustrat. *Donatus.*

Viros] In Romano codice, *lustravitque domos* legitur: quod improprie positum est. Classem enim totam non domos funere incestaverat Misenus. Sed enim potuit classem domos appellare, quia de sacrificiorum more, quæ vera in promptu non sunt, simulata pro veris haberi soleant: hinc in quarto, 'Sparserat et latices simulatos fontis Averni.' *Pierius.*

Novissima verba] Id est, *Ilicet.* Nam *Vale* dicebatur post tumuli quoque peracta solemnia. *Servius.*

232 *At pius Æneas*] Superiora cæteri compleverant: sepulchrum vero idcirco curavit Æneas, ut magna mole fieret: quia contemplabatur ejus maximum meritum. Arma etiam posuit, ut quibus in vita floruit, illis in morte ornaretur. *Donatus.*

Ingenti mole] Ædificat sepulcrum pro dignitate ac meritis defuncti. Plato vetabat, altius excitari sepulcrum, quam viri quinque totidem diebus exstrui possent: lapides non majores, quam ut possent defuncti laudes quattuor Heroicis versibus comprehendere. *Taubmann.*

233 *Imponit*] Antiqua omnia exemplaria, quæ legi, *imponit* præsenti tempore scriptum ostendunt, non *imposuit* in præterito. *Pierius.*

Suaque arma viro] Ipsi chara sculpsit in saxo. Nam supra ea jam legimus concremata. *Servius.*

Suaque arma viro, remumque, tubamque] Ex more, quo sepulcris imponebantur defunctorum insignia. Ergo in honorem Miseni fortis, nautici tubicinis, constituuntur arma, remus, tuba. Homerus in sepulcro Elpenoris nautici viri Odyss. XII. Πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν: *Fiximus in summo sepulcro fabrefactum remum.* Apud Valerium Arg. III. Cyzicus, cum ad sepulturam ducitur, secum portat sceptrum, et regia insignia: 'Sceptra manu veterum retinet gestamen avorum.' Tametsi ibi alia ratio assignetur. Aliquid ad hanc rem pertinet versus Euripidis in Troad. ubi Hecuba loquens de morte Astyanactis, ita ait, Θέσθ' ἀμφίτορνον ἀσπίδ' Ἕκτορος πέδῳ: *Figite in solo scutum Hectoris utrinque elaboratum.* Cerda.

Suaque arma viro, remumque, &c.] Sepulcris imponebantur defunctorum insignia, arma, ut Kirchm. III. 5. ad Misenum alludit Stat. Silv. l. III. 'Enthea fatidicæ seu visere tecta Sibyllæ Dulce sit, Iliacoque jugum memorabile remo.' Plura Feith. ant. Hom. I. 15. *Emmeness.*

234 *Monte sub aërio*] In aërio. Nam supra est positus. *Aërium* autem alii altum dicunt: alii nomen montis antiquum volunt. Unde est, 'Qui nunc Misenus ab illo Dicitur.' *Servius.*

Aërio] Hoc nomen monti illi apud priscos fuerat. Ergo mira brevitate et vetus et novum ponit nomen. *Æternum per secula:* et propter meritum defuncti, et propter auctoritatem Æneæ, qui hoc voluit. Neque placet quod *Aëreum* non sit nomen proprium, sed significet altum: nam quod vetustum illud nomen fuerit, ostendit Maro, cum de Miseno dicat, qui nunc quasi inferat: dicitur nunc Misenus, qui olim dictus est Aërius. *Donatus.*

Qui nunc Misenus, &c.] Pompon. Mela II. 4. 'Misenum, id nunc loci, aliquando Phrygii militis nomen.' Propertius eleg. III. 18. 'Qua jacet et Trojæ tubicen Misenus arena.' *Cerda.*

Qui nunc Misenus] Sil. Ital. l. XII. 'Nec non Misenum servantem Idæa sepulcro Nomina.' *Emmeness.*

236 *Præcepta Sibyllæ*] Ut, 'Duc nigras pecudes, ea prima piacula sunto.' *Servius.*

237 *Spelunca alta fuit*] Qua ad inferos descendebatur: non ubi fuerat Sibyllæ vaticinata. *Idem.*

Spelunca alta fuit] Similis plane et luculenta descriptio est apud Arbitrum in Satyrico, ab illis versibus: 'Est locus exciso penitus demersus hiatu Parthenopen inter magnæque Dicarchidos arva, Cocyta perfusus aqua: nam spiritus, extra Qui furit effusus, funesto spargitur æstu.' Lege reliquos. *Cerda.*

238 *Scrupea*] Lapillosa. Nam *scrupus* proprie est lapillus brevis, qui pressus solicitudinem creat. Unde etiam *scrupulus* dictus est. *Servius.*

Scrupea] Fortasse a Pacuvio, qui in Nuptis: 'scrupulosam specum.' Aut ab Ennio, qui: 'Per speluncas saxis structas asperis pendentibus:' et ita *scrupea* erit saxosa. *Cerda.*

Lacu nigro] Aut alto: aut vere nigro inferorum vicinitate. *Tuta* autem, quia hinc lacu, hinc cingitur silvis. Dicit autem locum, quem nunc *Doliola* vocant. *Servius.*

Tuta lacu] Hoc facit natura loci, et non humanum artificium quod tuta sit. *Donatus.*

239 *Volantes*] Volucres, participium pro nomine posuit: ut, 'Plurimus Alburnum volitans cui nomen Asylo est;' licet illic sit etiam altera figura. Sane sciendum Lucretium et alios Physicos dicere aërem corporeum esse, unde aves sustinet: sed hunc cedere vapori sulphureo. Unde aves in illis locis desertæ aëre, quo portari solent, concidunt, non odore, sed pondere. Quod potest esse verisimile, quia altius in eodem loco possunt volare: ut, 'Tollunt se celeres: liquidumque per aëra lapsæ.' *Servius.*

Quam super, &c.] Explicatur Averni lacus etymon, qui sic dictus quasi ἄορνος, id est, sine avibus. Nam halitus inde effectus, aves enecabat, inde volatus ille non erat impunis avibus. Allusum fortasse ad Homeri versum, Odyss. XII. Τῇ μέν τ' οὐδὲ ποτητὰ παρέρχεται, οὐδὲ πέλειαι: *Hac neque volucres prætervolant, neque columbæ.* Cerda.

Ullæ volantes] Id est, volucres: ita Ge. III. 'Plurimus volitans.' *Taub.*

240 *Talis halitus*] Refert causam, cur non possent volare, scilicet propter vim vaporis inde surgentis, quo statim necabantur. *Donatus.*

Talis sese halitus] Infectum aërem sic describit Sidon. epist. I. 5. 'Spiritus aëris venenatis flatibus inebriatus.' *Cerda.*

241 *Faucibus*] Sibi hæret, nam supra: 'Fauces graveolentis Averni.' Sic Lucanus l. VI. 'Tænareis faucibus.' *Idem.*

Ad convexa] Cœli curvitatem. *Serv.*

242 *Aornum*] Inolevit his temporibus consuetudo, ut *Aornum* scribatur etiam a literatis viris. Sed enim in antiquis codicibus omnibus quotquot habui, *Avernum* notatum observavi. *Pierius.*

Aornon] G. Fabric. e Mss. et Aldo leg. *Aornon.* ἄορνον, id est, *sine avibus.* se. antequam locus a J. Cæsare, arboribus excisis et purgata ripa, salubrior factus est. Nunc alia, inquit idem, vallis vicina inter Puteolos et Neapolim, quam *Sulphurariam* nominant, ejusmodi letalem spiritum emittit, ad quam etiam avis nulla propius accedit. De Averno erudite etiam Lucret. l. VI. 'Principio, quod Averna vocantur, nomen id ab re Impositum est: quia sunt avibus contraria cunctis: E regione ea quod loca cum advenere volantes, Remigii oblitæ pennarum vela remittunt, Præcipitesque cadunt, molli cervice profusæ In terram, aut in aquam,' &c. *Taub.*

243 *Quatuor*] Procurabat Sibylla remedium ad transitum: nam si aves per altitudinem cæli citæ transire non poterant, quid homo efficeret per teterrimum locum et tenebras transiturus tardo gressu? Numerus autem et color et reliqua, qua adhibentur, pertinent ad rationem sacrificii. *Donatus.*

r *hic nigrantes terga*] Signate
stituer: quod *numerus par in*-
veniat, perinde ut superis
Et sicuti his candida, ita illis
itia faciebat. Et quia inferis
:ra fiebant in effossa terra:
it, *hic*, id est, in aditu spe-
Porro huic loco quædam e
Cic. I. lucem fœnerari pos-
ubmann.
tes] Dictum alibi de pecudi-
is, inferis: quæ mactari so-
de Stat. Theb. l. IV. 'Velleris
ecudes armentaque sisti A-
t.' Nigræ etiam requireban-
s in sacris infernalibus, qui-
atos oportebat esse sacer-
Ovidius in Ibide vs. 100. 'Et
stes corpora vestra tegant.'
s.
ergit vina sacerdos] In quar-
Media inter cornua fundit.'
re est supina manu libare:
in sacris supernis. *Vergere*
t conversa in sinistram par-
n ita fundere, ut patera con-
: quod in infernis sacris fit.
em pertinent ad victimarum
ionem: ut si non stupuerint,
ibentur. *Servius.*
invergit] De quo ritu Plu-
ut notat Serv. et Turneb.
Utitur verbo *invergere*, et
Curc. I. 2. 'Invergere in me
suos sine ductim.' et Lucret.
i terras igitur quoque Solis
ardor.' Ovid. Met. VII. 2.
s Medeæ: 'Tum super in-
liquidi carchesia mellis, Al-
invergens tepidi carchesia
Hostias etiam pronas sive cer-
eris immolabant: quos autem
festinarent, resupinabant: ut
impont. ex Apollonii Inter-
Taubmann.
etas] Antequam pecudes in
immolarentur, capitis earum
ro secabantur, quod Græci
θαι dicunt, quod est, post im-
em et mactationem, quæ
κατάσπεισις dicitur, sacrificium inci-
pere; mox hoc a sacerdote facto,
jugulabatur hostia a victimariis vel
popis. Ideo sequitur, 'Supponunt
alii cultros.' Turn. XIII. 21. et XIX.
17. Etiam Meursius ad Lycophr. no-
tat, setas illas, quas e fronte victimæ
evulsas cum molarum parte in ignem
super aram conjiciebant, ἀπαρχὰς
proprie dictas. *Idem.*

Setas] Duo addo loca ex Homero
quem noster hic respexisse videtur
Iliad. Γ. 273. Ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε
τρίχας: et Odyss. Γ. 446. Εὔχετ'
ἀπαρχόμενος κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ
βάλλων. De hoc ritu Hartungius con-
sulendus II. 7. *Emmeness.*

247 *Voce vocans*] Non verbis, sed
quibusdam mysticis sonis. Nam ut
in Lucano legimus, varia numina in-
vocabantur: ut, 'Latratus habet illa
canum, gemitusque luporum: Quod
stridunt ululantque feræ, quod sibilat
anguis Exprimit: et planctus frac-
tæque tonitrua nubis: Tot rerum vox
una fuit.' *Servius.*

Cæloque Ereboque potentem] Hoc
est, quod ait Hecaten, ut plenum nu-
men ostenderet. *Idem.*

248 *Supponunt cultros*] Id est, victi-
mas cædunt. Fuit autem verbum sa-
crorum, in quibus mali ominis verba
vitabantur. Hinc est quod et *macte*
dicebatur, quod magis augere signifi-
cet. Dicimus autem *hic culter cultri*.
Nam *cultellus* diminutivum est; *cul-
tellum* penitus Latinum non est. *Idem.*

Supponunt cultros, &c.] Pro *suppo-
nere* Ovidius Met. VII. 599. *subjicere*
utitur: 'subjectos tinxit sanguine
cultros.' Hostias solebant veteres
primum securibus cædere aut clavis,
deinde prostratas suppositis cultris
jugulare: *cultros supponere* est quod
ὑποτιθέναι σφαγίδας Dionysius dixit,
sub collo et jugulo ponere, quod est,
jugulare. Sed *jugulare* in sacris ne
dicerent, cavebant, cum ominis mali
verbum sit, et sacra esset vitiaturum
inauspicata voce. Hæc et plura

Turneb. xv. 12. et Saubertus adeundus de Sacrif. l. xix. qui Choulium et Giraldum errasse contendit. Sacrificandi ritum enarrat Feithius antiquit. Homer. i. 10. De cultris dictum Ge. iii. 492. Popa autem victimam jugulante, alius sanguinem vase excipiebat, quod vas Attici *σφάγιον*, Homerus *ἄμνιον* vocat, quam vocem exponit Summus ille Bochartus de Bobus ii. 33. Latini pateras dicunt, quare Noster vs. seq. 'Tepidumque cruorem Suscipiunt pateris.' *Emmeness.*

249 *Succipiunt*] Antique. Nam modo *suscipiunt* dicimus. *Servius.*

Succipiunt] Ne jam sacratus in terram cadat. *Donatus.*

Succipiunt] Ita Servius Danielis, P. Lætus, Egnatius et hujus discipulus P. Manutius contendunt, Poëtam antiquo verbo *succipiunt*, pro *suscipiunt*, usum esse: ut et Æn. i. 179. 'Succepitque ignem foliis:' quod et J. C. Scaliger unice probat, Poët. iv. 16. *Taubmann.*

Ipse atri] Omnia nigra inferis mactat, et sterilem vaccam, quia nihil ab inferis nascitur. Demonstrat quatuor: colorem; genus animalis, cum primo vellere intactum: ergo non attonsum, et Veneris immune. *Donatus.*

Ipse] Non semper percussio hostiæ fuit victimariorum, et poparum: sed interdum magnorum principum. Firmo hoc ex Athenæo, qui lib. xiv. ita notat: 'Ἀγαμέμνων παρ' Ὁμήρῳ θύει βασιλεύων: *Agamemnon rex apud Homerum sacrificat:* et postea idem notat ex Thrasymede filio Nestoris, qui pro patre jam sene, neque valente id muneris præstare, ipse securim arripit, et *κόπτει τὸν βοῦν*, *bovem ferit*. Apud Philostratum de vita Apollonii vi. 15. Domitianus Imperator sacrificabat. Sed et sacra nocturna, qualia hic exhibet Maro, Iason quoque perficit apud Apollonium Arg. iii. *Cerda.*

250 *Matri Eumenidum*] Id est, Nocti: ut, 'Hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem.' Et Eumenides dicuntur per Antiphrasim, cum sint immites. *Servius.*

Eumenidum] De origine vocis dum disputat Sanctius in Minerva l. iv. p. 441. de antiphrasi hanc ut suam profert ex Suida, qua *pias* et *mites* esse ostendit. *Emmeness.*

Magnæque sorori] Id est, terræ. Nam, ut supra diximus, nihil est aliud nox nisi umbra terrarum. *Servius.*

251 *Ense ferit*] Ut eum contra umbras haberet consecratum. Hinc est, quod ei dicit Sibylla, 'Tuque invade viam, vaginaque eripe ferrum.' Item, 'Strictamque aciem venientibus offert.' Hoc autem etiam Homerus dicit. *Idem.*

Ipse Ense ferit] Nam ritu heroico ipsi, qui sacrificabant, etiam hostias cædebant: ut docet Turn. xxv. 12. Et quidem *ense* feriisse, notat Servius, ut eum contra umbras haberet consecratum. *Taubmann.*

Sterilemque tibi, Proserpina, vaccam] Deæ congruam, nunquàm enitenti. *S.*

Ipse atri vell. agn. matr. Eum. ster. tibi Proserp. vacc.] Ex Od. K. *ἐλθὼν ἐς Ἰθάκην στεῖραν βοῦν ἥτις ἀρίστη, ῥέξειν ἐν μεγάροισι, πυρήν τ' ἐμπλησέμεν ἐσθλῶν. Ἔνθ' ὄϊν ἀρνειὸν ῥέζειν, θηλύν τε μέλαιναν.* Nimirum hic Maro Homerum secutus Diis Manibus vaccam sterilem dicavit, ut et Apollonius: *ἔντομα μήλων*, dicuntur ex pecudibus castrati mares, qui inferis sacrificantur, ut infœcundi, quales sunt verveces, quorum capita in terram prona inciduntur, cum contra, quæ cælestibus immolantur, resupinatis capitibus mactari soleant, ut notavit ejusdem Apollonii interpres. Convenit, quod et observavit Servius, superiori loco, 'Invergit vina sacerdos.' *Germanus.*

Sterilem vaccam] Στεῖραν βοῦν Hom. Od. K. Sterilis vacca dicebatur *taura*: quæ prægnans, *horda*, ait Varro De Re R. ii. 5. Proserpinæ autem ideo mactatur: quia cum virum habeat Plutonem, nunquam tamen enixa est:

Prudentius: 'Rapta ad Tartarei thalamum Proserpina regis Placatur vacca sterilis cervice resecta.' *Taub.*

252 *Stygio regi*] Ita περιφράζεται Plutonem. Sic Pindarus Nem. I. Ζηνὸς Αἰτναίου. Homerus Il. I. Ζεὺς καταχθόνιος. *Cerda.*

Nocturnas aras] Quæ tota nocte arderent. *Inchoat* autem perficit. Et est verbum sacrorum. *Servius.*

Nocturnas] Nam et tempus tenebrosum inferis convenit. *Donatus.*

Nocturnas aras] In quibus res divina noctu fieret, non interdiu: quod recepti moris erat in Plutonis sacris. Vide Turn. XXVIII. 44. Servius: quæ tota nocte arderent. *Taubmann.*

253 *Et solida imponit taurorum viscera flammis*] Non exta dicit: sed carnes. Nam *viscera* sunt, quicquid inter ossa et cutem est. Unde etiam *visceratio* dicitur, ut diximus supra. Ergo *solida viscera*, holocaustum significat: quod, detractis extis, aræ superimponebantur, quæ nonnunquam ablata, elixa etiam ipsa reddebantur: unde infert, *Fundens ardentibus extis.* Quanquam alii pro parte totum velint: ut per *exta* totum animal intelligatur. *Servius.*

Solida] Holocaustum intelligunt Servius, et Macrobius. Ita Seneca Œdip. in sacro ferali: 'solidasque pecudes urit.' Nam viscera (interprete Servio) sunt, non tantum exta, sed carnes, quicquid nimirum est inter ossa et cutem. Inde est, ut postea in *extis* debeas ex parte totum concipere συνεκδοχικῶς. Arnob. lib. VII. locutus est, ut Poëta: 'si illibata, si solida concremari animantium viscera,' ubi capiendum quoque holocaustum: sicuti fortasse apud Apul. l. X. 'Mensaque posita, omne genus edulium solidorum, et illibata fercula jussit apponi.' *Cerda.*

Solida taurorum viscera] Innuit majora sacrificia, quum solida corpora, tantum tergore detracto, imponebantur: quæ Græcis ὁλοκαυτώματα et ὁλοκαυτώσεις dicuntur. *Oleum* vero ideo infundit, ut carnes facilius exurantur. Arnob. l. VII. 'Si illibata, si solida concremari animantium viscera.' B. Ambrosius Instit. Virg. c. 16. 'Perfectorum autem est solida esca,' interpretans ad Hebr. V. τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφή. De *visceribus solidis* vide Colvium, Apul. l. X. Porro *imponendi* etiam verbum sacris solemne esse, docet Brisson. Form. l. I. *Taubmann.*

254 *Pingue super oleum*] In antiquis aliquot exemplaribus, *pingue super oleum* habetur absque ulla interjecta particula, quæ intrusa videtur hic metri necessitate, ut sæpe alias perperam factum. Potest tamen non invenuste legi per figuram ἓν διὰ δύο, *Pingue superque oleum*, ut 'Molemque et montes.' Sed si etiam *pingue oleum* dicas, *que* particula secundo loco non invenuste ponitur. *Pierius.*

Oleum] Ut validius urerentur, oleum infundit. Ostendit igitur quo more, vel quibus, et qualibus, et quantis animalibus cæsis inferorum numinum favor acquiritur. *Donatus.*

Pingue super oleum, &c.] Schedius de Dis German. c. 29. docet oleum pro vino adhibitum in sacris Plutonis. *Emmeness.*

Extis] Extorum nomine veniunt præcipue jecur, pulmo, cor. Viscera autem dicuntur, quicquid inter ossa et cutem est. De exticina Salmas. Plin. exercit. p. 129. *Idem.*

255 *Ecce*] Ubicunque ponitur *ecce*, necessario sequitur aliquid, quod metum afferat vel admirationem. *Donatus.*

Primi sub lumina solis et ortus] Atqui hæc sacra per noctem fiebant: sed locutus est secundum Romanum ritum, quo dies creditur a medio noctis incipere. Illo autem loco, quo dicit, 'Nox ruit, Ænea,' non *venit*, sed *finitur* significat. Quanquam alii dicunt sacra hæc a media die incipere, et perduci usque ad mediam

noctem. Quod si est *nox ruit*, potest *venit* significare. *Servius.*

Ortus] Ne incertum esset quid sit *sub lumina solis*, addidit, *ortus*. Donat.

256 *Mugire solum*] Silius: 'Immugit tellus, rumpitque horrenda per umbras Sibila.' Nam cum ad sacra sua adventabat Proserpina, aut precibus evocata erat, terra tremere videbatur: audiebanturque canes latrantes: rhedarum fulgor cernebatur: ut scribit Apollon. l. III. Vide Turn. XV. 8. et XVI. 4. *Taubmann.*

Moveri] Ita Æn. III. 'tremere omnia visa repente.' *Idem.*

257 *Visæque canes ululare*] Ita numinis ostendebatur adventus. *Canes* autem, Furias dicit. Lucanus, 'Stygiasque canes in luce superna Destituam.' Sic ut etiam diximus supra. *Ululare* autem et canum et Furiarum est. *Servius.*

Visæque] In codicibus aliquot antiquis *visi* virili genere legitur, quod non ita placet. Nam et *visæ* fœminino genere apud Senecam habetur: ubi etiam illud observavimus, pro 'juga cœpta moveri Silvarum,' *juga celsa* scriptum esse: ut participium illud *visæ* omnibus respondeat: 'Visum sub pedibus mugire solum:' et 'Juga celsa Silvarum moveri visa: visæque canes ululare.' *Pierius.*

Visæ ululare] Ita Ter. Eun. III. 2. 'Audire vocem visa sum modo militis.' Ad quod Donatus: Omnes sensus *visu* dicuntur, ab eo quod est certissimum oculorum. Ergo, *visa sum*, id est, sensi. *Taubmann.*

Canes] Nam et Dianæ, quæ eadem est *Trivia*, canes tribuuntur: et noctivagæ Triviæ etiam nocturnæ canes, quas quidam (Servius et Pomp. Sabin.) *Furias* interpretantur. Apollonius quoque ejus canes *χθονίας κύνας* vocat. Horat. Sat. I. 8. 'serpentes atque videres Nocturnas errare canes.' Lucanus: 'Stygiasque canes in luce superna Destituam.' Turn. XXVIII. 44. et XIII. 12. *Idem.*

Per umbram] Ad omnia pertinet, quæ descripsit. *Donatus.*

258 *Adventante dea*] Ipsa scilicet Proserpina. *Servius.*

Profani] Qui non estis initiati. *Id.*

Procul o, procul este, profani] Qui Sacris non estis initiati, quos vulgo *Laicos* vocamus. Ita Callimachus laudes Apollini dicturus, profanos hac voce excludit: ἑκὰς ἑκὰς ἔστε ἀλιτρός; unde Claud. De raptu Proserp. l. I. 'gressus removete, profani.' Medea apud Ovid. Met. VII. 'procul hinc jubet ire ministros, Et monet arcanis oculos removere profanos.' Hæc autem Sacra dicebantur ἀβέβηλα, Plinio *opertanea*: opposita τοῖς βεβήλοις, ad quæ profanis accessus erat. *Taubmann.*

259 *Totoque absistite luco*] Hoc est, non tantum a spelunca, sed ab omni luci vicinitate discedite. *Servius.*

Toto luco] Ut penitus lucum relinquatis. *Donatus.*

260 *Invade viam*] Ingredere. *Serv.*

Vaginaque eripe ferrum] Ut videlicet amoveat irruentes umbras; et multo magis contra monstra, quæ futura postea obvia in ipso vestibulo. Sollemnis est hoc loco Cœlii nota, asserentis, dixisse hoc Platonicum Poëtam ex doctrina Platonicorum, qui ajunt, dæmones timere enses; ac tela illis studiose prætendi. Hortensius dicit, re ipsa compertum dæmones ferri aciem formidare. Hoc sentit hic Virgilius, et ante illum Homerus, et post utrunque Silius. Apud Græcum enim Ulysses Odyss. XI. ait, Αὐτὰρ ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ Ἥμην, οὐδ' εἴων νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα Αἵματος ἄσσον ἴμεν: *Cæterum ego gladio acuto stricto a femore Ibam, neque sinebam mortuorum inania capita Ad sanguinem prope accedere.* Apud Latinum ita Maga alloquitur Scipionem, 'Eductumque tene vagina interritus ensem.' An vero hæc tantum gentilium opinio? Scribit diligentissimus Delrius Disquis. VI. 2.

sect. 1. quæst. 1. hanc quoque fuisse opinionem Judaicam, ut patet ex Thargumæo in cap. 8. Cantic. vers. 8. Sed hæc esse mera animorum ludibria, et aniles fabulas, certissimum est. Nam facile est dæmoni impedire rem hanc ictu eluso. Vide apud Delr. genus quoddam præstigiarum huic simillimum, quod adducit ex Saxone Hist. Dan. lib. v. de Oddone pirata Danico. *Cerda.*

Vagina eripe ferrum] Dæmones an sentire doloris vim possint, et cur iisdem enses offerantur, disputat Cælius xx. 8. et x. 9. et 10. et Crinitus vi. 3. *Taubmann.*

Vaginaque eripe ferrum] Pro eo Ovidius Met. x. 475. 'Nitidum vagina deripit ensem.' *Emmeness.*

262 *Furens*] Deo plena: aut certe similis furenti. *Servius.*

Aperto] Id est, quod semper patebat. *Donatus.*

Ille ducem haud, &c.] Similis ferme locus Aristidis orat. 6. sacror. serm. *εἰσῄειμεν δὲ ὑπὸ σκότῳ, καὶ ὑπὸ χειραγωγῷ: ingressi sumus per tenebras, et manu ducti.* Quod Poëta *haud timidis passibus*, Martialis epig. iv. 8. 'gressu licenti.' *Cerda.*

Vadentem passibus æquat] Magnam fiduciam Æneæ ostendit. *Donatus.*

264 *Di, quibus imperium est animarum*] Plenus locus alta sapientia: de qua varie disserunt Philosophi. Nam dicunt per alios animas ad inferos duci: ut, 'Hac animas ille evocat orco Pallentes: alias sub Tartara tristia mittit.' Item per alios transferri: ut, 'Navita sed tristis.' Per alios purgari, ut, 'Aliæ panduntur inanes Suspensæ ad ventos.' Per alios vero ad summa revocari: ut, 'Lethæum ad fluvium deus evocat agmine magno.' Sciens ergo de deorum imperio varias esse opiniones, prudentissime tenuit generalitatem. Ex majore autem parte Syronem, id est, magistrum suum Epicureum sequitur. Hujus autem sectæ homines novimus superficiem rerum tractare, nunquam altiora disquirere. *Servius.*

Di, quibus imperium] Dicturus quales esse sedes inferni asserantur, et quæ illic gerantur, quæ sunt incognita viventibus, ne temerarius videatur, veniam a diis petit: asserens non se auctore, sed aliis proferentibus illa dicere, ne sibi incognita, et in vulgus non proferenda videatur retegere. *Donatus.*

Di, quibus, &c.] Invocationes non tantum in initio operis locum habent attentionis excitandæ causa, sed etiam in medio. Voss. de Inst. Poët. iii. 4. *Emmeness.*

Umbræque silentes] Secreta inferorum semper silentia: nam hominum umbræ loquuntur: hinc est, 'Quæ sacra silentia norunt.' Invocat autem summum bonum, quod in silentio constare manifestum est. *Servius.*

Umbræque silentes] Hom. Od. Λ. νεκροὶ ἀφραδέες. *Germanus.*

265 *Et Chaos, et Phlegethon*] Elementorum confusio. Invocat autem rerum primordia, quæ in elementorum fuerant confusione. Per *Phlegethonta* inferorum fluvium, ignem significat: nam φλὸξ Græce, Latine ignis, est: unde secundum Heraclitum cuncta procreantur: et re vera sine calore nihil nascitur; adeo ut de Septentrione dicat, 'Sterili non quicquam frigore gignit.' *Servius.*

Chaos] Elementorum confusio. Operosissimam τοῦ χάους Genealogiam habes apud Aristophanem: sed verissimam apud Mosen Gen. i. Ovid. Met. l. i. de Chao: 'rudis indigestaque moles, Nec bene junctarum discordia semina rerum,' &c. *Taubmann.*

Loca nocte tacentia late] Aut hoc est quod supra ait, 'Umbræque silentes:' aut vult ostendere esse partem mundi, in qua perpetuæ sunt tenebræ. Cum enim probatum sit quod legimus, 'Et minima contentos nocte Britannos,' sphæræ exigit ratio

ut e contrario sit regio noctibus vacans. *Servius.*

Tacentia] In Romano codice, quia superiore carmine legebatur, 'Umbræque silentes,' quasi ejusdem vocabuli insulsa esset repetitio, quæque ariditati atque inopiæ sermonis potius quam elegantiæ adscribi posset; pro *silentia*, reposuere *tacentia*, quod nescio quid Catullianum sapit, 'Quum tacet nox.' *Silere* autem est Cornelio Frontoni, quum loquentis sermo comprimitur, ab ipsa significatione litteræ *s*. Tacet vero qui nec loqui quidem cœpit. *Silentia* tamen Servius agnoscit, et ita reliqua omnia legunt exemplaria. *Pierius.*

Tacentia] Pierius *silentia* probare videtur. Sic Val. Flacc. l. III. 'Stygiæ devexa silentia noctis.' Ovid. Fast. l. V. 'Mox etiam Lemures animas dixere silentum.' Apulejus Metam. XI. 'inferorum deplorata silentia nutibus meis dispenso.' Sed hoc arbitrio eruditi lectoris relinquo. *Emmeness.*

266 *Sit mihi fas audita loqui*] De alta dicturus prudentia miscet poëticam licentiam. *Servius.*

Audita loqui] Q. d. Non cognita, sed tantum audita. Et licet Plato de Inferis multa disputet, pleraque tamen antiquitas sensit, quod Seneca, Consol. ad Marciam c. 19. ait: 'Cogita, nullis defluctum malis affici. Illa quæ nobis inferos faciunt terribiles, fabula est. Nullas scimus imminere mortuis tenebras, nec carcerem, (Erebi claustra) nec flumina (Phlegethontem) flagrantia igne, nec Oblivionis amnem, (Lethem) nec Tribunalia, (Minois, Rhadamanti, Æaci) nec reos ullos in illa libertate tam laxa: nullos iterum tyrannos. Luserunt ista Poëtæ, et vanis nos agitavere terroribus. Mors omnium dolorum solutio et finis est,' &c. Ita Pythagoras apud Ovid. 'Quid Styga, quid tenebras, et nomina vana timetis?' Videatur et Macrob. I. 19. de Somnio Scip. *Taubmann.*

Sit numine vestro] Concedatur à vestro numine. *Servius.*

267 *Pandere*] Idem verbum in re simili Claudian. Rapt. I. 'Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum, Et vestri secreta poli, qua lampade Ditem Flexit amor.' *Cerda.*

Alta terra, et caligine mersas] Bene junxit. Ex terris enim caligo procreatur, id est, umbra. *Servius.*

Res alta terra] In codicibus aliquot antiquis legere est, *res altas terra et caligine mersas.* Sed quanto melius est *alta terra*, ut emendatiores habent codices. *Pierius.*

Caligine mersas] Res omnes inferorum unis tenebris et caligine celebratæ. Ennius Andromacha, 'Acherusia templa alta, Orci pallida, Lethi obnubila, obsita tenebris loca.' Valer. Arg. III. 'superis incognita tellus, Cæruleo tenebrosa situ, quo flammea nunquam Sol juga, sidereos nec mittit Juppiter annos.' Poëta quidam apud Tullium, 'crassa caligo inferum.' Plinius IV. 12. cum respectu ad Virgilium dixit: 'pars mundi damnata a natura rerum, et densa mersa caligine,' de Riphæis montibus. *Cerda.*

268 *Obscuri sola sub nocte*] Aut Hypallage est, *Sub obscura nocte soli ibant*, aut *sub sola nocte*, id est, ubi nihil aliud est præter noctem. *Servius.*

Ibant] Sic loquitur Catullus, 'Qui nunc it per iter tenebricosum.' Et Theocr. in epigram. *οἴχεται εἰς ᾅδαν*: *it in infernum.* Sophocles in Antigone, de illa moriente, Τὰν *νέαταν ὁδὸν Στείχουσαν*: *Novissimum iter Euntem.* Poëta apud Plutarchum de consolatione Apoll. *Ἅπαντες ᾅδαν ἦλθον, καὶ λάθας δόμους.* Aristides in obitu Eteonei *πορείαν* dixit, loquens de hac re. *Cerda.*

Obscuri sola] In codicibus quibusdam antiquis ita legitur, *ibant obscuri soli sub nocte.* Sed Donatus ait solam

m, cui lux nulla succedit.
em eandem agnoscere vide-
a, dum hypallagen figuram
st et *per umbram* unitatis
n pluribus exemplaribus,
i magis convenire videtur.
mbræ alind quiddam signi-
Servius.
nes vacuas] Nostri mundi
one. Simulachra enim illic
inania esse, non dubium
nox est, cui nulla lux suc-
rvius.
In quibus nihil videri po-
e illic occurri. *Donatus*.
acuas] Sc. corporibus: etsi
plenissimas: quæ tamen
s sint, nullum locum occu-
apud Horat. *domus Pluto-
r exilis*, quod inanis et va-
ut exponit Turn. IX. 27.

gna] Inanium: per quod
r vacua. *Servius*.
tam] Alii *inceptam* legunt:
a recurrit. Nam *incertum*,
n, id est, minorem signifi-
t.
i] In ipsis initiis positam.

] Antiqui codices nonnulli
eo, *inceptam* legunt. Sed
s et *incertam* eodem recur-
t Servius. Nam et alias
eodem loco dubitatum a
cis. *Pierius*.
ligna] Obscura. Nam ma-
t proprie angustum: ut,
e maligni,' id est, minores,
Sane sciendum Lunæ, licet
ommemoratione, ostendere
illic aliquid lucis. Nam
ia, quæ dicturus est, videre
nt. *Servius*.
maligna] Id est, non peni-
, Æn. IX. 'sublustri noctis
Scal. IV. 16. *Taubmann*.
ilvis] Quæ etiam illud exi-
sua densitate possunt eri-
natus.

Ubi] Quando. Nam non est loci, sed temporis. *Servius*.

272 *Nox abstulit atra colorem*] Hoc et videmus; et tractatur ab Epicureis, rebus tollere noctem colorum varietatem. Unde et apud inferos omnia nigra esse dicuntur. Contra hos Academici una repugnant. Nam squamas piscium lucere per noctem comprobatur. *Idem*.

Nox abstulit atra colorem] Aristoteles siquidem De animo l. II.: φῶς ἐστι τοῦ διαφανοῦς ἐνέργεια, δοκεῖ δὲ τὸ φῶς ἐναντίον τῷ σκότει· ἔστι δὲ τὸ σκότος στέρησις τῆς τοιαύτης ἕξεως ἐκ διαφανοῦς. Nimirum et Aristot. De sens. et sens. hanc tenebrarum rationem concisam reddit, ὅταν ἐνῇ τι πυρῶδες ἐν διαφανεῖ, ἡ μὲν παρουσία φῶς, ἡ δὲ στέρησίς ἐστι σκότος. Aliam causam Lucret. l. IV. ex Democriti et Epicuri disciplina exequitur, quam in simulacra et aërem confert his verbis: 'Continuo rerum simulacra adaperta sequuntur, Quæ sita sunt in luce, lacessuntque ut videamus: Quod contra facere in tenebris, et luce nequimus, Propterea quia posterior caliginis aër Crassior insequitur, qui cuncta foramina complet, Obsiditque vias oculorum, ne simulacra Possint ullarum rerum conjecta moveri.' Nempe et ἀνεπτυχαὶ ἡλίου, παρὰ τὸ ἀναπτύσσειν τὰ ἐν σκότῳ, ὅ ἐστιν ἐξαπλοῦν, καὶ δηλοποιεῖν, Eustath. Unde Maro: 'Jam sole infuso, jam rebus luce retectis.' *Germanus*.

273 *Vestibulum*] Ut Varro dicit, Etymologiæ non habet proprietatem: sed fit pro captu ingenii. Nam *vestibulum*, ut supra diximus, dictum ab eo, quod januam vestiat. Alii dicunt a Vesta dictum per imminutionem. Nam Vestæ limen est consecratum. Alii dicunt ab eo, quod nullus illic stet. In limine enim solus est transitus: quomodo *vesanus* dicitur non sanus, sic *vestibulum*, quasi non stabulum. *Servius*.

Vestibulum ante ipsum] In hoc erant

omnia, quæ cruciant vivos, aut defunctos affligunt. *Donatus.*

Vestibulum ante ipsum, &c.] Consentit ille locus Lucret. lib. III. 'Turpis enim fama, et contemptus, et acris egestas Semota ab dulci vita, stabilique videntur, Et quasi jam leti portas cunctarier ante.' *Germanus.*

Vestibulum] Quid proprie sit *vestibulum*, post Servium copiosissime disputant Agellius XVI. 5. et ex hoc Macrob. Sat. VII. 8. qui concludit, *vestibulum* aream dici, quæ a via domum dividat. *Fauces* autem iter angustum esse, per quod ad vestibulum de via flectatur. Æneas ergo cum videt fauces atque vestibulum domus impiorum, non est intra domum: sed de via videt loca inter viam et ædes locata. Vide et Floridum Succisiv. Lect. II. 12. Hujus autem vestibuli meminit et Plato in Axiocho, ut et reliquorum in Phædone: itemque Marsilius, in argumento hujus dialogi. *Taubmann.*

Faucibus Orci] Deum posuit pro loco: ut Jovem dicimus, et aërem significamus. Horatius, 'Manet sub Jove frigido venator.' *Orcum* autem Plutonem dicit. Nec per Charonta possumus intelligere inferos dictos, quia minor potestas pro imperio nunquam ponitur, sed illa quæ tenet imperium. Ergo alter est Charon. Nam *Orcus* idem est Pluton, ut in Verrinis indicat Cicero dicens, 'Ut alter Orcus venisse Ennam: et non Proserpinam, sed ipsam Cererem rapuisse videatur.' Alibi ait, 'Quia Ditem patrem emersisse ab inferis putant.' Dicimus autem et *hic Dis*, et *hic Ditis.* Servius.

Primisque in faucibus] In codicibus plerisque sane quam veteribus non invenuste legitur, *primis in faucibus* absque copulativa particula; sed ea inserta versum reddit canorum magis. *Pierius.*

274 *Luctus et ultrices posuere cubilia Curæ*] Ea dicit esse in aditu inferorum, quæ vicina sunt morti: aut quæ post mortem creantur: aut quæ in morte sunt, ut pallorem. Luctus enim post mortem est. *Servius.*

Luctus] Quorum sordidus et miserabilis cultus est. *Donatus.*

Luctus] Stat. Theb. III. sic describit: 'stat sanguineo discissus amictu Luctus atrox.' Claudianus, 'scisso mœrens velamine Luctus.' Luctus formam poteris etiam colligere ex his Senecæ in Furente: 'Unde iste, genitor, squallor, et lugubribus Amicta conjux? unde tam fœdo obsiti Pædore nati? quæ domum clades gravat?' De luctu ait Dio Chrysost. orat. 16. βασανιζόμενοι τῷ χαλεπωτάτῳ πασῶν βασάνῳ: *torti difficillimo omnium tormento.* Cerda.

Curæ] Conscientiæ, quæ puniunt semper nocentes. *Servius.*

Curæ] Quæ quæcunque possident, torquent. *Donatus.*

Ultrices] Hanc Curarum carnificinam expressit Horatius III. 1. 'Post equitem sedet atra Cura.' Et nota vocem *cubilia.* Curæ ergo feræ sunt, et monstra: hæc enim in cubilibus, signata hac voce, delitescere, ab omnibus dicuntur. et ego jam de hac re. *Cerda.*

Ultrices Curæ] Conscientiæ, quæ semper puniunt nocentes. Juvenal. 'quos diri conscia facti Mens habet attonitos, et surdo verbere cædit, Occultum quatiente animum tortore flagello.' *Taubmann.*

275 *Pallentesque habitant Morbi*] Mali hujus formam colligas a Dione Chrysost. orat. 16. ubi de illo, αἰσχρὸν θέαμα, *turpe spectaculum.* postea illi dat, μέλαιναν ἐσθῆτα, *nigram vestem.* Cerda.

Tristis] Severa, quæ gignit severitatem. Cicero, 'Judex tristis et integer.' *Servius.*

Tristisque Senectus] Et quia nostros contrahit vultus, et morti vicinos facit. *Donatus.*

Tristisque Senectus] Id est, severa, id

ica, dura: ut Serv. exponit. 'Judex tristis et integer.' hoc et Floridus II. 12. contra um, qui tristem exponit, quemorosam, quod apud Cicero- Senecam legantur, 'Senes t anxii, et queruli atque diffi- Et Horat. dixerit, in mores 'Difficilis, querulus, laudator acti.' atque inde Silius: ue insidiæque, atque hinc ida senectus.' Taubmann.

que Senectus] Recte tristis, Senectus, monente Terentio IV. 1. 9. morbus est; ad quem onatus ex Apollodoro Græca γῆράς ἐστιν αὐτὸ νόσημα: hoc nectuti cognomen vere im- m. Legendus Seneca, qui 30. mala senectutis recen- tanquam βωμός ἐστι τῶν κα- 108. Virgilium laudat con- m semper morbos et Senec- le senectute non spernenda Epicharmi, quam tradit Æ- hist. II. 34. Emmeness.

etus] Huic pesti etiam per- ttribuit Statius Theb. IX. no margine clausi Spesque, s Metus, simul et Fiducia Cerda.

] Non solum quæ egestatem ctus, sed quæ cupiditatem affert. Donatus.

ada Fames] Impelluntur cer- ales ad rapinas et scelera rgente et imperante Fame. egie Claudianus, 'Imperiosa Quintilianus in Declam. de : 'Animi tormentum est, labes, magistra peccandi, necessitatum, deformissima ' Seneca in epist. 'Venter non audit, poscit; appel- pianus Hal. III. cum dixerit, e λιμοῖο κακώτερον, gravius icit rationem hanc, κρατέει νόσοισιν ἀπηνής: imperat sane nes crudelis. Philo l. I. de s famem et sitim vocat dominas graves et difficiles: δέσποιναι γὰρ χαλεπαὶ καὶ βαρεῖαι. Cerda.

Malesuada Fames] Ita Plauto Mostell. I. 3. lena dicitur malesuada: et alibi Amor malesuadus. Famem autem, non solum egestatem victus debemus accipere, quæ inopiæ causa suggerit prava consilia; sed istam quoque βουλιμίαν et 'sacram auri famem' locupletum, qua aliena violenter invadunt. Taubmann.

Ac] In Romano codice, in Mediceo, ac plerisque aliis antiquis, 'ac turpis' habetur, ut quodammodo jungat egestatem una cum ipsa fame. in aliis et. Pierius.

Turpis Egestas] Quæ turpes facit, et quasi harum rerum imagines facit, quas dicit esse apud inferos. Ideo, quia in quem ista concurrunt, sit mortalis, necesse est: unde deos immortales dicunt; quia ista non sentiunt, quibus mors creatur. Servius.

Turpis Egestas] Nam et macie deturpat faciem, et necessitate sordidum relinquit victum et vestitum. Donatus.

Turpis Egestas] Non paupertas, nam hæc virtus, sed egestas, quæ de luxuriosis ac perditis. Inde Cicero in Parad. correctione utitur: 'ista paupertas, vel potius egestas, et mendicitas tua.' Et Claudianus de monstris quoque inferorum, 'Et luxus populator opum, cui semper adhærens Infelix humili gressu comitatur egestas.' Lucretius, l. III. ad quem fortasse aspiravit Maro: 'Turpis enim Fama, et Contemptus, et acris Egestas Submota ab dulci vita stabilique videntur, Et quasi jam lethi portas cunctarier ante.' Seneca in Thyeste inter monstra inferorum etiam Egestatem posuit. Cerda.

277 Terribiles visu formæ] Omnes scilicet quas supra dixit. Servius.

Terribiles visu formæ] Non re, sed visu terribiles dicit: id est, videri, non esse. Vide mihi, quæ hic dis-

putat divinus Seneca, Epist. 104. *Taubmann.*

Laboque] Antiqua fere omnia exemplaria legunt, *labos* per *s*, non *labor*. Quod vero sequitur soporem consanguineum esse mortis, ex Hesiodo sumptum, qui Theogonia somnum et mortem noctis filios fuisse dicit. Quod vero *Consanguineum* dixit, ita eum Claudianus imitatus, 'Te consanguineo recipit post fulmina fessum, Juno sinu.' Ea enim Jovis et soror et conjux. *Pierius.*

278 *Consanguineus Leti Sopor*] Secundum Homerum, juxta illud, 'Dulcis et alta quies, placidæque simillima morti.' *Servius.*

Consanguineus Leti Sopor] Id est, germanus frater: κασίγνητος θανάτοιο Homero Iliad. Ξ. Odyss. Π. et Hesiodo et Orpheo. Ita Sophocles Teucrum fratrem Ajacis vocat ξύναιμον, id est, *consanguineum*. Seneca 'fratrem mortis' dixit, et Val. Flaccus: 'fratri Somne simillime Leto.' Ita et Stat. III. et XI. consanguineos vocat fratres germanos; item Claudianus. Videatur Cujacius Observ. XI. 26. Aristoteles Somnum statuit 'confinium vivendi et non-vivendi.' unde et Petron. 'hic graves alius mero Obtruncat, et continuat in mortem ultimam Somnos.' *Taubmann.*

Consanguineus Leti] Macrob. hunc locum Homero deberi docet Saturn. V. 7. de cognatione Somni et Mortis, cujus utriusque parens est Nox, agit Torrent. ad Hor. od. I. 24. Huc facit responsum Gorgiæ, quem senio confectum morboque implicitum, cum ex necessariis aliquis rogaret, quomodo se haberet, respondit (utar verbis Æliani Var. Hist. II. 35.) ἤδη με ὁ ὕπνος ἄρχεται παρακατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ: *jam Somnus me incipit suo fratri tradere.* Emmeness.

Mala mentis Gaudia] Generaliter omnium scelerum dicit: ac si diceret 'malæ mentis gaudia.' Ut, cum male fecerunt, gaudeant. *Servius.*

Mala mentis Gaudia] Hæc sunt quæ in scelera ducunt. Adulter enim et latro cum luctu de sceleribus voluptatem capiunt. *mala* ergo, quia apud inferos puniuntur. *Donatus.*

Mala mentis Gaudia] Q. d. *Malæ mentis gaudia*: generaliter ex omni scelere perpetrato. Seneca Epist. 59. Poëtam nostrum ait diserte quidem dixisse, sed parum proprie: cum nullum malum sit gaudium. 'Voluptatibus,' inquit, 'hoc nomen imposuit, et quod voluit, expressit: significavit n. homines, malo suo lætos.' Vide et Lipsium ibid. Alii *vindictam* interpretantur, alii ἐπιχαιρεκακίαν. *Taubmann.*

279 *Mortiferumque adverso in limine Bellum*] Mire, cum omnia in vestibulo, bellum vero in limine ipso posuit, quoniam nulla major est mortis causa quam bellum: et est familiare epitheton. *Servius.*

280 *Eumenidum thalami*] Furiæ nunquam nupserunt; unde thalamos accipiamus habitationum loca, in quibus natæ sunt. Alii *thalamos* dicunt, qui facti sunt auctoribus Furiis: sed non procedit, quia ait, 'Terribiles visu formæ,' ut non videatur esse contrarium: quia Furias paulo post alibi dicit esse. Nam possunt hic natæ esse, et alibi manere, et abili officium exercere pœnarum. *Idem.*

Ferrei] Ut thalami Furiarum ferrei sunt, ita apud Claudianum l. I. in Ruff. de sedilibus monstrorum inferni, 'Complentur vario ferrata sedilia cœtu.' Sed Poëta proverbialiter capi potest, cui thalami Furiarum dicuntur ferrei, a rigore et natura ferri, non quod vere ferrei essent. Itaque Prudentius in Perist. hym. 10. 'Quæ cautes illud perpeti spectaculum? Quis ferre possit æris aut ferri rigor?' Tibullus l. I. 'non tua sunt duro præcordia ferro Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.' Ovid. Met. IX. 'Nec rigidas silices, solidumve in pectore ferrum, Aut ada-

menta gerit.' Isti et alii plures proverbialiter locuti sunt. *Cerda.*

Eumenidum thalami] Duplex hic nodus. Cur Furiæ in aditu inferorum constituuntur, cum sciamus illas esse in Tartaro, profundissima parte inferorum, ad puniendos nocentes? Deinde, cum thalamus proprie sit, ubi vir et mulier θάλλουσιν, cur datur Furiis, quæ virgines sunt? Nihil hoc mirum: fabulæ plenæ his nebulis. Sed in re utraque Virgilium Ovidius juvat. Apud illum Juno Metam. IV. 'sorores Nocte vocat genitas, grave et implacabile numen. Carceris ante fores clausas adamante sedebant, Deque suis atros pectebant crinibus angues.' Quid, quod Virgilius, non Furias in aditu constituit, sed earum sedes: nihilque vetat illas hinc inde discurrere. Pergo ad alterum. Idem Ovid. Met. II. loquens de virginibus, 'Pars secreta domus, ebore, et testudine cultos Tres habuit thalamos, quorum tu, Pandrose, dextrum, Aglauros lævum, medium possederat Herse.' Extremum hoc de thalamis monuit Janus Parrhas. in Claudian. I. Rapt. Ex Aristide idem indico, qui de Horis, quas antiquitas virgines fecit, θάλαμον ὡρῶν dixit, in oratione de laudibus Neptuni. Sed et interpres Homeri in Il. III. hac voce significari simpliciter οἶκον, domum, adnotat. Damascen. orat. II. de Nativit. Mariæ παρθενικοῦ θαλάμου dixit. *Idem.*

Discordia demens] In quam ex dementia incidimus: neque injuria dat sanguinem et serpentes. *Donatus.*

281 *Crinem vittis innexa*] Ut, 'Scissa comam,' et, 'Oculos suffusa.' *Servius.*

Vipereum, &c.] Ita Ovid. Met. IV. Fab. 10. de Furiis: 'Carceris ante fores clausas adamante sedebant: Deque suis atros pectebant crinibus angues.' Legatur totus locus qui elegantiss. σύνοψιν cuncti apparatus Orcini continet. Inprimis autem Seneca in Hercule Fur. a versu 660. Luculenti etiam sunt, vel Scaligero v. 18. judice, Claudiani versus in Rufinum l. I. 'Concilium deforme vocat, glomerantur in unum Innumeræ pestes Erebi: quascunque sinistro Nox genuit fœtu: nutrix Discordia belli: Imperiosa Fames: leto vicina Senectus,' &c. *Taubmann.*

282 *In medio*] Aut vestibulo: aut absolutum est, et intelligimus hanc esse eburneam portam, per quam exiturus est, quæ res hæc omnia indicat esse simulata, si et ingressus et exitus simulatus est et falsus. *Servius.*

In medio ramos, &c.] Transit a descriptione vestibuli, et venit ad interiorem partem, quæ non esset sub tecto. Fuit illic, inquit, ulmi arbor annosa: perinde, inquit, ingens, ingentibus ramis effusa, et opaca frondibus. Bene posuit annosam, et ingentem: sunt enim arbores, non tamen ingentes, nec opacæ, nec ornatæ frondibus. In hac aut et antiquitas apparebat; et ramorum et frondium opacitas antiquitati respondens. *Donatus.*

Annosaque brachia] De arbore dictum etiam apud Stat. Thebaid. l. I. 'rapiunt antiqua procellæ Brachia silvarum.' *Emmeness.*

283 *Ulmus opaca, ingens*] Distinguenda sunt ista propter duo epitheta. *Servius.*

Ulmus opaca] Bene innuit, Somnia veri esse sterilia. Nam ulmus multos parit flores, fructus nullos. Silius *taxum* dicit: 'Dextera vasta comas, nemorosaque brachia fundit Taxus, Cocyti rigua frondosior unda. Hic diræ volucres, pastusque cadavere vultur, Et multus bubo; ac sparsis strix sanguine pennis, Harpyiæque fovent nidos, atque omnibus hærent Condensæ foliis; sævit stridoribus arbor.' *Taubmann.*

Pandit] Non aperit, sed expandit, id est, extendit; et dicunt quidam *pandit* ab eo quod est *aperit* venire, nam quod apertum, est latius diffu-

sum: hinc est, 'Patulæ recubans sub tegmine fagi.' *Servius.*

Somnia] Habitatio *Somni*, ut et 'triplex Somniorum genus' luculentissime describuntur ab Ovidio Met. XI. Fab. 12. et P. Statio Theb. X. 84. *Taubmann.*

Vulgo] Passim, catervatim: an *vulgo ferunt?* Servius.

284 *Vana tenere*] Utrum καθόλου, an quæ ex his vana sunt, et duo somniorum genera putantur, unum de cœlo, ut, 'Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis Anchisæ,' quod est verum: aliud ab inferis, quod est vanum. *Idem.*

Vana] Quia ab Inferis. nam Vera mittunt Superi. Homerus: καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός. *Taubmann.*

Ferunt] Quia supra: 'Sit mihi fas audita loqui.' Non enim debuit auctor esse in incertis. *Idem.*

Foliisque sub omnibus] Qui de somniis scripserunt, dicunt quo tempore folia de arboribus cadunt, vana esse somnia: quod per transitum tetigit. *Vana* autem ideo, quia ab inferis. nam vera mittunt superi. Homerus, καὶ τ' γάρ ὄναρ ἐκ Διὸς, somnium de Jove. *Servius.*

Foliisque sub omnibus hærent] Qui de Somniis scripserunt, dicunt; quo tempore folia de arboribus cadunt, vana esse somnia: quod per transitum ingeniose tangit. Vide Jo. Saresber. in Nug. Curial. l. II. 15. Porro loci hujus allegoriam explicat Cælius X. 9. *Taubmann.*

286 *Centauri in foribus stabulant*] Bene *in foribus:* quia ea, quæ contra naturam possunt creari, statim pereunt. *Servius.*

Stabulant] Habitant: et usurpative dixit, ut *populat, luctat:* nam *stabulor* dicimus. Et bene allusit: quia ex parte equi sunt. *Centauri* autem Ixionis et Nubis filii sunt. Ixion enim amatam Junonem de stupro interpellavit. Illa confessa Jovi est: et ejus voluntate Nubem in suam formam conversam obtulit, unde feruntur nati esse Centauri. *Idem.*

Centauri in foribus] Ortus et genituras monstrorum, Centaurorum, et hujusmodi aut omnino, aut fere rejiciunt Aristoteles, Galenus, Lucretius: paucique Philosophorum generabilia monstra credunt: pauciores vitalia esse concedunt. Plutarchus tamen lib. An ratio brutis insit, non videtur usquequaque illis assentiri, ut qui Ægipanum, Sphingum, Minotaurorum natales ad promiscuum hominum cum brutis congressum referre videatur. *Germanus.*

Centauri] Negarunt hos esse multi ex antiquis. Ne, quæ alii conjunxerunt, repetam, lege Magium lib. Miscell. I. 20. Delrium in Hercul. Furen. novis comment. versu 778. Porro ad versum Virgilii contendit Statius in Achill. 'Centauri stabula alta patent.' et Solinus cap. 14. 'Ossam' (agitent) 'quos Centaurorum stabulis immorari juvat.' Ut vero in aditu inferorum hæc monstra, ita Plutarchus de genio Socratis ait, exaudiri rugitus plurimos, et gemitus animalium. *Cerda.*

Scyllæque biformes] Bene plurali usus est numero. Nam Scylla filia Nisi, secundum alios in avem conversa est, secundum alios in piscem. Ergo etiam ipsa biformis fuit: sicut hæc in Siciliæ freto. Dictum autem est per poëtæ licentiam. Quidam pluralem numerum pro singulari positum volunt, nam quæ in avem conversa est, nihil terroris habet. Harum sane fabulæ in Bucolicis plenius narratæ sunt. *Servius.*

Scyllæque biformes] Duæ memorantur Scyllæ: una filia Nisi; de qua Ovid. Met. VIII. altera Phorci, conversa in monstrum marinum: de qua Met. XIV. fab. 1. et noster Æn. III. Servius de priore tantum accipit, quæ secundum alios in avem, secundum alios in piscem mutata. *Taub.*

Biformes] Lucret. l. V. 'Aut se-

s succinctas semimarinis Scyllas.' *Idem.*

&c.] Hæc monstra con- i Stat. silv. I. v. 'Cen- Iydræque greges Scyllæ- ra:' et aliorum illic fit

gemiuus Briareus] Cen- : secundum fabulas ipse s est Ægæon. Qui, ut dunt, pro diis adversus lla gessit; ut vero alii ontra deos pugnavit, eo pore, quo inter Jovem et e cœlesti regno certamen a Jove fulmine ad in- t esse trusum. Alii di- Juno et Minerva et Nep- rique dii Jovem ligare hetide Briareum adhibi- vinculis exemisse. *Serv.*

ninus Briareus] De hoc i Cœli et Terræ filius, siod. in Theogon. et Hom. . ubi eum etiam ἑκατόγ- t ab diis quidem *Briareum* ninibus autem *Ægæonem:* gie etiam noster pingit 'Ægæon qualis, centum dicunt, Centenasque ma- nginta oribus ignem Pec- arsisse;' quæ tamen se- osdam *Centiceps* etiam autem Custos additus est llo, ne Titanes ruptis vin- feris faciant. *Taubmann.*

Lernæ] Hydram dicit, mmanis magnitudinis, quæ a Argivorum palude: sed *etra* dicitur, quod, uno apita excrescebant. Cum tata triplarentur, admoto incendio, consumpta nar- s felle Hercules sagittas e dicitur. Sed constat cum fuisse evomentem ntes vicinam civitatem: meatu clauso multi erum- od Hercules videns, loca t: quibus siccis clausit meatus. Nam Hydra ab aqua dicta est, id est, ἀπὸ τοῦ ὕδατος. Potuisse autem hoc fieri ille indicat locus, ubi dicit, 'Omne per ignem Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor.' Et utrum hic distinctio plena sit, an 'horrendum stridens' inferioribus jungendum sit: *stridere* enim bene Chimæræ datur, quæ et serpentes habet et flammas. *Servius.*

Bellua Lernæ] Dicta est alio no- mine Excetra. Et observabis contra vulgus mediam corripi; nam Cicero II. Tusc. convertens versus Sopho- clis: 'Hæc dextra Lernam tetram mactata Excetra Placavit.' Quæ hæc fera, et Herculis facinus ubique obvium: ut Virgilius hydram in fori- bus locat, ita Tibul. I. 8. in porta: 'Tum niger in porta serpens, tum Cerberus ore Stridet.' Ita Tibullum legit, et explicat ad imitationem Vir- gilii Josephus Scaliger. *Cerda.*

288 *Horrendum stridens*] Pro *hor- rende:* adverbium qualitatis derivatum in nomen. *Servius.*

Flammisque armata Chimæra] Ti- thonis et Echidnæ filia, ore leo; pos- tremis partibus, draco: media, capra, secundum fabulas, fuit. Re vera au- tem mons est Lyciæ: cujus hodie- que ardet cacumen, juxta quod sunt leones: media autem pars hujus pas- cua habet, quæ capreis abundant; ima vero montis serpentibus plena sunt. Hunc Bellerophontes habita- bilem fecit, unde Chimæram dicitur occidisse. *Idem.*

Chimæra] De eadem Lucret. I. v. 'Qui fieri potuit, triplici cum cor- pore, ut una Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra Ore foras acrem efflaret corpore flammam.' De hac etiam Hesiod. in Theogon. qui eam velocem pedibus, robustam, tri- cipitem, et flammas vomentem facit. Hanc interfecit Bellerophon, ut est apud Hom. Il. VI. *Taubmann.*

289 *Gorgones*] Hæ Gorgones Phor- ci filiæ tres fuisse dicuntur, extrema

Africa circa Atlantem montem, quæ omnes unum oculum habebant, quo invicem utebantur: quarum nomina hæc fuerunt, Stheno, Euryale, Medusa: sed Medusa erecta favore Neptuni, ausa est crines suos Minervæ capillis præferre, qua re indignata dea, crines, quibus amatori maxime placuerat, in serpentes vertit, eamque excidi a Perseo fecit luminibus orbatam, fecitque, ut quisquis caput ejus vidisset, verteretur in saxum; sed Perseus, Jovis et Danaës filius, cum ad eam occidendam volaret, præ se scutum ferens speculi candore perlucidum, sicut Minerva monstraverat, in umbra ejus vidit caput Gorgonæ, et ita aversus accedens id amputavit, quod cum ad Polydecten regem pertulisset, isque negaret id ejus virtute confectum, conspicuum id regi fecit, cujus conspectu ille in saxum mutatus est, quod in Serifo insula hodieque ostenditur. Serenus tamen Poëta dicit Gorgonas puellas fuisse unius pulchritudinis, quas cum vidissent adolescentes, stupore torpebant: unde fingitur, quod si quis eas vidisset, vertebatur in lapidem. Sane quidam dicunt versus alios hos a Poëta hoc loco relictos, qui ab ejus emendatoribus sublati sunt, 'Gorgonis in medio portentum immane Medusæ, Vipereæ circum ora comæ, cui sibila torquent, Infamesque rigent oculi, mentoque sub imo Serpentum extremis nodantur vincula caudis.' *Servius.*

Harpyiæque] Aut jam mortuas intellige: aut secundum Platonem et alios, simulachra licet vivarum illic fuisse. Nam dicunt esse omnium rerum ideas quasdam, id est, imagines: ad quarum similitudinem procreantur universa. Hinc est quod in Statio Ampharaus Plutoni dicit, 'Omnibus finitor rerum videris: mihi vero et sator.' Harum autem simulachra bene apud inferos sunt: quia esse dicuntur Furiæ. *Idem.*

Tricorporis] Heryli et Geryonis. *Idem.*

Tricorporis] Hesiodus Geryonem tantum vocat *τρικέφαλον tricipitem.* Sed Æschylus in Agamem. et Philo de legatione ad Cajum, *τρισώματον, tricorporem.* Æschylo hæsit Virgilius. Plutarchus in Politic. dat illi unam animam, sed *πολλὰ σκέλη, καὶ χεῖρας, καὶ ὀφθαλμοὺς*: *multa crura, manus, oculos.* Plautus Aulul. senas manus, cum ait: 'Cum senis manibus genere Geryonaceo.' Horatius XIV. 2. 'ter amplum Geryonem.' Rittershusius in Oppian. l. II. venat. versu 620. Virgilium aliter explicat, quam interpretes omnes; ait enim: 'Harpyiarum triplex forma, aures ursorum, corpora vulturum, ora virginum: hinc eas Virgilius Æn. VI. vocat formam tricorporis umbræ.' Non placet. Quare dictus tricorpor in Natali invenies, vide etiam Cedrenum p. 140. Justinum lib. ult. Pausaniam Att. Diodorum l. IV. *Cerda.*

Tricorporis umbræ] Geryonis, quem Hesiodus et Æschylus *γηρυόνα τρισώματον* et *τρικέφαλον* dixere. De hoc et Lucret. v. 28. 'Quidve tripectora tergemini vis Geryonai?' Eundem Horat. II. 14. *ter amplum* vocat: noster Æn. VIII. *Tergeminum*: quem itidem Hercules interemit. *Tricorpor* seu *triceps* ideo fingebatur, quod una cum duobus fratribus tam concordi fide regnum Hispaniæ administravit, ut ii uno nomine *Geryones* dicerentur. Alii tamen aliter. Vide Claud. Minoëm ad Embl. XL. Alciati. *Taubmann.*

291 *Offert*] Non ad feriendum, sed ad repellendas umbras. Unde *offert* dixit: sacerdos autem ferire prohibet. *Servius.*

293 *Cava*] Non solida, sed inani. Turn. XII. 15. Ita Prudent. adversus Phantasmaticos: 'Aërium, Manichæus ait, sine corpore vero Pervolitasse Deum, mendax phantasma, cavamque Corporis effigiem, nil con-

tractabile habentem.' *Taubmann.*

294 *Frustra ferro diverb. umbras*] Lucr. II. 'aërias quod sol diverberet undas.' Alludere autem videtur ad Epicuri inane, qui prima corpora tanta soliditate esse vellet, ut ictus omnes respuerent, et plagarum essent expertia, sicut inane est: 'Quod manet intactum, neque ab ictu frangitur hilum.' *Germanus.*

Frustra ferro] Laudat Jul. Scaliger Virgilium, quod sapientissime dixerit, 'frustra ferro diverberet umbras.' Homerum risui exponit, quod dixerit manes timuisse enses et vulnera. Non satis teneo, in quo positus Homeri lapsus, neque quid rideat Scaliger. Nam Virgilius quoque videtur consentire cum Homero. Certe, ideo supra Sibylla dixit, 'Tuque invade viam, vaginaque eripe ferrum,' ut manes terrerentur: aliter inepta esset præceptio. Et infra dicit Virgilius terreri umbras latratu Cerberi. Ubi etiam locum Senecæ adduco. Dicamus ergo, putavisse veteres, etiamsi falso, timeri a dæmonibus gladios: et hoc errore gentilium ductos tam Virgilium quam Homerum. Certe apud Plutarchum in Apophtheg. Laconicis, Laco quidam in spectrum ἐνέδραμε τῇ λόγχῃ, *hasta irruit.* Cæterum Virgilius hoc versu respicit proculdubio ad athleticam doctrinam. Nam Pollux inter verba, quibus athletæ se exercent aërem verberantes, ac ventilantes, adhibet verbum σκιαμαχεῖν, *pugnare cum umbra.* Cerda.

295 *Tartarei quæ fert Acherontis ad undas*] Sequitur illud Pythagoricum dicens, tenuisse eos viam post errorem silvarum; quæ vel ad vitia vel ad virtutes, ut diximus, ducit. *Serv.*

Tartarei Acherontis] Acheronta vult quasi de imo nasci Tartaro: hujus æstuaria Stygem creare. De Styge autem nasci Cocyton: et hæc est mythologia. Nam Physiologia hoc habet, quia qui caret gaudio, sine dubio tristis est. Tristitia autem vicina luctui est, qui procreatur ex morte. Unde hæc esse apud inferos dicit. *Idem.*

296 *Turbidus hic cœno*] Pro qualitate inferni fuit natura aquæ turbida, cœnosa, odoris pessimi: utpote quæ ructaretur a cœno. *Donatus.*

Turbidus hic cœno, &c.] Eleganter et accurate hunc amnem tartareum describit Sil. Ital. l. XIII. 'Tristior hic Acheron sanie crassoque veneno Æstuat, et gelidam eructans cum murmure arenam Descendit nigra lentus per stagna palude.' Juvenal. III. 266. 'cœnosum gurgitem' appellat: 'nec sperat cœnosi gurgitis alnum.' *Emmeness.*

297 *Cocyto eructat arenam*] In Cocytum: scilicet per Stygem. *Serv.*

Cocyto eructat arenam] In aliquot antiquis codicibus, *Cocyti* legitur possessivo casu. Sed prior lectio magis recepta est. et *harenam* cum adspiratione ex Varronis observatione, uti alibi dictum. *Pierius.*

298 *Portitor*] Proprie qui portat: abusive etiam qui portatur *portitor* dicitur, sicut *vector.* Servius.

Portitor] Is proprie est qui portum observat, ut nullus ejus injussu in alienas regiones transeat. His igitur aquis tam male olentibus, tam horridis aspectu, erat par custos, nec dissimilis loco et regioni. *Donatus.*

Portitor] Qui Ovidio *Vector*, Ulpiano *lintrarius* est: *Fehrmeister.* Tibullus: 'Stygiæ navita turpis aquæ.' Is enim pro stipe, vel (ut Lucianus ait) lupino, umbras in ulteriorem ripam trajicit. De eodem Propert. IV. el. ult. 'Vota movent superos: ubi portitor æra recepit, Obserat herbosos lurida porta rogos.' Juvenal. *Porthmea* vocat: 'tetrumque novitius horret Porthmea.' Ciceroni *Portitor*, publicanus est: ut et *Portorium*, vectigal quod ipse exigit, &c. Videatur Erythr. *Taubmann.*

Has horrendus aquas] Propter tria

flumina. *Servius.*

Horrendus] Charon ipse apud Euripidem in Alcestide vocat mores suos ἐχθροὺς γε θνητοῖς καὶ θεοῖς στυγουμένους: *Invisos hominibus, Diisque odiosos.* Ab Statio Syl. II. dicitur, 'trux navita,' in Epiced. in Glauciam. *Cerda.*

299 *Terribili squallore*] Id est, terribilis squalloris. *Servius.*

Terribili] In nonnullis omnino veteribus exemplaribus, *terribilis* habetur nominandi casu. Sed ablativo magis receptum. *Pierius.*

Terribili squalore, &c.] In hac descriptione Seneca Virgilio hæsit in Furen. 'Hunc servat amnem cultu et aspectu horridus, Pavidosque manes squallidus gestat senex. Impexa pendet barba, deformem sinum Nodus coërcet, concavæ lucent genæ, Regit ipse conto portitor longo ratem.' et in Œdip. 'Quique capaci turbida cymba Flumina servat, durus senior, Navita crudus, vix assiduo Brachia conto lassata refert.' Claudianus Rapt. 2. Charonti dat 'impexos crines.' Paulinus in Paneg. Celsi 'tristem squallorem.' *Cerda.*

Charon] Κατ' Antiphrasin, quasi 'Αχαίρων. *Servius.*

Terribili squalore Charon] A torvis oculis *Charon* dictus, unde vs. 300. 'Stant lumina flammæ.' Hercules ob oculorum sævitiam dictus fuit *Charops*: ex eodem horrore *Charybdis* nominata videtur. Adeundus Thylesius lib. de color. c. 3. ubi de colore agit cæsio. De origine hujus nominis alia tradit Sanctius IV. de antiphrasi. *Emmeness.*

300 *Canities inculta jacet*] Veteres enim non solum comam ornabant, sed etiam barbam, ut nonnullas videmus statuas. Ideo dixit 'Inculta mento canities.' *Servius.*

Stant] Horrent. Et est polysemus, hoc est, multiplicatio sermonum, ut diximus supra. *Idem.*

Stant lumina flammæ] Inflexibiles oculi, quasi flammam emittebant. *Donatus.*

Flammæ] In Romano codice, et aliquot aliis antiquis *flammæ* legitur. Sive id genitivi casus sit, quod nequaquam placet: sive appositive dictum, ut *duo lumina, duæ flammæ* videantur: sive, quod magis placet, facta est duarum vocalium transpositio, cum *flammea* vellent scribere, veluti in antiquis aliquot exemplaribus scriptum observavi. Sed id postea corruptum, velut etiam illud, quod supra dicebamus, 'Protinus omnia,' versu dactylico. *Pierius.*

Stant lumina flammæ] Oculi horrentes et inflexibiles quasdam quasi flammas emittebant: *Serv.* et *Donatus.* vel, pleni sunt flamma: uti *Æn.* XII. 'Stat pulvere cælum:' id est, pulvere oppletum est. Turn. XXVIII. 32. *Taubmann.*

301 *Nodo*] Valeant qui *nudo* legend. esse contendunt, quum *nodo* passim in antiquis codicibus tota libraria fide legatur. Et antiquæ statuæ tot ubique spectentur, in quibus ornatus ex humeris nodo religatus pendeat. *Pierius.*

Nodo] Non fibula, sed nodo. Ita de eodem Seneca in Hercule F. vs. 765. 'deformem sinum Nodus coërcet.' *Taubmann.*

Sordidus amictus] Sordidum erat velamen, neque tantum ut totum tegeret corpus: et non fibula, sed nodo nectebatur. *Donatus.*

302 *Subigit*] Subagit, sursum agit, regit. Et est polysemus sermo. Nam *acuit* significat: ut, 'Subiguntque in cote secures.' Et *compellit*: ut, 'Subitque fateri.' *Servius.*

Ipse ratem] Non agendi potestatem, sed pœnam habebat: quia multa simul officia implebat: nam dabat vela, vectabat corpora. *Subigebat*: id est, non sine labore agebat. *Donatus.*

Ratem conto subigit] Sententiam sic concipio: Continet semper navem in

nam partem fluminis, ne præ-
labatur secundo amne. Nam
. 'Non aliter quam qui adverso
lumine lembum Remigiis subi-
Et hæc esse videtur mens Ser-
ii in hunc locum: '*subigit*, sub-
sursum agit, rapit.' Est vero
hoc loco, hasta nautica, longa
hasta, qua nautæ utebantur ad
randa loca fluminum. Inde
i (quod Lilius admonet in lib.
vigiis) κοντωτὰ, navigia dicunt,
impelluntur conto: quorum fit
ab Appiano, et Diodoro.
lotus, genus quoddam pali, quo
ur navigia, πλῆκτρον vocat. Ab
hac Charontis, nata parœmia,
quibus imprecamur, ad navem
nus, qua usus Aristophanes in
L. Χώρει εἰς τὴν ναῦν, 'Ο Χάρων σε
: *Abi ad navem, Charon te ex-*
t. Cerda.
ito subigit] Scholiaste Juvenalis
ante *ponto subiit* nonnulli legunt,
male. Vide Rutgersii var. lect.
Emmeness.
lisque ministrat] Aut per vela: et
optimus. Aut velis obsequitur:
dativus. *Servius.*
lisque ministrat] Tacitus de mo-
Germanor. 'Nec velis ministrant,
remos in ordinem lateribus ad-
nt.' Observata quædam circa
rem lege in Acidalio l. IX. ani-
ers. Q. Curtii. *Cerda.*
Ferruginea] Nigra, tristi. Nam
rem ostendit dicens, 'Cum ca-
bscura nitidum ferrugine texit.'
us.
vectat] Proprium in hac re ver-
vs. 391. item Ecl. IV. 'Argo vehit
s.' Sen. in Herc. Fur. 'trans-
s unda tartari.' Unde et *Vec-*
qui navi vehuntur. Gloss.
vehi, διαπλεῦσαι. Ibid. *Vector*,
ώτης: *Vectura*, φόρετρον, ναῦλον.
rte *navis* q. vehiculum est. Vide
Heraldi Advers. I. c. ult. *Taub.*
pora cymba] Omne quod potest
i, *corpus* dicitur: unde paulo
post discretionem fecit, dicens, 'Cor-
pora viva nefas Stygia vectare ca-
rina.' *Servius.*

Corpora] Id est, mortuorum animas: nam omne quod potest videri, corpus dicitur. Unde 391. discretionem fecit: 'Corpora viva nefas Stygia vectare carina:' Nam et Plato in Phæd. tradit, animas, quæ non pure a corpore discesserunt, visibile aliquid secum trahere: quod nec Homerus tacuit, Iliad. XXIII. *Taubmann.*

304 *Jam senior*] Aut comparativum pro positivo posuit: aut, ut diximus, *senior*, est virens senex: ut *junior*, intra juvenem est: quam rem a Varrone tractatam confirmat etiam Plinius. *Servius.*

Cruda deo, viridisque senectus] Τὸ ἄλγιον: Ideo *cruda* et *viridis*, quia in deo: et bene *viridis*. Idem.

Viridis] Non propter colorem, sed quæ adhuc non parum de pristinis temporibus retineret. *Cruda* et *viridis*: quia nondum tendebat ad maturitatem. *Donatus.*

Sed cruda deo vir. senectus] Hesiodus tale epitheton senectuti dedit, sed videris, an eadem significatione, de fœmina loquens: ἴφθιμόν περ ἐόντα Εὗει ἄτερ δαλοῦ, καὶ ὠμῷ γήραϊ θῆκεν. Sane Gal. lib. De conserv. valetud. triplicem facit senectutem: primam vocari crudam, et ab ea ὠμογέροντας· secundam, circiter annum sexagesimum, a qua γέροντας· tertiam, decrepitam, a qua πεμπέλους. Hom. Il. Ψ. ὠμογέροντα δέ μίν φασ' ἔμμεναι. *Ger.*

Jam senior: sed cruda senectus] *Senior* (inquit Turn. XXII. 18.) hic est, qui cum progressiore esset ætate; eam tamen bene ferret, ut senectus cruda et viridis videretur. *Cruda* autem est *non matura*, sed viridis adhuc: nam *matura* dicitur in iis, qui ea prope confecti sunt: ut apud Horat. 'maturusve senex:' et Æn. v. 'ævi maturus Acestes.' Hesiodus *crudam senectutem* vocat, quæ ante diem venit, cum ait: καὶ ὠμῷ γήραϊ θῆκεν·

unde et ὠμογέρων. Pimpontius tamen dubitare videtur, utrum hoc Hesiodi de fœmina dictum huc quadret: et addit, Galenum facere *triplicem senectutem*: primam vocari *Crudam*, et ab ea ὠμογέροντας: secundam, circa annum LX. a qua γέροντας: tertiam, decrepitam, a qua πεμπέλους. Jam J. C. Scal. IV. 16. *viridem senectutem*, ut Æn. V. *viridem juventam*, ἀκμὴν interpretatur. Porro idem Scalig. III. 2. De *Expressione Personarum*, In his, inquit, versibus et ætas et habitus, et habitudo, et officium et instrumenta Charontis continentur. 'cui plurima mento Canities:' addit, *inculta*, et, *jacet*, sc. neglecta. 'Stant lumina flammæ,' i. e. rigida. σκληρόφθαλμον enim delineavit: cujusmodi homines vel crudeles vel pertinaces vel impudentes judicamus. 'nodo dependet amictus;' non, fibula. Deinde attribuit ex officio instrumenta, 'Ipse ratem conto,' &c. ut ne remum quidem dederit in crassa ac lenta palude naviganti. Ætatem quoque peculiarem: 'sed cruda Deo viridisque senectus:' quales a veteribus Græcis dicti sunt ὠμογέροντες. *Hæc Scalig.* Taubm.

Deo] Charonti. Solent enim Poëtæ ministris deorum tribuere appellationem Dei, propter immortalitatem. De Charonte vide Aristoph. in Ranis. Idem.

307 *Pueri innuptæq. p.*] Quos in spem posteritatis servandæ, convenerat in longum senium perduci. Distinguit sexus et ætates, ut ostendat mortem omnibus esse communem, nec moriendi esse ordinem. *Donatus.*

308 *Juvenes*] Qui adhuc suis commodis inservire patriæ potuissent. *Id.*

309 *Quam multa*] Ex hac comparatione, quanta fuerit turba ostenditur. *Idem.*

Autumni frigore primo] Extremitatem vult ostendere: quod ait Juvenalis, 'Jam lethifero cedente pruinis Autumno.' Nam ejus prima pars fervet: ut, 'Totoque Autumni incanduit æstu.' Sane sciendum secund. Plinium, folia Autumnali tempore ideò cadere, quia omnis tunc in arboribus humor æstatis calore invenitur exhaustus. Ergo *cadunt*, non quia tunc siccari incipiunt, sed quia tunc eis deest humor. *Servius.*

310 *Lapsa cadunt folia*] Est hoc, quod Sidon. dixit lib. V. 12. 'dejectæ caducæ frondis:' et Græci φυλλοβολεῖν. *Cerda.*

311 *Glomerantur aves*] Bene rebus volitantibus animas comparavit, quæ et ipsæ volant. *Servius.*

Glomerantur aves] Uti grues, anseres, ciconiæ, et similes, quæ sub hiemem terras apricas, Solique expositas, et ἄνευ φρίκης, id est, horrore et frigore expertes, petunt. Bene autem volucribus comparavit animas: nam et ipsæ volant. *Taubmann.*

Frigidus annus] Id est, hiems: a toto pars intelligitur. Horum autem versuum plenam, brevem, miramque rationem delibat Scaliger V. 3. et 6. et III. 6. IV. 16. *Idem.*

312 *Inmittit apricis*] Quasi ἄνευ φρίκης, id est, sine frigore, ut diximus supra. Unde nonnulli et Africam dictam volunt. *Servius.*

313 *Stabant orantes*] Volunt aliqui allusum ad morem oratorum, qui stabant. Tacitus Dialog. de oratoribus: 'Quod gaudium assurgendi assistendique inter tacentes, in unum conversos coire populum, et circumfundi coronam, et accipere affectum, quacunque orator induxerit.' Qui tamen mos non fuit perpetuus. Adi Polletum l. I. fori Rom. cap. 5. cum addit postea, 'tendebantque manus,' quamvis referri ad supplices possit: sed non dubium, quin etiam esset oratorum; et sic Poëta persistet in eodem more. *Cerda.*

Stabant orantes] Ecce cum tractu moræ videtur ipse versus stare. Scal. IV. 48. *Taubmann.*

ansmittere] Figura Græca imi transirent. *Servius.*

s ulterioris amore] Ad hunc ba Apuleji faciunt Met. : mora, cum ad flumen mores, cui præfectus Charon, xpetens portorium, sic ad eriorem sutili cymba deduantes.' *Emmeness.*

stis] Asper et inmiserabilis, *Servius.*

Dirus, nunquam affabilis.

us] Nam omnes simul non *Idem.*

alios] Nempe insepultos, ris arenam contingere non de superstitiosum illud seenus inventum, quod *Terræ* ebatur. De quo, versu 366.

us] In antiquis aliquot codi*ptos* legitur. Cui nonnihil videtur adverbium *longe* Magis tamen placet *sub*id et proprie et eleganter t. *Pierius.*

eas] Ordo est: Æneas ait, o. Cætera per parenthesim , id est, per suppositionem.

discrimine] Qua differenius.

'a linquunt] Repulsæ scilicet, euntes. *Idem.*

la livida] Nigra. Et *livi*nisi apud neotericos inveLucanus, 'Livor edax tibi egat, gentesque subactas.'

ivida] In Romano codice, *ida* legitur: neque timent syllabæ ex auctoritate Lul et Servius *livida* agnosceepitheton id inferis amnipe turbidis et cœnosis conPræterea *vertunt* in aliquot exemplaribus. Sed *verrunt* iticum est. *Pierius.*

vida] Statius Theb. I. 'umbrifero Styx livida fundo.' Tibullus l. III. alio flexu, sed pari significatu. 'pallida Ditis aqua,' et, 'luridus Orcus aqua.' *Cerda.*

321 *Breviter*] Ne qua fieret rebus necessariis mora. *Donatus.*

Longæva sacerdos] Sibyllam Apollo pio amore dilexit: et ei obtulit poscendi quod vellet arbitrium. Illa hausit arenam manibus: et tam longam vitam poposcit. Cui Apollo respondit posse fieri, si Erythræam (in qua habitabat) insulam relinqueret, et eam nunquam videret. Profecta igitur Cumas tenuit: et illic defecta corporis viribus vitam in sola voce retinuit. Quod cum cives ejus cognovissent, sive invidia sive miseratione commoti, ei epistolam miserunt, cretæ antiquo more signatam: qua visa, quia erat de ejus insula, in mortem soluta est. Unde nonnulli hanc esse dicunt, quæ Romana fata conscripsit, quod, incenso Apollinis templo, inde Romam allati sunt libri, unde hæc fuerat. *Servius.*

Longæva sacerdos] Ovidius de hac Sibylla Met. XIV. 'vivacisque antra Sibyllæ:' et Sibylla ipsa postea de se, 'Nam jam mihi sæcula septem Acta vides.' Aristoteles de mirabilibus vocat πολυχρονιωτάτην παρθένον. Propertius I. 24. proverbialiter, 'At me non ætas mutavit tota Sibyllæ.' Idem II. 2. 'Etsi Cumææ sæcula vatis agas.' Ovid. Fast. III. 'Invenias illic, qui Nestoris ebibat annos: Qui sit per calices facta Sibylla suos.' Auson. 'Vincas Cumanam tu quoque Deiphoben.' Citantur etiam versus veteris Poëtæ, qui pro exemplo longæ admodum ætatis inducit tres fœminas Hecubam, Sibyllam, Æthram matrem Thesei: 'Quædam haud junior Hectoris parente: Cumææ soror, ut puto, Sibyllæ: Æqualis tibi, quam domum revertens Theseus reperit in rogo jacentem.' Fabula, quam hic narrat Servius, consentanea in nonnullis est cum his quæ scribit Ovidius Met.

xiv. Adi utrumque. *Cerda.*

Longæva sacerdos] Nam etiam Aristoteles Σίβυλλαν πολυχρονιωτάτην παρθένον vocat. Vide Ovid. Met. xiv. 4. *Taubmann.*

Longæva sacerdos] Sunt, qui hanc vixisse dicunt ad Tarquinii usque tempora, quos refutat Salmas. Plin. exerc. p. 76. et de *sacerdote* idem p. 80. *Emmeness.*

322 *Deum certissima proles*] Ex eo quod subire inferos potuit. Ideo autem *certissima*, quia multi ad gloriam generis simulant se numinum filios: ut Romulus ex Marte, Alexander ex Jove Hammone. Hoc ergo excludit. Sic alibi de Hercule, 'Salve, vera Jovis proles.' *Servius.*

Deum certissima proles] Natus ex homine, non immerito paves: sed nihil debes metuere, quia a diis principium ducis. *Donatus.*

323 *Cocyti stagna*] Non auget moram, quia respondet ad id quod non interrogat, sed minuit: nam curat ne postea interroget. Stagnum igitur, inquit, Cocyti nomen: palus vero, quæ ex superfusione aquæ efficitur, Styx appellatur. Nec indiget probatione, quod insepulti non transportentur: quoniam cernit ibi quos sepelire non potuit. *Idem.*

324 *Et fallere numen*] Ut supra diximus, sive propter Victoriæ favorem Stygis filiæ. Nam dicitur statuisse Jupiter, ut si quis fefellisset ejus numen, uno anno et novem diebus ab ambrosia et nectare prohiberetur. Ratio autem est, quam supra diximus. Ideo per Stygem dii jurant, quia tristitia contraria est æternitati. *Servius.*

Jurare timent et fallere] Id est, juratum numen fallere, seu pejerare. Ideoque Seneca in Thyeste vs. 666. Stygem *undam* vocat, 'quæ facit in cœlo fidem:' et Lucan. l. vi. 'timorem superum' appellat. Nam pejeranti novennio nectare et ambrosia carendum: decimo v. anno a deorum consortio exulandum fuit. Servius tamen uno anno et novem diebus ambrosia et nectare prohibitum sit. Vide Hom. Il. O. et Od. E. Hesiod. in Theogon. et inprimis Delrium in Hercul. Fur. 710. Sed et Cœl. xxvii. 5. et J. Meurs. in Lycophron Cassandr. Item Not. Æneid. ix. 104. *Taubmann.*

Jurare timent et fallere numen] Jusjurandum Diis sanctius non fuit, quam per Stygias aquas jurare. Homer. Odyss. E. 185. Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ (ὅστε μέγιστος Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι). Apoll. Biblioth. l. i. Τὸ δὲ τῆς στυγὸς ὕδωρ ἐκ πέτρας ἐν ᾅδου ῥέον, Ζεὺς ἐποίησεν ὅρκον, ταύτην αὐτῇ τιμὴν διδοὺς, ἀνθ' ὧν αὐτῷ κατὰ τιτάνων μετὰ τῶν παίδων συνεμάχησε: *Jupiter Stygis aquam de scopulo per inferorum loca fluentem jurisjurandi religione decoravit: quod ipsi contra Titanas una cum filiis opem tulisset.* Inde Apulejus Metam. l. vi. 'Diis etiam, ipsique Jovi formidabiles aquas istas Stygias, vel fando comperisti? quodque vos dejeratis per numina Deorum, Deos per Stygis majestatem solere.' Alludunt passim Poëtæ. Noster Æn. xii. 816. 'Adjuro Stygii caput implacabile fontis.' Ovid. Metam. ii. 45. 'promissis testis adesto Dis juranda palus.' Sil. Ital. l. xiii. 'At magnis semper Divis, regique Deorum Jurari dignata palus.' Aliorum testimonia sexcenta præterire satius est. *Emmeness.*

325 *Inops inhumataque turba est*] Duo dicit, id est, nec legitimam sepulturam habet, neque imaginariam. *Inopem* enim dicit sine pulveris jactu (nam *ops* terra est), id est, sine humatione. Vult autem ostendere tantum valere inanem, quantum plenam sepulturam. Nam et Deiphobi umbra transvecta est, cui Æneas cenotaphium fecit: ut, 'Hunc egomet tumulum Rhæteo in litore inanem Constitui.' Bene autem *sepultos*, id est, fletos; nam sine fletu sepultura non

[illegible]

· *ille Charon*] Qui etiam [illegible] dicitur. Juvenal. Sat. III. [illegible] trumque novitius horret [illegible] Petron. in Satyr. 'vix [illegible] rtimens Sufficiet simulacra ducere cymba.' Quid *porti-* [illegible] m supra vs. 298. *Emmeness.*

[illegible] *fluenta*] Aut rheumata [illegible] t bene pluraliter, quia de [illegible] uitur. *Servius.*

[illegible] ea] In antiquis omnibus

[illegible]

[illegible] Poeta respicit, [illegible] lib XXII. 14. *Taubmann.*

Littora] Supra dixerat [illegible] lit ea. Itaque [illegible] dicitur etiam de fluminibus, non de mari solum. Ita Propertius eleg. I. 2. 'Eueni patriis filia litoribus.' Est Euenus fluvius. Sed hoc alibi. *Cerda.*

330 *Stagna exoptata revisunt*] Lethaei scilicet fluminis. *Servius.*

331 *Vestigia pressit*] Scilicet cogitatione tardatus, et intentionem con-

stantis ostendit. *Idem.*

332 *Putans*] Reputans. *Idem.*

Multa putans] 'Ασκέπτως, pro reputans. Terent. 'Dum hæc puto, præterii imprudens villam.' Putamus enim instantia: reputamus præterita. *Donatus.*

Sortemque animo miseratus iniquam] Iniqua enim sors est puniri propter alterius negligentiam. Nec enim quis culpa sua caret sepulchro. Bene autem *animo:* quasi re præsaga: ut alibi, 'Præsaga mali mens.' Ipse enim Æneas insepultus jacebit: ut, 'Mediaque inhumatus arena.' *Serv.*

333 *Mortis honore*] Sepultum: ut, 'Quisquis honos tumuli.' *Idem.*

334 *Leucaspim*] Videtur ab albo clypeo Sophocl. Adrastum intellexisse: hic autem nomen est proprium. *Germanus.*

Ductorem classis] Apertum exemplum *classem* dici etiam unam navem. Nam legimus, 'Unam quæ Lycios fidumque vehebat Orontem.' *Servius.*

335 *Quos, simul a Troja*] Revocat in memoriam legenti, qui isti essent, et ubi, et quando, et qua vi periissent. Et simul, ne quis duret vitio Æneæ, quod suos non sepelisset: quoniam sepelire non potuit. *Donatus.*

336 *Auster*] Hic distinguendum. *Servius.*

337 *Sese agebat*] *Sese agere*, est sine negotio incedere. *Idem.*

Sese Palinurus agebat] Qui in vita naves, mortuus seipsum agebat. Sic Ter. Andr. IV. 2. 'quo hinc te agis?' ubi Interpres: *Agere se*, tardi et tristes dicuntur. Ita enim P. Manutius, contra Servium, Donatum, aliosque hæc exponit: quem Erythræus, Nascimb. et alii sequuntur. *Taubmann.*

338 *Qui Libyco nuper cursu*] Bene *Libyco*. Navigatio enim non a diverticulo, sed ab intentione accepit nomen. *Servius.*

339 *Effusus in undis*] Archaïsmos est: quanquam Donatus esse ordinem velit, *dum servat sidera* [illegible] *mediis.* Idem.

In undis] Non *effusus in* [illegible] sit vitium in casu; sed effus[illegible] in undis esset. *Donatus.*

340 *Multa mœstum cognovit* [illegible] *bra*] Prudentiores dicunt an[illegible] cedentes a corporibus, so[illegible] esse, donec purgentur: quæ [illegible] incipiunt esse clariores. U[illegible] paulo post, 'Donec longa dies [illegible] to temporis orbe Concretam [illegible] labem, purumque reliquit Æ[illegible] sensum, atque auraï simplicis [illegible] id est, non urentis, ut est Soli[illegible] est quod aliæ animæ Lunar[illegible] culum, aliæ solstitialem reti[illegible] cuntur pro modo purgationis [illegible] ergo Palinurum obscura um[illegible] cumdata dicit: et vix agnit[illegible] nec ad loca quidem pervene[illegible] gationis, sicut etiam alibi de [illegible] dicturus est, 'Agnovitque p[illegible] bram Obscuram.' *Servius.*

Multa umbra] Hoc excusa[illegible] amicum non statim agnoverit.

341 *Quis te, Palinure, deorum* [illegible] *deus*, debuit dicere: sed Græ[illegible] τίς θεῶν; *Servius.*

342 *Eripuit nobis*] Bene *nob*[illegible] bernator enim communi perit [illegible] lo. *Idem.*

Sub æquore mersit] Tmesis e[illegible] dio æquore summersit.' *Idem.*

343 *Dic age*] Hortantis adv[illegible] unde est et *age* sta, et *age* [illegible] *Idem.*

344 *Delusit Apollo*] Non [illegible] mendax erat Oraculum, sed [illegible] λον: nam vs. 360. prensat v[illegible] se Italiam: sed non eo fato, [illegible] neas. *Taubmann.*

345 *Qui fore te ponto*] Nihi[illegible] rat de Palinuro Apollo: sed [illegible] de suis adversis, boni aliquid [illegible] sisse videtur. *Donatus.*

346 *Venturum Ausoniæ*] [illegible] συνιστάμενον intelligimus. *Serv.*

Fides est] In codicibus ali[illegible] tiquis, *en hæc promissa fidesque*

[illegible]

... mis armis ... [illegible]

... Observat. ... [illegible]

... se a ... [illegible]

... fater... [illegible]

illo impellen... [illegible]

Deus] Cognosc... [illegible]

nam, sed quis ... [illegible]

nia nullum vidit ... [illegible]

...natus.

349 *Namque gubernaculum*] Ut sit ... [illegible]

γαῖαν, ὀξὺ μάλα προϊδὼν, μεγάλου ὑπὸ κύματος ἀρθείς. Et Euripides in Hecu. τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος. *Adnabam* autem, Eurip. προσενηχόμην. *Germanus.*

Lumine quarto] Ennius in Medea Creontis ore: 'Si te secundo lumine hic offendero, Moriere.' Id est, secundo die. Illud Tullii pro Milone, 'centesima lux hæc est, ab interitu Clodii,' alii adducunt, sed nemo expendit. Credo itaque latere in Tullio affectum illum, quem jam expendi in Virgilio, et signari lætitiam, quæ exorta est Romano populo ab interitu Clodii. *Cerda.*

358 *Adnabam*] Et hic distingui potest, *paulatim adnabam*, ut sequentibus jungatur, 'terræ jam tuta tenebam.' *Servius.*

Jam tuta tenebam] Signat hic Apollinem λοξίαν, qui ita responsa dabat, et involuta omnia, et obscura. Dixerat Apollo, Palinurum perventurum ad Italiam, sed oraculum fidem tantum habuit in hac adnatatione, et scopulorum prehensione, qua sibi jam tutus esse Palinurus, et in Italia videbatur. *Cerda.*

Terræ jam tuta] In codicibus aliquot antiquis legere est, *adnabam terræ et jam tuta:* quæ quidem particula eo loco inserta, narrationis cursum quodammodo videtur impedire. *Pierius.*

359 *Gens crudelis*] Lucanorum. Et dicit eum a Veliensibus interemptum: ut, 'Portusque require Velinos.' Sane sciendum *Veliam*, tempore, quo Æneas ad Italiam venit, nondum fuisse. Ergo anticipatio est, quæ, ut supra diximus, si ex poëtæ persona fiat, tolerabilis est: si autem per alium, vitiosissima est, ut nunc de Palinuro ait: quanquam alii ad divinandi scientiam referant, quasi ab umbra dictum. *Velia* autem dicta est a paludibus, quibus cingitur, quos Græci ἕλη dicunt. Fuit ergo *Helia;* sed accepit digammon, et facta *Velia*, ut *Enetus, Venetus.* *Servius.*

Ni gens crudelis] Tale quid Od. Λ. οὔτε μ' ἀνάρσιοι ἄνδρες ἐδηλήσαντ' ἐπὶ χέρσου, &c. Sequens autem versus *prensantem, &c.* vim illius referre videtur Od. Λ. de Sisypho, in adversum et assurgentem montem nitente: ἤτοι ὁ μὲν σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε· ut et Apoll. χηλὰς σκηρίπτοντι, de bobus. Alludit autem Maro ad Ulyssem Homericum: qui cum naufragus terræ, beneficio Inûs, adnasset, importuosum litus et maris altitudine et objectu procurrentium scopulorum, capere non poterat: eo loco, cui initium est: οὐ γὰρ ἔσαν λιμένες νηῶν ὄχοι, οὐδ' ἐπιωγαί. Ille autem versus Homericus huic Maroniano respondet: ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἐπεσσύμενος λάβε πέτρης, Τῆς ἔχετο στενάχων. Post autem paulo non *uncas*, sed θρασείας χεῖρας dixit: ὡς τοῦ πρὸς πέτρῃσι θρασειάων ἀπὸ χειρῶν Ῥινοὶ ἀπέδρυφθεν. Item ad ἀκρωνυχίαν videtur etiam Poëta alludere, quæ vel ἀπὸ τοῦ ὄνυχος, id est, jugo montis nomen habet, vel quod, qui scandunt et contendunt in supremos arduosque montes, vel ipsis unguibus, ut uncis, niti consueverint. Tale quid Lycophron de Ulysse, καὶ χεῖρας ἄκρας, αἷς κρεαγράπτους πέτρας Μάρπτων ἁλιβρώτοισιν αἱμαχθήσεται Στρόφυγξι. *Germanus.*

360 *Prensantemque uncis manibus*] De naufragio Lucilius Satyr. l. x. 'Tu naufragio expulsus uspiam saxis fixus asperis Eevisceratus latere penderes saxa spargens tabo.' Et de naufragio etiam Seneca epist. l. LIII. 'Quæ putas me passum, dum per aspera erepo, dum viam quæro, dum facio.' Locutus vero est Virgilius ex imitatione Homeri, qui de Ulysse, Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἐπεσσύμενος λάβε πέτρης: *Utraque vero manu irruens apprehendit petram:* et addit, τῆς ἔχετο στενάχων, *quam tenuit ingemiscens.* Hanc adrepentis hominis difficultatem ita

Dio Chrysost. orat. 7. νυ χαλεπῶς πρός τι ὑψηλόν. ere, quod dixit Philo in lib. ione linguar. ἀντὶ μὲν γὰρ ὂν, ἀντὶ δὲ χειρῶν ποσὶ χρῆ- *funguntur officio manuum;* lum. Adreptantes per præ- πρoβάτας vocat Appianus v. Plautus in Rudent. de *saxum capessere.* Loquitur fœmina, passa naufragium, ente ad scopulum ad vitam

Hic tu nota, Homerum ἴβε, ἔχετο, perfecta locuti- o tamen prudentissime re- gilius, et per imperfectum, *enebam,* ad signandam rem, it successu. Cum historia i similis ea, quæ habetur in necæ de Lajo interfecto, bita prædonum manus Ag- ro, facinus occultum tulit.'

temque uncis manibus] Quod gorum. Sic Sil. Ital. l. IV. er nandi, jam jamque ap- tuta Dum parat, et celso corpore prensat Gramina anu.' *Emmeness.*

spera] Aspera saxorum, quæ radicibus, veluti capita, in nt. *Donatus.*

Saxi: ut, 'Fertur in ab- agno mons improbus actu:' E contrario, 'Saxi de ver- or:' pro *montis.* Nam sunt roca. *Servius.*

edamque] Vel prædonem e :tum: vel hostem deturba- ucanis prædæ esset. *Taub.*

fluctus habet] Quia secun- osophos corpus solum nos- quod nobiscum perit. Ani- generalitatis est: et adeo ostra, ut etiam in alia cor- anque transeat. Ergo *me,* num: quod est hominis pro- Est autem Homeri, αὐτοὺς δ' κε κύνεσσιν. *Servius.*

in littore] Ne in profundo etur. *Donatus.*

In litore] Exemplaria quædam vetera, *in litora* accusativo casu legunt: quod nescio quid magis miserabile præ se ferret, dum cadaver scopulis illidi sæpius ostenderet. Quamquam *in litore* casu sexto minime displicet, ut longe plures habent codices. *Litus* enim non tam de sicco, quam etiam de asperginibus et extrema maris ora intelligitur. *Pierius.*

363 *Cœli jucundum lumen*] Bene *jucundum* addidit. Est enim apud inferos, sed non jucundum. *Servius.*

Per jucundum] Quia apud inferos non est jucundum. Quasi dicat, per id ad quod cupis remeare. *Donatus.*

Quod te per c.] Obtestatio ex Od. Λ. de qua Macrob. v. 7. Scalig. v. 3. Omnia, inquit, precantis excussit loca, longe melius, quam Homerus. Certe illa malorum suavissima deprecatio est, cum a mortuo excitatur apud vivum vitæ memoria: 'quod te per cæli lumen:' et addit, *jucundum.* Est enim et apud inferos lumen, sed non *jucundum.* Neque ambitiosam petiit sepulturam: sed, 'aut mihi terram Injice:' et, 'namque potes.' *Taubm.*

364 *Per genitorem*] Cujus causa tot subis labores. *Donatus.*

Per spem] In antiquis omnibus exemplaribus quotquot habui, *spes* numero multitudinis legitur: non Poëtis tantum, verum et oratoribus notum. Fab. Quintilianus, 'O meas spes inanes.' *Pierius.*

Per spem surg.] De hoc Æn. x. 524. *Taubmann.*

365 *His, invicte, malis*] Qui inferos subire potuisti. *His* autem, ac si diceret, Quæ cernis. *Servius.*

His malis] Captat hinc commiserationem. *Donatus.*

Eripe malis] Sic Petron. 'Eripe me latroni cruento.' *Emmeness.*

Terram Injice] Bene ante majus petiit, ut vel hoc impetraret. Terræ autem injectio secundum pontificalem ritum poterat fieri et circa cadaver, et circa absentium corpora quibusdam solennibus sacris. *Servius.*

Terram Injice] Ostendit facilitatem. *Donatus.*

Mihi terram Injice] Ita et Græci γῆν ἐπιβάλλειν dicebant. Erat genus sepulturæ, quod per *injectionem glebæ* fiebat; ut cum quis in cadaver insepultum incidisset: nam insepultum relinquere, nefas habebatur, quod porca expiandum esset. Horat. Od. I. 2. 8. 'licebit Injecto ter pulvere curras.' Atque eadem erat et Græcis opinio, et pulveris injiciendi religio: postquam Buzyges primum Athenis diris eum devoverat, qui cadaver insepultum præteriisset. Vide Turn. XVI. 22. et XXV. 6. et Cæl. XVII. 20. Terræ autem hanc injectionem, secundum Pontificalem ritum, potuisse fieri et circa cadaver, et circa absentum corpora quibusdam solemnibus sacris. *Taubmann.*

366 *Namque potes*] Quia ubique eum rerum divinarum inducit peritum. *Servius.*

Portus require Velinos] Renova laborem quærendi. *Donatus.*

Velinos] Nempe vocandos aliquando Velinos, per ἀναχρονισμόν. Est enim *Velia* Lucaniæ oppidum, post annum demum amplius sexcentesimum, quam Æneas in Italiam venit, conditum. Itaque hic locus, qui vapulat apud Agell. X. 16. defenditur a Pontano in Antonio. Excusat quoque Turneb. XXII. 1. hanc usurpationem ex verbali notatione et significatione, quod *Velinus* sit palustris, παρὰ τὸ ἕλος, quasi dicat, Require portum palustrem. *Taubmann.*

Portus require Velinos] Ad hunc locum similia exempla habet Rutgers. var. lect. III. 2. *Emmeness.*

367 *Si qua via est*] Si est ulla ratio. *Servius.*

Aut si qua via est] Ostendit illum posse, et quia tanto vir est corporis robore, et animi ingenio: quia natus ex diis, quia Venerem matrem habet, quia sibi majora dii concesserunt, quando viventi hunc descensum permiserunt. *Donatus.*

Diva creatrix] Rerum omnium generaliter. *Servius.*

Diva creatrix] Venus mater: quæ creatrix vel tui, vel generaliter rerum omnium. *Taubmann.*

368 *Credo*] Antiqui plerique codices, *crede* legunt imperandi modo! ut asserendo adesse numen Æneæ, argumentetur ab eo, quod facile fieri possit. Sed enim hujusmodi lectio satis mihi nequaquam facit. *Pierius.*

369 *Innare*] Navigare: more suo. *Servius.*

370 *Da dextram*] Præsta auxilium. Umbra enim nunquam tenetur: ut, 'Ter frustra compressa manus effugit imago.' *Idem.*

Da dextram] Patroclus apud Hom. Il. XXIII. simili fato ab Achille petit manum sibi dari, καί μοι δὸς τὴν χεῖρα: Nazianzenus orat. 24. δίδωμι δεξιὰν κοινωνίας: *do dextram societatis.* Cerda.

371 *Sedibus ut saltem*] Ut saltem in morte requiescam sedibus placidis. Et bene: quia nautæ semper vagantur. *Servius.*

372 *Cœpit cum talia vates*] Respondet Sibylla, cui leges inferorum notiores essent. *Donatus.*

373 *Tam dira cupido*] Cupiditas ex deorum ira veniens, aut certe magna: ut, 'An sua cuique deus fit dira cupido?' *Servius.*

374 *Severum*] Tristem: et hæc reciproca sunt: ut contra, 'judex tristis, et integer,' id est, severus. *Idem.*

375 *Eumenidum*] Circa quem habitant Eumenides, per Antiphrasim dictæ. *Idem.*

Ripamve injussus abibis] *Abeo*, intus eo, sicut supra diximus: quanquam alii *adibis* legant. *Idem.*

Abibis] Placet Servio *abibis* legere, et elocutionem eam, *abeo in Tuscos*, figura simili superius commendavit, super eo versu, 'Quo regnum Italiæ Libycas averteret oras.' Sed enim antiqua pleraque exemplaria non minus hic *adibis*, quam superius *adverteret* legunt. Opinio vero Servii, ut *abibis* legendum sit, cujusmodi lectio

liceo, et nonnullis antiquis aliis laribus invenitur, mihi, ut ele- et eruditior figura, sane qui- laceret; nisi Valerius Probus egendum admoneret, loco hoc monium citato, ubi *ad* præpo- m semper brevem esse tradit: quelis, sive casibus inserviat.

Desine fata deum flecti sperare o] Fata quæ semel decreve- st locutus est secundum Epi- qui dicunt, 'Nec bene pro capitur, nec tangitur ira.'

] Fatum dixit judicatum, cu- ilitas moveri non possit. *Don.* æ, *&c.*] Sentit Fatale decre- e insepultis non trajiciendis, ibile esse. 'Nec bene pro me- pitur, nec tangitur ira.' *Taub.* *Duri casus*] Impossibilis ad mu- m. *Servius.*

Longe lateque per urbis] De his- se traxit. Lucanis enim pesti- aborantibus, respondit oracu- anes Palinuri esse placandos. m rem non longe a Velia et lu- t tumulum cenotaphion ei de- *Servius.*

Prodigiis acti cœlestibus] Com- e et pestilentiam ortam, et a significavit oraculum. *Idem.* nt] Placabunt, expiabunt.

piabunt] 'Οστέα ὁσιώσουσι: hoc at procurationibus expiabunt, edem Palinuri. Alia est au- nunquam hujus vocis vis, ut 'ropert. eo loco: 'Nam quid referam quo tempore matris atorum cæde piavit Amor?' t, piaculo quodam satiavit. ius.

Æternum] In æternum: et est ium. *Servius.*

umque locus Palinuri nomen ha- Simile illud, quod de Miseno it: ac similis quoque Pelori , qui innocens in mare Sicu- lum ab Annibale præcipitatus, sepulcri honorem et statuam obtinuit; atque ab se loco nomen reliquit. Narrat Vale- rius IX. 8. Lege Plinium III. 5. Similis Canobi, qui gubernator fuit navis illius, qua vehebatur Menelaus, quique mor- tuus nomen loco dedit, quod in Æ- gyptiaca scribit Aristides ex Græcis, et Ammianus l. XXII. Itaque tres gubernatores Palinurus, Pelorus, Ca- nobus, navium, Æneæ, Annibalis, Me- nelai, submersi nomen locis dedere. Canobum alii dicunt *Canopum*, ut et Canopicum ostium, cui nomen dedit. Ab historia Pelori illustrabitur Ho- rat. od. II. 13. 14. 'navita Bosphorum Pœnus perhorrescit:' memor quippe ruinæ naucleri Punici. *Cerda.*

Palinuri] Plus est quam si *tuum* diceret. *Servius.*

382 *Parumper*] Id est, paulatim lætari cœpit. Spem enim solam non præsens acceperat beneficium. Unde bene dictum est: quasi ab eo magna moderatione dolor recessit. Alii *pa- rumper*, valde parum volunt. *Idem.*

383 *Gaudet cognomine terra*] Nomi- nis sui similitudine. Facit autem *hic* et *hæc cognominis.* Nam in Plauto lectum est, cum una de Bacchidibus diceret, 'Illa mei cognominis fuit.' Quod autem communi genere in *e* mi- sit ablativum, metri necessitas fecit. *Idem.*

Terra] In antiquis porro omnibus exemplaribus, quotquot versare con- tigit, scriptum animadverti *terræ* genitivo casu; nempe ut *cognomine* substantivum sit: aliter ex Prisciani præceptione ablativum in *e* mittere non posset. Sed enim alia quoque adjectiva in *is*, quorum neutrum ex- eat in *e*, ablativum casum in *e* et in *i* mittere reperiuntur: ut *a cœleste sa- gitta* dictum ab Ovidio. *Pierius.*

384 *Ergo*] Placet explicatio Can- teri IV. 26. ut hic *ergo* sit, *inde.* Sic- ut in Propertio III. 2. et quia similis vox *igitur*, sæpe in Plauto ponitur pro, *inde*, *deinde*, *postea.* Demum

quia Græcum εἶτα sæpe Cicero vertit *ergo*. Cerda.

385 *Navita*] Epenthesis: ut, *Mavors*. Servius.

Inde ut Stygia prospexit ab unda] Ut, 'Siculo prospexit ab usque Pachyno.' Et hinc ostenditur, quod diximus juncta esse hæc tria, Acheronta, Stygem, Cocytum. De his autem nascuntur alia: unde est, 'Et novies Styx interfusa coërcet.' *Id.*

386 *Per tacitum nemus*] Aut solum: aut ipsos tacitos, id est, tacite. *Idem.*

387 *Adgreditur dictis*] Hoc sermone ostendit iratum. *Idem.*

Atque increpat ultro] Ad hunc credo locum spectat Statius in epicedio patris l. v. Silvar. optans, ut 'nullo sonet asper janitor ore.' *Cerda.*

Increpat ultro] Non compellatus adoritur atque incusat eos iratis dictis. Nam et verbum *aggredi* vehemens est. *Taubmann.*

388 *Quisquis es, armatus*] Bene a proscriptione cœpit: ac si diceret, Nihil pium molitur armatus. *Servius.*

Quisquis es, &c.] Personam imperiosam *Nautæ* in Charonte expendit Scalig. III. 16. *Taubmann.*

389 *Quid venias*] Cur? nam adverbium est. *Servius.*

Jam istinc] A loco, in quo es. *Id.*

390 *Locus est*] In Romano codice absque verbo substantivo legitur, 'hic locus et somni.' *Pierius.*

391 *Corpora viva*] Quia, ut supra diximus, sunt corpora etiam mortuorum, quæ tantum videntur, id est, umbræ. *Servius.*

392 *Nec vero Alciden*] Dat exempla eorum, qui apud inferos illicita commisissent sub occasione, quod deorum originem ducerent. *Donatus.*

Nec vero Alciden me sum lætatus euntem Accepisse lacu] In codicibus aliquot antiquis legere est, 'nec vero Alciden nec sum lætatus:' ut sit ordo, Nec vero sum lætatus accepisse lacu nec Alciden, nec Thesea: sitque negatio illa, quæ superabundare videbatur, ad majorem intensionem, ut apud Græcos frequentissimum. Quod vero non procedere ait Servius Alcidæ nomen ἀπὸ τῆς ἀλκῆς impositum fuisse, quia cognomina dentur ab accidentibus, et Hercules id nominis a prima ætate habuerit: quid, obsecro, obstat, quin cognomen id Herculi et a prima infantia, et ab accidentibus inditum agnoscamus? qui passim legamus eum in cunabulis, haud multo postquam est natus, geminos angues suis manibus suffocasse, magnasque ea ætatula præ se tulisse vires, et indomitum robur. *Pierius.*

Me sum lætatus euntem] Lectum est et in Orpheo, quod quando Hercules ad inferos descendit, Charon territus eum statim suscepit; ob quam rem anno integro in compedibus fuit. Ideo ergo *non lætatus*, scilicet propter supplicium suum. Sane Alciden volunt quidam dictum ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est, a virtute, quod non procedit: quia a prima ætate hoc nomen habuit ab Alceo patre Amphitryonis. Et scimus agnomina ab accidentibus dari. *Servius.*

393 *Lacu*] Ita nunc vocat, quam supra *fluvium, stagna, paludem*. Cerda.

Thesea Pirithoumque] Vide Horat. Carm. III. 4. 79. 'Amatorem trecentæ Pirithoum cohibent catenæ:' Hom. Θησέα Πειρίθοόν τε θεῶν ἐρικυδέα τέκνα. *German.*

Thesea] Fabulas jam libavi explicans: et illa satis. Qui plura volet, legat Alciatum Parerg. x. 8. ubi et de etymo Pirithoi. *Cerda.*

394 *Quamquam*] Ac si diceret, Hoc in te nondum probavi: scilicet per simulationem; nam noverat. *Serv.*

Dis quamquam geniti] Nam Hercules, Jove, quod certum: Theseus, Neptuno, quod, præter alios, notat Muretus in Scholiis ad Propertium. Plutarchus, quamvis illius paternum genus ad Erechtheum, maternum ad Pelopem referat, sed tamen de illo,

o ait: ἄμφω μὲν ἀνεγγύω καὶ
νόμενοι δόξαν ἔχον ἐκ θεῶν γε-
mbo illegitima et obscura stir-
nem habent divinorum nata-
orro Pirithoum Jupiter ipse
filium ex uxore Ixiona, lo-
m Junone Il. IV. Nondum
si vidi, non subit, qua fa-
us Muretus nepotem dicat,
n. Verba Jovis sunt: ἠρα-
ονίης ἀλόχοιο, Ἣ τέκε Πειρί-
ων μήστωρ' ἀτάλαντον: captus
Ixioniæ uxoris, Quæ peperit
, deis prudentem similem.
manifestius adeunti locum.
um astruunt natales ipsius
et ratio nominis. de quo
atum dicto loco. Cerda.
rtareum] Una injuria, pri-
es inferos suo custode. Do-

m] Hesiodus in Theog. δεινὸς
προπάροιθε φυλάσσει: Sævus
dit præ foribus. Propert. III.
tribus infernum custodit
antrum Cerberus.' Valer.
Arg. III. vocat illum, canem
um. Horatius Od. III. 11.
aulæ inferorum: sicut et
infra. Ad idem pertinet
lo a Tibullo I. 3. 'iratus ex-
te fores.' Ergo qui custos,
r, qui excubitor est, recte
Statio et Tibullo esse in fo-
is inferni. Prior Theb. II.
recubans in limine.' Poste-
'Tum niger in porta serpen-
erus ore Stridet.' Scio hunc
liter ab aliis legi. Accepe-
Hesiodo, quem jam adduxi.
Virgilius, non canem, aut
n, sed signate custodem?
acumen ex affinitate vocum
odem in vincla. Nam quæ
facere, ut custos vinctorum
in vinculis? hoc ausus Her-
Idem.
cla petivit] Hercules a pru-
us, mente magis, quam cor-
is inducitur, adeo ut duode-

cim ejus labores referri possint ad aliquid. Nam cum plura fecerit, duodecim tantum ei assignantur, propter agnita duodecim signa. Quod autem dicitur traxisse ab inferis Cerberum, hæc ratio est: quia omnes cupiditates et cuncta vitia terrena contempsit, et domuit. Nam Cerberus terra est, quæ est consumptrix omnium corporum. Unde et Cerberus dictus est quasi κρεαβόρος, id est, carnem vorans. Unde legitur 'Ossa super recubans.' Nam ossa citius terra consumit. Servius.

396 *Ipsius a solio regis*] Atque Cerberus statim post flumina est: ut, 'Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Personat.' Nam illic quasi est aditus inferorum. Solium autem Plutonis interius est. Ergo aut ad naturam canum referendum est, qui territi ad dominos confugiunt: aut *solium* pro imperio accipiendum est. Ut alibi *arces* pro imperio posuit: ut, 'Imbellem avertis Romanis arcibus Indum:' cum Indi usque ad primos venerint fines, non usque ad arces. *Idem.*

Ipsius a solio] Alia ipsius regis injuria. *Donatus.*

Trementem] Injecit timorem Hercules illi, qui neminem timuit. *Id.*

397 *Hi dominam Ditis*] Aut de Græco tractum est, quia uxorem δέσποιναν dicunt: aut *Ditis thalamo*, ut dominam Charon ad se retulerit. *S.*

Hi dominam Ditis] Pejus conati sunt quam ille. Quot hic loca sunt accusationis? Facere vim uxori alienæ: uxori regis et præsentis: ipsi quoque reginæ: et hæc a persona. A loco vero, de ipso thalamo, quem nosse præter maritum nemini licuit. A facto, extrahi, quem honeste tangere non licuit. *Donatus.*

Dominam Ditis] *Dominæ* peculiariter vocabantur reginæ et Augustæ, i. Imperatorum et Regum uxores: ut Græcis δέσποιναι: quo nomine hic Proserpinam honorari aiunt Turneb.

XXI. 6. et inprimis Cælius XXIV. 17. Videatur et Pimpontius. Alii, ut Donatus, Nascimb. et hæsitanter etiam Servius, non conjungunt *Dominam Ditis:* sed dominam ipsius Charontis intelligunt. *Taubmann.*

Adorti] In antiquis plerisque exemplaribus, *adorsi* legitur: bonaque eorum pars, in quibus *adorti* legitur, *t* illud supposititium habet, abrasa prius *s* litera. *Pierius.*

398 *Quæ*] In antiquis plerisque codicibus, *quæ* legi: ut sit, *contra quæ:* ea scilicet, quæ Charon objecerat. Sane in Mediceo *quæ* scriptum apparet ex nota diphthongi, licet superinducto apice, lectionem aliquis mutare tentaverit: in quibusdam *quem.* Id.

Breviter] Quia quæ justa sunt, longo sermone non egent. *Donatus.*

Amphrysia vates] Apollinea: et est longe petitum epitheton. Nam Amphrysus fluvius est Thessaliæ, circa quem Apollo spoliatus divinitate a Iove irato Admeti regis pavit armenta; ideo quia occiderat Cyclopas fabricatores fulminum, a quibus fulminibus Æsculapius extinctus est, Apollinis filius, quia Hippolytum ab inferis herbarum potentiâ revocaverat. *Servius.*

399 *Hic*] Veteres aliquot codices, *hinc* de loco legunt: ut sit, *hinc*, scilicet a nobis. Placet tamen et *hic*, ut in Mediceo est. *Pierius.*

Nullæ insidiæ] Loquitur ergo contra, ut dixit. Nam loquitur contra illa quæ suspicabatur. *Donatus.*

Absiste moveri] Pari forma (notante Rittershusio) Columella XXII. 19. 'Nec absistat id facere:' et Phædrus, 'Amare absistite.' *Cerda.*

Absiste moveri] i. desine moveri. Simili forma Æn. VIII. 'absiste precando,' i. precari. Et Livius: 'absistere obsidendo,' i. obsidere. Vide C. Rittershus. ad illud Phædri, p. 41. 'vos timere absistite.' *Taubmann.*

400 *Nec vim tela ferunt*] Ac si diceret, Tantum repellunt. *Servius.*

Nec vim tela ferunt] Confutat, quod ille vehementer timebat. Fertur enim ferrum plerumque, non ut inferatur, sed ut repellatur injuria. *D.*

Nec vim tela ferunt] Possit videri allusio ad Græcam Parœmiam Ἄρης τύραννος· ubi enim ferrum est in manu, jus omne confunditur, et id potuit Charon timere, ubi armatum vidit: ita Lucanus lib. I. 'ferrique potestas Confundit jus omne manu:' et Seneca in Hippol. 'Pro jure vires esse.' Hanc itaque suspicionem Sibylla amovet. *Cerda.*

Nec vim tela ferunt] Eo se pacto purgat Orpheus ad inferos descendens. Ov. Metam. X. 20. 'non huc, ut opaca viderem Tartara, descendi: nec uti villosa colubris Terna Medusæi vincirem guttura monstri.' *Emmeness.*

Licet] Fas est. et concedentis adverbium, sicut *Esto.* Servius.

Antro] Apud Senecam, nisi codices corrupti sunt, legere est, 'licet ingens janitor Orci.' Reliqui codices *antro* legunt. *Pierius.*

Ingens janitor antro] Cerberum innuit, canem triformem: dictus autem quasi κρεαβόρος. Mortis symbolum. *Hartung.*

401 *Æternum*] Adverbium est, ut supra: et subauditur bis, et *æternum* latrans, et *æternum* terreat, id est, semper latrans. *Servius.*

Æternum latr. exsang. terr. umbras] Κέρβερε δειμαλέην ὑλακὴν νεκύεσσιν ἰάλλων· Epigr. 3. Et Propert. in lenam: 'Cerberus ultor Turpia jejuno terreat ossa sono.' *German.*

Terreat umbras] Ita Seneca in Fur. 'Hic sævus umbras territat Stygius canis.' *Cerda.*

402 *Casta*] Sic dictam Proserpinam vult Germ. ut ab Homero ἁγνὴν Περσεφόνην, *castam puramque Persephonem.* διὰ τὸν (ut ait Eustathius) πυρὸς ἁγνισμὸν τῶν νεκρῶν, quod mortui igne purificentur. Sed possit quoque Poëta simpliciter accipi, ut Ge. II.

am servat domus.'
ertit Epod. II. ' Quid
.' *Idem.*
Jovis est filia ex Ce-

at, custodiat, inha-
domum et tantas ser-
.' *Idem.*
Custodiat domum.
servabat filia sedes.'

neas] Id est, a diis
. *Servius.*
s et armis] Propter
quos æquus amavit
ens evexit ad æthera

s] Nam propter pie-
ad patrem: propter
m non reformidavit
sunt apud inferos.

ibus proprie est pars
na hi, qui bene vixe-
. Nam ad Elysium
ti perveniunt: unde
arva tenemus.' Hinc
, an animæ de Elysio
nt redire? et depre-
redire, quia per pur-
t cupiditate. *Serv.*
la movet] Necessitate
, quia scit manes nulla
Scirent si ignoscere

] *Pietas* per periphra-
Vis Herculea, id est,
s.
ludat: ut, ' Aperire
ac volvere fumum.'

x ira tum corda resi-
rat. ' difficili bile tu-
) Homeri imitatione
ά μοι οἰδάνεται κραδίη
n. 3. *φρένες αἰακίζαο*
ν et Pers. ' sub pec-
ilis Intumuit, quam
rna cicutæ.' *Germ.*
his] Nec est aliquid

ulterius dictum vel a Sibylla, vel a Charonte post ramum visum. *Serv.*

409 *Fatalis virgæ*] Ut secutum est, ' Si te fata vocant.' *Idem.*

Longo post] Aut adverbium, aut præpositio antique posita. *Idem.*

410 *Cæruleam advertit puppim*] Cum hic color detur undis, et mari, nihil mirum detur etiam navibus. Valer. Arg. VIII. ' cærulei timor æquoris.' Claudian. 2. Ruff. ' vada cærula.' et 3. Cons. Honor. ' Nutrit equos, qui summa freti per cærula possint Ferre viam.' Catull. ' Nunc e cæruleo creata ponto.' Huc pertinet, Neptunum aquarum deum dici cæruleum oculis, teste Tullio Nat. I. ' Cæsios' (ait) ' oculos Minervæ, cæruleos Neptuno.' Hoc mihi placitum. Vel tu sequere sententiam Thylesii, qui ait, cærulei coloris esse speciem nigram, eoque olim vestitu Græcas fœminas amictas solere funus producere, indeque colorem hunc pro tristi capi, atque ideo a Virgilio dici Cymbam Charontis cæruleam, id est, tristem. Certe Theocritus in encomio Ptolomæi vocat Charontis *ναῦμα κυάνεον*. Est hoc, quod supra de nave ejusdem Charontis ' ferruginea cymba.' Nam in gloss. *ferrugineum*, *γλαυκὸν*, *κυάνεον*, *Cerda.*

411 *Alias animas*] Quo facilius Æneam ferret. *Donatus.*

Juga] Græce dixit: *ζυγὰ* enim dicunt, quæ *transtra* nominamus. *Servius.*

Juga] Sunt *juga* tabulæ illæ navicularum prominentes ad latera, quibus aqua arcetur. Explicui ' sedes nauticas.' Docte enim ex Eustathio observat Germ. esse juga *ναυτικὰς καθέδρας*· et inde naves dici *ἑκατονζύγους*, *πολυζύγους*, quæ centum multasve sedes habeant. Ad hunc locum pertinent, quæ dixi l. v. ex Lilio ad illud, ' Considunt transtris.' Itaque ex interpretatione etiam Servii, *juga* hic sunt transtra, ubi sunt remiges; nam animæ ipsæ vice remigum fun-

gebantur, ideo *sedebant*; nam sedent in transtris remiges, quod habes ex Æn. III. 'Linquere tum portus jubeo, et considere transtris.' et ex IV. 'Præcipites vigilate, viri, et considite transtris.' Et quidem remigasse animas, non solum liquidum ex locutione *sedebant per juga*, sed quia ipse vates sup. 'vel quo discrimine ripas Hæ linquunt, illæ remis vada livida verrunt.' *Cerda.*

412 *Laxatque foros*] Tabulata vacuat: ut supra, 'Et campos jubet esse patentes.' Multitudine enim remota quasi laxantur spatia. *Serv.*

Foros] Ut hic *foros* de navi, ita Æn. IV. 'Complessemque foros flammis.' Explicui vero vectorum loca secutus Bulengerum, qui ait, sermonem translatum a Circo, in quo subsellia dicta sunt fori. Livius l. x. 'A Tarquinio loca divisa patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent, fori appellati.' Juvat Sosipater, qui ait, foros navium esse, ubi sedent nautæ. Neque male ad sedes has nautarum referat quispiam verba Ciceronis de Senect. 'Cum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant, ille clavum tenens sedeat in puppi.' Sunt qui referant ad καταστρώματα navium, cum Lucian. dixerit, διὰ καταστρωμάτων τρέχειν, quæ respondent Tullianis illis, 'per foros cursent.' Sunt autem καταστρώματα, tabulæ quædam, quibus navis superiore ex parte strata est, quæque nautas discurrentes ac milites propugnantes sustinent. Sed, ut redeam ad foros Virgilianos, possit etiam quispiam accipere concava navium latera, quæ dicta sunt fori, a ferendo. Nam Ge. IV. 'Complebuntque foros, et floribus horrea texent.' Id est, cavos alveolos. *Cerda.*

Alveo] Fluminis scilicet: et per Synæresim *Alvo* facit. *Servius.*

Alveo] Accepi capacitatem naviculæ, et cavum ipsum. Servius male de fluminis alveo intelligit. Propertius clare l. III. 'Aut quidnam fracta gaudes, Neptune, carina? Portabat sanctos alveus ille viros.' Et Livius l. XXI. 'alveos informes raptim faciebant,' id est, naviculas. Id etiam fit liquidum ex Livio et Plutarcho collatis. Ait prior loquens de natalitiis Romuli: 'tenet fama, cum fluitantem alveum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset,' &c. Ait posterior de eadem re loquens in vita Romuli, ἐνθέμενος οὖν εἰς σκάφην τὰ βρέφη, κατέβη μὲν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ὡς ῥίψων: ubi alveus Livii, et Plutarchi scapha, idem sunt. Quin ex Livio adverto, alveos esse idoneos transmittendis stagnis, et locis vadosis: quæ res apte congruit cymbæ, Charontis transmittenti paludinosum Cocytum. Verba Livii l. x. sunt: 'fluviatiles naves ad superanda vada stagnorum apte planæ alveis fabricatas complent.' *Cerda.*

Alveo] Sc. cymbæ. Et notat Pimpont. alveum et in cymba et curru dici. Propert. 'Aut quidnam fracta gaudes, Neptune, carina? Portabat sanctos alveus ille viros.' Ita quam Plutarchus σκάφην, Livius *alveum* appellat, quo Romulus et Remus expositi sunt. *Taubmann.*

413 *Ingentem*] Bene hunc solum dicit, ut per transitum ostendat purgatioris animi homines etiam corpora habere leviora: quod de Sibylla vult accipi. *Servius.*

Ingentem] Aut quod revera esset magnus, aut comparatione exiguæ navis, quæ ad incorporeas animas vehendas inventa esset. *Donatus.*

Ingentem Æneam] Cum studiose fecerint aliquot eruditi homines, ut indicarent locos Homeri, in quibus omnem præ cæteris operam posuisse videtur Fulv. Ursinus, hic tamen prætermissus est, teste Mureto Var. Lect. VIII. 5. de sutilibus naviculis Gell. XVII. 3. Plin. IV. 16. et VII. 56. L. Gyrald. de navig. VII. Turn. XXVIII. 45. qui hanc Charontis cym-

atis causa fabricatam ex- ...*mmenes*.
ub pondere] Præclare con- ... hæc verba. Nam *gemo* Græco γέμω, id est, *plenus* ...r. Inde Græcis γέμος, est ... Recte ergo cymba gemit ...re et onere. Vidit hoc Jos. ...mjectan. *Cerda*.
...tilis] Turnebus vult novi- ...pio a Marone confingi hic ...mbam, quales fuisse Bri- ...scribit Plinius. Tamen ...hæreo, num affinitate ele- ...s, et *f*, futilis potius cymba dicta sit a Marone, quæ et paludem accipere ab eo carie et situ obsoleta fa- ... qua significatione *futilis* ...aticis, hoc est, profluens, ...ideliter commissum liquo- ...ens: nisi si forte Maro ad ...ta alludat, quæ crebris su- ...polantur et renovantur, ut ...mpestatibus annisque evic- ...sæpe tabulatorum et foro- ...nibus coassulatis resarciun- ...*nanus*.
...ilis] Intexta, per quod fru- ...ndit. *Servius*.
accepit rimosa paludem] Est Appianus dixit l. v. Civil. ...nfracta: Καὶ τὴν θάλατταν ...*gero*: *confertim mare accepit*. ...am dedi idem cum Virgilio Paulinus ita epist. 42. ...ndam combibit.' iterum: ...ba multam duxerat rimis *Cerda*.
...dem] Aut propter pondus ...od est melius: aut propter ...agnitudinem: aut propter ...itatem. *Servius*.
...] Aut mora fuit, quia navis ...litum esset onusta: vel ex ...neæ, qui properabat ad pa- ...*natus*.
...rmi limo] Magno, sine for- ...*ius*.
...lerba palustris. *Idem*.

417 *Cerberus*] Pausanias in Laconicis scribit, Homerum primum omnium, Ditis canem appellavisse illum quem Hercules extraxit, neque nomen proprium imposuisse, neque de ejus figura quicquam fabulatum, uti de Chimæra et aliis monstris; posteriores tamen Cerberum appellavisse, et cum cætera cani fecissent similem, tria tamen illi capita assignasse. Seneca in Furente, Virgilio insistens, ita cecinit: 'Hic sævus umbras territat Stygius canis, Qui terna vasto capita concutiens sono Regnum tuetur: sordidum tabo caput Lambunt colubri, viperis horrent jubæ, Longusque torta sibilat cauda draco, Par ira formæ.' *Cerda*.

Latratu trifauci] Hoc frequentissimum de Cerbero. Nam Sophocles in Trach. Ἅδου τρίκρανον σκύλακα, *Plutonis tricipitem canem*. Tibullus I. III. 'Nec canis anguinea redimitus terga catena, Cui tres sunt linguæ, tergeminumque caput.' Ovidius Met. VII. de hoc cane, 'Implevit pariter ternis latratibus auras.' Mitto eundem IV. ejusdem operis. et Senecam in Œdip. a quo *triceps* dicitur, et in Furente dantur illi *terna capita*. a Propertio III. 18. *tria colla*. et V. ejusdem lib. 'tribus faucibus.' Horatius de illo II. 19. 'ore trilingui.' Statius Silvar. V. 'tergeminus custos.' Proper. IV. 7. 'Tergeminus canis.' Mitto etiam Tullium Tuscul. I. et Pausaniam in Lacon. Sed ita hoc frequens, ut tamen Hesiod. in Theog. illum vocet πεντηκοντακέφαλον, feram *quinquaginta capitum*. Facit hunc numerum duplo majorem Horatius II. 3. nam centum dat: 'Demittit atras bellua centiceps Aures.' Isacius quoque ἔχει ἑκατὸν κεφαλάς. Fortasse illi dantur tot capita errore aliquo, nimirum a serpentibus, qui oberrant toto tergore, scribente sic Apollodoro I. II. ἔχει δὲ οὗτος (præcessit Cerberus) τρεῖς μὲν κυνῶν κεφαλὰς, τὴν δὲ οὐρὰν δράκοντος, κατὰ δὲ τοῦ νώτου παντοίων

εἶχεν ὄφεων κεφαλάς: *Habet hic tria canina capita, caudam draconis, at in tergore variorum serpentium capita.* Juvat Tibulli versus I. 3. 'Tum niger in porta serpentum Cerberus ore Stridet.' Vide, ut det illi stridorem per serpentium capita. Sed de serpentibus, quibus vallatus, dicam postea. *Cerda.*

418 *Personat*] Aut personare facit: aut per regna sonat: et quia de animabus dicturus est, bene facit ante Cerberi commemorationem consumptoris corporum. Lucanus, 'Qui viscera sævo Spargis nostra cani.' Tunc enim animæ locum suum recipiunt, cum fuerit corpus absumptum. *Serv.*

419 *Horrere videns jam colla colubris*] Fingitur enim pro pilis habere serpentes: et est Hypallage. In collo ejus horrebant colubræ. *Idem.*

420 *Medicatis*] Sunt codices admodum vetusti, in quibus 'medicatam frugibus offam' legas. Sunt qui ultimam syllabam abrasam ostentent, ut incertum sit utrum *medicatis*, an *medicatam* scriptum fuerit. Servius tamen *medicatis* agnoscit. *Pierius.*

Melle soporatam, &c.] Offam ex melle et speciebus soporiferis confectam. Ita Æn. v. de ramo Somni dixit, cum 'vi Stygia esse soporatum.' Alias *soporatus* proprie dicitur, qui sopitus est et conquiescit. Ita *dolor soporatus*, apud Curtium, est, qui interquievit. At vero pernegat Turnebus vim ullam esse in melle soporandi: et si maxime sit, quid aliis frugibus hic fuisset opus? itaque legit, *Melle saporatam:* et addit, Mel ad gratiam saporis tantum adjici frugibus medicatis: quod veteres in omni dulciario solitos esse, qui saccharum nondum noverant. *Saporata* igitur *melle offa* diceretur; et *medicatis frugibus*, non, quod frugibus saporata sit, sed ita dictum est, ut illud Æn. VII. 'Ille Quirinali lituo parvaque sedebat Succinctus trabea:' Non enim succingi poterat lituo. Vide eundem XXVIII. 45. et XXIX. 6. accuratissime de hac re disputantem. Quin et in pervetusto Prisciani libro clare sic scriptum legi, idem annotat. Cui accedit etiam Hadr. Junius Medicus, qui itidem pro vitiosa, ut ait, voce *soporatam*, legendum contendit, *melle saporatam*, id est, delibutam. Qua quidem voce utitur et Sept. Florens, in Libro de Spectaculis. 'Nemo venenum temperat felle et helleboro, sed conditis pulmentis et bene saporatis et plurimum dulcibus id mali injicit:' itemque Ammianus l. XXX. 'neque saporatis indigeant cibis,' &c. *Taubmann.*

Offam] Hinc est et diminutio *offella:* sed *f* non geminat. In diminutione enim plerumque multa mutantur. Quod autem ait *melle* allusit ad corpora quæ plerumque cum melle obruuntur. *Servius.*

Soporatam offam] Ψωμὸν, μύστιλλαν· *Canicam*, Festo. Pacuvius: 'Qui apud te quasi servus est canicenum panem.' *Taubmann.*

'*Medicatis frugibus*] Quibus adspersum fuit aliquantum papaveris ad conciliandum somnium. Vide Petr. Vict. Var. IV. 3. Pro *soporatam* Salmas. exerc. Plin. p. 1282. *saporatam* legit, ut, 'saporatus succus, saporatus sanguis.' *Emmeness.*

421 *Objicit*] Verbum signatum. Ex Minutio jam audisti *jactum offulæ*. Horatius epod. cum allusione ad canem: 'Projectum odoraris cibum.' Euripides quoque apud Athenæum l. III. ἐκβάλλειν λείψανα κυσίν: *Projicere reliquias canibus.* Herodotus l. IX. narrans fœminæ unius crudelitatem in alteram, μαζοὺς ἀποταμοῦσα κυσὶ προέβαλε: *mamillas præcidens projecit canibus.* Philostratus l. VIII. (de vita Apollon.) 12. μείλιγμα τοῖς κυσὶ προβεβλῆσθαι. Philostratus Junior in Iconib. pari verbo vocat ἀποῤῥιπτούμενα, quæ canibus projiciuntur. Seneca (de Ir.) III. 37. 'Irasceris ergo catenario cani? et hic, cum multum

objecto cibo mansuescit.' ...rysost. hom. de juramentis, ... qui canem cibat, vocat ...'erda.

...] Est rabies canum. Athem. ... λύσσαν dixit: caninam ...t Ge. III. 'canibus rabies ...dem.

...nnia terga resolvit] Est hoc, ...onius in epigram. 'terræ ...ina ...dit.' Idem.

...ingens extenditur antro] ...magnitudo ejus ostenditur: ... in tertio de Polyphemo.

...ing. extend. a.] Similis locus ...le Cyclope: 'jacuitque per ...mmensum.' Et infra de Ti... tota novem, cui jugera ...rrigitur.' Cerda.

...upat Æneas aditum] Raptim ...r. Servius.

...] Celeritatis verbum est. ...tam. II. 150. de Phaëtonte, ...scendente currum patris: ... ille levem juvenili corpore ... Justin. I. 9. 'Magus ante ...issi regis occupat facinus.' ...ent. ad Horat. Epist. I. 7. 66. ...endentem tunicato scruta Occupat, et salvere jubet ...immeneus.

...] Dormiente, sine pulsu, id ... Servius.

...] Firmat vox ista superio...onem soporatam. Nam ita ...t in somnum Cerberus, ut ...s esse dicatur. Cerda.

...edit] Modo, transit. Ser-

...bilis undæ] Aut perpetuum ...ston, ut diximus supra, ut ... pietatis et meriti quod ...essum sit reverti: aut ipsi ...ese inremeabilis. Nam per ...ssus est portam: ut, 'Por...ttit eburna.' Idem.

...bilis] Idcirco de morte He...eg. ἔχει δ' ὃν πρῶτα λάβῃσιν : Retinet quem semel arripuit hominum. Orpheus in hymno, Κωκυτοῦ ἀνυπόστροφον οἶμον: Cocyti semitam irremeabilem. Non alia mente, quam allusione ad hanc sententiam, dixit Apul. de Asin. l. VI. 'inter Orci cancros jam ipsos adhæsisti.' Sed locus iste jam supra in hoc libro illustratus. Cerda.

426 Continuo auditæ voces] Novem circulis Inferi cincti esse dicuntur, quos nunc exsequitur: nam primum animas infantum tenere dicit. Secundum, eorum qui sibi per simplicitatem adesse nequiverunt. Tertium, eorum qui evitantes ærumnas se necarunt. Quartum, eorum qui amaverunt. Quintum, virorum fortium esse dicit. Sextum nocentes tenent, qui puniuntur a judicibus. In septimo, animæ purgantur. In octavo, sunt animæ ita purgatæ, ut redeant. In nono, ut jam non redeant, scilicet in campo Elysio. Servius.

Vagitus et ingens] Fletus infantum. Idem.

Continuo, &c.] Dividit loca, ut etiam Plato Polit. l. x. sic et Silius l. XIII. sic alii. De quibus divisionibus dicam in sequentibus Notis, ut necessarium videro. Ergo, erant infantes in prima Inferorum parte. Hic tu cognosce doctrinam gentilium circa hanc rem. Detinebantur infantes hoc loco tantum temporis, donec implerent ætatem illam, quam victuri essent, si justum cursum ætatis confecissent. Docet me hoc Tertullianus de Anima: 'Aiunt et immatura morte præventas eo usque vagari isthic, donec reliquatio compleatur ætatis, quæ cum pervixissent, si non imtempestive obiissent.' Nota etiam discrimen Plauti ab reliquis. Certe reliqui animas præmature obeuntium constituunt trans flumen: atqui Plautus in Mostell. scen. 'Habeo Neptune:' ita ait: 'Hic habito, hæc mihi dedita est habitatio: Nam me Acheruntem recipere Orcus noluit, Quia præmature vita careo.' Plutarchus etiam de ge-

nio Socratis, nulla facta mentione fluviorum ponit μυρίων κλαυθμὸν βρεφῶν: multorum puerorum vagitum. Cerda.

Continuo, &c.] Novem Circulis Inferi cincti sunt. In primo sunt Infantum animæ. 2. Damnati falso crimine: quippe qui sibi per simplicitatem adesse nequiverant. Istis Minos præsidet. 3. αὐτόχειρες. 4. Amantes. 5. Bellatores. 6. Nocentes, quibus pœnæ infliguntur, præside Rhadamantho: ut sunt Titanes, Aloidæ, Salmoneus, Tityus, Lapithæ, Ixion, Pirithous; Jurisconsulti, mali-Tutores, Avari, Adulteri, Milites impii, Perfidi. In septimo, Animæ purgantur. In octavo ita sunt animæ purgatæ, ut redeant. In nono, id est, in Campo Elysio, ita perpurgatæ sunt, ut jam non redeant in corpora: quia per purgationem carent cupiditate. In isto versantur Poëtæ, heroës, sacerdotes, artifices, ac benefici. Hæc autem de circulis sive sedibus Inferorum pleraque sumpta sunt e libro Platonis de Rep. x. ubi Erus quidam Armenius narrat, quæ apud Inferos viderit. *Taubmann.*

427 *Animæ flentes*] Poëtice dixit. Sane *ploratus* tantum lachrymarum est: *planctus* tantum vocum: *fletus* ad utrumque pertinet. quæ plerumque confundunt poëtæ. *Servius.*

Infantumque animæ] Sedes Infantum, quem *Limbum* a Catholica Ecclesia nominari, annotat Erythræus Venetus. *Taubmann.*

In limine primo] Quia de prima hi subrepti sunt vita. *Servius.*

In limine primo] Aiunt interpretes primum limen et partem Inferorum assignari infantibus, ut qui vix limen vitæ et partem attigerunt, quemadmodum Lucanus dixit l. II. 'nec primo in limine vitæ Infantis miseri nascentia rumpere fata.' *Cerda.*

428 *Exsortis*] Expertes: quos Græci ἀκλήρους dicunt. *Servius.*

Dulcis vitæ exsortis] Quos dulcis vita cito deseruit, et fecit *exsortes*, id est, extra sortem vivendi ma[...] *Donatus.*

Ab ubere] Ad augmentum [...]tionis, quod insontes a matris [...]bus rapti, ante extinguerentur [...] loqui cœpissent. *Idem.*

Raptos, Abstulit atra dies] Ma[...] legitur in codicibus nonnulli[...] quam antiquis. Sed quod *abst[...]* *dies* in vetustis itidem habetur [...] pluribus, lectorem ambiguum [...] nisi longe plures codices *atra* [...] et epitheton id longe plura, [...] magis proprium, et huic senten[...] commodatius, significaret. *P*[...]

Raptos] Vox propria. Rapi [...] cuntur infantes, quique cadun[...] tenera. Vetus inscriptio: 'I[...] ætatis flore receptus.' Alte[...] procul a Circo Flaminio: '[...] sinu matris jacet hic misera[...] fans.' Item in ædibus Cardina[...] sii; 'Persephone nostris invi[...] lida votis, Et præmaturo fu[...] rapuit.' Suetonius etiam in C[...] 8. 'duo infantes adhuc, rapti.'

429 *Abstulit atra dies*] Mure[...] Lect. XIII. 2. existimat Poë[...] consuetudinem veterum res[...] apud quos, qui juvenes imm[...] mortem obierant, albescent[...] ante Solis exortum, a propin[...] ferri solebant: quod nefas o[...] tur tanti mali spectatorem [...] lem. Atque eam ob causam d[...] eos auferre ac rapere dicebatu[...] ut primum dies apparere cœp[...] ferebantur. *Taubmann.*

Acerbo] Immaturo: a pomi[...] latio est. *Servius.*

Funere acerbo] Id est, imm[...] translatio a pomis. Et morte[...] rum proprie *acerbam* dici, ad [...] Amphitr. I. 1. diximus. *Taub*[...]

431 *Sine sorte*] Sine judicio [...] autem hoc ex more Roman[...] enim audiebantur caussæ, [...] sortem ordinatæ: tempore e[...] caussæ agebantur, convenieb[...] nes. Unde et *Concilium* ait.

erum ordinem accipiebant, diem trigesimum suas causquerentur. Unde est, ' Urret.' Juv. ' Gratia fallacis vicerit urnam.' *Servius.*

ro hæ sine sorte] Budæus in :. idem censet *dicas sortiri*, et b his verbis: ' Sortes a Judicebantur, et quæ prima dica prima agebatur: unde illud ' Nec vero hæ sine sorte dajudice sedes:' *et illud Saty*roba quamvis Gratia fallacis vicerit urnam.' *Cicer. in* Deinde cæteras dicas omnes M. Posthumius Quæstor sor: hanc tu illo conventu reortitus:' *alibi:* ' Adveniet die ex instituto dicas sortilxerat.' Nannius tamen vult m pro eodem habuisse ' sorium, sortiri judices, sortiri *Germanus.*

o hæ sine sorte datæ] Allusum interpretum ad sortiendi in Romano foro. Budæus ent. locum hunc sic tractat: judicibus educebantur, et a dica ex urna exierat, prima unde illud Virgilianum:' o hæ sine sorte datæ, sine des.' Itaque, sicuti in foro atur causis ex sortitione, sic sedes Inferorum a judice. verbis putat Budæus, ' dicas ue idem quod *causas sortiri.* iem valide insurgit Nannius . IX. dicitque, ' dicas sortiri,' quod, ' judices sortiri,' non Puto victoriam Nannii esse: a urnæ in Romano foro sordicibus deservit. Adi Mae Legibus, Franciscum Pol'. vel potius Philippum BroïQuin ipsum etiam Budæum, erte docet in annotationibus d Pandectas. Id satis innuit dens, ' sine judice,' quasi sors asset, non causarum. Itaque t, ut credam allusum in re signata sortium, ad Græcum quam ad Romanum morem, quod postea aperiam. *Cerda.*

432 *Quæsitor*] *Quæsitores* autem sunt qui exercendis quæstionibus præsunt. Et notandum, quia Minoëm, quasi crudelem, introducit: quod ei epitheton et Plato et Homerus dant. Nam Æacus et Rhadamanthus fratres mitiores sunt. *Servius.*

Quæsitor Minos] Et inquirendi et urnæ agitandæ habet potestatem. *Donatus.*

Minos urnam movet] Hom. Od. Λ. de Minoë: ἔνθ' ἦτοι Μίνωα ἴδον Διὸς ἀγλαὸν υἱὸν, Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νεκύεσσι, Ἥμενον, οἱ δέ μιν ἀμφὶ δίκας εἴροντο ἄνακτα. Ut autem *moveri urnam*, sic sæpe Hom. κυνέην πάλλ' Ἀχιλεὺς, ἐκ δὲ κλῆρος θόρε, &c. cum galea in dejiciendis et ducendis sortibus inter Græcos pro urna esset. Idem Il. Ω. μεταπαλλόμενος κλήρῳ λάχεν. *Germanus.*

Minos] Unus ex tribus judicibus apud inferos, cujus meminit Horat. IV. 7. ' Cum semel occideris, et de te splendida Minos Fecerit arbitria.' Senec. in Agam. ' Quæsitor urna Cnossius versat reos.' et in Furent. ' Non unus alta sede quæsitor sedens Judicia trepidis sera sortitur reis. Auditur illo Cnossius Minos foro.' De variis sortiendi generibus Hadr. Junius animad. II. 5. *Emmeness.*

433 *Vitasque et crimina discit*] De his Plato in Gorgia et Axiocho, et de Leg. v. Hunc locum, ubi judices sedentes inquirunt, quam quis vitam in corpore olim vixerit, ' Campum veritatis' nominabant. *Taubmann.*

434 *Mœsti loca*] Ideo *mæsti*, quia, ut diximus supra secundum Platonem, graviter puniuntur eorum animæ, qui sibi inferunt mortem. *Servius.*

Mæsti] Quia, secundum Platonem, graviter puniuntur αὐτοθάνατοι. Apte autem hic locus priori jungitur: namque illi vi occiduntur; hi sponte sibi necem inferunt. Omnino videatur

Macrob. I. 13. In Somn. Scip. Utrum sibi mortem inferre homini liceat. *Taubmann.*

435 *Insontes*] Dicitur causa facti; nihil enim fit, nisi quod faciendi habet necessitatem. *Donatus.*

Lucemque perosi] Figurate dixit; nam *perosus illius* dicimus. Sane *perosus* et *exosus* de eo tantum, qui odit, dicitur. *Servius.*

Lucemque perosi] φιλεῖν et στυγεῖν φάος, frequens apud Eurip. *Germ.*

436 *Projecere animas*] Quasi rem vilem. *Servius.*

Projecere animas] Videtur *projicere animas* dixisse Poëta Græcorum imitatione, canente Homero Il. I. αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν, hoc est, discrimini intrepide me objiciens, et φιλοκινδυνῶν. Eurip. autem in Rheso non παραβάλλειν, sed προβάλλειν dixit: χρὴ δ' ἐπ' ἀξίοις πονεῖν, ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοις δαίμονος· et in Ione, σὰν ψυχὰν ἀπέβαλον τέκνον. Catull. 'Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis Projicere optavit potius, quam talia Cretam Funera Cecropiæ,' &c. Plutarch. ad verbum, προΐεσθαι τὸν ἑαυτοῦ βίον. Eos autem, qui tædio paupertatis, amoris, tristium, et adversarum rerum mortem consciverunt, de quibus Maro, Aristot. Eth. l. III. δειλοὺς non ἀνδρείους censet, quod non, ut honestum, mortem fortiter ferant, sed præ animi mollitie malum visum declinent et fugiant, his verbis: τὸ δ' ἀποθνήσκειν φεύγοντα πενίαν, ἢ ἔρωτα, ἤ τι λυπηρὸν, οὐκ ἀνδρείου, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ· μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα, καὶ οὐχ ὅτι καλὸν, ὑπομένει, ἀλλὰ φεύγων κακόν. Idem Aristot. Eth. E. ubi de justitia et jure agit, negat sub finem libri, quenquam a seipso injuria affici posse, eumque docet, qui sibi manus attulerit, non tam in se, quam civitatem admisisse, his verbis: ὁ δὲ δι' ὀργὴν ἑαυτὸν σφάττων, ἑκὼν τοῦτο δρᾷ παρὰ τὸν ὀρθὸν νόμον, ὃ οὐκ ἐᾷ ὁ νόμος, ἀδικεῖ ἄρα, ἀλλά τινα, ἢ τὴν πόλιν, αὑτὸν δ' οὔ; ἑκὼν γὰρ πάσχει, ἀδικεῖται δ' οὐδεὶς καὶ ἡ πόλις ζημιοῖ, καί τις ἀτιμί[a] τι τῷ ἑαυτὸν διαφθείραντι, ὡς ἀδικοῦντι. Idem quoque Ar[...] ἀποβάλλειν τὴν ψυχὴν dixit [...] l. II. ἔστι δὲ οὐ τὸ ἀποβεβλ[...] ψυχὴν, τὸ δυνάμει ὂν ὥστε ζῆν ἔχον. *Germanus.*

Projecere animas] Fortasse [...] tull. qui de Nupt. 'Ipse su[...] seus pro caris corpus Athen[...] cere optavit.' Simili forma s[...] ci. Nam Aristot. de Anim. [...] βληκὸς τὴν ψυχήν. Euripides ψυχὰν ἀπέβαλον· et in Rhe[...] προβάλλειν. Homerus Il. [...] παραβαλλόμενος. Plutarchus ad verbum προΐεσθαι τὸν ἑα[...] Integra habet German. C[...] ἀποῤῥῆξαι τὸ πνεῦμα. Lucan[...] 'animas effundere viles.' [...] pari indole, de his, qui se int[...] I. 9. 'facili sanguine.' Ovi[...] flexu: 'Sanguinis atque ani[...] dige Galle tuæ.' Dignus e[...] memoriam revocetur mos il[...] fuisse apud nonnullas gente[...] sippo et Josepho commemin[...] in lib. de vario sepeliendi rit[...] delicet dextra illius, qui se [...] cisset, amputaretur prius, [...] duceretur ad sepulturam: n[...] membrum, quod vesano furo[...] pus sævierat suum, cum e[...] sepeliretur. *Cerda.*

437 *Et duros perferre labo*[...] merus Achillis umbram i[...] loquentem, et dicentem lib[...] apud superos cuncta adve[...] rare, quam apud Inferos i[...] Quod autem ait, 'Æthere [...] poëtice dictum est. *Æther* [...] perius est: sed nostrum hab[...] *ætherem* vocavit, Inferorum [...] tione. *Servius.*

438 *Fas obstat*] Jura natu[...]

Tristique] Tristi unda palu[...] bilis: ne si *tristis* dicamus, [...] epitheta. *Idem.*

Fas obstat, tristique palus [...]

unda] In Romano codice, *fas obstat* videtur esse debuisse. Nam *s* tantum litera desideratur in verbo *obstat*. Et Servius in castigatis exemplaribus, *fas obstat* agnovisse videtur, quum præsertim exponit, *fas*, jura naturæ. Quanquam neque ea lectio displicet *fata obstant*. Quod vero sequitur 'tristisque palus,' lectionem eam reprehendit Servius, ne duo sint epitheta, mavultque *tristi unda* legere, ut in codice Mediceo et in Porcio est. Sed enim plerique codices antiqui *tristis* legunt: et in aliquot etiam *undæ* cum diphthongo ultima syllaba, ut duæ primæ dictiones in recto sint *tristisque palus*, reliquum possessivi *inamabilis undæ*. Sunt et qui legant *innabilis*, a *No*, *nas*, quod in veteribus exemplaribus non memini me legere. Sed nescio cur ea lectio 'Tristisque palus,' appositive 'inamabilis unda,' quenquam offendere debeat; tametsi longe elegantior ea est, quæ legit 'palus inamabilis,' addita ratione cur *inamabilis*, 'tristi' quippe 'unda,' quam στυγερὴν Homerus appellat, ubi fluvius Acheron, ejusdem etymologiæ. *Pierius.*

Inamabilis unda] Multi *innabilis* legunt. Servio tamen et P. Læto, Agellio II. 6. H. Stephano, et Scalig. IV. 16. magis probatur *inamabilis*, στυγερά. idcirco addit, 'Styx interfusa coërcet.' *Taubmann.*

439 *Novies Styx interfusa*] Quia qui altius de mundi ratione quæsiverunt, dicunt intra novem hos mundi circulos inclusas esse virtutes, in quibus et iracundiæ sunt et cupiditates: de quibus tristitia nascitur: id est, Styx. Unde dicit novem esse circulos Stygis, quæ Inferos cingit, id est, terram, ut diximus supra: nam dicunt alias esse purgatiores extra hos circulos potestates. *Servius.*

Et novies Styx interf. coërcet] Admonuit me Passeratius hanc novenariam Stygis convolutionem αἰνίττεσθαι et subindicare novendialia sacra, quibus peractis, novissimis verbis mortuus valere et salvere jussus conclamabatur, septem ante diebus servatus, octavo incensus, nono denique sepultus: unde et Horatius: 'Novendiales spargere pulveres:' et Æn. v. 'Præterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit,' alludens πρὸς ἔννατα, hoc est, novendialia justa, quibus et respondebat epulum funebre totidem dierum, quod, ut Græco more περίδειπνον, instaurabatur et agitabatur a Romanis Diis Manibus libantibus, ut ex illo Maronis eodem lib. colligitur: 'Jamque dies epulata novem gens omnis, et aris Factus honos,' &c. Causam autem docet Plinius ritus antiqui in conservandis tot dies mortuis, qui et calida abluebantur, et per intervalla conclamabantur, quod solet plerumque vitalis spiritus exclusus putari, et homines fallere, ut constitit in eo, qui pyræ suppositus, adhibitis ignibus erectus est, nec liberari tamen potuit. Vide Aristot. De somno et vigil. et Leonicum interpretem, ubi agit de differentia et consensu somni, apoplexiæ, præfocationis vulvæ, veterni, et id genus morborum. Malo autem in superiore perseverare sententia, quam Servio subscribere, qui ad purgationes, nescio quas, et mysticos virtutum circulos, hæc Stygis involucra refert. *Germanus.*

Adligat] Obstringit, impedit. Leguntur autem hi versus etiam Ge. IV. sub finem. *Taubmann.*

440 *Hinc*] In Romano codice, et aliquot aliis manu scriptis, *hic* habetur: magis tamen placet *hinc*, ut est in reliquis exemplaribus. *Pierius.*

Partem fusi monstrantur in omnem] Plures vult ostendere eos, in quibus libido dominatur. *Servius.*

Fusi in omnem partem] Quocunque oculos tendere poterant. *Donatus.*

441 *Lugentes campi*] Quasi lucis egentes; quod et amoribus congruit. *Servius.*

Lugentes campi] Loquitur Maro ex

doctrina, qua putabant veteres, Cocytum lugentium fletu et lacrymis increscere. Inde campi juxta Cocyti ripam 'lugentes' dicti. Claudianus Rapt. I. alludens ad hanc rem, dixit, 'presso lacrymarum fonte resedit Cocytus.' et in Ruff. l. II. 'Est locus infaustis, quo conciliantur in unum Cocytus Phlegetonque, vadis inamœnus uterque Alveus, hic volvit lacrymas, hic igne redundat.' Silius l. XIII. 'Ultimus erumpit lacrymarum fontibus amnis, Ante aulam, atque aditus, et inexorabile limen.' Inde hic fluvius dictus Cocytus παρὰ τὸ κωκύω, et κωκύζω, id est, lugeo. Firmat hanc rem contraria sententia. Pindarus enim apud Plutarchum, in tractatu, an recte dictum sit, λάθε βιώσας, ubi describit sedes beatorum, inter alia ait: πεδίον καὶ ποταμοί τινες ἄκλαυστοι καὶ λεῖοι διαῤῥέουσι: *Campum perfluunt fluvii quidam fletus ignari ac læves.* Ab eodem in opere de orbe Lunæ inducuntur animæ in his locis ὀδυρόμεναι, *lamentantes.* Cerda.

442 *Durus amor*] Immitis, inexorabilis. *Servius.*

Hic quos durus amor] Ex imitatione Homeri, qui amantibus peculiarem locum assignat in inferno, Odyss. XI. Νύμφαι τ', ἠΐθεοί τε πολύτλητοί τε γέροντες, Παρθενικαί τ' ἀταλαὶ, νεοπενθέα θυμὸν ἔχουσαι: *Sponsæque, juvenesque, et multa passi senes, Virgunculæque tenellæ novo luctu affectum animum habentes.* Cerda.

Tabe peredit] Corpore defluente paulatim. *Servius.*

Peredit] In antiquioribus aliquot exemplaribus, *peremit* legitur: quod minime placet, quum *peredit* ideo proprium sit, quod 'Amantum est mollis flamma medullas.' *Pierius.*

Tabe] De amore quoque Propertius I. 15. 'Hypsipyle nullos post illos sensit amores, Ut semel Æmonio tabuit hospitio.' et III. 6. 'Gaudet me vacuo solam tabescere lecto.' Nec non Ovidius Met. l. III. nam loquens de Narcisso, ita ait: 'Ecquid cum vestræ tot agantur sæcula vitæ, Qui sic tabuerit, longo meministis in ævo.' *Cerda.*

Tabe peredit] Unde eleganter in Epigr. Gr. ἔρως γυιοβόρος, q. membra corporis depascens vocatur. Ita Æn. IV. 'est mollis flamma medullas.' *Taubmann.*

443 *Secreti celant calles*] Amantibus congruit. *Servius.*

Secreti] Per *secretos* intelligit in *abdito constitutos* aut *separatos.* Donat.

Secreti celant calles] Τὸ πρέπον. Nam amantes in occulto plerumque et secessu constare et confabulari solent: vel alludit ad domos meretricum, quæ fere in angiportibus habitant. Hor. I. 25. 'Invicem mœchos anus arrogantes Flebis, in solo levis angiportu.' *Taubmann.*

Myrtea silva] Quæ est Veneri consecrata. *Servius.*

444 *Curæ non ipsa in morte relinquunt*] Hoc est, etiam illic amant, et habent peractorum imaginem criminum: sicut etiam de piis dicturus est, 'Quæ gratia curruum Armorumque fuit vivis, quæ cura nitentes Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.' Sane sciendum, ut diximus supra, loqui eum de amore generali: sicut etiam Plato in Symposio tractat. Nihil enim interest, quid quis amet, dummodo amore teneatur. Notandum etiam (nam rarum est) quia cum masculino genere supra usus sit, ut, 'Hic quos durus amor,' tantum fœminarum ponit exempla: non quod desint viri; sed elegit sexum impatientem ad amandum. Tamen paulo post etiam Sichæi facturus est commemorationem. *Servius.*

Curæ non ipsa in morte relinquunt] Tanta fuit vis amoris, ut post mortem ab iisdem curis non desererentur. *Donatus.*

Curæ non ipsa in morte relinquunt] Est hoc, quod Propertius I. 19. de re alia: 'Trajicit et fati litora magnus

r.' ibidem: 'Non adeo leviris puer hæsit ocellis, Ut dito pulvis amore vacet.' bull. l. IV. 'Nulla mihi staem te fata canendi.' Sed negat idem Propertius, cum . curas amatorum una cum epeliri. Verba ejus: 'Illic rum sepelirent fata dolorem.' a omnino videtur reddidisse ocr. εἰδ. καὶ εἰς 'Αΐδα κακὸν ἄγει ἔρωτες: *et apud inferos dolor amoris.* Cerda.

is *Phædram*] Hæc filia fuit et Pasiphaës, uxor Thesei: rignum Hippolytum, amore le stupro interpellavit: et , apud maritum eum falsi detulit: qui iratus invocavit patrem, ut Hippolyto, curanti, immitteret phocam: , et Hippolyto interempto, amoris impatientia laqueo ivit. *Servius.*

am] De industria sexum elea impatientem: cum exemam non deessent. De Phæ- Ovidii Ep. Heroid. IV. et in Hippolyto. Hæc laqueo ivit. *Taubmann.*

que] Filia Iphidi, uxor Cet, qui cum venandi studio , labore fessus, ad locum adire consueverat: et illic ecreandum Auram vocare. m sæpe faceret, amorem in Auroræ, quæ ei canem vem Lælapam nomine donaduo hastilia inevitabilia: in amplexus rogavit. Ille jusjurandum se habere cum mutuæ castitatis. Quo auora respondit, 'Ut probes njugis castitatem, muta te orem.' Quo facto ille it ad et oblatis muneribus impecoitu, confessus est, marisse: quod illa dolens, cum rustico quodam amare eum Auram, quam invocare consueverat, ad silvas profecta est, et in frutetis latuit ad deprehendendum maritum cum pellice. Qui cum more solito Auram vocaret, Procris egredi cupiens fruteta commovit: sperans Cephalus feram; hastam inevitabilem jecit, et ignarus interemit uxorem. *Servius.*

Procrinque] Neque illud placet, quod in Romano codice, *Procnin* legitur. Non enim *Procne* locum habet inter amantes; sed *Procris* Cephali uxor. Præterea sumptum hoc ex Homero est, apud quem Φαίδρην τε Πρόκριν τε ἴδον legitur. *Pierius.*

His Phædram Procrinque, &c.] Versus Homeri, Φαίδρην τε Πρόκριν τε ἴδον, καλήν τ' 'Αριάδνην. et post pauca: Μαῖράν τε Κλυμένην τε ἴδον, στυγερήν τ' Ἐριφύλην. Ex utroque versum suum compegit Maro, primi extrema, extremi prima amputando. *Cerda.*

Procrinque] De hac Ovid. Met. VII. 27. et 28. Hæc a marito sed imprudente interfecta est. *Taubmann.*

Mæstamque Eriphylen] Hæc Amphiarai, auguris Argivi, uxor fuit: quæ latentem bello Thebano maritum Polynici prodidit, monili accepto, quod ante uxori dederat: qui ductus ad prælium hiatu terræ periit. Cujus filius Alcmæon postea in vindictam patris matrem necavit: et est, ut Orestes, furore correptus. Vituperatus sane Virgilius quod *mæstam* dixerit, quam στυγερὴν legit, id est, nocentem. Licet *mæsta* sit a *Styge.* Servius.

Mæstamque Eriphylen] Hom. Odyss. Λ. στυγερήν τ' Ἐριφύλην: Pindarus Nem. Oda 9. ἀνδροδάμαντα vocat, fuitque Amphiarai auguris Argivi uxor. Meminit hujus et Propert. III. 11. et Cic. Verr. VI. *Taubmann.*

Mæstamque Eriphylen] Στυγερήν τ' Ἐριφύλην. Homer. Odyss. Λ. *Hartung.*

446 *Crudelis nati*] Sc. Alcmæonis: qui eam, quod, monili accepto, mari-

tum bello Thebano latitantem prodidisset, interfecit: ob quod matricidium, perinde ut Orestes, in furorem actus est. De quo disputat Aristoteles Ethic. III. *Taubmann.*

447 *Euadnenque*] Uxor Capanei fuit, quæ se in ardentem mariti rogum præcipitavit. *Servius.*

Et Pasiphaën] Hæc, ut diximus, tauri amore flagravit. *Idem.*

Laodamia] Uxor Protesilai fuit: quæ cum maritum in bello Trojano primum periisse cognovisset, optavit ut ejus umbram videret: qua re concessa, non deserens eum, in amplexu ejus periit. *Servius.*

Laodamia] In Romano codice, et plerisque aliis manu scriptis, recte notatum est per *a* vocalem primam in media syllaba *Laodamia:* ita enim Λαοδάμεια apud Græcos scribi neminem, vel mediocriter doctum, ignorare crediderim. Quod vero Latini vocalem eam in *o* mutarint, adhuc mihi non constat. Auditurus vero haud gravate sum, siquis ab antiquo aliquo auctore traditum id ostenderit. *Pierius.*

448 *Nunc femina, Cæneus*] Cænis virgo fuit, quæ a Neptuno pro stupri pretio meruit sexus mutationem. Fuit etiam invulnerabilis, qui pugnando pro Lapithis contra Centauros, crebris ictibus fustium paulatim fixus in terra est: post mortem tamen in sexum rediit. Hoc autem dictum Platonicum illud ostendit, vel Aristotelicum, 'Animas per μετεμψύχωσιν sexum plerunque mutare.' *Servius.*

449 *Revoluta*] In codicibus quidem omnibus vulgatis, et aliquot ex his antiquioribus, *revoluta* scriptum est. In Romano *revocata* legitur. *Pierius.*

Figuram] Id est, sexum. *Cænis* enim Elati Lapithæ F. principio formosissima puella erat: deinde optione a Neptuno, ob stuprum, impetrata rogavit, ut in virum fortissimum transformaretur, et quidem invulnerabilem: quo facto *Cæneus* vocabatur. De quo Ovid. Met. XII. 5. Vide et Nascimb. et Proverb. 'Cænei hasta.' *Taubmann.*

451 *Errabat*] Vagabatur. Et bene allusit: quia et amaverat, et se interemerat: ut quasi incertum esset, quem circulum posset tenere. *Servius.*

453 *Obscuram*] Recenti morte: ut diximus supra. *Idem.*

Umbram obscuram] Cum dicit *umbram obscuram*, habuit aliquid luminis. Id enim est *obscurum*, quod ostendat aliquam lucem, sed et maximas habet mixtas tenebras. *Donatus.*

Qui] In antiquis plerisque codicibus *qui* legitur. Sed et *quis* reperitur. *Pierius.*

455 *Demisit lacrimas*] Non cogitavit flere: nam dolor verus, repentinos fletus, non coactos, excludit. *Donat.*

456 *Infelix Dido*] Veniali utitur statu, et excusat se per necessitatem, ne mortis caussa fuisse videatur. *Servius.*

Infelix Dido] Personarum et caussarum ratio habetur; Dido fuit aspera, propter recentis facti causam: cujus quantus dolor fuerit, ostendit exitus. Acerbitas etiam vulneris, et aspectus auctoris, dolorem duplicabat. Æneas autem se reum agnoscit, et, interposita purgatione, factum fatetur, 'Infelix Dido.' Ostendit dolorem, quod miserabiliter ferat: et augetur, quod ferro perierit. *Donatus.*

Verus mihi nuntius] Κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligendum, quod sit nuntiatus Didonis interitus; alii ad ignem referunt visum; alii ad Mercurium, qui ait, 'Certa mori.' Sed in neutro ei etiam mortis genus est significatum: et hinc dicit, 'Ferroque extrema secutam.' Sane qui nuntiat, genere tantum dicitur masculino. Quod autem nuntiatur, licet neutro dicatur, apud Catullum tamen invenitur et masculino. *Servius.*

458 *Funeris heu tibi caussa fui*] Ac

t, Qui fueram ante voluptatis.

idera] Firmamentum ponit
mis, quia apud illam fide ca-
t quia hominum testimonium
non poterat, adhibet deorum.

Per superos, &c.] Valet, Per
et per Inferos. Per superos,
d apud inferos jusjurandum
iosaque asseveratio, Turneb.
Taubmann.

fides tellure sub ima est] Ubi
a exitum non habent. Re-
utem ad Orpheum, qui recep-
didit conjugem. *Servius.*

qua fides] Quia nesciebat,
nus jurisjurandi apud inferos
suit generalem jurationem.

nvitus] Non te fugi, sed po-
ssis cessi. *Idem.*

le littore cessi] Quasi dicat,
locum, sed te in animo retinui.

quæ nunc has ire per umbras]
ntatur ex eo, quod est Inferos
compulsus, invitum se reliquis-
aginem. *Servius.*

enta situ] Squallida. Et est
io a terra inculta. *Situs* au-
prie est lanugo quædam ex
procreata. Et fit in locis
entibus. *Idem.*

situ] *Sentis* est spina: inde
t *senticosum*; spinis horridum,
tum. Utique ἀκανθώδες. *Situs*
st, squallor ille, qui, ut pluri-
etustate contrahitur. Loca
ta situ erunt, squallore obsi-
e horrida, qualiaque describit
in Fur. loquens de inferuis
Et fœda tellus torpet æterno
t iterum: 'Immotus aër hæ-
pigro sedet Nox atra mun-
icta mœrore horrida, Ipsa-
rte pejor est mortis locus.'

enta situ] Scal. IV. 16. *Situs*
go quædam ex humore pro-
creata; ut fit in locis Sole carentibus. *Taubmann.*

463 *Nec credere quivi*] Argumentationem tetendit: ac si diceret, Si credidissem, forte etiam Deorum jussa contemnerem. *Servius.*

Nec credere quivi] Mendacio verisimili tutatur causam. Ipsa primo silendo, et se avertendo, et postremo fugiendo, ostendit iram. *Donatus.*

Nec credere quivi] Locus, ut apparet, sumptus ex Calab. l. v. apud quem Ulysses purgans se de morte Ajacis, ita ait: Εἰ γάρ μοι κέαρ ἔνδον ἐνὶ στέρνοισιν ἐώλπει Κεῖνον ἀλαστήσειν καθ' ἑὸν νόον, οὔτ' ἂν ἔγωγε Ἦλθον ἐριδμαίνων νίκης ὕπερ: *Etenim si mihi cor intus in pectoribus sperasset, Ipsum id ægre laturum sua mente, non equidem ego Venissem concertaturus de victoria.* Cerda.

465 *Siste gradum*] Discedere eam datur intelligi. *Servius.*

Siste gradum] Est hoc quod Aristophanes in Pluto. στῆθ', ἀντιβολῶ σε, στῆθι: *siste, obsecro te, siste.* Est etiam locus in Lysistrata ejusdem huic similis: Τί μοι μεταστρέφεσθε; ποῖ βαδίζετε; *Quid nunc abitis? quive vultum avertitis?* Cerda.

Aspectu] Quamvis nonnulli dicant codices esse veteres, in quibus *aspectui* scriptum inveniatur, ea, quæ apud Virgilium frequentissima est, figura: magis tamen placet *aspectu* per *u*: quia multa ea terminatione, acquisitivo casu posita reperiuntur apud Virgilium, Ciceronem, et Cæsarem. *Pierius.*

Aspectu] Vide Agell. IV. 16. et Indic. Erythræi Virgil. *Taubmann.*

466 *Extremum fato quod te adloquor, hoc est*] Aut quia Deus futurus est; aut, quod melius est, quia post mortem tenebit alterum circulum, viris fortibus scilicet, non amantibus datum. *Servius.*

Adloquor] Non dubito, quin in hunc locum aptari possit eruditio Mureti II. 4. de vi verbi hujus *alloquor*, et

allocutione. Nam sermo Æneæ in hoc loco totus est παραμυθικὸς, καὶ παρηγορικὸς, id est, *consolatorius:* vult enim levare Didonem a mœstitia, et curis, in quibus erat; nam postea clarissime, 'Lenibat dictis animum.' Exemplis Mureti adjungo Senecam, qui ad Marciam c. 1. 'fatigatæ allocutiones amicorum,' id est, παραμυθίαι: et ad Helviam: 'Quid quod novis verbis, nec ex vulgari et quotidiana sumptis allocutione, opus erat homini ad consolandos suos,' &c. Et Pollucem, qui inter verba blanditiarum, et salutationis, adhibet πρόσρησιν, et προσηγορίαν.' *Cerda.*

467 *Torva*] Pro *torve:* id est, terribiliter. *Servius.*

Torva tuentem] Epitheton ab oculorum sævitia, de quo Erythræus in indice. Desumtum ab Homero qui Il. B. 235. ὑπόδρα ἰδών. quod Æneæ evenit, idem et Ulyssi accidit cum alloqueretur Ajacem, qui mortuus inimicam mentem non deposuerat, quam susceperat contra Ulyssem vivus. Vide Homeri Odyss. Λ. 562. *Emmeness.*

468 *Lenibat dictis*] Pro *leniebat.* et antique dixit: ut, 'Squamis auroque polibant,' pro *poliebant.* Majores enim in omnibus conjugationibus imperativo *bam* addebant, et faciebant imperfectum ab indicativo: quod in tribus adhuc observatur: in quarta etiam *e* additur, ut *nutri, nutriebat.* Servius.

Lenibat] In codicibus aliquot antiquis, *leneibat* per *ei* diphthongum in pene ultima scriptum observavi, ut in veterum inscriptionibus *deico, ameicus,* et similia. Quo loco super Priscianus ait, 'Tertiæ et quartæ conjugationis præteritum imperfectum a prima præsentis formari, *o* in *e* mutata, et addita *bam,* excepto *Eo,* quod *ibam* facit, et derivatis. Antiquos vero, in his præsertim quartæ, loco vocalium transmutato, pro *i* et *e, ei* diphthongum proferre solitos, ut *leneibam, poleibam.*' Sed enim quum hujusmodi scriptionem non in verbis tantum ejus conjugationis et temporis, verum in aliis etiam, et in syllabis a formatione non pendentibus, atque etiam in nominibus, in præpositionibus, et in adverbiis reperiamus; magis mihi placet Victorini sententia, qui refert Nævium et Livium Andronicum, quum longa syllaba scribenda esset, duas vocales posuisse, præterquam quæ in *i* literam inciderant, eam enim per *ei* scribere maluisse. Quam vero differentiam in his Lucillius ponere commentus sit, quo distingueret similia voce, alibi ex Velio Longo retulimus. *Pierius.*

Lacrimasque ciebat] Sibi, non Didoni, vel profundebat: aut certe illud dicit, Sermo quidem ejus lachrymas exciebat, sed illa immobilis mansit. Nam *ciere* est proprie alteri fletum movere. Tractum autem est hoc de Homero, qui inducit Ajacis umbram, Ulyssis colloquia fugientem, quod ei fuerat caussa mortis. *Servius.*

469 *Illa solo fixos, &c.*] Eundem iræ habitum dat Hor. Regulo III. 5. 'Torvus humi posuisse vultum.' et Virgilius Palladi I. I. Ex his, quæ ibi dico, potest locus iste illustrari in quoque Æn. IV. aliquid est de intuitione illorum, qui alios odio habent: inde quoque ad hunc locum petatur. Sed hic non omittam elegantem Plinii locum XI. 37. 'In oculis animus inhabitat. Ardent, intenduntur, humectant, connivent: hos cum osculamur, animum ipsum videmur attingere.' Adeo in oculis apparent affectuum omnium indicia. *Cerda.*

Aversa] In codicibus aliquot antiquis, *adversa* legitur, quod minime placet. *Pierius.*

470 *Incepto sermone*] A principio orationis. *Servius.*

Nec magis incepto, &c.] Harum particularum conjunctionem 'magis quam si, minus quam si, nihilominus quam si, nihilo plus quam si,' ut ple-

elegantiæ, et observat et
robat Godescalc. l. de ling.
rida.
In codicibus aliquot anti-
:asu septimo legitur. Sed
rto casu figuratius est.

s *silex*] Saxi est species;
enim esse non potest se-
cialitate. Nam 'cautem
,' Parium lapidem dicit.
enim mons est Pari insu-
a.
cautes] Ab eruditione, ait
s. ut *Arvisia*, *Amphrysia*.
beb. v. 'Illa velut rupes
as visu Hæret.' Notatur
nor *Parium*. *Marpesos*
est insulæ Pari. *Taub.*
lem] Quasi diu delibera-
dus.
orripuit sese] Augmentum
neam refugiendo testata
erat inimica, ita discessit.
quem locum, 'in nemus
r' seu frondosum, ad Si-
m, qui unum cum ea gere-
a, et amore mutuo consi-
ebatur. *Donatus*.
] In Romano codice, in
n Mediceo, et plerisque
is, legere est *corripuit sese:*
ripuit placere magis video
ibus. *Pierius*.
riferum] Umbrosum, fron-
rvius.
] Prior; quod difficile in-
m de hoc sermone quærit
t alii. *Idem*.
ndet curis] Aut pari eam
ione: quod in Ænea non
s amatus est, et amantem
t expressio rei supradictæ

Sichæus amorem] Aut
det curis: par est mortis
: ferro enim uterque con-
. *Idem*.
sum] Veteres omnes co-
legi, fere passim *percussus* legunt. Videnturque mortales tot ætatibus differentiam neglexisse, quam inter *Perculsum* et *Percussum* Grammatici statuere. *Pierius*.

476 *Prosequitur lacrimans longe*] Oculis eam sequebatur humentibus. *Servius*.

Prosequitur lacrimans longe, et miseratur euntem] Ultima hujus carminis dictio *est*, (quæ in nonnullis editionibus invenitur) nusquam in antiquis exemplaribus habetur. In Romano codice versus totus ita legitur, 'prosequitur lacrimis longe et miseratur euntem.' Erat vero etiam in codice Longobardico *miseratur:* sed inde abrasum fuit, et *miseratus* repositum. In Mediceo, 'Prosequitur lacrimas longe et miseratur euntem.' Sed *lacrimas* pro *lacrimans* scriptum, ut sæpe reperitur in veterum monumentis. *Pierius*.

477 *Datum molitur iter*] Peragit. *Datum* autem dixit, aut ratione fati concessum: aut oblatum fortuito, quod τυχὸν dicunt: an injunctum? *Servius*.

Arva tenebant Ultima] Atqui multa adhuc supersunt; sed dixit quantum ad *Y* pertinet literam. In his enim, quæ dixit, mista sunt virtutibus vitia. In his autem, quæ dicturus est, nocentum pœnas a piorum segregat meritis. Nam Inferi (ut diximus supra) humanam continent vitam: hoc est, animam in corpore constitutam. Hæc autem quæ dixit, mista esse manifestum est. Licet enim in viris fortibus laudetur virtus, est tamen vituperabile alienum imperium cædibus occupare. Item amare privignum, crimen est: virtus, maritum. Alii distinctione mutata dicunt, 'Tenebant arva, quæ ultima viri fortes frequentant,' id est, quæ possident ultima. *Idem*.

478 *Ultima*] Sc. eorum, qui judicum sententiis adhuc subjiciendi sunt: nam reliqua arva seu circuli judicatos continent. De quo Serv.

qui et ad literam *Y* Pythagoricam illam respectum putat: item Nascimb. quanquam hic etiam 'ultima arva' exponit primam partem campi istius, quam sit ingressus Æneas: quomodo auctor ad Heren. dixerit, *ab ultimo initio:* et Cic. Offic. I. 'ultimum in amicitia,' id est, primum. Hic autem commemorat bello cæsos, et præcipue qui ad Thebas et Trojam. *Taubmann.*

Frequentant] Obvius sensus bonus est, et commodus. Sed potest esse alius; ut dicat, *frequentant*, id est, celebrant loca ista, faciuntque illa clara a claritudine quæ est in ipsis. Præcessit enim 'clari bello.' Esse autem *frequentare* idem interdum, quod celebrare, jam notavit Janus Dousa in schediasmate ad Sulpiciæ carmen hoc, 'Musa, quibus numeris Heroas, et arma frequentas.' Id est, concelebras: et in Virgilio sermo quoque est de ducibus. *Cerda.*

479 *Hic illi occurrit Tydeus*] Altheæ et Œnei filius, quem in bello Thebano Menalippus extinxit. *Serv.*

480 *Parthenopæus*] Hic Atalantæ et Martis, sive Milanionis filius, rex Arcadiæ fuit, qui Thebana bella puer admodum petiit. *Idem.*

Tydeus, Parthenopæus, et Adrasti pall. imago] Parthenopæum, non Menalippæ filium, ut vult Servius, sed Atalantæ asserit Eurip. in Phœniss. δδ' ἐστὶ παρθενοπαῖος ἀταλάντης γόνος· idem quoque in Suppl. ὁ τῆς κυναγοῦ δ' ἄλλος ἀταλάντης γόνος Παῖς παρθενοπαῖος εἶδος ἐξοχώτατος, Ἀρκὰς μὲν ἦν. Cui Euripidis sententiæ astipulantur illi Sophoclis in Col. versus: ἕκτος δὲ παρθενοπαῖος ἀρκὰς ὄρνυται, Ἐπώνυμος τῆς πρόσθεν ἀδμήτης χρόνῳ Μητρὸς λοχευθεὶς πιστὸς ἀταλάντης γόνος. Interpres tamen Æschyli in ἑπτὰ filium Antiopes Parthenopæum facit, quam et Parthenopen vult dictam, et filio nomen fecisse de suo: quod consentire possit cum Sophoclis hoc loco, nisi quod ille Parthenopæum Antiopæ, hic Atalantæ filium dare videtur. Tydeum autem, Parthenopæum, et Adrastum conjunxit Poëta, quod (meo judicio) ab Euripide memorentur junctis copiis expeditionem Polynicen Thebas agentem secuti, ut item a Sophocle in Colon. Et Eustathius in eum Iliad. Δ. locum, οὐ μὲν τυδεῖ γ' ὧδε φίλον πτωσκαζέμεν ἦεν, docet, Adrastum Argivorum regem, monita oraculi secutum, Tydeo Deipylam, et alteram item filiam Argian Polynici in matrimonium elocasse. 'Multum fleti,' sæpe πολύκλαυτοι, et πολύκλαυστοι Græcis. *Ger.*

Parthenopæus] Atalantæ filius, secundum Euripid. in Phœniss. et Diodor. l. v. Vide et Stat. Theb. l. IV. Propert. I. 1. *Taubmann.*

Adrasti pallentis imago] Rex Sicyonis Adrastus primo fuit, post Argivorum, socer Tydei et Polynicis. Quod autem ait *pallentis;* aut epitheton est umbræ: aut illud respexit, quia in bello Thebano, consumptis sex ducibus, solus aufugit. Fugæ autem comes semper est pallor. *Servius.*

Adrasti pallentis] Sunt autem quos epitheton palloris induxerit ad credendum, hunc locum ad Adrastum referri debere, qui ab Homero meticulosus, supplex, et ad genua hostis provolutus ad deprecandam mortem describitur: cujus mentionem facit Plutarch. in lib. De aud. Poët. his verbis de Trojanis: καὶ τῶν μὲν ὑποπεπτωκότων ἔνιοι τοῖς πολεμίοις, ὥσπερ ὁ ἄδραστος, οἱ ἀντιμάχου παῖδες, ὁ λυκάων, αὐτὸς ὁ ἕκτωρ δεόμενος περὶ ταφῆς τοῦ ἀχιλλέως· ἐκείνων δὲ οὐδεὶς, ὡς βαρβαρικοῦ τοῦ ἱκετεύειν, καὶ ὑποπίπτειν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὄντος, ἑλληνικοῦ δὲ τοῦ νικᾷν μαχόμενον, ἢ ἀποθνήσκειν. Tamen mihi verius Adrasto; Tydei socero, convenire videtur; tum quod Tydei mentio est propinqua, tum quod pallor et metus ex fide historiæ et fuga merito ei attribuitur. *Germanus.*

481 *Hic multum fleti*] Id est, nobiles, quorum mortem magna sequitur

o. *Servius.*

fleti] Quia propter suas
magnum reliquerant luctum.

o *apud.* Servius.

] Qui bello ceciderint, id
ui, a cadendo. Unde et *ca-*
ta. *Idem.*

go ordine] Ingenti multitu-
'Pueri et pavidæ longo or-
res:' non ad ordinem stan-
e *in* minus est: *In longo or-*
genti multitudine. *Idem.*

caumque, Medontaque, Ther-
e] Vix in Medonte cognosci
otest de mente Poëtæ. Per-
ut vides, nomina Trojano-
Glauco verus est, nam fuisse
janum, filiumque Antenoris,
fectum ab Agamemnone,
arrat. Potest etiam Poëta
Glauco alio, qui venit in
Trojanorum, cujus fit illus-
mentio in Il. VI. Transeo ad
m, in quo falsus videtur
iam hujus nominis Trojanus
detur facta allusio ad ver-
neri Il. XXI. ubi Achilles,
ωχόν τε, Μύδωνά τε, Ἀστύπυ-
terfecit Thersilochumque, My-
Astypylonque. unde suspicio
legend. in vate, *Glaucum-*
naque, Thersilochumque. Qui
don semper inter Græcos?
XV. Medonta et Iasium Æ-
iat. et Il. II. mentio fit Me-
ui erat Oïleï nothus filius.
Odyss. IV. et in epist. Pe-
apud Ovidium (hoc Nascim-
dit) mentio fit alterius Me-
ræci, qui fuit unus e procis
s. Itaque libenter amplector
ram, et in Virgilio *Mydona*
Medonta. De Thersilocho,
se Trojanum, ex versu Ho-
ddncto, satis est liquidum.

is Antenoridas] Multi supra-
cipiunt: quod falsum esse
docet, qui eos commemo-
rat. *Servius.*

Tris Antenoridas] En alius nodus.
Ego Servium sequor, qui ait, non ac-
cipiendos tres superiores, ut multi
volunt, sed alios; nam Homerus alios
ab illis facit filios Antenoris. Nomina
ipse non adducit. Sunt illi, Archilo-
chus, Acamas, Helicon: Pomponius
Sabinus his versibus alios nominat:
'Tres Antenoridas Polybumque, et
Agenora durum, Æqualemque Atha-
manta deis, juvenilibus annis.' *Cerda.*

Cereri sacrum] Sacratum: nomen
pro participio. *Servius.*

Sacrum Polyboten] Ostendit numina
suis in morte juvare non posse. *Don.*

Polyboten] Nominis hujus proprii
pene ultima varie scribitur in anti-
quis codicibus. Nam et *Polyboten*,
et *Polybuten*, et *Polybetem* legas,
præter varietates alias, quæ vulgatis
in codicibus existunt. Sane quidem
πολυποίτης proprium viri nomen apud
Græcos. Sed hic Pirithoi filius, ut
Homerus, Il. M. τὸν μὲν πειριθόου υἷα
κρατερὸν πολυποίτην. Qui quidem in
Trojanorum comitatu quid agat, non
video: neque succurrit nunc, inter
Trojanos nomen id positum: alia
vero forma et significatio πολυβοίτης
est, unde sibi forte Virgilius nomen
ex commodo suo confinxerit. Neque
enim ita se Latini Græcis addixere,
ut non jus sibi esse voluerint, non
tantum literas et syllabas, verum
totum etiam interdum nomen, quod
ab ipsis mutuo caperent, variandi.
Pierius.

485 *Idæumque*] Quem aurigam le-
gimus Priami. *Servius.*

Idæumque] Auriga fuit Priami, cu-
jus mentio fit Iliad. XXIV. Dat illi
adhuc in Inferno currus. Nam, quo
quis studio delectatus fuisset in vita,
eodem tenebatur apud manes: de quo
alibi. *Cerda.*

Etiam] Adhuc: ut, 'Quæ cura ni-
tentes Pascere equos, eadem sequitur
tellure repostos.' *Servius.*

Etiam] Id est, adhuc. Nam, ut

Plato ait, Gorgia, disjuncta anima, *simulacrum corporis* eundem habitum apud Inferos servat, quem, homine vivente, possidebat. *Taubmann.*

Currus] In Romano codice, *currum* unitatis numero absque ulla collisione legitur: et ita prius in quibusdam aliis legebatur, qui nunc abrasi sunt: non ita tamen, ut non *currum* antiquam lectionem inspicias. Probus tamen, ut alibi diximus, Virgilium ait hujusmodi concursum, nisi faceret synalœpham, summa vitasse diligentia. *Pierius.*

Arma tenentem Circumstant animæ] In omnibus cod. quos versavi, punctum vidi post *tenentem*. Quod referendum omisso puncto videtur ad *circumstant*. Emmeness.

487 *Nec vidisse semel satis*] Musæus: κόρον δ' οὐχ εὗρον ὀπωπῆς. *Germanus.*

Usque] Diu: et est adverbium. *Ser.*

488 *Discere caussas*] In antiquis codicibus, Romano, et aliquot aliis, *poscere caussas* legitur; eodem modo, quo etiam in primo legi ostendimus. *Pierius.*

489 *Proceres*] Non tantum ordine, sed meritis. *Donatus.*

Phalanges] Ac si tota Græcia ad Inferos migrasse videretur. Ostendit igitur quanti Æneam hostes fecissent in bello: ostendit etiam non sine multa sua cæde vicisse Græcos. *Idem.*

491 *Trepidare*] Pro *trepidabant*. Servius.

Trepidare] Tanaq. Faber l. II. epist. 71. ut probet Ænean apud inferos formidabilem fuisse, locum Ovidii miseris modis torquet, qui est Met. XIV. 116. ubi *Orco* legendum perperam censet. *Emmeness.*

492 *Ceu quondam petiere ratis*] Ostendit vitia nec morte finiri. *Servius.*

Pars tollere vocem exiguam] 'Οξυφώνους appellant manes, quia acutam quandam vocem habent, de qua disputat Gevartius ad Stat. Silv. II. in princ. et quemadmodum *clamor* hic dicitur *frustrari hiantes*, sic Stat. Theb. IV. manium clamorem *falsum* vocat. *Emmeness.*

493 *Frustratur hiantis*] Decipit clamare cupientes. Nec nos moveat quod aliis umbris verba dat, his silentium. Timorem enim exprimit, qui vivis quoque adimit vocem: ut, 'Obstupui, steteruntque comæ, et vox faucibus hæsit.' *Servius.*

494 *Laniatum corpore toto*] De hac carnificina Deiphobi, ita Dictys Cretens. l. v. 'Menelaus Deiphobum, quem, post Alexandri interitum, Helenæ matrimonium intercepisse supra docuimus, exsectis primo auribus, brachiisque ablatis, dein naribus, ad postremum truncatum omni ex parte, fœdatumque summo cruciatu necat.' Ab hac historia, et Poëtæ versibus præclare Seneca in Agamemnone, 'incertos geris, Deiphobe, vultus.' quia vix agnosci poterat præ deformitate: et Ausonius in epitaph. 'Et deformato corpore Deiphobus.' Tryphiodorus loquens de morte Deiphobi, tantum signat vulnus *ventris*, μεσσὴν κατὰ γαστέρα τύψας, scilicet Menelaus. Dares Phrygius redditus versibus, *temporum*: ita enim ait l. VI. 'Impete Deiphobum primo petit, utraque jacto Tempora transadigit jaculo.' Quæsivi sedulo, an aliquis poëta similem descripsisset carnificinam, ut illum compararem cum Virgilio: sed nemini placuit. Proferam tamen Lucani versus e l. II. qui essent boni, si abesset Virgilius: ait ille: 'Avulsæ cecidere manus, exectaque lingua Palpitat, et muto vacuum ferit aëra motu: Hic aures, alius spiramina naris aduncæ Amputat; ille cavis evolvit sedibus orbes, Ultimaque effodit spectatis lumina membris.' Calaber l. XII. tantum libavit hanc carnificinam: nam de Sinone ita ait, Οὔατ' ὁμῶς καὶ ῥῖνας ἀπὸ μελέων ἐτάμοντο: *Aures simul et nares a membris resecant:* Trojani scilicet, ut veritatem ab illo extorqueant. *Cerda.*

Deiphobum videt] Qui Helenam t, mortuo Paride. Ad cujus primum ire necesse erat, ubi caussa bellorum: ut, 'Jam bi dedit ampla ruinam, Vul- iperante, domus.' *Servius.*

um] Pro *laceratum*: id est, ha- ora dilacerata. *Idem.*

um crud. ora, Ora man. amb. &c.] μασμένον. Talem etiam fœda- , et partium extremarum ob- ionem et decurtationem μα- ω Græci vocant, et κολοβό- et actum μασχαλίζειν, ut So- in Elect. de Agamemnone ab trucidato, ἐμασχαλίσθη. Fuit insigni immanitate tyrannus Echetus, qui hospites et ad- mni partium extremitate de- it: unde et ἐχετισμὸς prover- sit. *Germanus.*

Populata] Vastata: id est, de- sublatis auribus. *Servius.*

lata] Vastata. ita Ge. I. 'popu- ris acervum.' Scal. IV. 16. *Taub.*

Truncas] Truncatas. *Servius.*

esto] Fœdo, deformi, turpi, ut ius, 'Illumne, obsecro, inho- hominem, quem mercatus est enem, mulierem?' *Idem.*

eas inhonesto, &c.] Truncatas : deformi vulnere. Græci hoc ῶθαι dicunt. Ita apud Mar- Athenæum adultero nares ab- itur: quod notat Turn. XXVIII. terum, morem *trucidandi* hoc lenissime videre est: de quo Æneid. III. 'patriasque ob- t ad aras.' Vide, quæso. *Taub.*

Pavitantem] Ne agnosceretur m. *Servius.*

tantem] Quia præ pudore no- gnosci. De hac efficacia vide II. 26. Poët. *Taubmann.*

ntem] Tegere volentem. Nam tis manibus quid tegebat? autem est celare: ut e contra est indicare: ut, 'Trajectaque ferro Nudavit.' *Servius.*

ntem] Non quia posset mani- bus, sed quia toto se corpore subtra- here conabatur, aut totum avertere. *Donatus.*

Dira supplicia] Id est, vulnera sup- plicii loco inflicta. Euripidi sunt ἄγρια τραύματα. *Taubmann.*

499 *Notis vocibus*] Amicabilibus. *Servius.*

501 *Quis*] Non tam interrogantis hæc sunt, quam admirantis et dolen- tis. Admiratur primo, cogitare quem- piam potuisse tot adversa supplicia in viro tam forti: deinde quod ausus esset implere: deinde quod totum corpus supplicio insectatus esset. *Donatus.*

Optavit sumere] Elegit ut sumeret. *Servius.*

Sumere pœnas] Soph. in Electra ἀντίποινα λαμβάνεις. Demosthenes Philip. II. ita extulit, δίκην ὑποχεῖν. *Cerda.*

502 *De te*] Pro, *in te.* Servius.

De te] Pro, in te: ἐμφατικῶς. Sunt autem hæc omnia non interrogantis, sed admirantis et dolentis. *Donatus.*

503 *Vasta de cæde*] Antiqui omnes codices legunt *vasta te cæde*, prono- mine secundæ personæ accusativi casus interposito, pro *vasta de cæde.* Pierius.

Fessum procubuisse super acervom] Magna laude afficit: non enim dixit occisum, sed procubuisse lassatum. *Donatus.*

505 *Egomet*] Quasi dicat, Non aliis commisi. *Idem.*

Rhœteo in litore] Ubi erat asylum Ajacis: sicut in Sigæo Achillis. Et bene illic, quasi ubi tutus esse potu- eram. Sane *Rhœteïum* dicitur, et facit *Rhœteum*; sicut est Cythereïa, a Cytherea. *Servius.*

Rhœteo in litore] In Romano codi- ce absque præpositione, *Rhœteo litore* scriptum est: non ita in aliis, et longe melius ea inserta sonat. *Pier.*

Inanem] Quia inter hostes confu- sos jacens reperiri non potuisti. *Don.*

Tumulum inanem] Intelligit tumu

lum honorarium seu imaginarium, qui iis constituebatur, quorum corpora haberi non poterant. Græcis κενοτάφιον est. Ita de hoc Deiphobi tumulo Ausonius: 'Non habeo tumulum, nisi quem mihi voce vocantis Et pius Æneas et Maro composuit.' Solebant enim manes mortuorum ad tumulum vocare. Ita idem Auson. 'cui defuit urna sepulcri, Nomine ter dicto pæne sepultus erit.' Vide Turn. xxii. 10. *Taubmann.*

506 *Voce vocavi*] Non est pleonasmus, sed signat modum; nam vociferanter et clamanter (sic dicam) fiebat vocatio ista, ideo *voce*. Ideo Æn. i. 'nec jam exaudire vocatos.' attollebatur enim vox a vocantibus, ut exaudirentur. Ceterum ad hanc rem, in qua sum, sumpta occasio Ausonio ad versus istos: 'Proditus ad pœnam sceleratæ fraude Lacænæ, Et deformato corpore Deiphobus. Non habeo tumulum, nisi quem mihi voce vocantis, Et pius Æneas, et Maro composuit.' *Cerda.*

507 *Et arma*] Depicta scilicet. *Servius.*

Et arma locum servant] In Longobardico codice, *locus* nominativo casu legitur. Sed ita *servat* etiam singulare esse debuisset. *Locum* tamen quarto casu castiorem esse lectionem ostendit locus alter in vii. 'Et nunc servat honos sedem tuus, ossaque nomen Hesperia in magna, siqua est ea gloria, signat.' *Pierius.*

Servant] Obtinent. *Servius.*

Te] Pro *tuum corpus*: ut, 'Nunc me fluctus habet.' *Idem.*

Te, amice] Feci quod potui, non quod volui, quia te reperire non potui. *Donatus.*

508 *Ponere*] Ita Horat. Sat. i. 9. 'Omnes composui.' Tibullus iii. 2. 'Sic ego componi versus in ossa velim.' *Taubmann.*

509 *Atque hic Priamides*] In Romano codice, et in quibusdam aliis admodum antiquis legere est, *ad quæ Priamides*: in Longobardico, *ad quem*: quorum utrunque pluribus magis placere video, quam quod in vulgatis habetur exemplaribus. *Pierius.*

Relictum] In nullo ex his veteribus codicibus inveni verbum *est*, quæ phrasis magis Virgiliana videtur. Quæ tamen particula in quibusdam editionibus invenitur. *Idem.*

510 *Omnia solvisti*] Quia constituto tumulo manes vocavit. *Servius.*

Et funeris umbris] Sepulturæ meæ umbris. Nam funus illic esse non potuit, ubi nec cadaver quidem fuerat. *Idem.*

Funeris umbris] Adumbratione sepulturæ in inani sepulcro. Turneb. xxiii. 3. *Taubmann.*

511 *Fata mea, et scelus exitiale Lacænæ*] Secundum Mathematicos, qui dicunt etiam inimicitias ex fato descendere. Unde ista conjunxit, *fatum* et *scelus* Helenæ, per quæ illi mors contigit. *Servius.*

Lacænæ] Ad integram cognitionem loci hujus sciendum, Helenam, interfecto Paride, cessisse in nuptias Deiphobo, statuente hoc Priamo. Sed Helena ipsa apud Euripidem Troad. ait: Βίᾳ δ' ἐκεῖνός μ' οὗτος ἁρπάσας πόσις Δηΐφοβος, ἄλοχον εἶχεν ἀκόντων Φρυγῶν: *Per vim autem hic novus me rapiens maritus Deiphobus, uxorem habuit invitis Phrygibus.* Additque, sæpe se voluisse demittere funibus e muro, ut rediret ad Græcos: quæ tamen Hecuba eludit, et mendacii Helenam arguit. Insistit porro Virgilius hoc loco narrationi Agamemnonis Odyss. i. ubi pariter Græcorum dux narrat Clytemnestræ facinus adversum se. *Cerda.*

512 *His mersere malis*] Κατέκλυσε πόνων, et κακῶν, apud Eurip. Infra, 'fortunave mersit.' *Germanus.*

Monumenta] Sermo medius, dictus ab eo, quod moneat mentem: unde est hic de malis. Econtra in tertio, 'Manuum tibi quæ monumenta mearum Sint, puer.' *Servius.*

... inter gaudia] Videndus Philebo, ubi disputatur, an ... nt gaudia vera et falsa, ut ... veræ et falsæ; et in eam ... m fit discessio, ut dici pos... et falsæ voluptates. Pro... inanem lætitiam' dixit III. 6. ... e lætitia tumefactum fallis ... *erda.*

...*erimus*] *Ri* metri necessi... ... puit. *Servius.*

...*se necesse est*] Cicero, 'cui ... bliviscitur: cui dolet, me... Ergo quia dolet, meminerit ... st. *Idem.*

...*alis*] Mortifer: ut 'Fati... ensem.' *Idem.*

...*quus*] Seneca in Agamem. ... teo: 'Fatale munus Da... De eodem Petronius, 'uteri ... ata:' et Æn. II. 'fatalis ma... Ausonius in epigram. venus... ...minis Iliaci libros consump... ... Hoc fatum Trojæ est, ... aut asinus.' *Cerda.*

Equum cum dixisset, *saltum* ... animalis hujus natura. En... ... in Alexandro apud Ma... ... maximo saltu superavit ... armatis equus, Qui suo par... perdat Pergama.' Potest ... levis allusio ad lætitiam ... ex capta urbe. Inter no... lætitiæ πήδημα σώματος Pol... ... ituit v. 10. *Idem.*

...*ardua venit Pergama*] Aut ... arce est positus; aut quia, ... muris, supra tractus est. *Serv.*

...*eris*] Gravidus: ut, 'Graves ... pabula fœtas.' Supra au... ... at, 'Fœta armis.' *Idem.*

...] Ita de Trojano equo Poëta ... ducta a prægnantibus. ... in Ennio *gravidus:* et Lu... 'Nec clam durateus Tro... ...gama partu Inflammasset ... eturno Grajugenarum.' Sed ... exornavi. *Cerda.*

...*alvo*] Id est, gravidus, ita ... Æn. II. 237. 'scandit fa... talis machina muros, Fœta armis.' Ita Ennius: 'Nam maximo saltu superavit Gravidus armatis equus, Qui suo partu ardua perdat Pergama.' *Taubmann.*

Alvo] In Romano codice, *alveo* legitur. Sed magis placet *alvo*, ut in aliis habetur: et in secundo eodem modo dictum, 'Nota conduntur in alvo.' *Pierius.*

517 *Illa*] Propter odium, nomen non posuit: sic supra *Lacænæ* dixit. *Donatus.*

Chorum simulans] Helena ea nocte simulavit, se sacra Bacchi celebrare circa equum, ac tum facibus, quæ erant in ministerio horum sacrorum, Græcis signum dedit. Diversa est ab hoc Homeri narratio Odyss. IV. ubi nihil de sacris Bacchi, nec de facibus; tantum ait, machinam illam ter lustratam ab Helena. De eadem Tryphiod. τρὶς περιστείχουσα, *ter circumiens.* Præclare vero Poëta, *simulans.* Nam Helena re quidem usitata in sacris potuit Trojanos decipere. Etenim in sacris et ludis solemnis fuit mos jactare lampades. Græci λαμπαδουχεῖν dicunt. Latini fere omnes *jactare*, aliqui *rotare.* Claudian. epithal. Palladii: 'Et vibrare faces, et noctem ducere ludo.' Discurrebant enim in choris, tradebantque sibi invicem lampades, quod ex Herodoto, Pausania, Platone, et aliis jam observavit Delrius novis comment. in Agam. versu 850. Lege illum. *Cerda.*

Evantis] Evantes Phrygias; aliter non stat versus. *Evantes* autem Bacchantes a Libero qui *Evan* dicitur. *Chorum* autem ait multitudinem in sacra collectam. *Servius.*

Evantis] 'Οργιάζειν, χορεύειν. *Evan* dictus est Bacchus: inde Bacchæ ipsæ *Evantes*, quod Servius admonet. Sed cum Propertius Evantes inducat, facta etiam mentione chori, ut hoc loco Poëta, 'Egit ut Evantes dux Adriana choros;' existimo tunc

Baccham vocatum hoc nomine, cum Bacchæ choreas celebrarunt, inde hic ex peritia Virgilius locutus; præcedit enim 'illa choros simulans.' In Æn. VII. etiam in choris Bacchi canitur, 'Evoë Bacche.' Inde signate Statius in Silvis: 'Bassaridum jactator Evan.' et Theb. v. 'et a summis auditus montibus Evan:' propter clamorem Baccharum. *Cerda.*

Circum Ducebat] Divisit in duo versus unam partem; sed ideo quia est composita. Lyrici vero etiam incompositam partem orationis in duos dividunt versus. *Servius.*

520 *Confectum curis*] Atqui vacaverat gaudiis; sed illuc ostendit, quod ait Statius, 'Stant veteres ante ora metus.' Nam curæ ferebantur suo impetu ex pristino bellorum tumultu. Alii hanc ipsam curam volunt: quod habebat conjugem perniciosam maritis. Unde sequitur, 'Egregia interea conjunx,' per Ironiam. *Idem.*

521 *Infelix thalamus*] Vel quia in eo talem habui uxorem; vel quia ibi tot suppliciis sum affectus. *Donatus.*

523 *Egregia*] Pari εἰρωνείᾳ, qua supra, 'Egregiam vero laudem.' Ut autem, 'arma omnia tectis Emovet,' sic et eadem significatione Od. Π. ὅσσα τοι ἐν μεγάροισιν ἀρήϊα τεύχεα κεῖται, Ἐς μυχὸν ὑψηλοῦ θαλάμου καταθεῖναι ἀείρας Πάντα μάλα, nempe ut omnem procis armorum capiendorum facultatem adimeret. *Germanus.*

Conjunx] Ex hoc nomine detestabilius scelus facit, quod violatum sit conjugium, quod sacrum esse oportet. *Conjunx.* Non dixit *mea*, sed quæ multorum fuisset, neque se amaret. *Donatus.*

Conjunx] Dictum jam neque codices antiquos, neque veteres inscriptiones ullam huic nomini scribundo legem præfixisse: veteres tamen Grammaticos *ux* literis, *unx* terminandum id adnotasse. *Pierius.*

524 *Capiti subduxerat ensem*] Veteres gladium vel suspensum habebant in cubiculo, ut de Catone testatur Appian. l. II. de bell. civili p. 489. vel sub pulvino conditum servabant, quod de Holoferne notum. Vide de hac re disputantem Ramirez. ad Martial. l. I. epigramm. 43. Recte *subduxerat*, id est, furtim subtraxerat, ut Donat. ad Ter. E. IV. 7. 25. De subducto gladio loquitur Corn. Nep. in Alcibiade c. 10. 'ille autem sonitu flammæ excitatus, quod gladius ei subductus erat, familiaris sui subalare telum eripuit.' *Emmeness.*

525 *Vocat Menelaum, et limina pandit*] Ante pandit, et sic vocat: ut, 'Subeunt luco, fluviumque relinquunt.' *Servius.*

526 *Id magnum sperans fore munus amanti*] Putavit se vitia præterita præsentibus posse celare, quod etiam sequens indicat versus. *Idem.*

528 *Quid moror*] Similis locus l. II. 'Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata revolvo? Quidve moror?' Et l. IV. 'Quid moror? an mea Pygmalion dum mœnia frater Destruat.' Itaque advertat studiosus Virgilii, similem locum usurpandum in conquestione et infelicitate, non in lætitia. *Cerda.*

Irrumpunt thalamo] In Romano codice, ac plerisque aliis, *irrumpunt thalamos* accusativo casu legitur. Sed *thalamo* dandi casu, magis poëticum videtur. *Pierius.*

Additus] In codicibus antiquis pene omnibus, *additus* participii, non verbi voce scriptum est: *additur* tamen non displicet. *Idem.*

Comes additus una] Ulyssem dedisse se comitem interfectoribus Deiphobi, Homerus etiam narrat Odyss. VIII. Αὐτὰρ Ὀδυσσῆα προτὶ δώματα Δηϊφόβοιο Βήμεναι ἠΰτ' Ἄρηα, σὺν ἀντιθέῳ Μενελάῳ: *Cæterum Ulyssem ad domum Deiphobi Conscendisse Marti similem cum eximio Menelao*: et Triphyodorus, ποτὶ δώματα Δηϊφόβοιο Στείχουσιν Ὀδυσεύς τε, καὶ εὐχαίτης Μενέλαος: *Ad ædes Deiphobi Adventant Ulyssesque, et bene*

Menelaus. Cerda.
Eolides] Ulysses: qui ubique
lacitur. Nam Anticliæ filius
a ante Laërtæ nuptias clam
sypho, Æoli filio, concubuit.
Ulysses natus est. Hoc ei et
lio Ajax objicit, 'Quid san-
retus Sisyphio.' Alii *Ilidem*
de quo nusquam legimus.

lia Grajis] Pulchra apostro-
multa continens. Ostendit
anti sceleris solos Deos ulto-
posse. *Donatus.*
lid Grajis] In antiquis codici-
Di, et *Grais*, unico tantum *i*
ant: de quibus alibi. *Pierius.*
lia Grajis] Facta hæc impre-
: opinione veterum, qui puta-
imas sejunctas a corpore, cor-
dhuc affectibus retineri. In
as libri habes Anchisæ verba
Quin et supremo cum lumine
iquit, Non tamen omne ma-
eris, nec funditus omnes Cor-
excedunt pestes.' Intelligit
in ipsa anima separata a cor-
fectus, qui insunt in eadem
ta cum corpore. Inde itaque
ia hæc Deiphobi ardentis in
. Probat rem hanc Magius
. III. 5. ex Ovidio Fast. v.
em umbra Remi occisi a Ce-
i iracundia, 'Sæve Celer, cru-
animam per vulnera reddas,
go, sub terras sanguinolentus
Suetonio, apud quem Nero
exagitari se specie matris,
ccidi jusserat. Livius quoque
Virginiæ manes per domos
das pœnas vagatos. Maria-
animæ Sullam sollicitabant;
a matris umbra; Pausaniam
Cleonices ab eo trucidatæ.
jus rei seges magna est in
astro Disquis. Mag. Huc per-
quæ ego attuli Æn. IV. ad
Omnibus umbra locis adero;
mprobe, pœnas.' *Cerda.*
Pio] In Romano codice, *pios*
legitur: sed id librarii potius imperitia, quam ita quis legendum autumet. *Pierius.*

Si] Siquidem. *Servius.*

531 *Age fare*] Quærit optime Deiphobus: sed Poëta optimo consilio abscindit responsionem, ne dicta iterum dicenda sint. *Donatus.*

Vicissim] Quia ipse narraverat. *Servius.*

Age fare vicissim, Adtulerint] In antiquis aliquot, *attulerunt* finitivo modo habetur: et *(age fare vicissim)* per interpositionem, sequitur enim, *Pelagine venis*, non *venias:* quanquam puncta ipsa figuram elocutionis mutare possunt. *Pierius.*

532 *Pelagine venis erroribus actus*] Non ad Inferos, sed ad locum in quo Inferorum descensus est: id est, ad Avernum, si intra terram sunt Inferi. Alii altius intelligunt, qui sub terra esse Inferos volunt, secundum chorographos et geometras, qui dicunt terram σφαιροειδῆ esse, quæ aqua et aëre sustentatur: quod si est, ad Antipodes potest navigatione perveniri: quia quantum ad nos spectat, Inferi sunt, sicut nos illis. Hinc est, quod terram esse Inferos dicimus: quanquam illud sit, quia novem cingitur circulis. Tiberianus etiam inducit epistolam, vento allatam ab Antipodibus, quæ habet, 'Superi Inferis salutem:' qua occasione tractat reciprocum hoc, quod diximus supra. Nam prudentiores, etiam animas per μετεμψύχωσιν dicunt ad alterius climatis corpora transire; nec in eo orbe versari, in quo prius fuerint. Unde ait Lucanus, 'Regit idem spiritus artus, Orbe alio, longæ canities si cognita vitæ.' Sciendum tamen Homericum esse. Nam et illic Elpenor similiter Ulyssem interrogat. *Serv.*

534 *Sine sole domos*] Non est contrarium, 'Solemque suum, sua sidera norunt.' Illud enim de campis Elysiis dicit. *Idem.*

Sine sole domos] Ita Euripid. dixit,

ἀνηλίους δόμους, et ἀνηλίους μυχούς. Neque hoc contrarium illi est. vs. 641. 'Solemque suum, sua sidera norunt.' Illud enim de Campis Elysiis dicitur. *Taubmann.*

535 *Hac vice sermonum*] Hæc sacra, ut diximus supra, præter unius diei spatium non tenebant. Unde veretur Sibylla, ne inanibus fabulis datum, id est, statutum et legitimum tempus teratur. Quod autem dicit, 'Aurora medium axem trajecerat:' illud ostendit, quod secundum Tuscos diei ortus est a sexta diei hora. Ortus enim diei habet Auroram. Donatus tamen dicit Auroram cum quadrigis positam, Solem significare. *Serv.*

536 *Trajecerat*] *Trajicere* vocabulum proprie nauticum, cum quippiam in littus, ripamve ulteriorem transvehitur, habetque sub agendi significatione frequenter duos accusandi casus, ut apud Cicer. 'Rhodanum copias trajeci:' aliquando autem ablativo contentum est, pro περαιοῦσθαι· ut Liv. bel. Pun. II. 'Amnem vado trajecit:' sed per metaphoram, ut hic, ad cælestia quoque refertur: Cic. De divinat. 'Assyrii trajectiones, motusque stellarum observaverunt.' Et Propert. 'Verba per ostium trajicere:' ut et Græci διαπορθμεύειν ad alia quoque transferunt, resque amatorias, ut Agathias Epigrammate πορθμεύειν φίλημα dixit calicem ab amasia delibatum, propinatumque amatori. *Germanus.*

Medium trajecerat axem] Jam apud superos mortales nox erat media. Hinc autem colligit Macrob. I. 3. Saturn. *Noctem civilem* a meridie incipere: ut *Diem* a medio noctis. Vide ibid. ut et Agell. III. 2. *Trajicere* autem vox nautica est. Cicero: 'Rhodanum copias trajeci.' Livius: 'Amnem vado trajicit:' ita Propert. 'verba per ostium trajicere.' *Taubmann.*

537 *Datum tempus*] Hæc enim sacra præter unius diei spacium, hoc est, XXIV. horas, non tenebant: unde noctu descendendum, et altera nocte rursus emergendum. *Idem.*

538 *Sed comes*] Quæ illi propterea juncta fuit, ut omnibus instrueret ignorantem. *Donatus.*

Breviterque] Quod congruit moram objurganti. *Servius.*

Breviter] Ne longitudine sermonis tempus tereret, cum ipsa brevitatis admoneret. *Donatus.*

539 *Nox ruit*] Si per diem sacra celebrantur, *Ruit* est *imminet:* si per noctem, *finitur*. Servius.

Nox ruit] Diverso significato dicitur Æn. II. videlicet de adventante nocte, et 'ruit Oceano nox.' Hoc non est contra me, nam in Poëtis similia multa. Certe in Virgilio ex multorum explicatione, 'cadentia sidera,' sunt, vel desinente nocte, vel appetente. Cum ventus dicitur *cadere*, duplex quoque est significatio, dicitur vel de vento incipiente, et incumbente ad procellas; vel de eodem cessante jam, et desinente minas: quod in Georgicis probavi. *Cerd.*

Flendo] Proprie: nam et lachrymæ et gemitus fuerant. *Servius.*

540 *Findit in ambas*] Compendiosius, quam si *duas* diceret. Poteramus enim etiam tertiam sperare. Sic Sallustius, 'Inter secundum atque ultimum bellum Carthaginense,' non ait 'tertium.' *Idem.*

In ambas] Honesta locutio, *in ambas* potius quam *in duas:* intellige enim quod ambas vias dixerit, quæ essent natæ ex una. *Donatus.*

Hic locus est, partis, &c.] Locus aperte Platonis in Gorgia, ubi de his locis scribens, ita ait: ἐν τῇ τριόδῳ, ἐξ ἧς φέρετον τὼ ὁδὼ, ἡ μὲν εἰς μακάρων νήσους, ἡ δ' εἰς τάρταρον: *in trivio, ex quo geminæ tendunt viæ, altera quidem ad insulas beatorum, altera autem ad Tartarum.* Pertinent etiam ad illustrationem hujus loci, quæ idem Plato scripsit in Phædone; ubi ait, hoc iter σχίσεις τε καὶ τριόδους πολλὰς ἔχειν· *habere multos anfractus et multos trami-*

tes. Quod inde elicit, nam opus est ducibus, et si una tantum esset via (ait ille) nemo erraret. Inde supra de Ænea, 'ille vadentem ducem sequitur:' et Æneas ipse petit ad Sibyllam, 'doceas iter, et sacra ostia pandas.' Hanc duplicem viam Tibullus attigit el. I. 3. 'Sed me qui facilis tenero sum semper amori, Ipsa Venus campos ducet ad Elysios.' et deinde: 'At scelerata jacet sedes in nocte profunda Abdita, quam circum flumina nigra sonant.' et Horatius II. 13. 'Sedesque discretas piorum.' Discretionem vero harum viarum Propertius constituit, non hoc loco, quo Poëta, sed ab initio tranati amnis Inferorum. Sic enim loquitur el. IV. 7. 'Nam gemina est sedes turpem sortita per amnem, Turbaque diversa remigat omnis aqua.' *Cerda.*

542 *Iter Elysium*] Ad Elysium: de quo supra diximus. *Servius.*

Hac iter Elysium] Ἠλύσιος Græcis παρὰ τὸ λύσιν μὴ ἔχειν. *Germanus.*

Elysium] De hoc varii varia: vide vel P. Crinitum v. 11. *Taubmann.*

Malorum] Impiorum: ut 'Multa malus simulans, vana spe lusit amantem.' *Servius.*

At læva malorum] Ad hunc locum legendus Lactant. VI. 3. et 4. *Emm.*

543 *Impia Tartara*] Ubi puniuntur impii. *Servius.*

544 *Ne sævi*] Ne irascere. Terentius, 'Ne sævi tantopere.' Et antique dictum est: nam nunc *ne sævias* dicimus, nec imperativum jungimus adverbio imperantis. *Idem.*

Ne sævi] Homerus χαλεπαίνειν. Plautus Epid. 'si quid sæviat senex.' *Cerda.*

545 *Explebo numerum*] Ut diximus supra, *Explebo*, est minuam. Nam ait Ennius, 'Navibus explebant sese, terrasque replebant:' quem Caper secutus cum de præpositione *Ex* tractaret, hoc exemplum posuit. Sensus ergo est, Minuam vestrum numerum, et reddar tenebris. Nam circa Æneam et Sibyllam aliquid lucis fuisse intelligimus: quippe circa vivos. Unde paulo post, 'Respicit Æneas subito.' Et reliqua. Alii *Explebo*, male putant *complebo* esse, umbrarum scilicet, a quibus discesserat, numerum. Alii *explebo numerum* dicunt esse, Finiam tempus statutum purgationi, et in corpus recurram. *Servius.*

Explebo numerum] Id est, Ad tenebras revertens implebo numerum umbrarum. Atque extenuatione usus, *numerum* vocat, ordinem quasi vilem et abjectum: quomodo Flaccus dixit, 'Nos numerus sumus.' Quæ quidem sententia Nascimbænio aliisque simplicissima et verissima judicatur. At Servius etiam ille Dan. et Caper. et P. Lætus aliique exponunt; Minuam vestrum numerum: ut scil. e tribus vos duo tantum remaneatis. Ennius: 'Navibus explebant sese, terrasque replebant.' Et notat P. Merula ibid. Glossarium Fornerii hoc indicare, dum *Explere* interpretetur, ἀποβάλλειν, ἐκτίθεσθαι. Aliorum opiniones vide apud Serv. Sed et Macrobius I. 13. de Somn. Scip. subtiliter de his disputat: et hæc ipsa Poëtæ verba laudat: quæ Beroaldo et aliis quidem valde placent, aliis tamen non item. Videatur et Cælius XXII. 9. item Nascimb. *Taubmann.*

Reddarque tenebris] Nam legimus, 'Clausæ tenebris et carcere cæco:' ut sit sensus, Irasceris mihi quasi homo: nonne et ego homo futurus sum? Alii dicunt cur irasceris? in locis his sum, quamdiu vitæ per vim ereptæ expleam tempus; post *tenebris*, id est, meis sedibus reddar. Sed hæc omnia, congrua loco non esse, manifestum est. Non enim intelligere possumus, Sibylla aliud volente, scilicet ut abscederet; Deiphobum ad aliud respondisse. *Servius.*

546 *I decus, i, nostrum*] Aut, *I, decus nostrum, utere melioribus fatis*, inferorum scilicet hac comparatione: quia ait supra, 'An quæ te fortuna

fatigat, Ut tristeis sine Sole domos, loca turbida adires?' Aut certe, *I, decus, et fatis utere nostrum melioribus:* id est, quam aut ego aut tu habuimus. *Idem.*

Melioribus utere fatis] Placavit Sibyllam, et Æneæ felicia ominatus est. *Donatus.*

547 *In verbo vestigia torsit*] Est hoc, quod Catull. de Nupt. Pelei: 'pedem reflexit.' *Cerda.*

Torsit] In Romano codice *pressit* legitur. Est vero idem *premere vestigia* atque ingredi. Quia tamen de digressu loquitur, melius est *torsit.* Pierius.

548 *Subito, et sub rupe*] In aliquot codicibus antiquis versus hic non habet *et* copulativam. Sed locus hic particulam eam omnino exigere videtur. *Idem.*

Rupe] Rupem hanc, quæ est ad Tartarum, Homerus vocat petram Odyss. x. ad quam ille constituit Phlegethontis et Cocyti in Acherontem influxum. Scias hic tam a Virgilio, quam ab Homero, discriminari Tartarum ab Inferno. De Homero satis multa Spondanus; de Virgilio id certum. Nam Æneam facit Infernos adeuntem, nunquam tamen Tartarum. Ex quo enim Æneas Charontis fluvium transmisit, pedem in Inferno posuit: jam hic tantum videt Tartarum, nunquam ad illum advertit; docetur solum a Sibylla de rebus, quæ intus essent. Porro locum nocentium Virgilius nominat Tartarum, Plutarchus in opere, λάθε βιώσας, appellat ἔρεβος, καὶ βάραθρον, *Erebum, et barathrum;* distinguitque hanc partem ab Elysiis: et de Consol. ad Apollonium vocat Tartarum, δίκης καὶ τίσεως δεσμωτήριον: *justitiæ carcerem, atque ultionis.* Quæ verba sumpsit a Platone, qui in orgia: τὸ τῆς τίσεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον, ὃ δὴ τάρταρον καλοῦσι: ubi ait vocari Tartarum justitiæ atque ultionis carcerem. Observa, rupem hanc dici, *sinistram,* ex doctrina ejusdem Platonis de Rep. l. x. qui ἀδίκους, id est, *injustos* constituit εἰς ἀριστερὰν, *ad lævam.* Sic sup. 'at læva malorum. Exercet pœnas, et ad impia Tartara mittit.' *Cerda.*

549 *Mœnia lata videt*] Tartarum dicit, quem vult esse carcerem Inferorum. Quod autem ait *lata,* nocentum exprimit multitudinem. *Serv.*

Mœnia lata videt] Locum describit idoneum coërcendis reis. Primo triplici muro clauditur, ne facile evadere possint. Portæ ita sunt robustæ, ut neque vi divina, neque humana possint frangi. Postremo omnia fluvius claudit, qui et saxis et flammis transitum prohibet. *Donatus.*

Triplici circumdata muro] Valde munitum indicat locum. *Servius.*

550 *Quæ rapidus, &c.*] Silius, et Claudianus Poëtam imitantur. Prior lib. XIII. 'late exundantibus urit Ripas sævus aquis Phlegethon, et turbine anhelo Flammarum, resonans saxosa incendia torquet.' et infra: 'Ardenti Phlegethonte natat, fervoribus atris Fons rapidus furit, atque ustas sub gurgite cautes Egerit, et scopulis pulsat flagrantibus ora.' Posterior Rapt. II. 'dominis intrantibus ingens Assurgit Phlegethon, flagrantibus hispida rivis Barba madet, totoque fluunt incendia vultu.' Plutarchus loquens de his locis, ποταμῶν φλεγομένων, *ardentium fluviorum,* in opere de aud. Poëtis. *Cerda.*

551 *Torquet*] Trahit, volvit. *Serv.*

Sonantia saxa] In Romano codice, *tonantia saxa* legitur: quod non æque placet. *Pierius.*

552 *Porta adversa, ingens*] Distinctione excludendum est vitium de duobus epithetis. *Servius.*

Solidoque adamante] Lapis est durissimus, et tantæ soliditatis, ut nec ferro possit infringi: quem hircino sanguine frangi dicunt. *Idem.*

Solido] Ex Theocrito haud dubie, qui in Ptol. στερεοῖο ἐξ ἀδάμαντος. Sic

Theb. III. ‘ solidoque datos te lacertos.’ *Cerda.*

ante] Dictum hoc κατ’ ἐξοχὴν, verbiali quadam specie, qua nia dicuntur esse adamantina. l. VII. de regia Martis, ‘ clauadamante perenni Dissiluere Apud eundem l. III. equi ‘ mandunt adamanta :’ et Mars ad Horat. inducitur ‘ tunica tina :’ apud Manilium lib. I. lia vincitur ‘ catenis adamanIdem sermo creberrimus GræApud Hesiodum in Theog. m dicitur habere, θυμὸν ἀδάapud Platonem Polit. X. ἀδα‑ ἔχειν dicitur, qui se habet : apud Athenæum l. XIII. ex , qui amore non vincitur, diibere cor ἐξ ἀδάμαντος, ἢ σιδάrometheus in Æschylo alligaαντίνοις πέδησιν, et ἀδαμαντίνων Pindarus Od. Pyth. IV. ἀδα‑ ἄροτρον. Oppian. venat. III. ντων ἄορ. Æschines contra ontem loquens de Demosthee proverbialiter: Χαλκοῖς καὶ ίνοις τείχεσιν, ὡς αὐτός φησι, τὴν μῶν ἐτείχισε: *æreis muris, et tinis, ut ipse ait, regionem nosunivit.* Cedrenus etiam proiter p. 524. ἀδαμαντίνοις δ’, ὡς υρμοῖς τὴν βασιλείαν ἀσφαλισάadamantinis vinculis, ut ipse pugnum communiens.* Signate hanc vocem datam rebus InNam hic in Virgilio columnæ sunt ex adamante. Ovidius . Inferni fores facit ‘ clausas ite:’ et viæ ipsæ inferorum in tio el. IV. 12. nam ait : ‘ Non stant adamante viæ.’ Theoque in Pharmaceut. καὶ τὸν κινήσεις ῥαδάμαντα. *Cerda.*

Vis ut nulla virum] *Virum* non m retulit, sed ad virtutem ; , virorum fortium : ut Cicero, res illa quærebat :’ cum de rti diceret. Per hoc autem ostendit nullum de Tartaro ad superos posse remeare, ne numinum quidem favore. *Servius.*

Ferro] In Romano codice et aliquot aliis antiquis, *bello* pro *ferro* habetur, hoc est, magno quantumlibet conatu. Sed lectionem vulgatam *ferro* nunquam ego mutaverim. *Pier.*

554 *Stat*] Eminet. *Auras* autem Inferis congruas intelligamus. Statius de Mercurio ait, ‘ Pigræ auræ ejus impediebant volatum.’ De illo enim loco multi quærunt, ‘ Quis tantus plangor ad auras?’ Et Pollio dicit Æneæ et Sibyllæ, quas illi secum traxerant: cum constet, esse etiam illic auras. *Servius.*

Ferrea turris] Hoc quoque dictum κατ’ ἐξοχὴν: sed alibi firmo. Ab Homero Il. VIII. portæ Inferni dicuntur ferreæ, pavimentum æreum: Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι, καὶ χάλκεος οὐδός. Ita et Statius Theb. VII. communit ferro Martis regiam: ‘ Ferrea compago laterum, ferro arcta teruntur Limina: ferratis incumbunt tecta columnis.’ Joan. Chrysost. homil. de Morte proverbialiter, εἰ γὰρ λίθος ἦν, εἰ γὰρ σίδηρος. *Cerda.*

555 *Palla cruenta*] Cruor veteribus invisus erat: et eo omnia contaminari censebant. Turn. XXVIII. 46. *Taubmann.*

556 *Vestibulum exsomnis*] In Longobardico, in Mediceo, et aliquot aliis veteribus exemplaribus *exsomnis* legitur. Et in aliquot detrita *s* litera post *x*, *exomnis.* Id enim in plerisque aliis dictionibus asperitatis evitandæ caussa, multi facere consueverant. *Pierius.*

Vestibulum] Sic vs. 574. ‘ cernis custodia qualis Vestibulo sedeat? facies quæ limina servet?’ De excubiis habitis in vestibulo Pignor. de servis. p. 215. *Emmeness.*

557 *Exaudiri*] Exaudiebantur. *Serv.*

Et sæva sonare Verbera] Sunt antiqui codices, in quibus *sonore*, hoc est,

sonitu legatur; quo vocabulo etiam alibi usus est Virgilius. Sed et illud etiam, 'Verberibusque insonuit,' dixit. *Pierius.*

Sonare] Adverti hoc verbo signari furorem Eumenidum. Seneca Œdip. 'Tum torva Erynnis sonuit.' Statius Theb. II. 'sæpe Eumenidum vocesque manusque In medium sonuere diem:' et VIII. 'Addit acerba sonum Teumessi e vertice crinem Tisiphone.' In XI. uni Furiarum dat somnum, ex quo alteri innotuit: 'Accipit illa sonum.' Cyrillus in Nahum dixit, φωνὴ μαστίγων: *sonitus verberum.* Cerda.

558 *Tractæque catenæ*] Et genitivus singularis potest esse, et nominativus pluralis. *Servius.*

559 *Strepitumque exterritus hausit*] Hoc est, hausit, et exterritus est: et Hypallage est. *Idem.*

Hausit] In Romano codice, *hæsit* habetur, et ita legebatur in Longobardico; quod transverso calamo deletum est, appositumque *hausit*, aliena manu et atramento. Servius *hausit* agnoscit, et hypallagen figuram. *Pier.*

560 *Scelerum facies*] Species: ut supra, 'Visa maris facies, et non tolerabile numen.' *Servius.*

Scelerum] Ut explicui, ita omnes. Sed fortassis *scelerum*, posuit pro, *sceleratis:* ut Terent. 'ubi est scelus qui me perdidit,' pro sceleratus. Quæ enim sequuntur in Poëta, videntur hoc facere, ut sit sententia: Quæ est facies sceleratorum? quibus urgentur pœnis? quis illorum plangor? Nam verbi illius *urgentur*, nullum est aliud suppositum. *Cerda.*

Quibusve Urguentur pœnis] Velius Longus quum Attii consuetudinem improbet, de subjicienda *u* vocali post literam *g* in plerisque verbis, Virgilium absque *u*, *urgentur*, scripsisse, hoc loco teste contendit. *Pierius.*

561 *Qui tantus plangor ad auras*] In Romano, et Longobardico, *qui tantus plangor*, legitur. Et alibi dictum ab eodem Virgilio, *Qui casus agat res* contra Grammaticorum præceptiones Charisius observat. *Quis tantus, &c.* in non nullis legas. Sunt et codices, ubi pro *auras*, scriptum invenias *ad auris*, quod non æque placet. *Idem.*

562 *Vates sic orsa*] In Romano codice *tunc vates hinc orsa.* Sed magis placet, *sic orsa*, ut in aliis habetur. *Idem.*

Dux inclute] Magna Poëtæ copia: quoties enim Sibyllam loquentem inducit cum Ænea, toties principia cum ejus laude variavit. *Donatus.*

563 *Nulli fas casto*] Pio. Et hæc responsio ostendit Æneam quidem voluisse ingredi, sed quasi pium prohibitum. *Servius.*

Nulli fas casto] *Castus* Latinis, qui Græcis ἁγνός: non solum τὰ ἀφροδίσια respiciunt, sed pium, mundum, purum, intemeratum significant, ut credo præmonuisse me supra eo loco; 'casti maneant in relligione nepotes.' *Germanus.*

Insistere limen] *Insisto illam rem* dicimus, non *illi rei:* quod qui dicunt, decipiuntur propter, 'Insto illi rei.' *Servius.*

Sceleratum insistere limen] *Limen* idcirco *sceleratum* dixit, (ut indicavit mihi Passeratius, cum sequentibus quæ ad hunc locum attinent) quia furiarum sedes est in limine: ut l. IV. 'Ultricesque sedent in limine Diræ:' item hoc l. VI. 'cernis custodia qualis Vestibulo sedeat:' item: 'Tisiphoneque sedens palla succincta cruenta; Vestibulum insomnis servat noctesque diesque.' At sedes ea Furiarum vocatur *scelerata.* Ovid. Metam. IV. 'Carceris ante fores clausas adamante sedebant, Deque suis atros pectebant crinibus angues: Quam simul agnorunt inter caliginis umbras, Surrexere deæ: sedes scelerata vocatur:' item Tibul. Eleg. I. 3. 'At scelerata jacet sedes in nocte profunda Abdita, quam circum flumina nigra sonant

Tisiphoneque impexa feros ...ibus angues Sævit, et hæc ...pla turba fugit.' *Germanus.*
...re limen] Cic. Orat. 8. 'Quo...tur modo tantum munus in...' Non decipiuntur, qui huic ...tivum jungunt. Adeundus ..., qui in Minerva p. 167. hunc ...rorem pluribus refellit. *Em...*

...sque] Quia occurrebat, Un...agnovisti? *Servius.*

...ium pœnas docuit] Aut quas ...ntibus statuerunt: aut Tita...nos legimus Deos ex terra ...os. Aut re vera dicit pœnas ... Fertur namque ab Orpheo, ...i pejerantes per Stygem pa...vem annorum spatio puniun... Tartaro. Unde ait Statius, ...x perjuria divum Arguit.'

...hadamanthus] Rhadamanthus, ...t Æacus filii Jovis et Euro...unt: qui postea facti sunt ...feros judices. *Idem.*
...bigitque fateri] Compellit ad ...nem. *Idem.*
...urto lætatus inani] Latebra ...le profutura, quippe quæ fu...ublicanda post mortem. *Id.*
...istulit in seram] Gravem: ut ...la, 'Serum bellum in angus...rum.' *Idem.*
...it] Nam quamvis homines ...i tacuerint, non tamen pœnas ...it, sed in aliud tempus distu... *Donatus.*
...sa piacula] Propter quæ ex...ebetur. *Servius.*
...sa piacula] *Commissum piacu...* cum aut scelus, aut fraus, ...tium factum est, cujus causa ...a dandum, vel sacra facienda ...cularia. Turneb. XXVIII. 46. ...s.
...ltrix] Tametsi Furiæ omnes ...dicantur, ut alibi dixi; sed ...iter hoc nomen convenit Tisi...rios enim Græcis ultio est.

Statius Theb. VIII. 'Sed quid ego hæc ita? Tartareas ulciscere sedes, Tisiphone.' iterum, '... erigit ultrix Tisiphone.' Eodem spectat, vindicem dici ab eodem hanc Furiam l. I. Atque adeo credi potest, ab hac una Furias reliquas dici ultrices. *Cerda.*

Accincta flagello] Aut hoc dixit quod videmus, quia qui longo flagello utitur, ut id post ictum in se revolvat, necesse est. Aut *Accincta* dixit, instructa ad verbera scilicet, id est, nocentes flagello quatit ipsa præparata. *Servius.*

Flagello] Hoc armantur Furiæ. Stat. Theb. XI. de una Furiarum, 'Diva ter admoto tetigit thoraca flagello.' Valer. Flacc. l. VIII. 'torto Furiarum erecta flagello Prosilit.' Et nota ex triplici genere verberationis, assumptum deterius, quod omnino servile, relictis videlicet fustuario et virgis. Omnis enim verberatio fiebat aut fuste, aut virgis, aut flagello. Extrema hæc turpissima, inhonestissima, crudelissima, ac prætera servilis. 'Ex quibus caussis,' inquit Marcellus JC. L. servor. ff. de pœnis, 'liber fustibus cæditur; ex his servus flagellis cædi, et domino reddi jubetur.' Ab hac pœna Horatius signat Menam servum, Epod. IV. 'Sectus flagellis hic triumviralibus.' Merito ergo res plenissima dedecoris assignata a Poëta ad carnificinam nocentium. Addunt Poëtæ, flagella ista esse viperea. Statius Theb. VII. 'Has ubi vipereo tactas per utramque flagello Eumenis in furias,' &c. Ideo Valer. Arg. VII. 'Ipsum (*Orestem*) angues, ipsum horrisoni quatit ira flagelli.' *Cerda.*

Flagello] Inde apud Stat. Theb. II. 'sæpe Eumenidum vocesque manusque In medium sonuere diem.' *Emmeness.*

571 *Torvosque*] In antiquis aliquot exemplaribus, *tortos* legitur. Sed *torvos* in pluribus habetur. *Pierius.*

572 *Intentans*] Commodissime. Nam

in hoc verbo insunt minæ et peculiaris quidam furor, quod monuit Dousa Præcidan. I. 5: Hac enim phrasi usi Tacitus, Hirtius, Livius, Cicero, et Petronius ipse sæpe, ut cum ait: 'intentavi in oculos Ascylti manus.' Pete reliqua ab illo. Huc trahit quoque 'digitorum intentationem' apud Senecam. Inde et Virg. 'intentant omnia mortem.' Eodem verbo usus Seneca in Furiis, nam in Medea, 'Aut cui cruentas agmen infernum faces Intentat.' Et Philosoph. ep. 14. 'Nihil habent, quod intentent.' Et ep 71. 'In oculos nunc mihi manus intentat ille.' *Cerda.*

Intentans anguis] Furias in capite et manibus habere angues ad majorem incutiendum terrorem fabulantur poëtæ. Quædam dicta Ge. IV. 482. Catull. in Argonaut. 'Eumenides quibus anguineo redimita capillo Frons exspirantis præportat pectoris iras. Et obstantes rejecit ab ore colubras.' Ovid. Met. IV. 490. de Tisiphone: 'Nexaque vipereis distendens brachia nodis.' *Emmeness.*

Vocat agmina sæva sororum] Aut impetus; ut de Harpyiis dixit; aut serpentum agmina, quos pro comis habent. *Servius.*

Agmina sæva sororum] Nescio qua consensione poëtarum dictum est *agmen* de Furiis, etiamsi tantum sint tres. Credo, ad signandas illarum iras. Valer. Flacc. Arg. II. 'velut agmina certant Eumenidum.' Seneca in Thyeste, 'dira Furiarum agmina.' et in Furent. 'agmen horrendum anguibus Megæra ducat.' Omitto multos. Statius vocem mutavit, nam pro *agmine* dixit *aciem*. Theb. I. 'quis funera Cadmi Nesciat? et toties excitam a sedibus imis Eumenidum bellasse aciem?' Seneca *turbam* nominat, cum ait in Medea, 'Quonam ista tendit turba Furiarum impotens?' Nondum reperi *exercitum*. Possit illo uti, qui velit. Male itaque quidam interpretes per *agmina* intelligunt Harpyias. Nam cur non Virgilius loquatur, ut poëtæ alii? Quid, quod nomen *sororum* de Furiis dicitur, ut patet ex Statio, Theb. II. 11. et 12. quæ tu vide. *Cerda.*

573 *Tum demum horrisono stridentes cardine sacræ Pand. portæ*] Mittuntur, inquit, post verbera ad æternum supplicium. Et est secutus ordinem juris antiquum. Nam post habitam quæstionem, in Tullianum ad ultimum supplicium mittebantur. Alii hoc a poëta dictum volunt, ut illa loquente intelligamus portam esse patefactam. Alii continuant narrationem. *Servius.*

Sacræ] Execrabiles. *Idem.*

574 *Cernis, custodia qualis*] *Custodia* est quæ custodit, non quæ custoditur. Usurpatum est autem sicut *hospita*, sicut *neptis*. Nam *hic* et *hæc custos* facit. Ea enim quæ in *o* exeunt, ut *fullo*: in *os*, ut *nepos*: in *es*, ut *hospes*, fœminina ex se non faciunt: quæ autem invenimus, usurpata sunt. Unde et dissimilia inveniuntur. Nam *custos*, *custodia* facit: et *nepos*, *neptis*: *hospes*, *hospita*. Servius.

Custodia qualis] Non expressit quæ esset, ut quicquid tetrum, horrendum, ac detestabile esset, contuens colligeret æstimatio. Ergo suppressit specialitatem, ne sola putaretur, quæ forte posuisset. *Donatus.*

Custodia] Pro custodibus. ita Tibull. I. 9. 'poterat custodia falli:' id est, custodes. *Taubmann.*

575 *Vestibulo sedeat*] Megæram significat. *Servius.*

Sedeat] Ut ostendat assiduitatem et continuationem facti. *Donatus.*

576 *Quinquaginta*] Hoc autem dicit, Cernis hanc, quam sæva sit? est intus alia. *Servius.*

Atris immanis hiatibus] Quæ est sævior quam Hydra fuit. Multi ipsam Hydram volunt, quod non procedit. Nam eam in aditu legimus Inferorum: ut, 'Ac bellua Lernæ:' quam alii tria volunt habuisse capita: alii

: Simonides quinquaginta di-
dem.
quaginta atris] De artificio versus, in quo voracitas feri- Hydræ exprimitur, curiosis- lisputat *Barthol. Maranta Ve-* Nam *A* et *I*. alternatim re- ur: horumque lector per vices et claudere os cogitur, quæ otium imago est. Præterea ex o elemento Q. crassum illum m, quem verisimile sit ex tali o efflari, ostendi: illudque, ia, propter concursum ejusdem morari oris apertionem, quod m terrorem incutiat. Sed et e *hi* et *hy* aviditatem et hiatum entant. Denique per repeti- serpentinum sibilum aptissime isse, &c. Videantur ibidem lura. *Taubmann.*

Sævior intus] Plurimi intel- Tisiphonem, quæ Hydra ista, aditu posita est, sævior sit. Nascimb. copiose refutat: et eademque Hydra capit; quæ cessitate huc illucque arcessa- lcuti et Furiæ, quæ perinde aditu Inferorum thalamos t; tamen hic etiam ad Tarta- llocantur. Allegoriam autem aginta horum capitum tractat a Enthydemo. *Idem.*

Tartarus] Vel quia omnia illic sunt, ἀπὸ τῆς ταραχῆς: aut st melius, ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, a tremore frigoris. Sole enim *Servius.*

Tartarus ipse] Hesiod. in Theog. Ιερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσον οὐρανός ἐστ' ης, Ἶσον γάρ τ' ἀπὸ γῆς ἐς τάρ- ερόεντα. Et hi versus tam quam Latini supra positi sunt. em Græci τάρταρον et τάρταρα sic et Latini eadem sexus ne et usu vocis delectati iam Servius ἀπὸ ταραχῆς, vel ταρίζειν deducit. *Tartarum* iam pœnis exercendis locum um, memoravit Plato, et in Phædone aquarum principium, fon- tem, et conceptaculum esse, ipsasque evomere et resorbere statuit, ipsum- que nec fundamentum habere nec firmamentum, sed semper circa me- dium spiras agere, atque motum sur- sum deorsumque in amnium rivos exundare et influere: aquas item nonnullas ex eo plerisque in locis stagnare, cujusmodi sit mare: om- nes autem ad principium, unde fluere cœperint, in orbem relabi. Eam tamen Platonis sententiam his opportunissimis argumentis Aristotel. Meteor. l. II. refellit: Συμβαίνει δὲ τοὺς ποταμοὺς ῥεῖν, &c. Decernit au- tem idem Aristot. aquæ quidem mare proprium locum, non principium ta- men, ut quæ extra mare generetur, et sursum in aëre, et intra terram ipsam, fluxuque orta in mare, ut op- portunissimum receptum, finemque feratur. *Germanus.*

578 *Bis patet in præceps*] Ideo *in præceps* addidit, quia potest quid eti- am sursum patere. Videtur autem hoc prudentioribus ideo dictum, quia secundum rationem Sphæræ, Sol, cum in unam concesserit partem, duæ quasi Tartarum faciunt: una a qua discessit; et altera, ad quam nunquam accedit: quod melius sphæ- ræ indicat ratio. Hoc autem dicit, Tartarus ipse bis tantum in præceps patet, et tendit sub umbras. *Servius.*

Bis patet in præceps] Ut si cæli altitudo sit centum, profunditas In- ferni sit ducenta; ne Aloidæ, qui manibus cælum tangerent, ex infimo Inferno fastigium possent tangere, et inde abire. *Donatus.*

Bis patet in præceps, &c.] Quemad- modum Homerus, cujus locum citat Macrob. Saturn. v. 3. et Hesiodus æquale spatium statuunt, ita et Apol- lodorus in princ. l. I. Τάρταρος τόπος ἐρεβώδης ἐστιν ἐν ᾅδου, τοσοῦτον ἀπὸ γῆς ἔχων διάστημα, ὅσον ἀπ' οὐρανοῦ γῆ: *Tartarus locus est tenebrosissimus, qui tantum a terra distat quantum a cælo*

terram abesse ferunt. Emmeness.

579 *Quantus suspectus*] Id est, altitudo ad Olympum ætherium: et deest *est.* Servius.

580 *Hic genus antiquum terræ*] Id est, primum. Titanas enim contra Saturnum genuit: Gigantes postea contra Jovem. Et ferunt fabulæ, Titanas ab irata contra Deos Terra, ad ejus ultionem creatos; unde et Titanes dicti sunt ἀπὸ τῆς τίσεως, id est, ab ultione. De his autem solus Sol abstinuisse narratur ab injuria numinum: unde et cœlum meruit. *Idem.*

Titania pubes] In Romano codice, *proles* legitur. Sed non displicet *pubes.* Quia Hesiodus ait eos centesimum adhuc annum agentes in sinu matris lactentis decubuisse: quamquam etiam si non respicias ad Hesiodum, *Pubes* pro qualibet juvenum manu non indecenter positum esse dixeris. *Pierius.*

582 *Aloïdas geminos*] Aloëus Iphimediam uxorem habuit: quæ compressa a Neptuno, duos peperit, Othum et Ephialtem: qui digitis novem per singulos menses crescebant. Freti itaque altitudine, cœlum voluere subvertere: sed confixi sunt Dianæ et Apollinis telis. *Aloïdas* autem sic dixit, ut de Hercule *Amphitryoniades* dicimus. *Servius.*

Geminos] Sui similes. *Idem.*

Aloïdas geminos] Fabulam de Otho et Ephialte petractat Apollod. l. I. Biblioth. Ἀλωεὺς ἔγημεν Ἰφιμέδειαν· ἥτις Ποσειδῶνος ἠράσθη, καὶ συνεχῶς φοιτῶσα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, χερσὶν ἀρυομένη τὰ κύματα τοῖς κόλποις ἐνεφόρει. συνελθὼν δὲ αὐτῇ Ποσειδῶν δύο ἐγέννησε παῖδας Ὦτον καὶ Ἐφιάλτην τοὺς Ἀλοείδας λεγομένους: *geminos peperit Otum et Ephialten, quos Aloidas appellarunt.* Plura illic, et apud Hyginum fab. 28. qui mutuis telis occubuisse testatur. Attingit etiam Claudianus de bell. Getico: 'Quid mirum si regna labor mortalia vexat? Cum gemini fratres, genuit quos asper Aloeus, Martem subdiderint vinclis, et in astra negatas Tentarunt munire vias,' &c. In hoc loco Maronem non adæquare majestatem Homeri exponit Macrob. Sat. v. 13. *Emmeness.*

Immania] 'Namque novem cubitos ambo crevere novennes In latum; longumque novem corpus fuit ulnas:' Ut de his Hom. Od. XI. vel, ut Apollodorus l. I. de Orig. Deor. qui quotannis latitudine cubitum, longitudine vero ulnam crevere: et nono ætatis anno Jovi bellum moverunt. Male autem vulgus cum Natali Com. *Gigantes* et hos *Aloidas* confundunt. Vide Spondan. ad Hom. Jam de arte Carminis, Scalig. v. 3. videatur. *Taubmann.*

585 *Crudelis pœnas*] Sævas, nimias. Nam non dicit indignas ferentem, qui sacrilegus fuit. *Servius.*

Salmonea] Salmoneus Æoli filius fuit, non regis ventorum, sed cujusdam apud Elidem, ubi regnavit: qui, fabricato ponte æreo, super eum agitabat currus ad imitanda tonitrua: et in quem fuisset jaculatus facem, eum jubebat occidi. Hic postea verum fulmen expertus est. *Idem.*

Salmonea] Virgilius hunc impium agnoscit, et ita fere omnes. Nam Didymus in Homerum, δυσσεβῆ vocat, *impium*: Hesiodus, ἄδικον, *injustum*, et ὑπέρθυμον, *superbissimum.* Galenus, quod vidi in Junio, παραπλῆγα *vecordem.* Suidas eodem filo impium nominat, et dedisse pœnas impietatis. Quin ipse Salmoneus sibi furorem dat l. II. epigramm. ait enim, ἀντεμάνην. Aliter Homerus de illo sentit, nam vocat ἀμύμονα, *inculpatum*, quo epitheto solet ille excellentes duces ornare; et filiam ejus Tyro εὐπατέρειαν appellat, id est, 'bono patre natam.' Aitque Eustathius, Salmoneum expressisse fulmina, non ut esset in Jovem impius, sed ut artifex egregius: quemadmodum Archimedes finxit urentia fulgura ex speculis, et

idam terræ motus est æmu-
Ferunt fabulæ fuisse Sal-
a filium Æoli, et fratrem Sisy-
t in his adhuc est dissidium.
d hoc persequar? *Cerda.*

nea] Æoli filium statuit Apol-
. bibl. qui fabulam totam nar-
d contractius Hyginus fab.
lmoneus, Æoli filius, Sisyphi
cum tonitrua et fulmina imi-
Jovis, sedens quadrigam faces
s in populum mitteret et cives,
Jove fulmine ictus est.' De
, quibus sonitum excitaverit,
erius Gronovius in Observat.
Emmeness.

Sonitus] Quo autem artificio in scenis olim ederetur, docet itus II. 10. *Taubmann.*

Invectus equis] De Curru Jovis Turneb. IX. 9. *Idem.*

Mediæque per Elidis urbem Ibat Hinc est indignatio, quod in ate Jovem imitabatur, in qua iter Juppiter colitur. *Servius.*

Honorem] In antiquis omnibus, ibuerim, *honorem* unitatis nu- gitur: ut de una tantum ful- li scilicet prærogativa intelli- Sane vero *honores* numero rdinis, pro titulis et dignitatibus deas ab auctoribus: 'Honores honores decreti.' *Pierius.*

Demens] De dementia sine fine, sed inani gloriæ adjunc- llis hic Salmoneus, qualesque latebant sub corio Alexandri, ani, Cambysæ, aliorum, videa- liger Poët. III. 19. *Taubmann.*

imitabile fulmen] Βροντεῖον in- i Aristophanis est machina m ad edendum sonum velut um. Vide *Claudiana tonitrua.* nus.

Et cornipedum pulsu simularat s] In codicibus plerisque ve- *cornipedum pulsu* legitur: et et, uti etiam in Mediceo est, i elocutionis forma: quam em e multis exemplaribus inique sublatam animadverti, *e* litera vestigio membranis adhuc pertinaci- ter adhærescente. In nonnullis legi- tur *curru.* Pierius.

592 *Densa inter nubila telum Contor- sit*] Ostendit fulminis caussam et originem. *Servius.*

Inter nubila telum Contorsit] Est hæc loci hujus sententia: Jovem non simulato fictoque fulmine Salmonei commentum imitationemque contri- visse, sed vero genuinoque fulmine, ut quod ἐργαστικώτερον sit, et vehe- mentius, penetraliusque, hanc inter- pretationem suggerente Lucretio l. II. 'Perfacile est animi ratione exolvere nobis, Quare fulmineus multo pene- tralius ignis, Quam noster fluat e tedis terrestribus ortus. Dicere enim possis cælestem fulminis ignem, Subtilem magis e parvis constare figuris, Atque ideo transire foramina, quæ nequit ignis Noster hic e lignis ortus, tedaque creatus.' Quæ respon- dere videntur huic Maroniano, 'fa- ces, nec fumea tedis Lumina,' &c. *Germanus.*

593 *Ille*] Scalig. IV. 34. hoc prono- men redundare ait: elegantiæ tamen causa tolerari. *Taubmann.*

Faces] Non *faces, nec fumea tedis Lumina,* uti Salmoneus, qui illis imi- tari telum fulminis studebat. Vide et Macrob. IV. 4. *Idem.*

Fumea lumina] Id est, terrena. Nam æthereus ignis caret fumo; solo enim splendore viget. *Servius.*

Nec fumea] In antiquis exemplari- bus, *nec fumea:* in quibusdam *non fu- mea.* Pierius.

Præcipitem adegit] Est hoc, quod Aristophanes in Irena, κάτω κάρα βί- ψας. *Cerda.*

595 *Nec non et Tityon*] Tityus se- cundum alios filius Terræ fuit: secun- dum alios a Terra nutritus. Unde elegit sermonem, quo utrunque signi- ficaret: nam *alumnum* dicit. Hic amavit Latonam: propter quod A- pollinis confixus est sagittis. Et

damnatus hac lege apud Inferos, ut ejus jecur vultur exedat: quanquam Homerus vicissim dicat duos vultures sibi in ejus pœnam succedere. Sane in usu est *vultur:* licet Cicero *vulturius* dixerit, quod quidem potest esse et derivativum. Ennius, 'Vulturis in campo miserum mandebat homonem.' Declinatur autem *hic Tityos, hujus Tityi:* sicut *Delos Deli.* Servius.

Tityon] Monoptoton declinatur. Nam *Tityonem* diceret, si per casus variari potuisset. *Donatus.*

Nec non et Tityon] Vide de Tityo Lucret. l. III. eo loco, 'Qui non sola novem dispersis jugera membris.' De eo et Hom. Od. Λ. *καὶ τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱὸν Κείμενον ἐν δαπέδῳ, ὁ δὲ ἐννέα κεῖτο πέλεθρα, Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον Δέρτρον ἔσω δύνοντες, ὁ δ' οὐκ ἐπαμύνατο χερσὶ, Λητὼ γὰρ ἥλκυσε διὸς κυδρὴν παράκοιτιν.* Tityi quoque mentionem facit Apollon. Argon. I. *ἐν δ' ἀπόλλων φοῖβος ὀϊστεύων ἐτέτυκτο Βούπαις, οὔπω πολλὸς ἐὴν, ἐρύοντα καλύπτρης Μητέρα θαρσαλέως τιτυὸν μέγαν ὅν ῥ' ἔτεκέν γε Δῖ' ἐλάρη, θρέψεν δὲ καὶ ἂψ ἐλοχεύατο γαῖα:* ubi vide interpretem. *Germanus.*

Nec non et Tityon] Fabulam Tityi tradit Hyginus fab. 55. Apollod. l. I. Biblioth. Ovid. Metam. IV. 456. ad quem locum consulendus nobiliss. Heinsius X. 43. Juv. Sat. XIII. 51. et plures alii. Qui *omniparentis alumnus* dicitur apud Stat. Theb. l. I. *terrigena,* ideoque rectius quam *omnipotentis,* ut ex narratione fabulæ. Nostrum de formicis imitatus est Apuleius, quas Metam. l. VI. appellat 'terræ omniparentis agiles alumnas.' *Emm.*

Omniparentis] Vetera omnino exemplaria pleraque, *omniparentis* cum Porcio legunt: quanquam in aliquot ex abrasis literarum apicibus, *omnipotentis* scriptum animadverti. In Mediceo compendiose scriptum est *omnipotentis;* sed aliena manu correctum *omniparentis.* Sane vero Arusianus Messus, nisi codex mendosus est, *omnipotentis* videtur agnovisse. Utcunque vero, nequaquam mihi displicet *omniparentis,* vulgata lectio. *Pierius.*

Terræ omniparentis alumnum] Sic et *γᾶ παντρόφος·* et Lucret. l. v. 'Omniparens eadem rerum commune sepulcrum.' Et Epigr. *παμμήτορα γῆν,* et Æsch. *πολύθρεπτον·* et idem in *χοηφ.* *καὶ γαῖαν αὐτὴν, ἣ τὰ πάντα τίκτεται, Θρέψασά τ' αὖθις τῶν δὲ κῦμα λαμβάνει.* et idem *γῆν παμφόρον.* et Orph. Arg. I. *ῥέην παμμήτειραν.* *Germanus.*

596 *Per tota novem cui jugera corpus Porrigitur*] Quantum ad publicam faciem, magnitudinem ostendit corporis: sed illud significat, quia de amatore loquitur, libidinem late patere, ut ait supra, 'Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem Lugentes campi.' Sane de his omnibus rebus mire reddit rationem Lucretius: et confirmat in nostra vita esse omnia, quæ finguntur de Inferis. Dicit enim, Tityon amorem esse, hoc est, libidinem: quæ secundum Physicos et Medicos in jecore est: sicut risus in splene, iracundia in felle. Unde etiam exesum a vulture dicitur in pœnam renasci: etenim libidini non satis fit, re semel peracta, sed recrudescit semper. Unde ait Horatius, 'Incontinentis aut Tityi jecur.' Ipse etiam Lucretius dicit per eos, super quos jamjam casurus imminet lapis, superstitiosos significari, qui inaniter semper verentur, et de diis et cœlo et locis superioribus male opinantur; nam religiosi sunt, qui per reverentiam timent. Per eos autem qui saxum volvunt, ambitum vult, et repulsam significari: quia semel repulsi, petitores ambire non desinunt. Per *rotam* autem ostendit negotiatores, qui semper tempestatibus turbinibusque volvuntur. *Servius.*

597 *Rostro*] Notandum reliquit Athen. l. III. proprie hoc dici de suibus, et inde transferri ad alia animalia. Quin notat ex poëta quodam

... μέγχος de Diis. *Cerda.*

...r] Virgilius unum tantum ad- Homerus duos. Claudianus, ..., Seneca, Virgilio hærent. Rapt. II. 'laterisque piger r opaci.' Alter Od. III. 4. ...inentis nec Tityi jecur Relin-...' Tertius in Furente: 'Præ-...ceri Tityus æternas dapes.' ...men in Thyeste Homero in- 'Aut pœna Tityi semper ac-...s jecur, Visceribus atras pas-...is aves.' Tibullus quoque Porrectusque novem Tityus ...ra terræ Assiduas atro vis-...scit aves.' Lucretius itidem Nec Tityum volucres ineunt ...ate jacentem.' Vidisti obiter, ...i horum suos versus exorna-Virgiliana Musa. De natura ..., appetentis carnes, multa hic ...i poterant. De Vulturio lege ...m in Ennium: vide Plutar-opusculo, λάθε βιώσας, circa ...ubi aperit quid mythologice hæc vulturum carnificina.

...r obunco] In Romano, et ali-...iis codicibus antiquis, *voltur* legitur. In Mediceo *adunco* r. *Pierius.*

...Tondens] In antiquis fere om-...exemplaribus, quæ tractarim, habetur: pro decerpens, et abrodens. Sunt tamen, qui-...dens, ut in Mediceo est, magis : nempe quia ejusmodi est avium pascentium. Vel ut ... conveniat, quod dictum est ...ale jecur; adeo ut non abrodi, ...i tantum a vulture videretur.

...ens] Ita Servius, J. C. Scalig. ...tius, et fere omnes, legunt. κείρων. Certe et Hom. de ἧπαρ ἔκειρον, id est, *jecur ton-* dixit, item Sen. Agamemn. 18. 'Ubi tondet ales avida ...m jecur:' quod sapit meta-... ab herbis restibilibus et re-pullulantibus: quo sequentia allu-dunt, 'fœcundaque pœnis Viscera:' item, 'nec fibris requies datur ulla renatis.' Alii legunt, *tundens*, id est, tundendo despascens, ut solent alites. Porro noster, ut et Hor. secuti Æs-chylum, unum vulturem nominant; Lucretius et Tibullus plures, secun-dum Homerum. *Taubmann.*

Fœcundaque pœnis] Fœcunda in pœnam. *Servius.*

Fœcunda viscera] Dio Chrysost. cum respectu ad Prometheum orat. 8. οἰδοῦντος καὶ αὔξοντος τοῦ ἥπατος: *tumente et crescente hepate.* Cerda.

599 *Rimatur*] Pascitur: ut, 'Ri-mantur prata Caystri.' *Servius.*

Rimatur] Multis in locis Pruden-tius imitatus est Virgilium in Peri-steph. hym. X. 'Non rupta sulcis dis-secatis viscera? Animam nec intus abditam rimamini?' et in Apotheosi: *rimatur exta.* iterum: 'Rimantes di-gitos costarum in vulnera cruda, Mersimus.' Non abeunt illa ejusdem in Perist. hym. X. 'Scrutare vel tu nunc latebras faucium.' et hym. XI. 'canis costarum cratibus altos Pan-dere secessus.' *Cerda.*

Habitat] Scal. Poët. v. 3. singula verba loci hujus expendit, eumque contendit cum simili Homer. Ulys-seæ l. XI. Sane omnia ista, quæ fin-guntur de Inferis, Lucret. l. III. luculenter docet, in nostra esse vita. Dicit, *Tityon* amorem esse aut libidi-nem, quæ in jecore sit, ut risus in splene, iracundia in felle. Unde etiam exesum a vulture dicatur *re-nasci:* etenim libidini non satis fit, re semel peracta, sed recrudescit sem-per: unde Horat. Od. III. 4. 'Inconti-nentis Tityi jecur.' Per eos, super quos *casurus* imminet *lapis*, superstitiosos significari, qui inaniter semper ve-rentur, et de Diis, de cælo et locis superioribus male opinantur: nam *religiosi* sunt, qui per reverentiam timent. Per eos, qui *saxum volvunt*, ambitum vult et repulsam significari:

quia semel repulsi petitores ambire non desinunt. Per *rotam* autem ostendit negotiatores, quia semper tempestatibus turbinibusque curarum circumaguntur. *Danaidum* porro *dolium* eos significat, quorum animus nullis bonis unquam satiari potest. Vide ibid. apud Lucret. plura; quædam etiam apud Macrob. I. 10. de Somnio Scip. *Taubmann.*

Habitat] Illo in loco continuo est: ut apud Petron. 'habitare in culina.' *Emmeness.*

600 *Fibris*] *Fibræ* sunt eminentiæ jecoris. *Servius.*

601 *Quid memorem Lapithas*] Hi populi Thessaliæ fuerunt, quibus imperabat Ixion, amicissimus (ut diximus supra) Jovi, Phlegyæ filius, qui post nubis coitum fictæ in formam Junonis, cum se de ejus stupro jactaret, ab irato Jove ad Inferos trusus est, et illic religatus ad rotam circumfusam serpentibus. *Idem.*

Quid memorem Lapithas] Genus est transitus per omissionem; et ponitur, ne continuatio narrationis horreat. *Donatus.*

Ixiona] Dictum de hoc alibi. Ejus tormenti causas duas commemorat Pindarus Pyth. II. Prior, ὅτι τ' ἐμφύλιον αἷμα πρώτιστος οὐκ ἄτερ τέχνας ἐπέμιξε θνατοῖς: *Quod cognatum sanguinem non sine fraude miscuit inter homines.* Posterior, quod Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶτο, *uxorem Jovis tentaverit.* Cur Pirithous in Tartaro sit, jam supra vates ore Charontis. *Cerda.*

Pirithoum] Et hic unus de Lapithis fuit, qui descendit cum Theseo ad rapiendam Proserpinam. *Servius.*

602 *Quos super atra silex*] Hanc pœnam alii dant Tantalo. In his Euripides in Oreste, et Pindarus Olymp. I. nam loquens de Tantalo, οἱ πατὴρ ὑπερκρέμασε καρτερὸν αὐτῷ λίθον: *Illi pater* (Jupiter) *super appendit validum lapidem.* Ab his forte sumpsit Plutarchus, qui de superstit. Tantalo etiam dat λίθον: et ab Archilocho apud eundem in Politicis, Ταντάλου λίθος usurpatur proverbialiter. Dio Chrysost. orat. 6. ait, Tantalo semper imminere πέτρον. Didymus non solum lapidem nominat, sed ait, impositum Tantalo montem Sipylum. Idem scribit Plutarchus in opere adversus Stoicos. Contra, rotæ voluceri subjiciunt Ixionem Tibullus, atque Ovidius, præter eos alii. Prior, 'Illic Junonem tentare Ixionis ausi Versantur celeri noxia membra rota.' Posterior Met. IV. 'Volvitur Ixion, et se sequiturque fugitque.' Sed placitum Poëtæ, ut in re fabulosa (nescio enim an alia sit ratio multis Virgilianis locis expediendis aptior) Tantali lapidem dare Ixioni, huic rotam auferre. *Cerda.*

Lapsura, cadentique] In codicibus plerisque veteribus *que* particula post participium *cadenti* vel minime notata est, vel sublata, in aliquot aliena manu adscripta. Est et *labsura*, per characteristicon sui thematis: de quo alibi. *Pierius.*

603 *Adsimilis*] Valde similis, ad enim vacat; et a majoribus ad ornatum adhibebatur: ut Horatius, 'Qua populus adsita certis Limitibus vicina refugit jurgia.' *Servius.*

Lucent genialibus altis] Aliud est. Tantalus rex Corinthiorum amicus numinibus fuit, qui cum frequenter eos susciperet, et quodam tempore defuissent epulæ, filium suum Pelopem occidit, et Diis epulandum apposuit. Tunc abstinentibus cunctis, Ceres humerum ejus exedit, et cum eum Dii per Mercurium revocare ad superos vellent, eburneus ei est humerus restitutus: sicut supra, 'Humeroque Pelops insignis eburno.' Ideo autem sola Ceres dicitur comesse, quia ipsa est terra, quæ corpus resolvit. Per Mercurium autem ob hoc fingitur esse revocatus, quod ipse est Deus prudentiæ, per quam Philosophi deprehenderunt παλιγγενεσίαν vel μετεμψύχωσιν. Tantalus autem

hac lege apud Inferos dicitur esse damnatus, ut in Eridano Inferorum stans, nec undis præsentibus, nec viciniis ejus pomariis perfruatur. Per hæc autem avaritia significatur; ut etiam Horatius, 'Quid rides? mutato nomine, de te Fabula narratur.' *Idem.*

Genialibus] Veluti genialibus. Nam *geniales* proprie sunt, qui sternuntur puellis nubentibus: dicti a generandis liberis. *Idem.*

Genialibus] Ait Festus: 'Genialis lectus, qui nuptiis sternitur in honorem Genii, unde et appellatur.' Vide in hunc locum notam Jos. Scaligeri. Juv. Sat. 10. 'Tyrius genialis in hortis Sternitur.' Horat. ep. I. 1. 'Lectus genialis in aula est.' Igitur lecti hi, aut tori Virgiliani ita sunt magnifici, ut repræsentent nuptiales, ac perinde voluptuosos et jucundos. *Cer.*

Genialibus toris] Sic Hor. Epist. l. I. 'lectus genialis in aula est:' ad quem locum consule Torrentium. Cic. pro Cluent. l. v. 'lectum illum genialem, quem biennio filiæ suæ nubenti straverat.' *Emmeness.*

604 *Aurea fulcra*] Quibus fulcimur, id est, sustinemur. *Servius.*

Fulcra] Sustentacula sunt lectorum, de quibus Ciaccon. p. 9. Juv. Sat. XI. 75. *nobile fulcrum* pro ipso lecto sumit. *Emmeness.*

Paratæ] In Rom. codice legere est *paternæ*, quasi adsimulata esset ea edulii species, quam pater ex filio dis condierat. Sed omnino *paratæ* magis eruditis auribus satisfacit. *Pierius.*

605 *Regifico luxu*] Regali ambitu. *Servius.*

Luxu] Vox mensarum, ubi illæ exstructissimæ, lautissimæ, apparatissimæ: in Æn. I. 'regali splendida luxu.' Silius lib. XI. in re etiam conviviali, 'stupet inconsuetus opimæ Sidonius mensæ miles, faciemque superbi Ignotam luxus oculis mirantibus haurit.' Sed attributum, *regifico*, ad eandem pertinet magnificentiam: ita in I. 'regali splendida luxu.' Et Plautus Persa: 'Basilice agite Eleutheria,' id est, regifice: et iterum: 'Basilico accipere victu,' id est, regio. Cicero ex Ennio in Tuscul. 'Vidi ego te constante ope barbarica, Tectis cœlatis, laqueatis, Auro, ebore instructam regifice:' subaudi, domum, aut mensam Priami. *Cerda.*

Regifico luxu] Hunc locum omnes de Tantalo Jovis F. Corinthiorum rege capiunt, qui opibus et luxu claruerit, teste Suida. Aiunt hac pœna affici, quod mysteria quædam Deorum divulgasset: de quo Eurip. in Oreste; et Seneca in Thyeste, act. I. Alii, quod Pelopen filium suum Diis, quos convivio acceperat, epulandum apposuisset: de quo Ovid. Met. VI. 6. Unus Nascimb. contra it, et potius de Phineo rege Arcadiæ intelligit, qui cum filiis suis, impulsu novercæ, oculos eruisset, ira divina et ipse cæcus factus est: immissæque Harpyiæ, quæ cibos appositos ei auferrent: ut est apud Apollon. l. II. et Val. Flaccum l. IV. Cum præsertim Tantalus ab Homero cæterisque alia lege damnatus prædicetur: quasi in palude, aut Eridano infernali ad labrum usque inferius consistat: qui tamen, quoties se ad bibendum inclinet, ad ima usque vada absorbeatur: arboresque pyri, Punicæ mali, ficus, olivæ, ori impendere: quorum tamen fructus cum captet, capere nullos possit vi ventorum et nubium ablatos. Ita Ovidius: 'Quærit aquas in aquis: et poma fugacia captat.' Horat. Sat. I. 1. fabulæ hujus μυθολογίαν in avaros, qui quæsitis frui nolunt, trahit: 'Tantalus a labris sitiens fugientia captat Flumina,' &c. Beroaldus e Macrob. ad omnes avaros, non ad unum aliquem referendum censet. *Taubmann.*

Furiarum maxima] Id est, sævissima, hoc est, fames: ut, 'Vobis Furiarum ego maxima pando.' Unde et famem prænuntiat, ut hanc esse

Furiarum maximam doceat. *Servius.*

Furiarum maxima] Per Furiarum maximam recte et convenienter *famem* intelligas, qua hominem enecare, pro sævissima pœna habetur, et inter crudelitatis exempla refertur: l. I. cod. de Cust. reor. Quintil. decl. 12. 'felix pestilentia, felix præliorum strages, denique omnis mors facilis, fames aspera vitalia haurit, præcordia carpit, &c. durissima necessitatum, deformissima malorum. Imo ne apud Inferos quidem ulla pœna est fame gravior.' De abominanda sævitia Tiberii Suet. in ejus vita c. 54. Recte concludit Sallustius, 'ferro quam fame æquius perituros.' Erravit igitur toto cœlo Antigonus, qui ne videretur sævus in amicum Eumenem, 'quotidianum victum ei amoveri jussit; nam negabat se ei vim allaturum, qui aliquando fuisset amicus.' Hæc Corn. Nepos in Eumene cap. 12. cum 'Fame mori sit miserrimum:' de quo Adagio Erasm. *Emmeness.*

606 *Et manibus*] Illorum scilicet, non suis. *Servius.*

Prohibet contingere] Est hoc, quod Plutarchus dixit de Tantalo, in libro de vitando ære, εἴργουσι γεύσασθαι τῶν ἰδίων. *Cerda.*

607 *Facem attollens*] Injiciens ignem avaritiæ, ut abstineant. *Servius.*

Intonat ore] Nonnulli codices, *increpat* legunt. Sed multo majoris horribilitatis est *intonat* dicere. *Pier.*

608 *Quibus invisi fratres*] Hæc quidem constat dicta esse generaliter. Possunt tamen et ad speciem trahi: ut Ægyptum et Danaum, Atreum et Thyesten, Eteoclem et Polynicem significare videatur. Bene autem dicendo *invisi:* per id, quod leve est, etiam majora complexus est. *Serv.*

609 *Pulsatusve parens*] Item quod levius est dixit, parricidii comparatione. Possumus autem Œdipum accipere, Laii extinctorem. *Idem.*

Pulsatusve parens] Seneca Controv. IX. 4. 'Qui patrem pulsaverit, manus ei præcidatur.' Quid intersit *Pulsare* et *Verberare*, docet Chr. Colerus Parerg. c. 36. *Taubmann.*

Et fraus innexa clienti] Ex lege duodecim tabularum venit, in quibus scriptum est, 'Patronus, si clienti fraudem fecerit, sacer esto.' Si enim *clientes* quasi colentes sunt, *Patroni* quasi patres; tantundem est clientem, quantum filium fallere. Et hoc posse fieri ex Horatii dictis intelligimus: qui cum loqueretur de avaris potentibus, ait de vicino cliente, 'Pellitur paternos in sinu ferens deos.' Urbano tamen hoc displicet; et dicit rarum esse hoc magisque contrarium, cum magis patronos decipiant frequenter clientes. Vult autem intelligi prævaricatores, qui patroni sunt clientium, quos nunc *susceptos* vocamus. *Servius.*

Fraus innexa clienti] Vide Agell. v. 13. *Taubmann.*

610 *Divitiis incub.*] Etiam Cic. dixit: 'Pecuniæ spe atque animo incubare.' *Idem.*

Divitiis soli incubuere repertis] Cic. pro Cluent. 'Hic ille planus improbissimus, quæstu judiciario pastus, qui illi pecuniæ, quam condiderat, spe jam atque animo incubaret, contrahit frontem.' Liv. l. VIII. ab urb. cond. 'Liberes fœnore plebem Romanam, et istos incubantes publicis thesauris ex præda clandestina evolvas:' ἐπικειμένους, ἐγκειμένους. *Germ.*

Divitiis incubuere] Sic Ge. II. 507. 'defossoque incubat auro:' ad quem locum actum de hoc verbo. *Emmen.*

611 *Nec partem posuere suis*] Bene addidit *suis*, id est, cognatis, affinibus. Hæc enim fuerat apud majores donandi ratio: non profusa passim: nam hoc est velle inaniter perdere. Unde Cicero ait in libris legum, 'Stipem prohibeo, nam auget superstitionem et exhaurit domos. Dignis igitur largiendum est.' Unde Horatius, 'Cur eget indignus quisquam te di-

t, indignus paupertate.

posuere suis] *Ponere* ad applicavit quoque Vade abstinentia: 'Deinrocemus, quorum animus nento ponendi pecuniam cavit.' *Ponere* autem eam vim mihi habere *mulare* et *asservare* signi-. I. 'Tu pedibus teneris e pruinas.' *Germanus.*

a turba] Eurip. ὂν ἀριθ-*dem.*

ulterium cæsi] Si occisi, gnificat Thyestæ filium; si, Sallustius, quem Milo sub servi habitu verulterio suæ uxoris Fausat Syllæ filia. *Servius.*

adulterium cæsi] Quam ulia vindicarit adulterii t ex facta etiam extrali potestate, et patri et ex æquo tamen, adulteoccidendi. *Germanus.*

a secuti Inpia, nec veriti xt.] Hoc loco videtur isto: quia contra Cæsaejus, multi, quibus ignoceperant. Est namque 'Dare quidem se vejanis: sed ab ipsis quanerriturum.' Ut *arma im-*xerit bella: quæ moveani contra acceptæ vesed non procedit. Nam dixit bellum civile, tannm et Cæsarem, qui et llia tractarunt. Item si qui contra fidem datæ runt, tangit Augustum. unt ad eum ab Antonio itum, per quos est viccutus. Horatius, 'Ades verterunt bis mille anentes Cæsarem.' Feinjuriam Augusto vel os *dominos* dixit: quod invidiosum fuit. Nam *patres patriæ* dicebantur, non *domini.* Juv. 'Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.' Melius ergo est, ut bellum, a Sexto Pompejo Pompeji filio in Siculo freto gestum, accipiamus. Nam occiso patre Siciliam tenuit: et collectis inde servitiis vastavit sex annis ultro citroque Siciliam: postea victus est ab Augusto et Agrippa. Horatius, 'Minatus urbi vincla quæ detraxerat Servis amicus perfidis.' Et hoc sensu tam *arma impia,* quam dominorum congruit commemoratio. *Servius.*

Quique arma secuti Inpia] Servius hoc refert ad Sextum Pompejum, qui collectis servitiis vastavit Siciliam. Alii ad Spartacum, qui servorum fugitivorum collecta manu bellum concitavit. Turnebus XXII. 1. ad unum Menam, in quem Horatius scripsit oden quartam Epod. Nam hic, cum esset libertus Sexti Pompeji, defecit a patrono, et ad Augustum transiit prodita classe. Atque adeo Turnebus conjungit hæc omnia, 'quique arma secuti Impia, nec veriti dominorum fallere dextras.' Hoc non omnino placet Germano, nec nobis. Rationem illius tu vide. Nostra hæc est. Nam male Poëta cum allusione ad rem Menæ nominaret *dominorum dextras,* cum longum sit discrimen inter dominos et patronos. Et quidem Sextus Pompejus patronus erat Menæ, non dominus. Quid quod Augusti arma Virgilius non *impia* diceret. Itaque satius est, verba disjungere; et per illa, 'quique arma secuti Impia,' intelligamus omnes aggressores bellorum civilium: reliqua de servis nequam. *Cerda.*

613 *Dextras*] In antiquis aliquot exemplaribus, *dextram* unitatis numero. Sed melius *dextras,* quum *dominorum* itidem multitudinis numero positum sit. *Pierius.*

614 *Inclusi*] Fortasse cum allusione ad Romanum morem, quo vulgo servi in custodiis erant, et ergastulis tene-

bantur inclusi. *Cerda.*

Ne quære doceri] Similes locutioni huic structuras adducit Lambinus in Horat. Od. I. 11. ad illud, 'Tu ne quæsieris scire,' &c. Lege illum. *Id.*

Pœnam expectant] Quod gravius est. Nam in expectatione et præsens metus est et dolor futurus. In ipsa autem pœna, solus est dolor. *Servius.*

615 *Forma viros*] Regula. Singulis enim sceleribus statuta sunt supplicia ex more Romano, quem sequitur. *Id.*

Fortunave mersit] Catull. 'queis merser fortunæ fluctibus ipse.' *Germanus.*

616 *Saxum ingens volvunt alii*] Sisyphum dicit, qui Deorum consilia hominibus publicavit. *Servius.*

Saxum ingens volvunt] Sisyphum notat. Vide Adag. *Sisyphus.* Ovid. 'Sisyphus est illic saxum volvensque petensque.' Quidam per hoc intelligunt homines laboriosis quidem, sed irritis conatibus vitam terentes. Ita vetus P. apud Cic. I. Tuscul. 'Sisyphu' versat Saxum sudans nitendo: neque proficit hilum.' Vide et Aristotelem Ethic. l. III. *Taubmann.*

Radiisque rotarum] Ixionem dixit, ut alibi ostendit, 'Atque Ixionii vento rota constitit orbis.' Licet supra dixerit, 'Quos super atra silex.' Nam de his fabulis variæ sunt in ipsis auctoribus opiniones. *Servius.*

Radiisque rotarum Destr.] Ixionem intelligit. De quo Seneca in Agam. 'Ubi ille celeri corpus evinctus rotæ In se refertur: item Ovid. Met. IV. 10. 'Volvitur Ixion, et se sequiturque fugitque.' Respexit ad supplicium Rotæ, quod nostra hodierna longe atrocius. Græcis dicebatur τροχίζεσθαι. Rotæ enim inserebantur, et radiis membratim distenti convulsique, lentitudine mortis maximo cruciatu perimebantur. Apud Josephum in Maccabæis hujus crebra mentio, ut: 'Illigari igitur mole pedibus appensa, atque innecti rotæ jubetur Maccabæus: ita etiam in gyrum circuli porrectus, ut solutis hinc inde visceribus venisque distentis dolores ipsius et pœnæ crescerent.' Vide Turneb. VII. 16. et J. Langlæi JC. Otium Semestr. X. 3. Macrob. in Somn. Scip. vide: e quo Beroaldus docet Ixionem hic non intelligi, sed hæc in genere dici: cum de eo superius jam sit actum. *Taubmann.*

617 *Æternumque sedebit, Infelix Theseus*] Contra opinionem. Nam fertur ab Hercule esse liberatus, quo tempore eum ita abstraxit, ut illic corporis ejus relinqueret partem. Frequenter enim variant fabulas poëtæ. Hippolytum Virgilius liberatum ab Inferis dicit: Horatius contra, 'Neque enim Diana pudicum liberat Hipolytum.' *Servius.*

Sedet, æternumque sedebit, Infelix Theseus] Hunc locum, quem Higynus apud Agell. X. 16. illi superiori 122. dissentaneum censebat, vindicant acerrime J. Baptista Pius, Sylloges III. 9. Facis Gruterianæ, et Jov. Pontanus in Antonio. Passeratius censet, Maronem in hoc secutum Apollon. l. I. quæ vide apud Pimpontium. Disputatque de eo G. Fabricius sane accuratius. Signate autem dicit; *sedet, sedebitque:* nam cum Pirithoo ad rapiendam Proserpinam descendens super quadam petra consedit, a qua licet semel ab Hercule avulsus fuerit (vide et Cælium IV. 8.) post mortem tamen destinatus est, ut in memoriam istius rei, æternum in ignescente ista petra persideat. Alii, ut hæc salvarent, legebant, 'Infelix Tereus,' cujus quidem tyranni immanitas nota est; quod tamen Fabricio non probatur. Sed cur tamen Theseus, qui Athenarum conditor, et in Deorum numero habebatur, hic affigitur? An, quia Proserpinam rapere aggressus est? Porro Læv. Torrentius in Sueton. Cæsare, c. 4. ubi docet *Sedendi* verbum in luctu usitatum esse, de iis qui mortuis feriabantur; notat, hic quoque non alium, quam pœnitentia lugentem hoc

lescribi. Rob. Titius I. 11. scribesea dici *æternum sedere*, quia a rupi apud Inferos partem narulsam ibi reliquisset, tanquam cariam, καὶ τοποτηρητήν τινα, e dici *æternum sedere*, quia πυγὴ um in saxo relicta sit. Quanalii non γλουτοῦ μέρος hæsisse sed contra saxum, τῷ γλουτῷ ῖσθαι. Sed enim post omnes n sententias Yvo Villiomarus s Controv. Titii I. 14. omnino ygino verba ista ἐν τοῖς μνημονευομένοις Virgilii habet; quæ tius, quam solvi ab Interpretib. int: cum manifesta sit ἀντιλοTaubmann.

Phlegyasque miserrimus omnis et] Si *Phlegyas* est nominativus ris, hoc dicit, Phlegyas omnes et apud Inferos pœnas ferenli autem *Phlegyas* accusativus s est, Theseum omnes Phlegyas entem debemus accipere. Hi, e, secundum Euphorionem, possulani fuerunt satis in Deos it sacrilegi. Unde iratus Neppercussit tridente eam partem , quam Phlegyæ tenebant, et obruit. Phlegyas autem Ixioter habuit Coronidem filiam, Apollo vitiavit; unde suscepit apium. Quod pater dolens, in Apollinis templum, et ejus saest ad Inferos trusus. Statius: gyam subter cava saxa jacenÆterno premit accubitu.' *Serv.* gyasque miserrimus omnis] Tale apud Platonem de Aradiæo in s cruciato; ubi, ex solennibus et udiciorum, editi in nocentem li ratio popularibus proclamasignificatur: τὸν δὲ ἀραδιαῖον καὶ συμποδίσαντες χεῖράς τε καὶ πόκεφαλὴν καταβαλόντες, καὶ ἐκες, εἷλκον παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκτὸς, ἐπ' ἴθων κνάμπτοντες, καὶ τοῖς ἀεὶ παημαίνοντες, ὧν ἕνεκά τε ταῦτα σιν, καὶ ὅτι εἰς τὸν τάρταρον ἐμμενοι ἄγοιντο. Servius sub nominandi casu vel ad Phlegyam, Ixionis patrem, referri posse putat, qui ob compressam ab Apolline Coronidem suam filiam, Ixionis sororem, incenso Apollinis templo, confossus Dei ultoris telis ad Inferos detrusus fuit: vel sub accusandi casu ad populos Phlegyas, qui ob impietatem, concussa a Neptuno ea parte insulæ quam incolebant, obruti omnes fuerunt. Profecto et Hom. eorum mentionem facit Il. N. ubi de Marte et Phobo: Τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρῄκης ἐφύρους μετὰ θωρήσσεσθον, Ἠὲ μετὰ φλεγύας μεγαλήτορας. Videtur tamen *Phlegyas* doctis quibusdam sub nominativo potius accipiendum, cum hic Virgilii versus imitatione illius Pindari Pyth. II. constare videatur, nisi quod patri tribuit Maro, quod filio Pindarus: nempe eadem species proponitur a Pindaro Ixionis rota raptati, quæ hic fere Phlegyæ: nimirum inquit ille, θεῶν δ' ἐφετμαῖσιν Ἰξίονα φαντὶ ταῦτα βροτοῖς λέγειν ἐν πτερόεντι τροχῷ παντᾷ κυλινδόμενον, τὸν εὐεργέταν ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς ἐποιχομένους τίνεσθαι. Phlegyas tamen populos insigni impietate fuisse, et ὑβριστὰς memorat Hom. in hym. in Apoll. Ἤεις δ' ἐς φλεγύων ἀνδρῶν πόλιν ὑβριστάων; Οἳ Διὸς οὐκ ἀλέγοντες ἐπὶ χθονὶ ναιετάασκον Ἐν καλῇ βήσσῃ κηφισσίδος ἐγγύθι λίμνης. Tu ipse interpone judicium tuum. Infelicem autem Theseum appellasse videtur, quod se filii nece et parricidio contaminasset; ut post paulo eadem ratione Brutum: 'Infelix, utcunque ferent ea fata nepotes.' *Germanus.*

620 *Discite justitiam*] Hoc est, vel nunc in pœnis locati. *Servius.*

Discite justitiam, &c.] Versus in sano sensu auro expendendus: qui quidem status et summa est omnium Tragœdiarum, et compendium universæ Ethices. Testatur G. Fabricius, se ex Laz. Bonamico viro gravi et fidei pleno audivisse, puellam in agro Patavino fuisse fanaticam, quæ Græce et Latine, omnium literarum ante insaniam expers, optime locuta sit. Quæ cum

interrogata esset, quænam esset præstantissima apud Virgil. sententia, hunc ipsum versum clara voce ter pronunciasse. *Taubmann.*

621 *Vendidit hic auro patriam*] Etiam hæc licet generaliter dicantur, habent tamen specialitatem. Nam Lasthenes Olynthum Philippo vendidit: Curio Cæsari viginti septem millibus sestertiis Romam. De quo Lucanus: 'Gallorum captus spoliis et Cæsaris auro.' *Servius.*

Vendidit hic auro patriam] Hæc licet generaliter in proditores patriæ dicantur, de C. Jul. Cæsare tamen fere omnes intelligunt; qui viginti septem millibus sestertiis, e Gallia Romam missis, Curionem, et hujus opera plerosque e Nobilitate suos faciebat: qui postea eundem sibi, eversa libertate, dominum præficiebant. Lucanus: 'Gallorum captus spoliis et Cæsaris auro.' Item: 'Emere omnes, hic vendidit urbem.' *Taubmann.*

622 *Fixit leges pretio atque refixit*] Possumus Antonium accipere secundum Ciceronem in Philippicis. *Fixit* autem ideo, quia incisæ in æreis tabulis affigebantur. *Servius.*

Leges pretio refixit] Omnia hæc scelera posuit Maro, ut viventes ad bonos mores metu pœnæ reduceret. *Donat.*

Fixit leges pretio, &c.] Quod Antonium, Clodium, Verrem, ipsumque adeo Tribonianum per avaritiam fecisse, proditum est. *Fixit* autem ex eo dicit, quod leges in æs incisæ in publico fixis tabellis proponebantur: quæ cum avellerentur, dicebantur *refigi.* Ovid. 'nec verba minantia fixo Ære ligabantur.' Cicero in Philipp. 'Num figentur rursus hæ tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis?' Vide et Turneb. xxv. 30. *Taubmann.*

Fixit, &c.] Græce παραπῆξαι. Inde tabulæ, in quibus edicta, leges, &c. incidebantur, παραπήγματα appellabantur. Vide Salm. Plin. exerc. p. 741. *Emmeness.*

623 *Hic thalamum invasit natæ*] Thyestes, unde Ægysthus natus est, item Cinyras. Nam quod Donatus dicit, nefas est credi, dictum esse de Tullia, *Servius.*

Vetitosque hymenæos] Legibus scilicet. Nam dicendo *vetitos*, ostendit fuisse ut est apud Persas hodie. Unde Donatus male ait, natura et legibus vetitos. *Idem.*

624 *Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti*] Illic sunt et qui fecerunt, et qui conati sunt. Dicit autem secundum Romanum ritum, in quo non tantum exitus punitur, sed et voluntas. *Id.*

625 *Non, mihi si linguæ centum sint, oraque centum, Ferrea vox*] Lucretii versus sublatus de Homero: sed *Æris vox* dixit. *Idem.*

Non mihi] Necessario generalitas injecta est, ne cuncta descripsisse videretur: quoniam fuit impossibile latitudinem tantam plene complecti: vel ne contemptui haberentur pœnæ propositæ ex quotidiana meditatione. Plus quam etiam metus injicitur, cum infinita formido est. *Donatus.*

626 *Ferrea vox*] Hoc κατ' ἐξοχὴν, et proverbialiter. Opp. ἁλιευτ. σιδήρειον νόημα. σιδήρειον νόον. σιδηρείας ὀδύνας. Calaber l. v. σιδήρεον ἦτορ. et l. xii. σιδήρεον κῆρ. Homerus Od. v. et Il. x. σιδήρεος θυμός. et Il. xxiii. σιδήρεον μένος. Vocantur his ferrea, cogitatio, mens, dolores, cor, fatum, animus, robur. Æschylus in Prometh. flexu isto dixit: σιδηρόφρων τε κἀκ πέτρας εἰργασμένος: *Animo ferreo, atque ex petris compactus.* Ab hac forma non abit alia, qua ἀντὶ τοῦ σιδήρου infertur χαλκός. ita Homer. Il. ii. χάλκεον ἦτορ. et Pind. Od. vi. Nem. χάλκεος οὐρανός: *cor, cœlum æreum:* et vocibus compositis, sic Homer. Il. i. χαλκοβατὲς δῶ: *domus nixa æreis fundamentis.* et Pind. Isthm. vii. Χαλκόπεδον θεῶν ἕδραν: *Sedem deorum, cui æreum pavimentum.* Latini utrique formæ hæserunt. Ovid. in Phæd. 'Scribe, dabit victas ferreus ille manus.' Lucretius quoque æream vocem dixit. Omitto infinitos, nam [illegible]

occurrent. *Cerda.*

comprendere formas] Ut, forma viros fortunave mer-us.

dis] In antiquis pene om-is non invenuste: in non-pa. Pierius.

grava sacerdos] Euripid. πο-ηφόρος. *Taubmann.*

ler munus] Hoc est ramum n supra ait, 'Hoc sibi pul-ferri Proserpina munus *Servius.*

opum educta caminis] Hoc . Ita enim cujuslibet rei nem significant: adeo ut divorum muros ab ipsis di-erfectos. *Idem.*

educta caminis] Intelligit, at ferrea esse, id est, in-supra, vs. 554. 'stat ferrea uras.' Sed et turres inven-Cyclopum, testatur Aristo-Turneb. xxviii. 46. *Taub-*

*nus, ait. Cyclopum educta ca-*teribo, quod in aliquot an-nplaribus, *hac celeremus* le-l viam alteram, qua pro-a esset, indicarit Sibylla. fuit dissimulandum, quod ur *educta.* Nam codices ali-*ta,* hoc est, circumducta, aliquot absque præpositiva ne *ducta* tantum: ut alibi, ere muros:' et apud Li-urum duxit.' Sunt tamen *ta* satisfaciat magis utpote , et quod *caminis* de loco . *Pierius.*

ices] Arcu. Cicero, 'Vidit ornicem Fabianum.' *Serv.* Ea enim est camera, in ar-. *Donatus.*

ornice] Vulgata aliquot ex-*fornice.* Sed codices omnes otquot habui, *adverso for-ne* præpositione interjecta *ierius.*

ubi] Antiqui nonnulli co-dices, *hic ubi* legunt. Sed *hæc dona* magis omnino placet. *Idem.*

634 *Corripiunt spatium*] Raptim per-agunt. *Servius.*

Corripiunt spatium] Id est, raptim carpunt et peragunt. Turn. ix. 27. *Taubmann.*

635 *Occupat Æneas aditum*] Ingre-ditur: sicut supra diximus. *Servius.*

Recenti] Semper fluenti. Dixit hoc propter paludem Stygem. *Idem.*

636 *Spargit aqua*] Purgat se. Nam inquinatus fuerat, vel aspectu Tartari, vel auditu scelerum atque pœnarum: et *spargit,* quasi se inferis purgat. *Idem.*

Ramumque adverso in limine figit] De munere hoc, quo gaudebat Pro-serpina, jam supra. Fortassis hac mente scriptum est a Propertio el. ii. 13. 'Sat mea, sat magna est, si tres sint, pompa, libelli, Quos ego Perse-phonæ maxima dona feram.' Ut dicat hos libellos pro ramo sibi futuros, quos offerat Proserpinæ. *Cerda.*

638 *Devenere locos lætos*] Ut metu pœnarum malos deterruit, ita bonos spe felicitatis ad virtutes hortatur. Primo ergo regionum bona prose-quitur: deinde, quæ ex his locis ca-piantur commoda, et qui sint ii, qui hujuscemodi bonis perfruantur. *Donatus.*

Devenere locos lætos] Vir quidam non indoctus, qui nuper et Virgilium scholiis illustravit, ubicunque apud hunc auctorem se offert hoc verbum *devenire* cum accusativo (sæpius au-tem occurrit) *advenire* legendum con-tendit, quod *devenire locos, et spelun-cam,* sine præpositione ipsi durius-culum videatur, cum et simplici ver-bo Poëta accusandi casum subjunx-erit non semel: 'sitientes ibimus Afros:' et, 'rapidum Cretæ veniemus Oaxem:' et, 'fines venturum Ausonios:' et, 'delato Ortygiam dicturus Apollo:' ut et Sophocl. ἐπεὶ γὰρ ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον· et Hom. τόδε τέτρατον ἵκετο τέκμωρ Αἰγᾶς· et Eurip. in Bacch.

ἥξει δὲ βάκχας, οὓ θανὼν δώσει δίκην et idem, στεῖχε νῦν ὦ παῖ τὸν ἀριστεῖον et, μόλῃ δῶμα τολμῶν et, βαρβάρους ἀφίξομαι. *Germanus.*

Amœna vireta] Virentia: et est satis usurpatum. *Amœna* autem, quæ solum amorem præstant: vel, ut supra diximus, quasi *amunia*, hoc est, sine fructu, ut Varro et Carminius docent. Alludit autem ad insulas fortunatas. Nam et sequenti hoc indicat versu. *Servius.*

Vireta] In antiquis exemplaribus, *virecta* per *ct*, et a viridi actu *virectum* dictionem esse Grammatici tradunt. *Pierius.*

639 *Fortunatorum nemorum, &c.*] De Campo Elysio, qui et Paradisus vocatur, multi multa et admiranda tradidere. Et scribit Tertullianus, item Euseb. et Irenæus, quæ de Inferis, vita æterna, et Paradiso commentati sunt Socrates, Plato, aliique, pleraque hausta e libris Propheticis et gente Judaica ad suum sensum depravasse. Fortunatarum tamen Insularum descriptio et situs videatur apud Muret. v. 1. Variar. Lect. *Taubmann.*

640 *Largior hic campos æther et lumine vestit Purpureo*] Non nostro largior, sed quam est in cætera Inferorum parte. Aut revera *largior*, si Lunarem intelligis circulum. Nam, ut supra diximus, campi Elysii aut apud Inferos sunt, aut in insulis fortunatis, aut in Lunari circulo. Lucanus, 'Illic postquam se lumine vivo Induit.' *Servius.*

Largior] Hic ostendit nihil deesse ex iis, quæ sunt apud superos, adeo ut fortunati et beati appellari meruerint. *Donatus.*

Largior hic campos æther et lumine vestit Purpureo] In codicibus aliquot antiquis legere est, *largior hic campus:* inde altero membro, *æther et lumine vestit Purpureo.* In quibusdam aliis, *largior hic aër campos:* quod veriti sunt ponere *Æthera* apud inferos, quum tamen et 'Solem suum, et sua sidera norint.' Sed vulgata lectio, quæ est *largior hic campos æther,* magis placet. *Pierius.*

Æther] Putant quidam, Poëtam Anaxagoræ sententiam, de quo Metaph. I. Aristot. secutum, accepisse *ætherem* pro igne mundum ambiente et complente, suffragante illo, 'et lumine vestit Purpureo.' Alii tamen malunt pro *aëre* accipere, ex illo 887. 'Aëris in campis latis:' ut *lumen* hic *purpureum* referatur ad splendorem Solis et illustrationem Elysii: vel accipiatur, ut Æn. I. 'lumenque juventæ Purpureum.' Et quidem *purpureum* pro pulchro dici, ob coloris istius præstantiam, notat etiam Turneb. XXVIII. 46. Ita Horat. od. IV. I. 'Purpureos olores' dixit; Albinovanus 'nivem purpuream.' *Taubmann.*

Lumine vestit] Sic Apuleius lib. de Mundo: 'Sinceriore interdum luce vestitur:' ita emendat Colvius: vulgo legitur, *vescitur.* Defendi potest. Sic enim dici quit *vescitur luce,* ut a Virgilio, 'vescitur aura.' Redeo: Cicero in Phæn. 'Quam cum perpetuo vestivit lumine Titan.' De lumine Elysiorum signate scribit Plutarchus de sera vindicta: ubi ait, beatos, τῷ φωτὶ διαφέρεσθαι ὥσπερ ἐν γαλήνῃ: *vagari in lumine tanquam in tranquillitate.* De hoc lumine Elysiorum multa Plato in Phædone. *Cerda.*

Lumine vestit] Ita Lucret. l. II. 'Quam subito soleat Sol ortus tempore tali Convestire sua perfundens omnia luce.' Arnob. l. I. 'Siderum Sol princeps, cujus omnia luce vestiuntur, atque animantur.' Tertullianus: 'Æqualitas circumfusi aëris pari luce vestiens angulos.' Tale quid forte Prudent. in Symmach. 'Unde seges late crinitis fluctuet agris, Densius et gravidis se vestiat æquor aristis.' Sic et Græci ἱμάτια πόλεως murum dicunt. *Taubmann.*

641 *Purpureo*] Dat hunc colorem

ler. Arg. I. de face eri-
uaque innoxia fudit Pur-
irgilius ipse Æn. I. 'lu-
atæ Purpureum.' Hoc
lei dat Catullus de Nupt.
reaque procul nantes a
it.' Ovidius et Seneca,
ab luce qua dies splen-
at. III. 'Purpureum ra-
hit axe diem.' Hic in
quaque purpureus dies
lara spectat Oceanum
e abit illud Petronii in
ica purpureo genuit me
Candidus accenso qua
es.' *Cerda.*
um] Sibi congruum: ut,
opor suus occupat artus.'

is *gramineis*] Ostendit
l serenitate in voluptati-
vivant. *Donatus.*
Luctationibus. Græce
us.
Palæstra multa significat,
, imo proprie, locum ex-
rporibus idoneum. Sic
natem describens, palæ-
nat: et Terentius in
cum a sua palæstra exit
loco etiam capiendus
echid. 'ante solem ori-
in palæstram veneras.'
aliqui in Virgilio expli-
ris, *id est, luctis.* Nam
intus dicto loco statim
idos, luctam quoque no-
lo auctoritatem Turnebi,
lis, explicantium hic non
locum luctæ. Ille XVIII.
nn. I. 9. Scio, a Pol-
Budæo (qui a Polluce ac-
stram, generale esse no-
παλαιστραί, id est, *lucta-*
cent quoque δρομεῖς, πύκ-
ιους, ἁλτικοὺς, id est, *cur-*
s, *jaculantes disco, conten-*
Sed hic tantum abest,
apiam, ut neque pro ipsa
pro loco, ut dixi, luctæ.

In voce *gramineis*, respicit morem, quo, ut plurimum, veteres exercebant luctas in locis gramine consitis, ut victi inde gramen evellerent, victorique præberent, quod insigne, gloriosum. Tamen hic *gramineis* explicari simpliciter potest, id est, herbosis. *Cerda.*

Palæstris] *Palæstras* hic luctas accipiunt, a quibus dissentit Turn. XXVIII. 46. aitque 'gramineas palæstras,' loca esse herbosa, vacua, in quibus se exercebant ludo et lucta. Idem censet Marc. Donatus Dilucid. l. I. *Taubmannus.*

Palæstris] Ædificii genus apud Græcos, cujus ædificationem et porticuum rationem tradit Vitruvius V. 11. in quibus Athletæ, pugiles, &c. se exercebant. De vocis origine Mercurial. de Art. Gymn. II. 8. de varia significatione idem I. 9. Videndus etiam Panvinius de Lud. Circens. l. I. Per *æ* scribendum contendit ex Græca etymologia Dausquius. Varia hic studia enarrat, nam iisdem mortui delectantur, quibus vivi. Inde Ovid. Metam. l. IV. 'Parsque forum celebrant, pars ima tecta tyranni: Pars alias artes antiquæ imitamina vitæ.' Idem noster vs. 653. et seqq. *Emmeness.*

643 *Contendunt ludo*] Non odio. *Servius.*

644 *Choreas*] *Re* corripuit propter metrum. Alibi ait secundum naturam: ut, 'Juvat indulgere choreis.' Ergo aut Systolen fecit, aut Antithesin *i* pro *e* ponens. Nam Græcum est nomen. *Idem.*

Plaudunt choreas] Ductum ab illo Od. Θ. πέπληγον δὲ χορὸν θεῖον ποσίν· ubi χορὸς pro loco destinato choreis: ut superius eodem lib. λείηναν δὲ χορὸν, καλὸν δ' εὔρυναν ἀγῶνα. Fortasse etiam pro *choro*, et loco tripudiis dicato, *choreas* hic accipit Maro. *Germanus.*

Plaudunt choreas] Non tantum accusativum cognatum, sed et alios re-

cipit. Stat. silv. l. I. 'aquas plaudere natatu.' Plura dabit exempla Sanct. Minerva p. 180. *Emmeness.*

645 *Nec non Threïcius longa cum veste sacerdos*] Orpheus Calliopes Musæ et Œagri fluminis filius fuit, qui primus Orgia instituit: primus etiam deprehendit harmoniam, id est, circulorum mundanorum sonum, quos novem esse novimus: e quibus summus, quem ἄναστρον dicunt, sono caret; item ultimus, qui terrenus est. Reliqui septem sunt, quorum sonum deprehendit Orpheus; unde utique septem fingitur chordis. *Longam* autem *vestem*, aut citharœdi habitum dicit, aut longam barbam; nam a contrario imberbes, *investes* vocamus. *Servius.*

Nec non Threïcius] Ostendit citharam, inter honestas enumerari artes. Est enim musica. *Donatus.*

Sacerdos] Quia et Theologus fuit, et Orgia primus instituit. Ipse etiam homines de feris et duris composuit. Unde dicitur arbores et saxa movisse, ut Deus. *Servius.*

Threïcius l. cum v. sacerdos] *Orpheus* Thracius Calliopes Musæ F. qui hic *sacerdos* dicitur, quia primus ex Ægypto arcana ceremoniarum transtulit, et orgia instituit: unde et Horatio vocatur 'sacer interpresque deorum.' Longo autem syrmate, hoc est, veste fluxa et prolixa humumque verrente, tibicines fidicinesque usos esse, vel ex Horatio notum, in Arte: 'traxitque vagus per pulpita vestem:' item e 4. ad Herenn. Talis et illa notatur apud Tibull. III. 4. 'Ima videbatur talis illudere palla.' De quo et Turneb. XXVIII. 46. et XVIII. 35. Servius *longam vestem* exponit etiam longam barbam: cum *vesticeps* dicatur barbatus; et e contrario *imberbis* etiam *investis.* Taubmann.

Longa cum veste] Habitus musicus fuit olim demissus ad pedes, ideo notanter *longa veste.* Apulejus Florid. II. 'Eique prorsus citharœdicus status, Deam conspiciens canenti similes, tunicam picturis variegatam deorsum ad pedes dejectus ipsos,' &c. Vide uti locum istum legat Lipsius Elect. II. 21. Redeo. Inde Horatius ad Pisones, 'traxitque vagus per pulpita vestem.' et Martialis l. IV. 'Musa nec insano syrmate nostra tumet.' Callistratus de statua ipsissimet Orphei, χιτὼν δὲ ἐξ ὤμων ἀνηγμένος εἰς πόδας: *tunica ab humeris deducta ad pedes.* Huc spectant Tibullus et Propertius, qui in descriptionibus Phœbi patris musicæ, illi hunc habitum assignant. Ait ille el. III. 4. 'Ima videbatur talis illudere palla.' Hic el. II. 31. 'Pythius in longa carmina veste sonat.' Utrique adjungo Valerium Arg. l. I. qui ministrum Phœbi pari habitu ornat, ita inquiens: 'Hic vates, Phœbique fides non vana patentis Mopsus, puniceo cui circumfusa cothurno Palla imos ferit alba pedes.' et Ovidium Fast. VI. 'et ut hunc tibicina cœtum Augeat, in longis vestibus ire jubet.' *Cerda.*

646 *Obloquitur numeris*] Dicendo *obloquitur*, chordarum expressit laudem, quas dicit verbis loquutas. *Obloqui* enim non est, nisi contra loquentem loqui. *Servius.*

Obloquitur numeris septem] Nimirum ἀπὸ τῶν ἑπταχόρδων ἁρμονιῶν et Epigr. Græco de Thebis, σῆς χερὸς ἀμφίων ἄπονος χάρις, ἑπτάπυλον γὰρ Πάτρην ἑπταμίτῳ τείχισας ἐν κιθάρῃ. Eurip. quoque in Alcest. et Iphig. ἑπτάτονον χέλυν vocat: et Pind. in Pyth. Od. 2. φορμίγγα ἑπτάκτυπον, et in Nem. ἑπτάγλωσσον. Callimachus autem in Deli hymno est auctor, Apollinem numero septenario chordas citharæ definivisse, quod septies cycni Latonæ in nixu accinuissent, ἔνθεν ὁ παῖς τόσσας δὲ λύρῃ ἐνεδήσατο χορδὰς Ὕστερον, ὁσσάκι κύκνοι ἐπ' ὠδίνεσσιν ἄεισαν. Fulgentius tamen hunc Maronis locum ad septem Musicæ genera mavult referre, Diastemata, Systemata, Phthongos, Tonos, Meta-

[al]lopeeïas. *Obloquitur* autem videtur dictum, ut a Græcis ;εῖν, et ἀντιφωνεῖν. Plato de de citharœdis, ἀποδιδόντας ἰς τὰ φθέγματα τοῖς φθέγμασι. us.

[...]*itur*] Explicui non de ipso ;, sed de loquente cithara. ;retius l. IV. 'Et citharæ li- carmen, chordasque loquen- i quis capiat de Orpheo pul- ariter et canente, firmabit am suam Tibulliano illo: ostquam digiti fuerant cum ;uti:' et illo Propertiano III. nina nervis aptat.' In quibus itur aut assa voce, aut assa d voce pariter et lyra ad eum quo pastores Virgiliani: 'Tu inflare leves, ego dicere ver- *erda.*

[...]itur] Laus chordarum, quæ iare, sed verbis quasi loqui tur. Græci habent suum ἀν- ν et ἀντιφωνεῖν. Alii, *Oblo- uneris*, interpretantur, *Cecinit ae rhythmis:* ut et fides incre- ;t simul voce cecinisse intelli- Sed vide et Turneb. XXVIII. *ubmann.*

ris] Rhythmis, sonis: ut, os memini, si verba tenerem.'

n discrimina] Quia omnes chor- militer sonant. *Idem.*

n discrimina vocum] Ita et Eu- ττάτονον χέλυν vocat: et Pin- ϕόρμιγγα ἑπτάκτυπον, item ἑπτά- '. Sed et Eustath. ἑπταχόρδου uminit. De Orphei lyra sive ; et cur septem chordas ha- a multis curiosissime disputa- s vide mihi Turneb. XIX. 30. *Taubmann.*

[...]amque eadem dig. &c.] Id est, uit et foris. Manus enim si- irpit chordas digitis, quod *in- re est:* tacita quadam musica s audita, sed artifici tantum ta, At manus dextra pectine chordas pulsat, *canitque foris*, id est, canit, quod etiam alii audiant: nec enim tacita est ejus, ut sinistra mu- sica; sed canora. Turn. XIV. 4. et XXVIII. 46. *Idem.*

Jam pectine pulsat eburno] *Jam*, nunc. Hoc autem *pecten* declinatur ut lien, carmen. *Servius.*

Pectine] Notat Nascimb. tempore Julii III. Romæ statuam Orphei mar- moream erutam esse, quæ sinistra ci- tharam, dextra pectinem tenuerit; inde censet, ubi pecten in hac re a Poëtis ponatur, revera pectinem in- telligi, non plectrum. *Taubmann.*

648 *Hic genus antiquum*] Quod non omnes viros fortes in Elysio visos esse commemorat, hæc ratio est: quia isti divinos meruerant honores; quod Tydeo, vel his, quos supra me- moravit, non contigit. Nam ideo *antiquum* addidit, quasi et illis Elysii non contigerint campi, si eis anno- rum non derogasset vetustas. *Serv.*

Hic genus] Videtur mihi hic versus factus cum oppositione ad illum, ubi nocentium catalogus, 'Hic genus an- tiquum terræ Titania pubes:' ut pari modulo incipiat catalogus felicium. *Cerda.*

649 *Magnanimi heroës*] Catull. 'o nimis optato sæclorum tempore nati Heroës salvete Deum genus.' *Ger- manus.*

Heroës] 'Ημίθεοι ἄνδρες apud Schol. Homeri ad Iliad. A. 4. de Heroibus Feith. ant. Homer. I. 1. *Emmeness.*

Nati melioribus annis] Plerumque enim virtus decoloratur temporis in- felicitate. Cicero, 'Ut illa laus tem- porum, non hominum fuisse videa- tur.' *Servius.*

Nati melioribus annis] Aut felicio- ribus quam ii erant, in quos calami- tas belli Trojani incidit: aut, quibus majori in honore virtus erat, quæ plerumque decoloratur temporis in- felicitate. Cicero: 'Ut illa laus tem- porum, non hominum fuisse videatur.' Catullus: 'O nimis optato sæclorum

tempore nati Heroës!' *Taubmann.*

650 *Ilusque, Assaracusque*] Trojani reges fuerunt. *Servius.*

Trojæ Dardanus auctor] Hunc in septimo inter Deos dicit relatum: ut, 'Et numerum divorum altaribus auget.' Sed, ut diximus supra, Homerum sequitur, qui inducit simulacrum Herculis apud Inferos visum. *Idem.*

651 *Miratur*] In antiquis sane omnibus codicibus, Longobardico excepto, *miratur* est singulari numero: ut de Ænea tantum id dicatur. Quid enim Sibylla miraretur, quæ sibi alias innotuerant? Sunt tamen, in quibus *mirantur* legas. *Pierius.*

652 *Stant terræ*] Antiqui plerique codices, *stant terra defixæ*, legunt, ablativo casu, pro *terræ*. Utrumque enim dicitur eleganter. *Idem.*

Defixæ hastæ] Subaudis *Inanes.* Item, 'equos inanes.' *Servius.*

Terra defixæ hastæ] Notat Turnebus Poëtam morem antiquorum respexisse, qui hastæ posteriorem partem etiam præpilabant ad defigendum humi, quam οὐριαχὸν Græci, στύρακα, et σαυρωτῆρα appellabant. Hom. ἔγχεα δέ σφιν Ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος. σαυρωτῆρι autem ἐπιδορατὶς opponitur, utpote cuspis, et pars hastæ prior. *Germanus.*

653 *Per campum*] In antiquis aliquot exemplaribus, *campum* legitur unitatis numero: sed non displicet *campos* pluraliter, ad amplitudinem indicandam. *Pierius.*

Quæ gratia currum] Detraxit unum *u* licentia, qua Latinitas Græcos secuta genitivo plurali syllabam aut addit aut detrahit. Hoc loco detraxit: sicut 'Arma virum.' Contra addidit, 'Alituum pecudumque genus,' pro *alitum*, sicut Græci μουσάων ἑλικωνιάδων. *Servius.*

Curruum] Sunt antiqui codices, Mediceus et alii, in quibus *curruum* integra dictione scriptum habeatur. Prisciano placet syncopam fieri: neque tamen negat *uu* duplex scribi posse, ut fiat synalœpha cum subsequente versu. *Currum* tamen reperias. *Pierius.*

654 *Nitentis*] Pingues; ab eo quod sequitur, id quod præcedit, intelligis. Per omnia autem, quæ dicturus est, intelligendum hoc, 'Quæ gratia fuit vivis, eadem sequitur tellure repostos.' *Servius.*

655 *Eadem seq. tellure repostos*] Anacreon contra, ὁ θανὼν οὐκ ἐπιθυμεῖ. *Germanus.*

Eadem sequitur, &c.] De his ex disciplina Platonica sumptis videatur Cælius x. 9. et Macrob. I. 9. in Somn. Scip. *Taubmann.*

657 *Vescentis*] Omnia in unum læta convenerant: honestorum personæ: cœtus justorum: apparatus epularum: lætitia, cantus: locus herbescente viriditate hilaris et odore lauri jucundus, nemorosus, atque undarum perennium copia semper apricus. *Idem.*

Pæana canentis] Proprie Apollinis laudes, quod nunc congruit propter lauri nemus: abusive omnium deorum. Sic *Orgia* proprie Liberi: abusive, omnium Deorum sacra. *Serv.*

658 *Odoratum*] Pro *odorum*: ut diximus supra. *Idem.*

Inter odoratum lauri nemus] Ita etiam de his locis Tibullus I. 3. 'Floret odoratis terra benigna rosis.' Virgilius infra inducit, 'Riparumque toros, et prata recentia.' Plutarchus de sera vindicta constituit partem istam, ὕλῃ καὶ χλωρότητι, καὶ χλόαις ἀνθέων ἁπάσαις διαπεποικιλμένον: *Silva, viriditate et omnigenis floribus ornatam.* Additque: ἐξέπνει δὲ μαλακὴν, καὶ πραεῖαν αὔραν, ὀσμὰς ἀναφέρουσαν ἡδονῆς θαυμασίας: *exhalabat autem lenem auram et mollem, quæ odorem exhibebat suavitatis maximæ.* Pergit pluribus Plutarchus. In opere etiam de orbe Lunæ adumbrans partem istam beatorum, ait: καὶ τὴν νῆσον εὐωδίᾳ κατέχεσθαι πᾶσαν: *totam insulam occu-*

[illegible]

[illegible] . Unde ad superos plurimas [illegible] annis volvitur per [illegible], id est, populos. Fa[illegible] hæc est : Eridanus Solis [illegible] : hic a patre impetratum agitare non potuit, et cum [illegible] mundus arderet, fulmina[illegible] fluvium cecidit : et tunc [illegible]doris sui, Phaëthon appella[illegible] et pristinum nomen fluvio [illegible]Unde mixta hæc duo nomina [illegible] filium et fluvium inveni[illegible]ostea ejus sorores flendo in [illegible]versæ sunt : ut in decimo, [illegible] inter frondes umbramque [illegible] ' Et hoc Virgilius : nam alii

[illegible]

His [illegible] Locum communem [illegible] plures congesserunt. Erasmus [illegible] Rittershusius in Oppianum, et in Homerum Spondanus, Brassicanus lib. [illegible] et cap. 5. Auctor. [illegible] Pierius in Hieroglyp. Andreas [illegible], interpretes aliqui hic in Virgilium. Ideo abstineo, res enim ista facile parabilis. Non omittam tamen verba Tullii, qui cadentes pro patria in Elysio constituit, ut hic Virgilius. Loquens de legione Martia, quæ cecidit dimicans contra Antonium, ait : ' Vos vero, qui extremum spiritum effudistis, piorum estis sedem et locum consecuti.' Reliquorum exemplis adjice, quæ de

Chæremone narrat Agathias lib. II. *Cerda.*

661 *Sacerdotes casti, dum vita manebat*] Quasi quis castus posset esse post mortem: sed aliud dicit; id est, qui fuerunt casti dum in communione vitæ versarentur. Nam hi qui sacra maxima accipiebant, renuntiabant omnibus rebus: nec ulla in his nisi numinum cura remanebat. Herbis etiam quibusdam emasculabantur: unde jam coire nec poterant. Dicit ergo eos sacerdotes, qui casti fuerunt etiam ante sacra suscepta. *Servius.*

662 *Pii vates*] Vaticinantes, non mendaces. *Idem.*

Phœbo digna locuti] Aut veridici, qui talia loquebantur, qualia decebant Apollinem. Multi enim mentiebantur: ut in Lucano Phœbas, ad quam Appius Claudius, 'Et nobis dabis, improba, pœnas, Et superis quos fingis, ait.' *Idem.*

663 *Inventas aut qui vitam excoluere per artis*] Qui erudierunt et ornaverunt vitam per inventa artificia. Significat autem Philosophos, qui aliquid excogitaverunt, unde vita coleretur. *Idem.*

Inventas aut qui vit. exc. per artis] Ἀλφηστὰς ἄνδρας Hesiodi innuere videtur, τουτέστι, ἐφευρετὰς καὶ ἐπινοητικούς. Nimirum Orpheus in hym. Palladem εὑρεσίτεχνον vocat. Aristot. lib. Polit. B. memorat hanc inter alias leges Hippodami legislatoris, ut præmia inventoribus decernerentur: ἐτίθει δὲ νόμον περὶ τῶν εὑρισκόντων τὶ τῇ πόλει συμφέρον, ὅπως τυγχάνωσι τιμῆς. Videntur hæc autem ex Platonis fere desumpta symposio. φρόνησίν τε καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, ὧν δή εἰσι καὶ οἱ πάντες ποιηταὶ γεννήτορες, καὶ τῶν δημιουργῶν ὅσοι λέγονται εὑρετικοὶ εἶναι. *Germanus.*

664 *Quique sui memores alios fecere merendo*] Et quia aliquos sui memores fecere præstando: ut, 'Nunquam, regina, negabo Promeritam,' id est, præstitisse. Terentius, 'Ego, Charine, neutiquam officium liberi esse hominis puto: cum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.' *Serv.*

Alios] Non placet quod in exemplaribus plerisque veteribus *aliquos* legitur. Plus enim est *alios* dicere. *Pierius.*

Memores fecere merendo] Prop. el. IV. 'Sim digna merendo, Cujus honoratis ossa vehantur aquis.' *Germ.*

Quique sui memores alios fecere merendo] Vide ut locum istum tractet, explicet, expendat S. Augustin. Virgilium admiratus l. XXI. de Civit. cap. ultim. ubi versum istum comparat cum doctrina Euangelica. *Cerda.*

Quique sui memores, &c.] Horum virtutes enarrat Macrob. in somn. Scip. I. 8. *Emmeness.*

665 *Omnibus his nivea cinguntur tempora vitta*] Per quod eos ostendit meruisse divinos honores: ut diximus supra. *Servius.*

Omnibus his] Omnia commoda consequuntur honestatis cultores; locum, sidera, lucem, prata, nemora, cibos, delicias, studia artium, ut non privati vita, sed ad aliud vivendi genus transisse videantur. *Donatus.*

667 *Musæum ante omnis*] Theologus fuit iste post Orpheum: et sunt variæ de hoc opiniones. Nam eum alii Lunæ filium, alii Orphei volunt, cujus eum constat fuisse discipulum. Nam ad ipsum primum carmen scripsit, quod appellatur 'Cratera.' *Serv.*

Medium nam plurima turba Hunc habet] Locus huic similis est apud Aristidem in oratione funebri Alexandri Poëtæ præceptoris sui, ubi ait, hunc in Inferno circumdari ab choris Poëtarum et historicorum, conantium enixe, ut ad se Alexander divertat. ποιητῶν χοροὺς ἵστασθαι περὶ ἐκεῖνον. Qui attente legerit Aristidem, inveniet Græcum hunc multis in rebus Virgilio hæsisse. *Cerda.*

668 *Humeris extantem suspicit altis*] Quasi Philosophum, ac si diceret Platonem. Alludit enim poëta. Nam *Plato* ab humerorum dictus est latitudine. Athleta enim fuit, qui post

ctoriam, se philosophiæ
n.

extenten] Hanc exsupe-
r. ... et ...
vius, Nascimb. aliique pu-
s ad Platonem, unde sua
hauserit Poëta. Certe
um latitudinem dictus est
se ob corporis illud robur
leta fuit, deinde se Philo-
idit. Mirantur autem mul-
onem honorifice Musæi
de Homero siluisse: ac
lem nonnullam ei livoris
m labem adspergunt, &c.
neb. XVIII. 46. *Taub.*

s] Utpote quæ post de-
m, talia loca ac delicias
e. *Donatus.*

Hinc vates] Quia theologus
endum hoc loco Sibyllam
ine derelictam: unde et
quod alias non faceret.

regio Anchisen, quis habet
et generalitatem requirit
quo possit facilius inve-
locus in regione est. *Id.*

] Propter illum, vel causa
autem conjunctio fuit;
entus mutationem in ad-
asit: et est sola particu-
et in fine circumflexum.
putant nomen esse inde
t dicunt positum esse pro
ss autem nomen est quod
ratione) qui casus decli-
et. *Servius.*

o] Lucret. l. III. 'Inter-
a statuarum et nominis
manus.

nos amnis] Aut magna
t quia novem sunt, quæ
erat commemorare per
rvius.

certa domus] Id est, habi-
animæ tandiu certam ha-
lia in corporibus sunt:
solutionem vagantur pro
in circulis. *Idem.*

Nulli certa domus] Totum hunc lo-
cum laudat Scal. Poët. v. 16. Hic
autem innuitur, animam a corpore
secretam nullius loci spacio includi;
sed pro vitæ merito in circulis va-
gari. *Taubmann.*

Lucis habitamus opacis] Varia dicit,
quæ pro vitæ varietate contingunt.
In his autem locis Heroum animæ
coluntur. *Servius.*

674 *Recentia rivis*] Virentia: rivo-
rum scilicet caussa. *Idem.*

Rivis] In Romano codice, *silvis* pro
rivis legitur. Sed enim *Rivi* in
caussa sunt, cur prata sint recentia.
Pierius.

Prata recentia rivis] Virentia, rivo-
rum caussa: ita Hor. Od. III. 4. 'fron-
dem novam' pro virenti dixit. Alii *sil-
vis* legunt. *Taubmann.*

675 *Voluntas*] In codicibus aliquot
antiquis, *voluptas* habetur. Errore, ut
puto; quia alibi simili indiligentia *vo-
luptant*, pro *volutant* scriptum animad-
verti. *Pierius.*

Si fert ita corde voluntas] Lucret. III.
'Si fert ita forte voluntas.' *Germanus.*

676 *Jugum*] Ita enim dividuntur
montes, in radices, latera, juga, ver-
tices, pro locorum qualitate. *Servius.*

Facili jam tramite] In codicibus ali-
quot antiquis, *facili vos tramite* legi-
tur: sed *jam* in antiquioribus habe-
tur. *Pierius.*

678 *Dehinc summa cacumina lin-
quunt*] Non *linquit*. hoc enim dicit:
Æneas et Sibylla, perducti ad sum-
mum, in plana descendunt. *Servius.*

679 *Penitus convalle virenti*] Valde
virenti: ut, 'penitusque sonanteis
Accestis scopulos.' *Idem.*

680 *Inclusas animas*] Non re vera
inclusas: sed multitudine separatas,
quo facilius agnoscerentur. *Inclusas*
autem, aut segregatas: aut secun-
dum ritum antiquum. Multitudinem
enim si numerare non poterant, eam
in locum certum includebant per par-
tes, et ex unius numero quanta esset
videbant. Quod Xerxes de suo fecit

exercitu. *Idem.*

681 *Lustrabat studio recolens*] Circuibat, studiose tractabat. *Idem.*

Lustrabat] Oculis. *Donatus.*

Recolens] Animi intentione. *Idem.*

682 *Carosque nepotes*] Posteros: sicut per nurus fœminas dicunt. *Serv.*

683 *Fataque fortunasque virum, moresque, manusque*] Felicitas enim aut fatalis est, aut fortuita, aut ex virtute descendens. *Idem.*

Fata, fortunas, mores, manus] Propositio est eorum, quæ deinde prosequitur. *Donatus.*

685 *Alacris*] Ipse alacris. Et sciendum antiquos et *alacris* et *alacer*, et *acris* et *acer*, tam de masculino quam de fœminino genere dixisse. Nunc masculino utrunque damus: de fœminino *alacer* et *acer* nunquam dicimus: licet Ennius dixerit: 'Æstatem Autumnus, post acer hiems sit.' Nam inde est 'alacer.' *Servius.*

686 *Genis*] Palpebris. Ennius de dormiente, 'Imprimitque genæ genam.' *Idem.*

Excidit ore] Quasi seni: quod circa Anchisen reservat, ut, 'Tantumque nefas patrio excidit ore.' *Idem.*

687 *Venisti tandem*] Hoc ad effectum pertinet desiderantis. Alias oritur quæstio, quod dicit, 'Sic equidem ducebam animo.' *Idem.*

Venisti tandem] Vide colloquium Ulyssis cum Anticlea matre apud Inferos, Od. Λ. Ut autem *venisti tandem*, sic Od. P. ἦλθες τηλέμαχε γλυκερὸν φάος. *Germanus.*

Spectata] Probata: ut, 'Et rebus spectata juventus.' Hoc autem dicit, Tua pietas mihi semper probata, nunc etiam 'iter durum' vicit, scilicet Inferorum. *Servius.*

Spectata] Legi *exspectata*, et explicui cum oppositione ad illud, 'Sic equidem ducebam animo rebarque futurum, Tempora dinumerans, nec me mea cura fefellit.' Hoc enim exspectantis est. Alii legunt, *spectata*, hac sententia: Probata est mihi tua pietas per labores, ac dura itinera. Ad eum modum, quo Ovidius dixit, 'spectatur in ignibus aurum,' id est, probatur. Quod Græci δοκιμάζεται, διακωδωνίζεται. Lectionem hanc sequitur Passeratius, quem Germanus advocat; et Germ. ipse, prolato in Paralip. vetere codice, in quo est *spectata*. Sequitur Jos. Scal. in Catull. et addit tralationem duci a probationibus operum, quæ dicuntur *spectationes*, ab Agellio, et aliis. Sequitur Servius: nam tametsi in illo semper legatur *exspectata*, sed ejus verba aliud indicant: sunt vero hæc 'exspectata, probata, ut rebus spectata juventus,' &c. Potes hos sequi. Ego in primam inclino, nam ita hic videtur assumi vox ista, ut Æn. II. 'quibus Hector ab oris Exspectate venis?' *Cerda.*

689 *Et notas audire et reddere voces*] Familiariter loqui. *Servius.*

Audire et reddere] Ex Catullo de nupt. Pel. 'Nec missas audire queant, et reddere voces.' Usurpavit quoque Æn. I. *Cerda.*

690 *Rebarque futurum*] Arbitrabar, ratiocinabar esse venturum. Per quod intelligimus fataliter Æneam ad Inferos descendisse. Non enim nisi fatalia deprehenduntur. *Servius.*

691 *Nec me mea cura fefellit*] Nec decepit me dulcissimus filius. Nam vocativus est, *mea cura*, id est, tu: et dictum est sicut, 'Veneris justissima cura.' *Idem.*

Mea cura] Id est, Spes mea: quia spei cura est comes. H. Steph. Servius *mea cura* pro vocandi casu habet, et exponit, 'dulciss. fili.' *Taubmann.*

692 *Quas ego te terras, &c.*] Pietatis magnitudo ostenditur, cum pater ejus ingemit casibus. *Servius.*

Quas ego te terras] Romanus codex, et aliquot alii vetusti, *quas ego per terras* legunt. Mihi prior lectio facit satis: quia etiam si *per* legas, *te* pronomen desideraretur. *Pierius.*

694 *Libyæ tibi regna nocerent*] Aut quia de Junone ait Venus: 'Haud

bit cardine rerum.' Aut, lius, illud dicit: Timui ne regna Carthaginis voluptibus, imperium fatale de-. Servius.

is imago] Severa, terribi-a, 'Et turbida terret ima-

us occurrens] Κατὰ τὸ σιωπώμενον ei dictum intelligi-erte, Egit me tua imago adere limina, quam sæpe uevi. Idem.

] Respicit ad illud v. 'A-ulta Congressus pete, nate, m addit sæpius, intelligen-. Nam semel appa-isse legitur. Cerda.

degit] In codicibus aliquot , legere est adire coëgit. o lectio hæc ex aliqua desumpta est, pedestris lis est. Illud vero tendere e sublimior phrasis et ele-Pierius.

t sale Tyrrheno classes] Af-st filii etiam ea indicare, non interrogatur. Servius. o fletu] Nato ex gaudio.

In antiquis plerisque ri-rali numero est. Sed de um hoc dictum volunt mul-bsurdum dicunt dare lacri-ssæ, in beatorum jam nu-scito. Sed fecit hoc Poëta m mutuæ pietatis expri-Pierius.

conatus ibi col. dar. brach.] Hom. de Eurydice et Creu-antem Eurip. ἀμφιθεῖναι, et δέρῃ χεῖρας. Germanus.

frustra] Sæpius: finitus pro Servius.

rea videt Æneas] Εἱρμὸς est id est, unus sensus proten-ultos versus: in quo tractat is dogmate, quod in Phæ-tum est περὶ ψυχῆς, de quo is strictim, hic latius loquitur. De qua re etiam Varro in primo divinarum plenissime tractavit. Hoc autem continet: Æneas dum per Inferos pergeret, respexit fluvium quendam loci remotioris: ad quem innumera multitudo tendebat animarum. Interrogavit patrem, quis esset fluvius, vel qua ratione ad eum pergerent animæ, Pater ait, Lethæus est: pergunt autem; ut potantes oblivionem patiantur, et incipiant in corpora velle remeare. Stupefactus Æneas interrogat: Dic pater, animæ, quæ per præteritam vitam tot supplicia pertulerunt, possunt habere votum revertendi in corpora? Non est verisimile, liberatas de corporis carcere ad ejus nexum reverti. Suscepta narratione, hæc Anchises exequitur: primo debere fieri, ut redeant, deinde posse, deinde velle: quæ quoniam obscura sunt, aliis sub divisionibus innotescunt. Quid est debere? Cuncta animalia a Deo originem ducunt: quæ quia nasci cernimus, revertuntur sine dubio, unde cuncta procreantur. Deinde posse sic probat: quia immortales sunt animæ, et sunt, quæ possunt reverti. Tertium est, utrum velint: quod dicit fieri per Lethæum fluvium. Et hoc est, quod dicturus est: sed incidentes quæstiones faciunt obscuritatem. Idem.

Valle reducta] Is locus dicitur reductus, qui habet vias non recta continuo tendentes, sed ejusmodi, ut tibi in lustrando redeundum recurrendumque sit. Sic Mæander flexus habet reductos, sic multi horti reductas vias, sic Horatius bis dixit, 'reductam vallem' ad imitationem Nostri, videlicet Od. I. 17. et in Epod. II. Sed de hac re dictum jam et in Georg. et Æn. I. Cerda.

704 Seclusum] In Romano codice, reclusum legitur: sed enim Virgilius hujus dictionis primam libentius corripere solet. Pierius.

Virgulta sonantia silvæ] Quæ est

juxta prærupta fluminis. *Servius.*

Silvis] Servius *silvæ* legit: et Romanus illi codex adstipulatur. Reliqui etiam variant. Advertendum autem, *silvæ* apud Servium accipi genitivo casu. In Mediceo *silvis* habetur. *Pierius.*

705 *Domos placidas*] Campos Elysios. *Servius.*

Prænatat] Præterfluit, et contrarie dictum est. Nam non natant aquæ, sed nos in ipsis natamus. Ennium igitur secutus est, qui ait, 'Fluctusque natantes.' Sane de hoc fluvio quæritur a prudentioribus, utrum de illis novem sit, qui ambiunt Inferos, an præter novem: et datur intelligi, quod ab illis novem, qui ambiunt Inferos separatus est. Namque volunt, eum esse imaginem senectutis: nam animæ nostræ vigent et alacres sunt, et plenæ memoria a pueritia usque ad virentem senectam; postea, in nimia senectute, omnis memoria labitur, qua lapsa, mors intervenit, et animæ in aliud corpus revertuntur. Unde fingunt poëtæ animas, Lethæo hausto, in corpus redire. Ergo *Lethæus* est oblivio, morti semper vicina. *Idem.*

706 *Hunc circum*] Signate, non, *circa:* quia hic non solum proximitas indicatur. Ita statim, *circum lilia:* ut notet, animas et apes in globum commeantes ad flumen, ad flores: ita etiam Georg. I. de Zonis, 'Hanc circum extremæ dextra lævaque trahuntur:' ut notet, non proximitatem, sed vertiginem. *Cerda.*

Gentes populique] Innumerarum gentium et populorum animæ. *Servius.*

Innumeræ gentes] Ut ille ἔθνη ἀνάριθμα. *Germanus.*

707 *Ac velut, &c.*] Illustrabitur hic locus illis, quæ dixi Æn. I. ad illud: 'Qualis apes æstate nova per florea rura, Exercet sub sole labor.' Cur dicat *æstate*, satis illustratum, imo explicatum Ge. IV. ubi quæsivi, quo tempore apes se dent ad laborem suum. Cur *serena*, ibi quoque: nam apes non se credunt cœlo nubilo. *Cerda.*

708 *Floribus insidunt*] *Insido illi rei:* ut, 'Insidat quantus miseræ Deus.' *Insisto* autem *illam rem*, ut, 'Nulli fas casto sceleratum insistere limen.' *Servius.*

Circum Lilia funduntur] Hoc est, circumfunduntur; *Lilia* autem pro quibuslibet floribus, speciem pro genere posuit. *Idem.*

Candida Lilia] Arripuit a Nostro Propertius I. 20. De variis liliorum generibus non solum candidorum, lege Plinium, qui docet, qua arte ex candidis fiant purpurea. *Cerda.*

711 *Flumina porro*] Longe remota: et est Græcum adverbium. Bene autem Æneam longe a Lethæo facit: quia adhuc juvenis est. *Servius.*

712 *Quive complerint*] In vetustis quibusdam exemplaribus legere est, *quidve*, hoc est, quorsum, quanam de caussa; sed non ita placet. In aliquot aliis *quique viri* habetur: quod rectius mihi succedere videtur, *Quæ flumina, Quique viri.* Est et *compleruntt* finitivo modo in bona codicum antiqnorum parte. In aliquot, ut in Mediceo, *complerent* per *e.* Nusquam vero *complerint* per i legi. *Pierius.*

Agmine ripas] Cursu, impetu: per quod ostendit cito iri ad senectam: quia tota celeritate usus labitur vita. *Servius.*

713 *Tum pater Anchises*] Interrogat Æneas quis fluvius sit, et quare animæ illum petant. Ad utrunque breviter respondet, Esse animas, quæ in alia corpora reverti volunt, et fluvium esse Lethæum. *Donatus.*

Animæ, quibus altera fato Corpora debentur] Sciendum, non omnes animas ad corpora reverti. Aliquæ enim propter vitæ merita non redeunt; aliquæ redeunt propter malam vitam; aliquæ propter fati necessitatem. *Servius.*

714 *Lethæi ad fluminis undam, &c.*] Si

rma est, et summi spiritus ratione in corpore non to- nec est tantæ prudentiæ 'ivacitatis, ut omnia possit quia, cum cœperit in cor- ıdere, potat stultitiam et : unde non potest implere is sui, post naturæ suæ ob- Obliviscitur autem, secun- ns; præteritorum, secun- sophos, futuri: unde me- t dicendo *Oblivia*. Idem.

ad fluminis undam] Hinc, eto argumento, aut certe te, Romæ Erycis fanum a figura et figmento Amor bat, ut eodem gestu facem ergere, et latices Lethæos videretur, tali emblemate tus, quod ægras ab amore mare crederetur: cujus me- l. l. II. De remed. am. his 'Est prope Collinam tem- rabile portam; Imposuit mina celsus Eryx: Est illic Amor, qui pectora sanat, In- gelidam lampadas addit lic et juvenes votis oblivia Et si qua est duro capta).' *Germanus.*

ures latices] Qui securos at *morbos pallidos* dicimus, dos faciunt. *Servius.*

latices] Ut Cicero securam mem dixit præteriti dolo- Agr. III. σὺ δ' εἰ θέμις ἐν φθι- λήθης ἐπ' ἐμοὶ μή τι πίῃς πό- orat. Epod. 'Pocula Le- si ducentia somnos Arente erim.' *Germanus.*

Docent autem Philosophi, a, ad ima descendens, per irculos perdat: unde etiam dici fingunt, quod singulorum potestatibus corpus et ani- connexa sunt: ea ratione; descendunt animæ, trahunt rporem Saturni, Martis ira- libidinem Veneris, Mercurii ditatem, Jovis regni deside- rium: quæ res faciunt perturbatio- nem animabus, ne possint uti vigore suo et viribus propriis. *Servius.*

Longa oblivia potant] Sic Lucan. l. III. 'Me non Lethææ, conjux, oblivia ripæ Immemorem fecere tui.' *Taubm.*

717 *Jam pridem*] Ex quo ait, 'Tum genus omne tuum, et quæ dentur mœnia disces.' *Servius.*

Jam pridem] Respicit ad illud Æn. V. 'Congressus pete, nate, meos.' Jam enim dudum nato apparuerat Anchi- ses, monueratque ut descenderet ad se ad Inferos: nunc aperit, cur hoc voluerit, 'Jam pridem (inquit) cupio prolem enumerare meorum.' *Cerda.*

718 *Quo magis Italia*] Ex hoc os- tendit se magna dicturum. *Donatus.*

Quo magis Italia mecum lætere reper- ta] In codicibus aliquot antiquis, *læ- tare* imperativo modo: deque re præ- senti, ad solidiorem gaudii caussam. In omnibus deinde pro *tandem*, uno exemplo, *mecum* scriptum est. In Romano totus versus ita mutatus, 'quo magis Italiam mecum lætare repertam.' Jam enim in Italiam de- scenderat Æneas, eamque repertam esse, plurimum gaudebat. Sed eo magis gaudendum ait Anchises, quod non tantum erroribus finis sit impo- situs, quodque sedes fato debitæ jam apprehensæ; sed quod, præter hæc, tot illustres viri sint ex suo genere propagandi, totque et tantæ sanguini suo accessiones præparatæ: quo- circa, Lætare, ait; nunc magis ac magis. *Pierius.*

719 *O pater*] Nova brevitas. Nam dicendo *pater*, qui loquatur, ostendi- tur. *Servius.*

Ad cælum hinc ire putandum est] Mis- cet Philosophiæ figmenta poëtica: et ostendit tam quod est vulgare, quam quod continet veritas et ratio natura- lis. Nam secundum poëtas hoc dicit: Credendum est, animas ab Inferis re- verti posse ad corpora? ut *cælum* su- peros intelligamus, id est, nostram

vitam. Secundum Philosophos vero hoc dicit: Credendum est, animas corporis contagione pollutas, ad cœlum reverti? *Servius.*

O pater, anne] Non poterat non mirari, quod ad tanta incommoda vitæ redire vellent. *Donatus.*

O pater, anne, &c.] Lege versum integrum, et admirare Virgilium, qui ipsa carminis difficultate exprimit Æneæ sensum, vix credentis animas inde evasuras. Est hic *cœlum* mortalis vita; ut mortales, ipsi *superi*, respectu inferiorum. Ita supra, 'superasque evadere ad auras.' Cum allusione ad hoc significatum dixit Plautus Aulul. 'superi incœnati sint, et cœnati inferi.' In Seneca Tragico reperies multa exempla. *Cerda.*

720 *Sublimis animas*] Non omnes, sed sublimium. *Servius.*

Sublimis animas] An, illustres et nobiles? ut plerique. An hæc est sententia: Fierine potest, ut animæ, quæ nunc sunt in Inferno, iterum supernæ et sublimes reddantur? *Cerda.*

Ad tarda reverti Corpora] Animæ comparatione, qua velocius nihil est. Uno enim momento potest universa discurrere. *Servius.*

Ad tarda] In codicibus aliquot antiquis, *in tarda* legere est. Utrumque placet. *Pierius.*

Ad tarda reverti corpora] De transmigratione animarum videndus Lactant. VII. 22. 'Poëtæ vero cum scirent hoc seculum malis omnibus redundare, oblivionis amnem induxerunt, ne malorum ac laborum memores animæ reverti ad superos recusarent,' &c. *Emmeness.*

721 *Quæ lucis miseris tam dira cupido*] Ut id desiderent, propter quod se sciunt pœnas dedisse, scilicet vitam. *Servius.*

Cupido] In codicibus aliquot antiquis *cupido est*, una plus dictione legitur. Sed absque ea suavius. *Pierius.*

Quæ lucis miseris tam dira cupido] Supra in Georg. 'regnandi veniat tam dira cupido.' Docte notavit Dion. Lambinus, cupidinem masculine semper ab Horatio hac significatione usurpari. Observavi etiam Euripidem in Iphig. eandem significationem et ἀφροδίτῃ dedisse: μέμφει δ' ἀφροδίτη τις Ἑλλήνων στρατῷ πλεῖν ὡς τάχιστα βαρβάρων ἐπὶ χθόνα. Quia ut hic *lucis cupido*, Euripidi in Herc. οὐδὲ τοῦ βίου πόθος θανεῖν ἐρῶντα μ' et Sophocl. in Tyr. βίου μοι τοῦ μακραίωνος πόθος· idem in Trach. τίς ὁ πόθος αὐτοὺς ἵκετ' ἢ θεῶν βία. Lucret. l. III. sub finem: 'Quæ mala nos subigit vitai tanta cupido? Et sibi æqua tenet vitai semper hiantes.' *Germanus.*

722 *Dicam equidem; nec*] Lucret. VI. 'Expediam; neque te in promissis plura morabor.' *Idem.*

Suspensum] Sollicitum, incertum: ut, 'Multo suspensum numine ducit.' *Servius.*

723 *Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit*] Hystero-proteron. Post hunc enim versum sequi debuit, 'Dicam equidem: nec te suspensum, nate, tenebo.' *Idem.*

Suscipit Anchises] Aggreditur Anchises relationem, et ordine suo singula prosequi cœpit. Occasione futuræ relationis, altior tractatus inducitur, ut ostendat poëta, ex quibus constet hominum genus, vel cæterorum animalium: et unde moveantur in gaudium; unde vertantur in metum; unde diversis cupiditatibus teneantur; unde animæ nutrimenta suscipiant. *Donatus.*

Suscipit] In probatioribus codicibus antiquis, *suscipit* habetur: quod significat *respondet*. Et in Evangelica lectione, multa eo modo reponenda animadvertas: recte quidem prius traducta, sed imperitia seculi postmodum corrupta. Huic vero lectioni Prisciani etiam subscribit auctoritas dicentis, illi ὑπολαμβάνω pro *respondeo*. ὧδε ὑπολαβὼν ἔφη. Nos, *suscipiens inquit.* Hinc Virgilius, 'Suscipit An-

atque ordine singula pandit:' espondit ad interrogationem Suscipit agnoscunt nonnulli . Pierius.
Principio cælum ac terras, campliquentis] Interrogatus Anchiare animæ velint reverti ad , quasi aliud dicit, tamen illuc t: quod Græce τὸ πᾶν dicitur, mne quod est. Quatuor sunt ta: terra, aër, aqua, æther: et Præter hæc nihil est aliud: undum non possumus dicere: undus non est totum. Ergo t quidem spiritus divinus, qui tuor infusus elementa gignit a. Igitur si de elementis et cuntur omnia, unam originem et par est natura omnium. leamus quid in nobis est a st quid a quatuor elementis. m datur intelligi, ab elementis s corpus, a Deo animam: eo probatur, quia quod est in , terra, humor, anhelitus, cas omnia videntur, sicut etiam a) animus invisibilis est: sicut Deus, unde originem ducit. terea irrationabilia sunt sicut contra Deus habet consilium, a animus. Deinde elementa videmus, quorum perire mu-, sicut etiam corpus: quod iginem ducit: contra, Deum ire, manifestum est, ergo nec perit, qui inde originem ducit: ars semper sequitur genus. itur tetendit primam intentiiam, ut animos immortales di-Sed occurrit illud, Si immorunt, et unum habent principa ratione non omnia anientiunt similiter? Et dicit non animis dissimilitudinem, sed ras, quæ prout fuerint, vel vel torpentia, ita et animos quod potest etiam in uno ne corpore probari. In sano rpore alia est vivacitas menegro pigrior, insanis invalida et ratione carens, ut in phreneticis cernimus; adeo cum ad corpus venerit, non natura sua utitur, sed ex ejus qualitate mutatur. Inde Afros versipelles, Græcos leves, Gallos pigrioris videmus ingenii: quod natura climatum facit, sicut Ptolemæus deprehendit, qui dicit translatum ad aliud clima hominem naturam ex parte mutare: de toto enim non potest; quia in principio accepit sortem corporis sui. Ergo anima pro qualitate est corporis. Et qua ratione res melior est in potestate deterioris? Atqui divinus animus debuit corpus habere in potestate, non mortale corpus naturam animi corrumpere. Sed hoc ideo fit, quia plus est, quod continet, quam quod continetur: ut si leonem includas in caveam, impeditus vim suam non perdit: sed exercere non potest: ita animus non transit in vitia corporis, sed ex ejus conjunctione impeditus, nec exercet vim suam. Occurrit et illud: Omne quod corrumpitur, æternum non est: si animus insanit, irascitur, desiderat, timet, caret æternitate, cui sunt ista contraria: nam passio æternitatem solvit. Quod ideo falsum esse dicimus, quia animus nihil per se patitur, sed laborat ex corporis conjunctione. Et aliud est per suam naturam corrumpi; aliud per contrarium rei alterius. Videmus enim tale aliquid, ut in lucerna, quæ per se clara est, et locum in quo est sine dubio illuminat: sed si qua re tecta fuerit et inclusa, non perdit splendorem proprium, qui in ea est. (remoto namque impedimento apparet) nec tamen quia impeditus est ejus vigor, ideo etiam corruptus. Ita ergo et animus quamdiu est in corpore, patitur ejus contagionem; simul atque deposuerit corpus, recipit suum vigorem, et natura utitur propria. Si ergo recipit naturam suam, quare pœnas apud inferos patitur? Ideo, quia res quæ simul diu fuit, non potest deposita ipsa re sta-

tim ad suum nitorem reverti: ut si speciem candidam missam in lutum polluas, et eam statim auferas, non iccirco sordibus caret, sed absolutionem requirit, ut in pristinum nitorem possit redire. Sic anima, ex eo quo datur corpori, inquinata, etiam si corpus deponat, necesse habet purgari. Si ergo purgantur et recipiunt naturam, cur volunt reverti? Quia potant (inquit) oblivia. Est etiam illud ambiguum: Aut ut præteritarum obliviscantur pœnarum; aut certe ut ignaræ futuri, habeant redeundi desiderium in corpora, quod sine passione non fit: nam animus in quo est passio meretur reverti. *Servius.*

Cælum] Pro *aëre* et *æthere* posuit: ut, 'Jam cœlum terramque.' *Idem.*

Ac terras] In Romano codice *terram* unitatis numero scriptum est. Alibi tamen eadem pene sententia dictum: 'Deum ire per omnes Terrasque tractusque maris, cœlumque profundum.' *Pierius.*

Principio cælum ac terras] Per *cælum* hic a plurimis intelligitur *aër* et *æther* (de quo tamen ambitiosissime disputat P. Lætus) per *campos liquentes*, mare: quod Lucret. *campos* vocavit *natantes.* Tractat autem locum ex Platonicorum doctrina, 'Mundi animam esse Deum:' quem hic *Spiritum* appellat: Plato *νοῦν*, id est, *mentem*. De quo Servius admodum copiose: item Crinitus VI. 12. Cœlius XX. 11. Macrob. in Somn. Scip. I. 14. et 17. *Taubm.*

Camposque liquentis] Id est, maria. *Servius.*

725 *Lucentemque globum lunæ*] Ideo usus est participio, ut ostendat eam suum lumen non habere. Nam *lucens*, est, quod aliunde illuminatur; *lucibile*, quod per se lucet, ut patulum et patens: *Patulum* est quod semper patet; *Patens*, quod et aperitur et clauditur, ut oculus. *Globum* autem ideo, quia dicitur luna *σφαιροειδὴς* esse. *Idem.*

Titaniaque astra] Aut stellas dicit: aut Solem, quem supra unum fuisse de Titanibus diximus. *Idem.*

726 *Spiritus*] Divinus scilicet: et unum est, sive mentem dicat, sive animum, sive spiritum. *Idem.*

Intus alit] Vegetat, et in æternitatem custodit: quia mistus est, et nulla pars est elementi sine Deo. *H.*

Per artus] Per elementa: quæ membra sunt mundi. Corporalia namque sunt, quæ possunt videri. *H.*

727 *Mens agitat molem*] Magnitudinem mundi mens agitat: et si, ut Cicero dicit in Tusculanis, 'æternum est quicquid in æterno motu est;' sine dubio etiam animus æternus est. Semper enim in motu est, adeo ut se nobis quidem quiescentibus conquiescat. *Idem.*

Magno se corpore miscet] Aut Antiptosis est, pro *corpori*: ut, 'Hæret pede pes, densusque viro vir:' quod potius credendum est. Aut certe secundum eos locutus est, qui dicunt corporalem esse: et cum ita diffiniunt, *πῦρ νοερὸν*, id est, ignem sensualem. Quod si verum est, corpus est: nec per Antiptosim dixit, sed per diffinitionem, *magno corpore*, id est, suo communi. *Idem.*

728 *Inde hominum pecudumque genus*] De quatuor elementis et Deo. *Servius.*

730 *Et cælestis origo Seminibus, quantum non noxia corpora tardant*] Quod supra diximus: In tantum, inquit, in omnibus viget pars divinitatis, in quantum sinit corporum qualitas. *Idem.*

Igneus est ol. vig. et cæl. origo] Lucret. II. 'Denique cælesti sumus omnes semine oriundi, Omnibus ille idem pater est.' Inde et heroës ex disciplina Homeri in aquis mortem perhorrescebant, quod igneam animam extingui aqua crederent. Recurre ad superiorem locum Æn. I. 'O terque quaterque beati.' Videtur autem poëta alludere ad Democriti dogmata, quem sequebatur Si-

quidem Democritus animam stuebat, et se maxima agili-rentem, et aliud, ut docet l. I. De animo: φασὶ γὰρ μάλιστα καὶ πρώτως ψυχὴν εἶναι &c. Germanus.

est ollis vigor et cœlestis origo] philosophi animam ignem userunt, quam sententiam a Stoicorum principe, proba-et propagatam non uno loco statur. Eum vide de Fin. mal. IV. 5. Tusc. quæst. I. Nat. Deor. III. 14. Huc la Lactant. l. de Opif. Dei. o igitur mens, et ignis ille anquam cœlo tegitur,' &c. s.

rrenique hebetant artus] In non hebetant artus. Servius.

ndaque membra] Morienti ec est, semper morientia. t enim in eodem statu sunt: inuuntur, aut crescunt. Er-s idem est: sed uti viribus potest propter conjunctio-em.

ac metuunt, cupiuntque: do-lentque] Ex corporis con-, et hebetudine. Varro et hilosophi dicunt, quatuor ones: duas a bonis, duas a atis rebus. Nam dolere et æ opiniones malæ sunt: una , alia futuri. Item gaudere, opiniones bonæ sunt: una , altera futuri. Hæc ergo ex ipsa conjunctione. Nam imi sunt, neque corporis Pereunt enim facta segre-Idem.

o. dol. gaud.] De hisce qua-tionibus Macrob. in Somn. Emmeness.

uras Dispiciunt] Nam quia corpori, obliviscuntur natu-uam auras vocavit. Servius.

uras Dispiciunt] In antiquis codicibus quos viderim, eo-nplo legitur, Neque auras despiciunt. Alicubi etiam respiciunt, habetur. Pierius.

734 Clausæ tenebris, et carcere cæco] Definitiones sunt corporis. Servius.

Clausæ teneb. et carcere cæco] Alludit forsan ad illud Platonis, σῶμα ἡμῶν σῆμα. Germanus.

Clausæ tenebris] Definitiones corporis sunt: nam et Græcis corpus nostrum δέμας, hoc est, vinculum, nuncupatur: et Platoni σῶμα nostrum q. σῆμα: unde Cic. de Repub. l. VI. 'Qui e corporum vinculis tanquam e carcere evolaverunt.' Taubmann.

735 Quin et supremo cum lumine vita reliquit] Quia, ut diximus, occurrit debere eas statim, post corpus depositum, redire in suum vigorem: et dicit non posse. Quæ enim diu conjuncta sunt, invicem se tenent, et trahunt reliquias sordium antiquarum. Servius.

736 Non tamen omne malum] Cedit quidem, sed non omne. Nam remanet: quod, ut purgetur, necesse est. Inde est, quod dicit, 'Eadem sequitur tellure repostos.' Bene autem miseris, quæ etiam post corpus habent corporis damna. Unde est, 'Nec funditus omnes Corporeæ excedunt pestes.' Idem.

738 Diu concreta] Conjuncta et conglutinata. Idem.

Inolescere] Crescere, ut 'Udoque docent inolescere libro.' Idem.

739 Ergo exercentur pœnis] Quia, deposito corpore, sordes supersunt. Pœnas autem minime perferunt animæ: sed illius conjunctionis reliquiæ, quæ fuit inter animam et corpus. Nam licet ista duo per se pœnas perferre non possint: homo tamen perfert, qui de his duobus est factus. Idem.

740 Supplicia expendunt] Ideo agunt supplicia, non ut animas puniant, sed ut eas peccatis exuant pristinis. Idem.

Aliæ panduntur inanis Suspensæ ad ventos] Loquitur quidem poëtice de

purgatione animarum; tangit tamen, quod et Philosophi dicunt. Nam triplex est omnis purgatio: aut enim in terra purgantur, quæ nimis oppressæ sordibus fuerint, deditæ scilicet corporalibus blandimentis, id est, transeunt in corpora terrena; et hæc igni dicuntur purgari. Ignis enim ex terra est, quo exuruntur omnia: nam cœlestis nihil perurit. Aut in aqua, id est, transeunt in corpora marina, si paulo melius vixerint. Aut certe in aëre, transeundo scilicet in aëria corpora, si satis bene vixerint: quod in Statio legimus, ubi de auguriis tractat: unde etiam in sacris omnibus tres sunt istæ purgationes. Nam aut teda purgantur et sulphure; aut aqua abluuntur, aut aëre ventilantur, quod erat in sacris Liberi. Hoc est enim, quod dicit in secundo Georg. 'Tibique Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu:' nam genus erat purgationis. Et in ipsis purgationibus bonorum meritorum secutus est ordinem, ut ante aëriam, inde aquæ, post ignis diceret purgationem. *Idem.*

743 *Quisque suos patimur Manis*] Supplicia, quæ sunt apud Manes: ut si quis dicat, judicium patimur, et significet ea, quæ in judicio continentur. Est et aliud verius. Nam cum nascimur, duos Genios sortimur. Unus est, qui hortatur ad bona; alter qui depravat ad mala: quibus assistentibus post mortem, aut asserimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem: per quos aut vacationem meremur, aut reditum in corpora. Ergo *Manes*, Genios dicit: quos cum vitâ sortimur. *Idem.*

Quisque suos patimur Man.] Nam si bonus ad Inferos venit, bonos patitur manes: si malus, malos. *Donatus.*

Quisque suos patimur Manis] Ut Turnebus explicet XXII. 1. in promptu est, ille non mihi probatur: sicuti neque Servius, quem multi sequuntur: refert enim hos manes ad Genios. Mihi placitum, dici *pati manes*, ut pati furias. Nam Ælius Stilo (citat hunc Lilius syntag. VI.) ait, nihil esse aliud manes, quam Deos Inferos. Patimur igitur manes, erit, patimur deos Inferos tortoresque. Plutarchus de ira dixit, τὸ δὲ κολαστικὸν, ἐριννυῶδες, καὶ δαιμονικὸν οὐ θεῖον δὲ, οὐδ' Ὀλύμπιον: *punitio furiarum est, et dæmonum: non deorum, non cœlestium.* Objiciet aliquis, cur dictum: 'Quisque suos patimur manes?' nonne potius, 'Quisque nostros patimur manes?' vel, 'Quisque suos patitur manes?' Ego Poëtam laudo, qui tres orationes in unam inclusit: has scilicet, 'omnes patimur nostros manes, ego meos, quisque suos.' Ergo ita verba conjunxit, ut sententia ad tres illas referri queat. Porro Poëtæ verba pro adagio esse possint, ad explicandum, omnes mortales, suo quemque incommodo, esse obnoxios. Observa imitationem Ausonii: 'tormentaque sæva gehennæ Anticipat, patiturque suos mens conscia manes.' *Cerda.*

Manis] Notum est inveniri manes pro pœna, ut apud Stat. Theb. VIII. 'At tibi quos, inquit, manes, qui limite præceps Non licito per inane ruis?' Sed aliam addo Sanctii sententiam in lib. de Antiphrasi c. 2. ubi sic hunc Maronis obscurum locum interpretatur: 'Quemadmodum,' inquit, 'qui alios læserunt, aut necaverunt, patiuntur lemures, et larvas interfectorum, ut Orestes et alii; sic Anchises et alii boni viri patiebantur proprios manes, id est, non prius transibant ad Elysios, quam propria crimina purgarent.' Plura illic. *Emmeness.*

Exinde] Una pars orationis est, et in tertia a fine accentum habet, licet penultima longa sit. Quod factum est, ut ostenderetur una pars esse orationis, ne præpositio jungeretur adverbio, quod vitiosum esse non dubium est. *Servius.*

[illegible] Post[illegible]. [illegible]

[illegible] Et extendat eum ille pen[illegible] lucidum hunc[illegible] ita vivunt, ut illuc [illegible]: sed quia pauci [illegible], pauci [illegible] incendi[illegible]. Idem.

[illegible] læta arva tenemus] Non [illegible] enim minus purgantur, [illegible] ad corpora. Servius.

[illegible] longa dies perfecto tempo[illegible]. Quia etiam post purgatio[illegible] est tempore, ut perseveret [illegible]: et sic redeat. Ex [illegible] utrum animæ per Apothe[illegible] ait, 'Pauci læta arva [illegible] possint mereri perpetuam [illegible], quod non potest fieri. [illegible] enim temporis multi, non [illegible]: et quæ male vixerunt, [illegible]: quæ melius, tardius: [illegible], diutissimo tempore sunt [illegible]. Paucæ tamen sunt, [illegible], exigente ratione, licet [illegible] reverti. Idem.

[illegible] dies] Longo tempore est [illegible] talis purgatio, qualis [illegible] in corpus perveniret.

[illegible] temporis orbe] Finito legi[illegible]pore. Servius.

Orbis pro certo annorum [illegible] conversione passim sumi [illegible], testatur Salmas. Plin. [illegible]. *Emmeness.*

[illegible]] Affixam et inhæ[illegible]. *Servius.*

[illegible]therium sensum] Siderum [illegible]. *Servius.*

Antiqua omnia exemplaria [illegible] *auræ* quidem legunt: ver[illegible] absque collisione scanden[illegible]. Sed enim ab eruditis *aurai* trisyllabum receptum. Et unum hunc inter eos qua[illegible], quibus ea diæresi Virgi[illegible], enumerat Valerius Pro[illegible].

Sensualem: id est, Deum.

per quod. quid sit anima. secundo. *Servius.*

Aurai simplicis ignem] Non ure[illegible]. Simplicis aeris. nostri comparatione: qui constat de igne et aere. Ille enim per se plenus est et aeterum. quia simplex. Omnia enim concreta, id est, composita, exitum sortiuntur. Unde et animæ perpetuæ dicuntur, quia simplices sunt, nec recipiunt sectionem. *Idem.*

748 *Has omnis*] Ac si diceret, etiam has omnes. Nam supra non omnes dixit, sed 'Animæ quibus altera fato Corpora debentur.' *Idem.*

Rotam volvere per annos] Exegerunt statutum tempus per annorum volubilitatem. Est autem sermo Ennii. *Idem.*

Mille rotam volvere per annos] An in voce *rota* lateat aliud ab eo quod explicui, me latet. De spatio mille annorum loquitur Plato de Rep. x. et ex Platone multa Cælius. Poëtæ sententiam adumbravit Silius l. xiii. 'Hac animæ cœlum repetunt, ac mille peractis Oblitæ Ditem redeunt in corpora lustris.' Cicero in Somn. loquens de hac re, non certum numerum posuit, tantum dixit: 'corporibus elapsi circum terram ipsam volutantur, nec in hunc locum, nisi multis exagitati seclis, revertuntur.' Itaque millenarius numerus Poëtæ videtur capiendus pro multiplici. Præsertim cum in Phædro Platonis loquentis de hac re, inferatur mentio non solum χιλιοστοῦ, sed etiam τρισχιλιοστοῦ ἔτους: *millium annorum*, sed etiam *trium millium*. Quin ibidem mentio fit decem millium: et Aristophanes de re alia loquens in Vesp. πόλεις χίλιαι, *urbes mille*: ubi Scholiastes, ἀντὶ τοῦ πολλαί. *Cerda.*

749 *Deus evocat*] Non dicit quis: sicut supra, 'Dii quibus imperium est animarum.' Sed alii Mercurium volunt propter hoc, 'Animas ille evocat Orco Pallenteis, alias sub Tartara tristia mittit.' Et est ratio: nam

νοῦς dicitur, id est, sensus: quo Philosophiam, quæ hæc indicat, intelligimus: quia ipse etiam invenit literas. *Servius.*

Deus] Servius Mercurium accipit propter illud, Æn. IV. 'animas ille evocat Orco Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit.' Placet hoc Magio Miscell. IV. 11. Ad hanc Mercurii potestatem allusit Aristophanes in Irena; nam loquens cum illo: ἀλλ' ἔα τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον οὑπέρ ἐστ' εἶναι κάτω: *Quin ab inferis virum hunc ne quæso turbassis situm.* Ab hac potestate, qua Mercurius putabatur præesse mortuis, factum ut huic Deo sacra quæpiam fierent post dies triginta a mortuo homine. *Cerda.*

Evocat] Sumpta metaphora ab militibus evocatis: ideo signate *agmine.* Qui isti sint, obvium ubique, et in Lipsio non semel. Sed quoniam vocem hanc Mercurio attribuit Poëta, eo spectat, Deum hunc dici πομπαῖον, et πομπέα, a potestate, quam illi Maro hoc loci attribuit. Voces istæ ubique passim obviæ. Nunc mihi de priore ante oculos Sophocles in Ajace, de posteriore Laërtius in vita Pythagoræ. Hanc Mercurii potestatem fusius attigi Æn. IV. *Idem.*

Agmine magno] Impetu: et dictum est imperative ἀπειλητικῶς. Non enim blanditiis inductæ redeunt: sed necessitate quadam coguntur, ut potantes velint reverti. *Servius.*

750 *Inmemores*] Vel præteritorum, vel futurorum. *Idem.*

Ut] In codicibus aliquot antiquis, *supera in convexa* est: quod non ita placet. *Pierius.*

751 *Rursus et incipiant, &c.*] Putant docti plerique illa Persii, 'Nec fonte labra prolui Caballino, Nec in bicipiti somniasse Parnasso Memini, ut sic repente poëta prodirem,' capienda de hac animarum transmigratione, cum allusione ad historiam et somnium Ennii. Quasi dicat Persius: Non mihi in somnis transfusa est poësis, uti Ennio accidit. Dicunt videlicet, Ennium somniasse, transfusam in se Homeri animam, inde exstitisse magnum vatem. Huc videtur alludere Horatius epist. III. 50. 'Ennius et sapiens, et fortis, et alter Homerus.' Quem in locum ita Porphyrio: 'Ennius in principio Annalium somniasse scripsit, admonitus, quod secundum Pythagoræ dogma, anima Homeri in suum corpus venisset.' Huc etiam credunt allusisse Lucretium l. II. 'In pecudes alias divinitus insinuet se, Ennius ut noster cecinit.' Ista Ennii, Lucretii, Horatii, Persii consensio digna est, quæ notetur. *Cerda.*

752 *Dixerat Anchises*] Antedicta de reversione animarum probatio huc tetendit, ut celebret Romanos, et præcipue Augustum. Namque qui bene considerant, invenient omnem Romanam historiam ab Æneæ adventu, usque ad sua tempora summatim celebrasse Virgilium. Quod ideo latet, quia confusus est ordo: nam eversio Ilii, et Æneæ errores, adventus, bellumque manifesta sunt: Albanos reges, Romanos etiam consules, Brutos, Catonem, Cæsarem, Augustum, et multa ad historiam Romanam pertinentia hic indicat locus. Cætera quæ hic intermissa sunt, in ἀσπιδοποιΐᾳ commemorat. Unde etiam in antiquis invenimus opus hoc appellatum esse non *Æneidem,* sed *gesta populi Romani.* Quod ideo mutatum est, quia nomen non a parte, sed a toto debet dari. *Servius.*

753 *Turbamque sonantem*] Aut quæ tunc propter festinationem sonabat, aut *turbæ* perpetuum est epitheton. *Idem.*

Turbamque sonantem] Supra de Harpyis: 'Turba sonans prædam pedibus circumvolat uncis.' *Germanus.*

Turbamque sonantem] Imitatur Homerum, qui et ipse animas stridere ac sonare dixit. Sed et *turbæ* perpetuum est epitheton. Turneb. XXII. 1. *Taubmann.*

754 *Longo ordine*] Non quo nati sunt, sed quo apud Inferos stabant. Non enim eo, quo regnarunt, dicturus est ordine. *Servius.*

Possit] In antiquis plerisque codicibus *posset* habetur. Et *longo ordine*, secus a Servio No. Marcellus interpretatur, ingenti multitudine. *Pier.*

755 *Adversos legere*] Considerare, relegere. *Servius.*

Venientum discere voltus] Videtur ita dixisse ut Eurip. *μαθεῖν* in Phœniss. cum ad spectandum de muris Polynicis exercitum Antigone a pædagogo invitatur, ἀλλ' *εἰσόρα τὸ πρῶτον, εἰ βούλει μαθεῖν.* *Germanus.*

756 *Nunc age*] Proponit se dicturum prolem Trojanam, et nepotes: inde ex Italo sanguine commixtos: et fata sua: ergo exequitur specialiter, quos generaliter in primo libro tetigit. *Donatus.*

Dardaniam prolem] Albanos reges, qui tredecim fuerunt de Æneæ et Laviniæ genere. Unde ait, 'Itala de gente.' *Servius.*

758 *Inlustris*] Hoc nomen notitiæ fuit, non meriti. Unde etiam in meretricibus invenitur. Nam et *nobiles et illustres* vocantur. *Idem.*

In nomen ituras] In gentem, ut Statius, 'Nomen Echionium matrisque genus Peridiæ.' *Idem.*

Nomen] Notat Achilles Statius in Catullum, *nomen*, pro familia hic sumi. Ita ipse Catullus, 'non decet Tam vetus sine liberis Nomen esse.' et Livius l. I. 'Per seipsum nomen Ceninum impetum facit.' *Cerda.*

Nostrumque in nomen ituras] Vir quidam doctus profitebatur nuper apud me, se ut plerosque Grammaticos antiquos mirari quoque, quomodo Maro salvo decoro et fide historiæ sub persona Anchisæ, Romanorum animas recensere, designare, et indicare Æneæ potuerit, qui necdum nati essent: cum absurdum videatur Romulum aut Numam apud Inferos demonstrare, qui nec in humanis, nec genitura adhuc ulla fuissent. Animadvertendum tamen fortasse, Poëtam perite a parte nostri meliore anima individua denominasse, non a corpore, et eum Platonis in Phædone locum imitatum, ubi *ζῆν* et *τεθνάναι* opponit, mutuoque se consequi docet, animosque ex disciplina Pythagoræ vices alternare, et varia sortiri corpora, hinc ex superis ad Inferos migrare, in alia corpora temporis intervallo aliquo remigraturos: ut mirum non sit, si Anchises fatorum peritus filio aperuerit, quæ quibus personis et nominibus devotæ destinatæque jam tum essent apud Inferos animæ. Locus autem ille apud Platonem sic habet: *παλαιὸς μὲν οὖν ἐστί τις λόγος οὗτος οὗ μεμνήμεθα, ὡς εἰσιν ἐνθένδε ἀφικόμεναι ἐκεῖ, καὶ πάλιν γε δεῦρο ἀφικνοῦνται, καὶ γίγνονται ἐκ τῶν τεθνεώτων· καὶ εἰ τοῦθ' οὕτως ἔχει, πάλιν γίγνεσθαι ἐκ τῶν ἀποθανόντων τοὺς ζῶντας ἄλλο τι ἢ εἶεν ἂν ἡμῶν αἱ ψυχαὶ ἐκεῖ· οὐ γὰρ ἂν πάλιν ἐγίγνοντο μὴ οὖσαι, καὶ τοῦθ' ἱκανὸν τεκμήριον τοῦ ταῦτ' εἶναι, εἰ τῷ ὄντι φανερὸν γίγνοιτο ὅτι οὐδαμόθεν ἄλλοθεν γίγνονται οἱ ζῶντες ἢ ἐκ τῶν τεθνεώτων.* Recolendum autem illud, quod prius paulo Maro ex decretis Pythagoræ dixit, 'animæ, quibus altera fato Corpora debentur.' *German.*

Ituras] Etiam si fortasse videri possim doctis nimis anxie grammatistam agere, et tenuia moleste insectari, non temperabo tamen mihi, quin eo periculo lectorem admoneam, conjugata omnia, supini, participiorum, verbalium nominum, quæ sunt ab *eo* verbo, tam simplici, quam composito, cujusmodi *iter*, *itum*, *iturus*, *ambitus*, *reditus*, *abitus*, *ambitio*, τὸ i semper corripere, ut hic Maronis contextus satis clare demonstrat, et moduli ratio harum vocum, *præteritus*, *aditus*, per sua genera variatarum, item et *obitus* apud Maronem et Lucretium, 'Morte obita quales dicunt volitare figuras:' quo magis mendum aliquod latere apud Nasonem Metam. I. mihi

auspicato venia dabitur, eo loco, 'ambitæ circundare litora terræ,' cum idem, 'itum est in viscera terræ,' contracta modulatione dixerit. *Id.*

760 *Ille (vides,) pura juvenis qui nititur hasta*] Æneas, ut Cato dicit, simul ac venit ad Italiam, Laviniam accepit uxorem: propter quod Turnus iratus, tam in Latinum, quam in Æneam bella suscepit, a Mezentio impetratis auxiliis. Quod et ipse ostendit dicens, 'Se satis ambobus, Teucrisque venire Latinisque.' Sed, ut supra diximus, primo bello periit Latinus. Secundo pariter Turnus et Æneas. Postea Mezentium interemit Ascanius, et Laurolavinium tenuit: cujus Lavinia timens insidias, gravida confugit ad silvas, et latuit in casa pastoris Tyri. Ad quod alludens ait, 'Tyrusque pater, cui regia parent Armenta.' Et illic enixa est Silvium. Sed cum Ascanius flagraret invidia, evocavit novercam, et ei concessit Laurolavinium: sibi vero Albam constituit: qui quoniam sine liberis periit, Silvio, qui et ipse Ascanius dictus est, suum reliquit imperium. Unde apud Livium est error: qui Ascanius Albam condiderit. Postea Albani omnes reges dicti *Silvii* sunt ab hujus nomine: sicut hodieque Romani imperatores, *Augusti* vocantur: Ægyptii, *Ptolemæi:* Persæ, *Arsacidæ:* Latini, *Murrani:* ut, 'Murranum hic atavos et avorum antiqua sonantem Nomina, per regesque actum genus omne Latinum.' *Servius.*

Pura] Sine ferro: quod sit signum pacis, et non belli. *Donatus.*

Pura juvenis qui nititur hasta] Id est, sine ferro. Nam hoc fuit præmium, apud majores, ejus qui tunc primum vicisset in prælio: sicut ait Varro in libris de gente pop. Rom. *Servius.*

Pura hasta] Quæ est sine ferro. Sic *argentum purum* opponitur *emblematis cælato. Locus purus*, area est non ædificata: *purum solum* opponitur graminoso et novali. *Pura vestis*, quæ purpura non prætexta est. Turneb. XXIX. 1. Quidam tamen *hastam puram* h. l. exponunt ἄναιμον καὶ ἀναίμακτον λόγχην, id est, incruentam hastam: ita Propert. IV. 3. 'Pura triumphantes hasta sequatur equos,' id est, innoxia et incruenta. Antiquis autem *pura hasta*, et *parma alba*, insignia et præmia erant tyronum, et eorum, qui tunc primum vicissent in prælio. Vide Cæl. XXI. 16. *Taubm.*

Pura hasta] Inter præmia militaria numerat Valtrinus de re Mil. VI. 4. Ea Posidem spadonem donavit in Britannico triumpho Claudius, libertis nimium obnoxius, ut de eo Suet. c. 28. *Emmeness.*

Nititur] Nonius videtur legere, *innititur.* Tu adverte, utrum magis conveniat: Anchisen Æneæ juvenem ostendere hastæ innitentem; an qui hasta veluti adversus hostem nitatur. *Taubmann.*

762 *Italo commixtus sanguine*] Sunt codices admodum antiqui, in quibus legere est, *Italo mixtus de sanguine.* Vulgata tamen lectio plures fautores habet. *Pierius.*

763 *Silvius Albanum nomen*] Quia omnes *Silvii* dicti sunt. *Servius.*

Albanum nomen] Quia omnes Albani reges ab eo dicti sunt *Silvii.* Sicut hodieque Romani Imperatores *Cæsares* vel *Augusti* vocantur: Ægyptii olim *Ptolemæi:* Persarum *Arsacidæ:* Latinorum *Murrani:* ut Æn. XII. 'Murranum hic atavos,' &c. At in hoc Silvio variant auctores. Livius quidem Ascanii filium fuisse scribit: at Dionysius Æneæ: in silva tamen natum omnes prædicant. *Taubmann.*

Tua posthuma proles] *Posthumus* est post humationem parentis creatus. Per hoc autem Æneam cito ostendit esse periturum, et statim infert consolationem dicens, 'Quem tibi longævo:' id est, Deo. *Ævum* enim proprie æternitatis est, quæ non nisi in Deos venit. Ennius, 'Romulus in cœlo cum diis genitalibus ævum De-

git.' Male autem vindicavit usus: per quem dixit, 'Longævosque senes.' *Servius.*

Tua postuma proles] Sunt literati, qui *postuma* sine aspirationis nota scribant, hic τηλυγέτην significari volentes, deducentes *postumum* a *post*, ut *postremus*, et *extimus* et *extumus* ab *extra*, et *intimus* et *intumus* ab *intra*. Quorum sententiæ illud mire blanditur, quod jurisconsulti non solum eum postumum vocant, qui mortuo patre natus est, sed et qui post testamentum patris. *Germanus.*

Tua postuma proles] Id est, Silvius post alios liberos ultimusque genitus: Homero τηλυγέτης est: quasi patre ætate procul progresso natus: alias et *Proculus* dicitur. Confirmat hanc sententiam etiam Auson. epist. 14. 'Ut quondam in Albæ mœnibus Supremus Ænea satus.' Turneb. XVIII. 1. Vide et Gul. Canterum Nov. Lect. II. 10. Alii aliter. Vide Agell. II. 16. *Taubmann.*

764 *Quem tibi longævo*] Displicet non indoctis item Servii interpretatio, qui hic *longævum* pro indigite Deo accipit. Utcunque sit, observavi poëtas Græcos sæpe et δολιχαίωνας θεοὺς, et μακραίωνας simpliciter deos dicere. Ut autem hic 'educet serum conjux,' infra Euander de Pallante, 'mea sola et sera voluptas,' τηλύγετον innuens. *Germanus.*

765 *Educet silvis*] Ovidius Fast. IV. 'Postumus hinc: qui, quod silvis est natus in altis, Silvius in Latia gente vocatus erat.' Dionys. l. I. Antiq. loquens de hoc Silvio, ὃν φασιν ἐν τοῖς ὄρεσιν ὑπὸ τῶν νομέων ἐκτραφῆναι: *quem dicunt nutritum in montibus a pastoribus.* Livius: 'Silvius deinde regnat, Ascanii filius, casu quodam in silvis natus.' Quo testimonio vides, Sylvium hunc fuisse filium Ascanii, non Æneæ. *Cerda.*

766 *Unde*] A quo: ut, *Genus unde Latinum.* Nam posteri ejus fuerunt, qui postea apud Albam regnaverunt civitatem. *Servius.*

767 *Proximus ille Procas*] Standi ordine, non nascendi. Nam sextus est rex Albanorum. Item Numitor tertiusdecimus fuit. *Idem.*

Proximus] Teste Livio, *Procas* est XIII. ab Ascanio: ut *Capys* sextus; vel, ut alii, septimus: *Numitor* vero XIV. vel XV. Albanorum rex. *Taub.*

768 *Reddet*] In Romano codice *reddat* legitur, optativo modo non invenuste. *Pierius.*

770 *Si unquam regnandam acceperit Albam*] Æneas scilicet Silvius. Et hic ostendit omnes Albanos reges, *Silvios* dictos. Recepit autem a tutore, qui ejus invasit imperium: quod ei vix anno quinquagesimo tertio restituit. Et rem plenam historiæ per transitum tetigit. *Servius.*

Regnandam accep. Albam] Passive, ut supra, *regnata Lycurgo*: et infra, *regnata per arva*, more Græcorum, qui ἀνάσσεσθαι, βασιλεύεσθαι, τυραννεῖσθαι ὑπό τινος dicunt. *Germanus.*

771 *Ostentant, asp. vires*] Imitatione Græcorum, qui δύναμιν δεῖξαι militari et castrensi verbo utuntur, quod sæpius tamen aciem, et totum exercitus robur respicit. Demosth. pro Ctesiph. τί οὖν βούλεται; καὶ τίνος ἕνεκα τὴν Ἐλάτειαν κατείληφε, πλησίον δύναμιν δεῖξας, καὶ παραστήσας τὰ ὅπλα τοὺς μὲν ἑαυτοῦ φίλους θρασεῖς ποιῆσαι καὶ ἐπᾶραι, τοὺς δ' ἐναντιουμένους καταπλῆξαι; *Germanus.*

772 *Atque*] Antiqui omnes codices, quotquot legi, *atque umbrata* per conjunctionem copulativam, non per *at* et relativum *qui* scriptum habent: alii *atqui* conjunctim. *Pierius.*

Umbrata] Ab hoc Statius Theb. VI. 'Nuper Olympiacis umbratus tempora ramis.' Cum sapore ad Virgilium Claudian. Paneg. in Olib. describens Romam: 'Flava cruentarum prætenditur umbra jubarum.' Itaque, quod Virgilius de corona, Claudianus de jubis galeæ. Ego de Joanne Austriaco filio Caroli V. fratre Philippi

Secundi, juvene maris victore, et Turcarum, 'Ille genas levis toto spectante Senatu Prodiit, insigni rostrorum umbrante corona, Non minor Augusto, postquam freta cærula classe Placavit, dives spoliis orientis, et auro.' Latini quidem ab Lucret. qui l. III. 'et inumbrant ora coronis.' *Cerda.*

Civili tempora quercu] *Civica* debuit dicere: sed mutavit. At econtra Horatius; 'Motum ex Metello consule civicum,' pro *civilem.* Querceam autem coronam accipiebant, qui in bello civem liberassent: ideo, quia ante caussa vitæ in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus vescebantur. Aliæ enim erant murales: aliæ agonales, id est, lemniscatæ. Muralis dabatur ei, qui prior murum ascendisset. *Servius.*

Civili tempora quercu] *Civilem* dixit festam, pacificam, ut est laurus et oliva. *Donatus.*

Civili tempora quercu] Id est, corona civica ex quercu: quæ dabatur iis, qui civem servassent, hoste interfecto. Sicinius Dentatus, qui *Achilles Romanus* dictus est, et cxx. præliis pugnavit, earum quatuordecim meruit. Uti ea perpetuo licebat: ludos inibant, assurgi iis a Senatu in more erat, et sedendi jus proxime senatum habebant. Sola hæc omnium coronarum pretiosa metalla non accipiebat: quoniam nefas visum est, hominem lucri causa servare. Vide Agell. v. 6. *Taubmann.*

773 *Hi tibi Nomentum, et Gabios*] Hæ civitates sunt priscorum Latinorum ab Albanis regibus constitutæ; quanquam Collatiam Tarquinius constituisse dicatur: qui, ut erat superbus, eam ex collata pecunia constituit: unde et *Collatia* dicta est. Potest tamen fieri, ut ab Albanis fundata sit, aucta a Tarquinio, sicut supra de Tarento diximus; quod Taras fecit, auxit Phalantus. Romam etiam Romulus fecisse dicitur, quam ante Euander condidit: ut, 'Tunc pater Euandrus Romanæ conditor arcis.' *Servius.*

Nomentum] Νώμεντον. Est hæc mediterranea Latinorum urbs apud Livium et Ptolemæum. Lege Ortelium. *Cerda.*

Gabios] De Gabiis oppido ita Strabo l. v. Γάβιοι μὲν ἐν τῇ Πραινεστίνῃ ὁδῷ: *Gabii siti in via Prænestina.* Scribit Solin. *Gabios a Galatio et Bio, Siculis fratribus, conditos*: et inde fortassis nomen pluralis numeri. *Idem.*

Urbemque Fidenam] *Fidenæ* dicuntur ut *Thebæ*: sed dixit ut Juv. 'Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.' Nam varietati studet. Unde etiam ait *Pometios*, cum dicatur numero singulari *Pometia.* *Servius.*

Urbemque Fidenam] Latinorum colonia. Fidenæ sunt Livio, Ptolemæo Φιδῆναι, Straboni Φιδῆναι, Livio Plinioque Fidenates populi. Urbem hanc delevit M. Æmilius Dictator. Strabo libr. v. Fidenas, et Collatiam numerat inter πολίχνια oppidula, deinde inter κώμας, vicos. Aitque distare a Roma stadia triginta. *Cerda.*

Nomentum] Oppidum Latino nomini adscribendum, ut Cluver. Ant. Ital. II. 9. ubi etiam de Collatia et *Fidenis*, quod plerisque plurali numero effertur. Græce Φιδῆναι. De Gabiis, quod oppidum positum est inter Romam et Præneste, idem l. III. de *Pometia*, quæ etiam *Suessa Pometia* nunc sine *n*, olim *Pomentia* urbs Volscorum, III. 8. sed hæc notiora nomina. Recte minus non nulli *Castrum Inüi* confundunt cum *Castro Novo*, imitantes Servium: quam disputationem dilucide expedit idem hic auctor Ant. Ital. III. 5. Absolute *Castrum* apud Sil. Ital. l. VIII. ubi male per minorem literam in aliquibus codicibus scribitur. *Emmeness.*

775 *Laude pudicitiæ, &c.*] Hic versus spurius videtur: in nullis codicibus, quos consului, extat. *Emmen.*

776 *Pometios*] In antiquis omnibus

ts, quos habuerim, *Pometios*
m per *r* legitur. *Pierius.*

mque *Inui*] Una est in Italia
Castrum novum dicitur. De
em ait, *Castrum Inui*, id est,
qui illic colitur. *Inuus* autem
appellatur, Græce Πάν. Item
s Græce, Latine *incubo*. Idem
idem *Fatuus, Fatuellus*. Dici-
um *Inuus* ab ineundo passim
nibus animalibus; unde et
licitur. *Castrum* autem civitas
m *castra* numero plurali dici-
cut legerimus in Plauto, 'Cas-
sarum:' quod etiam dimi-
stendit: nam *castellum* dici-
ervius.

i] Urbem hanc in Samnitibus
it Ortelius. De populis Bo-
entionem facit Plinius II. v.
tii oppida. Expugnavit Mar-
iolanus in gratiam Volscorum
Romanos Romanus ipse, sed
ide Dionysium Antiq. l. VIII.

i] Coræ urbis Strabo meminit
in. II. 5. dicit Coranos ortos a
o Trojano: id ipsum Solinus.
tassis mentio poëtica. Tacitus
I. Coræ mentionem facit, pro-
l in Etruria. Propertius el. IV.
omenti Coræ, cum ait: 'Nec-
ra Tiberim belli sonus, ultima
Nomentum, et captæ jugera
'oræ.' *Idem.*

que] In Samnitibus ponunt
bem multi, sed Livius Æquo-
it: cui sententiæ subscribit
Ant. Ital. II. 16. qui etiam in
Volscorum III. 8. meminit
Emmeness.

Hæc tum nomina, &c.] Nic. Ery-
nomina, quibus hodie oppida
ntur, recensens, *Bola*, inquit,
a Latii sine vestigiis. *Alba*
nc sedes Episcopalis. *No-*
vulgo *Lamentano* ab Urbe
s. et in Sabinis. *Gabii* prope
te, ab Urbe mill. pass. 20.
urbs, hodie *Castel Jubileo*, ab
Urbe mill. pass. 5. *Collatinæ arces*, in
montibus, ab Urbe mill. pass. 4. ad
viam Tiburtinam. *Pometii*, in La-
tio, nunc tantum urbis cadaver. *Cas-
trum Inui*, nunc *Cornetto*; sedes et
ipsa Episcopalis. *Cora* inter *Velitras*
et *Senam*, apud *Sermonetam*. Taub.

Nunc sunt sine nomine terræ] Atqui
in Catalogo hinc est dicturus aliquas
civitates: sed ex persona sua præ-
occupat. *Servius.*

778 *Quin et avo comitem sese Mavor-
tius addet Romulus*] Amulius, et Nu-
mitor fratres fuerunt, sed Numito-
rem regno Amulius pepulit; et Iliam
ejus filiam, sacerdotem Vestæ fecit.
De hac et Marte nati sunt Remus et
Romulus: qui, cum adolevissent, oc-
ciso Amulio, Avum Numitorem in
regnum revocarunt: et cum eo uno
anno regnaverunt. Postea, propter
angustias imperii, Romam captatis
auguriis condiderunt. Ergo 'avo se
addet comitem,' aut avito se junget
imperio, aut certe, secundum Ennium,
referetur inter Deos cum Ænea. Di-
cit namque Iliam fuisse filiam Æneæ;
quod si est, Æneas avus est Romuli.
Unde etiam addidit, *Assaraci*. Nam
hoc epitheton non sine caussa est in-
troductum; quod est proprium Æ-
neæ. Nam Assaracus pater est Ca-
pyos, Capys Anchisæ, Anchises Æ-
neæ. *Servius.*

Assaraci] Trojani: nam Trois f.
Assaracus pater est Capyos, *Capys*
Anchisæ, *Anchises* Æneæ. *Ilia* igitur
orta ex sanguine Trojano. Vide et
G. Merul. ad Enn. pag. 164. *Taubm.*

780 *Educet*] Phrasis propria Vir-
gilii, ita supra: 'Quem tibi longævo
serum Lavinia conjux Educet silvis
Regem.' *Cerda.*

Viden'] *Den* naturaliter longa est.
Brevem tamen eam posuit secutus
Ennium; et adeo ejus est immutata
natura, ut jam ubique brevis inveni-
atur. *Servius.*

Viden'] Corripit hanc syllabam eti-
am Stat. Theb. x. 'Ipsa dedi, viden'

ut jugulis consumserit ensem.' Horatius producit Sat. I. 1. 'Illuc, unde abii, redeo. Nemon' ut avarus.' *Emmeness.*

Geminæ stant vertice cristæ] Omnino in omnibus hoc egit Romulus, ut cum fratre regnare videretur, ne se reum parricidii judicaret. Unde omnia duplicia habuit, quasi cum fratre communia. Etenim ad captanda auguria montem Palatinum Romulus tenuit: Aventinum Remus, qui prior sex vultures vidit: postea Romulus duodecim. Et cum ille tempore, ille numero de condenda urbe certarent, orta contentione de urbis nomine inter exercitum, a Romuli militibus Remus occisus est. Fabulosum enim est, quod a fratre propter muros dicitur interemptus. *Servius.*

Geminæ stant vertice cristæ] Græci a geminis cristis, δικορύφους et διλόφους vocant. *Germanus.*

Stant] Alii l. *stent:* male. *Taubm.*

781 *Et pater ipse suo superum jam signat honore*] Merito virtutis Mars Romulum Deum esse significat. *Superum* enim accusativus est singularis, ab eo quod est *superus, superi.* Servius.

Signat] In antiquis *stant* finitivo modo est. Ita *signat* in inferiore versu: quod male quædam exemplaria *signet* scribunt: legitur et *stent.* Pierius.

Et pater ipse suo, &c.] Q. d. Viden' uti Mars ipse, Romuli pater, filium jam superum et Deorum numero adscriptum suo honore, et divinitatis et cognominis, facit insignem! Divinitatis quidem, ut divini honores illi tribuantur, templum condatur, Flamen creetur, dies festus instituatur: cognominis vero, ut non secus ac pater, *Quirinus* posteris nominetur; et loca publica, Mons et Porta, inde appellentur. Unde Romulus Ovidio etiam 'Novus Mars' nuncupatur, Fast. l. I. Nam certum est, Romulum etiam, cum in vivis ageret, *Quirinum* cognominatum. Vide G. Merulam ad Ennii Annal. l. I. ubi hanc vocem ab Hebræo trahit: item Horat. Od. III. 3. Porro *superum* Servius pro Accusativo casu habet, alii pro Genitivo contracto. *Taubmann.*

782 *Illa*] Quam tibi sæpe fata promiserunt. *Servius.*

Inclita] Græcum est. Nam κλυτὴν *gloriosam* dicunt. *Idem.*

Roma] De *Romæ* etymo, deque potentia ipsius, accuratissime J. Lipsius in *Admirandis.* Ab *Erinna poëtria* nominatur Roma θυγατὴρ Ἄρηος, id est, *Filia Martis.* Taubmann.

783 *Imperium terris*] In quantum tenditur terra. *Servius.*

Animos æquabit Olympo] Magnanimitate æquabitur cœlo. De hoc autem loco et Trogus et Probus quærunt. *Idem.*

784 *Septemque una sibi muro circumdabit arces*] Bene urbem Romam dicit septem inclusisse montes, et medium tenuit. Nam grandis est inde dubitatio: et alii dicunt breves septem colliculos a Romulo inclusos, qui tamen aliis nominibus appellabantur. Alii volunt hos ipsos, qui nunc sunt, a Romulo inclusos, id est, Palatinum, Quirinalem, Aventinum, Cœlium, Viminalem, Æsquilinum, et Janicularem. Alii vero volunt hos quidem fuisse, aliis tamen nominibus appellatos: quæ mutata sunt postea, ut de omnibus rebus legimus fieri, ut de multis locis, et de fluminibus legimus: ut sæpius, 'et nomen posuit Saturnia tellus.' *Idem.*

Septemque una sibi, &c.] Adi Donatum de urbe Roma I. 13. qui negat, sub Romulo pomœrium occupasse septem montes. *Emmeness.*

785 *Prole virum*] Virorum fortium. *Servius.*

Felix prole virum] Εὔανδρος, ut Lacedæmonem poëtæ. Hanc, ut turritam hic, πυργοφόρον Epig. Poëta vocat: et Apoll. l. x. δωδεκάδων ἀκμάζοντος, ἔθρεψεν μητέρα στεφανώντων μακάρων.

a Virgilii locus ex illo Lu- videtur l. II. 'Quare mater, materque fera- nostri genitrix hæc dicta est ; Hanc veteres Grajum inere poëtæ sublimem in ngos agitare leones,' &c. utem Sophocl. in Philoct. ... vocat. De ea Pro- ertice turrigero juxta dea Cybelle.'. Ut autem *felix læta Deum partu*, certe et s Eth. I. non parvum felici- adminiculum et subsidium quoque docet; sed nec ... licem omnino dici posse; i enim externorum bonorum m ipsam inquinare: ἐνίων ... ῥυπαίνουσι τὸ μακάριον, οἷον ... εὐτεκνίας, κάλλους· οὐ πάνυ ... ὁ τὴν ἰδέαν παναίσχης, ἢ ἢ μονότης καὶ ἄτεκνος· ἔτι δὲ ..., εἰ τῷ πάγκακοι παῖδες εἶεν, ἀγαθοὶ ὄντες τεθνᾶσι. *Germ.*

Berecynthia mater] Phrygia. Berecynthos, castellum est juxta Sangarium fluvium, r Deum colitur. Per hanc mparationem nihil aliud os- nisi Romanos duces inter s referendos. *Servius.*

...rrita] Quia ipsa est terra, s sustinet. *Idem.*

...nis supera alta tenentis] 'Υ- ...μαν' ἔχοντες. *Germanus.*

...uc geminas nunc flecte acies] sum tuum huc dirige, et huc r intuere: sic Asper. *Serv.*

...minas] Asper et Fabric. ve- ...oc laudant: 'Huc geminas s acies:' ut repetitione ex- ttentio. *Taubmann.*

...ic Cæsar et omnis Iuli Proge- 'Julius a magno demissum ilo.' *Servius.*

...oli ventura sub axem] Nam ...gustus patri Cæsari ludos exhiberet, stella per diem ; quam, persuasione Augusti, ...se populus credidit. Hinc est, 'Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.' *Sub axem* ergo, id est, ad divinos honores. *Idem.*

792 *Hic vir, hic est*] *c* litera pro duplici, non nisi in monosyllabis habetur: ut, 'Hoc erat, alma parens.' Per eorum scilicet privilegium. Unde falsum est, quod Terentianus dicit, eam pro metri ratione vel duplicem haberi vel simplicem. Nam si hoc esset, etiam in dissyllabis, pro duabus haberi debuerat, quod nusquam invenimus. Literam enim naturam servari, et in polysyllabis, convenit. *Idem.*

Vir] Vir hic ad similitudinem Saturni regnabit: ex quo illud videtur astruere, quod felicitas regnandi generi ejus attributa videatur. *Donatus.*

793 *Divi genus*] Cæsaris, qui factus est Deus. *Genus* autem dicit non solum jure adoptionis, sed consanguinitatis. Nam Atiæ filius fuit, quæ erat soror Cæsaris. Hic autem Augustus Cæsar hoc nomen accepit a patre adoptivo. Nam ante *Octavianus* dictus est a patre Octavio. *Serv.*

Augustus Cæsar, divom genus] In Romano codice, in Mediceo, et plerisque aliis legere est, *divi genus*; id quod in nomismatum etiam inscriptionibus invenias, ut in nummo pulcherrimo, a cujus altera parte C. Cæsaris caput habetur, titulus est *divos Julius:* ab altera vero parte Augusti Octaviani caput, cum inscriptione *Augustus divi f.* ad quem titulum crediderim hoc loco Virgilium adlusisse. Prætereo vero lapidum inscriptiones, quæ sunt et in Capitolio, et alibi, in quibus *divi f.* scriptum observavi. Sane etiam in Porcio codice *divi genus* prius fuit. In eo vero quem Janus Vitalis præstantissimi ingenii, neque vulgatæ eruditionis juvenis mihi tradidit, dubio procul *divi genus* legitur. *Pierius.*

794 *Sæcula qui rursus Latio*] Sub Saturno dicit aurea sæcula fuisse in orbe terrarum; sub Augusto tantum in

Italia. *Servius.*

Regnata per arva] In Romano codice legere est, non inepte forsitan, *regnata per annos*: ut sit *sæcula regnata*, non *arva regnata*. Vulgata tamen lectio adhuc in pretio est. *Pierius.*

795 *Garamantas*] Populi inter Libyam et Africam, juxta κεκαυμένην. *Servius.*

Indos] Populi orientis extremi. *Id.*

Super et Garamantas et Indos] Faciet id, quod Saturnus in Italia: atque insuper pacabit ipsum orbem. *Donatus.*

796 *Jacet extra sidera tellus*] Nulla terra est, quæ non subjaceat sideribus. Unde perite addidit, 'Extra anni solisque vias:' ut ostenderet duodecim signa, in quibus est circulus Solis. Significat autem Maurorum Æthiopiam, ubi est Atlas: de qua ait Lucanus, 'Æthiopumque solum: quod non premeretur ab ulla Signiferi regione poli, nisi poplite lapso Ultima curvati procederet ungula tauri.' *Servius.*

797 *Anni Solisque*] *Annum* pro nocte, *Solem* pro luce posuit. Vult ergo aliquid ulterius etiam esse Poëta, quod Sol nesciat, et mundus excludat. Ergo melius Cæsar, qui ad tantum spatium imperium proferet, quam Saturnus, qui in sola regnavit Italia. *Donatus.*

798 *Torquet*] Sustinet. *Servius.*

Aptum] Vicinum, ut diximus supra. *Idem.*

799 *Hujus in adventum*] In Romano codice et quibusdam aliis legere est, 'Hujus in adventum.' Quam lectionem spero eruditis auribus placituram magis, quam 'hujus in adventu.' *Pierius.*

Jam nunc et Caspia regna] Fines Assyriorum, in quibus sunt πύλαι Caspiæ. Quod autem dicit verum est. Nam et Suetonius ait in vita Cæsaris, responsa esse data per totum orbem nasci invictum imperatorem. *Serv.*

Caspia regna] Fines Assyriorum, in quibus sunt πύλαι Caspiæ. Alii non has tantum, sed et alias ad Orientem gentes, Medos, Armenios, Hircanos, Persasque intelligunt. *Taubmann.*

800 *Mæotia tellus*] Scythica, cujus palus est Mæotis. *Servius.*

Mæotia] Alibi *Mæotia* absque *e* litera passim in antiquis codicibus scribi adnotavimus. Ita hoc loco habetur. Agnoscunt tamen et *Mæotica*. Pierius.

801 *Septem gemini*] Septem fluvii. *Servius.*

Turbant] Turbantur. *Idem.*

Turbant trep. ostia Nili] Sic et absolute et neutraliter Lucret. l. II. 'Corpora quæ in solis radiis turbare videntur.' Eadem quoque forma extulit et Tacit. l. III. 'Neque Deorum principibus, si una alterave civitas turbet, omissa urbe,' &c. Sic apud Eurip. Supp. ταράσσειν pro ταράσσεσθαι accipi videtur: ὦ μέλεαι μελέων ματέρες λοχαγῶν, ὥς μοι ὑφ' ἥπατι δεῖμα χλοερὸν ταράσσει. Et Lucret. l. VI. 'Dissimiles inter se res turbareque mistas:' et v. 'sinit hæc violentis omnia verti Turbinibus, sinit incertis turbare procellis.' Sed et Nilum septemgeminum vocat Catull. 'Sive qua septemgeminus colorat Æquora Nilus.' *Germanus.*

Trepidi ostia Nili] Est qui putet legendum, *tumidi*, non *trepidi*, tum propter incrementum Nili, cum quo quadrat tumor: tum etiam, quia Horat. eo epitheto Nilum ornat, Od. III. 3. 'Qua tumidus rigat arva Nilus.' Sed nihil tamen muto, nam cum turbatione egregie trepidatio. *Cerda.*

802 *Nec vero Alcides*] Nunc comparat illum Herculi, deinde Libero patri, qui ambo plurima loca superarunt. Laudat ergo alios, ut potiorem Cæsarem faciat. Sic assentator ille Terentianus Gnatho, cum dictum esset: 'Magnas vero gratias Thais Mihi?' respondit, *ingentes*: ut æstimationem audentius assentatione etiam superaret: nam si *magnas* respon-

a promerebatur patrocini-
...
telluris obivit] Ideo a Græ-
les πολύπλαγκτος, et ab Ho-
xxi. 3. *vagus*. Cerda.
Alcides tantum telluris obi-
rasse et pererrasse quia or-
ar Hercules, inde etiam Ho-
tur ' vagus Hercules,' Od.
mmeness.
erit æripedem cervam] Pro
. Vicit autem Cerinitim cer-
am a loco. *Fixerit* autem
Servius.
æripedem] In Romano co-
aibusdam aliis, *fixerat æripe-*
ar, et exacta specie *fixerat*
um Carisius agnoscit. Ita
præteritum plusquam per-
ppellat, quæ quidem figura
a est, et elegantissima.
men ierim inficias ubi *æri-*
isynalœphen esse notat *fix-*
tum esse. Sed quum supe-
ms et modus sit expressus,
lterum hoc librarii omnino
tum esse credendum est.

lem cervam] Sunt qui *æripe-*
æripedem accipiant. Alii, ut
ro, ὑπ' ὄχεσφι τιτύσκετο χαλ-
πω, Il. Θ. et de tauris Æetæ
III. καὶ οἱ χαλκόποδας ταύρους
λκεα δὲ σφέων Ἦν στόματ' ἐκ
&c. qui et χαλκώνυχες. So-
pnoque in Elect. χαλκόποδα
ocat: Pindarus quoque æri-
uros Colchicos dixit, καὶ βόας
ὑπὸ ξανθᾶν γενύων πνέον καιό-
ὸς, χαλκέαις δ' ὁπλαῖς ἀράσ-
σον ἀμειβόμενοι· et Aristoph.
t. χαλκοκρότων ἵππων κτύπος.
. l. vi. ubi de gestis Herculis
c huic cervæ epitheton assig-
μὰν δ' εὖ ἤσκητο θοὴ πόδας.
us.
nthi Pacarit nemora] Mons
e ubi aper ferocissimus fuit.

Pacarit] In Mediceo, et ple-
risque aliis veteribus exemplaribus, *pacarit* habetur. Si *placarit*, ad monstri feritatem referri debet: si *pacarit*, ad loci quietem, qui hoste veluti sublato quiescere cœpisset. *Pier.*

Lernam tremefecerit arcu] Pro Hydra paludem ipsam posuit; et intelligamus ante eam sagittis fuisse confixam: post exsectam et adustam. *Servius.*

Tremefecerit] Veluti superius *fixerat* in codicibus aliquot antiquis legebatur, ita in iisdem etiam *tremefecerat* habetur, eadem specie modoque. *Pierius.*

805 *Juga flectit*] Ἡνιοστροφεῖ, Eurip. Ut autem, *celso Nysæ de vertice*, Apollon. l. II. Bacchum νυσήϊον υἷα vocat; Catull. ' Sæpe vagus Liber Parnassi e vertice summo Thyadas effusis euantes crinibus egit.' *Germ.*

806 *Nysæ de vertice*] Mons est Indiæ, de quo loquitur. Cæterum est et Nysa civitas, in qua Liber colitur: unde *Nysæus* dictus est. *Servius.*

Nysæ] De hac urbe Mela III. 7. ' Urbium quas incolunt Nysa est clarissima et maxima, in qua genitum Liberum patrem arbitrantur.' Justinus contra conditam a Baccho affirmat. XII. 7. *Emmeness.*

Tigris] De Bacchi tigribus, lyncibus, pantheris, tum alibi a me dictum, tum in promptu sunt loca Ovidii Art. I. et in epist. Nemesiani ecl. III. Martialis epigr. VIII. 26. Senecæ in Medea, Sidonii in Burgo. Extremi solum versus adduco: ' Forte sagittiferas Euan populatus Erythras, Vite capistratas cogebat ad esseda tigres.' Itaque his missis, hic tantum adnoto, scribi a Plutarcho in præceptis Conjug. tigres sonitu tympanorum ἐκμαίνεσθαι παντάπασι, καὶ διασπᾷν ἑαυτάς: *furere, ac se ipsas dilacerare.* Non aliter atque elephanti furunt colore splendido, tauri puniceo. Idem repetit lib. de superstitione. Ista ergo fortasse causa, cur dati Baccho furoris Deo, in cujus semper

comitatu erant tympana: ut videlicet furor Bacchi feræ hujus furoribus juvaretur. *Cerda.*

Tigris] Bacchi vehiculum a tigribus tractum et a lyncibus multis declarat Scheff. de Re vehic. I. 18. *Emmen.*

807 *Et dubitamus*] Pro *dubitas.* Miscuit personam suam. Est autem sensus, Cum tibi sit tanta præparata posteritas, dubitas virtutem factis extendere, id est, gloriam? *Servius.*

Et dubitamus] Fuit ornamenti, quo impellaret filium, ne frangeretur tarditate veniendi. *Donatus.*

Virtutem extendere] In Romano codice hemistichius ita legitur, 'virtute extendere vires.' Plerique vero alii, qui priorem lectionem offerunt, abrasi sunt: nam et apex supra ultimam vocalem in *virtute,* et dictio tota *factis* aliena manu et atramento notata inspiciuntur. Sed quamvis plurimum ita veteres codices legant, non tamen pervincunt, ut ea vulgata lectio 'virtutem extendere factis' displicere possit, *Pierius.*

808 *Aut metus*] Est aliquis timor, qui te regnis Italiæ revocet? *Servius.*

809 *Quis procul ille autem*] Nunc redit ad Romanos reges, qui septem fuerunt: Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Ancus Marcius, Tarquinius Priscus, Servius Tullius, Tarquinius Superbus. Mira autem utitur phantasia: ut quasi ostendat se non agnoscere eum, qui de gente Romana non fuerat. Romulo enim mortuo, cum anno senatus regnasset per decurias, tædiosum visum est, et quæsitus est rex. Sed cum in urbe nullus idoneus esset inventus, orta est bona Pompilii fama, quod esset apud Cures civitatem Sabinorum. Rogatus itaque per legatos accepit imperium: qui ferociam populi a bellis ad sacra contulit. Unde etiam *Numa* dictus est ἀπὸ τῶν νόμων, ab inventione et constitutione legis: nam proprium nomen *Pompilius* habuit. Hic etiam canus fuit a prima ætate: ad quod alludens ait, 'Incanaque menta.' Item propter sacerdotium: 'Ramis insignis olivæ.' *Servius.*

Quis procul ille] Multa dat signa, ut cognoscatur in multitudine. Magna autem laus, ut per modicas vires ad magnum tendat imperium. *Donatus.*

Quis procul, &c.] Non abludit hic locus ab Euripidis loco in Phœniss. imo fortasse inde expressus: Τίς οὗτος ὁ λευκολόφος, Πρόπαρ ὃς ἄγει στρατοῦ; *Quis hic est, qui albam cristam in casside habet, Qui anteit exercitum?* Cer.

810 *Incana menta*] Catull. 'Smyrnam incana diu sæcula provolüent:' supra: 'barbas, incanaque menta,' de hircis. *Germanus.*

Incanaque menta] Numam a prima ætate canum fuisse, interpretes hic et alibi asserunt. Vide, si placet, quæ de hoc hominum genere scripsit Delrius Prolog. II. 1. et Cælius XXIV. 5. Crinitus IV. 15. Sed me nescio quod blandimentum invitat, ut ad senectutem canities ista referatur, et ad obsitam Numæ sapientiam, qua imperium firmavit. Nam illud de vera canitie in prima ætate qui firmetur de Numa, non video. *Cerda.*

811 *Regis Romani*] Multa quidem vetera exemplaria, mutato numero, Tritimimerim faciunt, *Romani regis.* Sed vulgata lectio, spondæo suspenso, multo plus omnino videtur habere gravitatis. *Pierius.*

Primam] In plerisque codicibus antiquis *primam* legitur, hoc est, adhuc recentem. Nam ante Numam Romulus leges tulit. In Mediceo, *primum* est: et addita paraphrasis, *in principio.* Probant et aliqui *primus.* Idem.

812 *Curibus parvis, &c.*] De Numæ Pompilii Justitia, Religione, et patria legendus Livius I. 18. et seqq. et Ovid. Metam. xv. a principio, et vs. 408. et seqq. *Emmeness.*

813 *Cui*] In aliquot veteribus exemplaribus, *quoi* scriptum. Cujusmodi lectiones plerasque missas fa-

rum tam paucos videam, qui hujusmodi eruditione delec- *Pierius.*

Otia qui rumpet patriæ] De hoc 'Inde Tullum, qui ferocior o fuit, quam Numæ similis.'

qui rumpet patriæ] Quia ut i. 22. 'undique materiam ex- belli quærebat.' Quare Ju- Sat. v. 67. eum *pugnacem* vo- ti omnem militarem discipli- artemque bellandi condidit. Florus i. 2. *Emmeness.*

les] Pigros, ociosos, nimium s. *Servius.*

Desueta triumphis] A consue- triumphandi dissuescentia. *Id.* *um desueta triumphis Agmina*] hoc in Romano codice longe lectione habetur, quum ibi m sit, 'et magnum deinde tri- n Agmina:' quod quo pacto re possit, non intelligo; quum ordo structuræ ullus, neque ia congrua discernatur: quare vulgatam refero lectionem.

Jactantior Ancus] Amans po- rorem. Hic Ostiam fecit. *An-* em dictus ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, id abito, quem incurvum habuis- ur. *Servius.*

ntior] Jactat se, quisquis plu- sibi arrogat. *Donatus.*

ntior Ancus] De Anco hono- meret. l. iii. 'Lumina sis ocu- m bonus Ancu' reliquit, Qui multis quam tu fuit, improbe, Quod autem 'gaudentem po- us auris' dixit, videtur ex En- circumlocutione δημοχαριστὴν s: qui de Ulysse in Hecub. ποικιλόφρων κόπις, ἡδυλόγος, ιστὴς Λαερτιάδης πείθει στρατιὰν, l δημοχαριστὴν scribunt, hoc ιξακοποιοῦντα, et κενοδοξοῦντα. i autem primum Fortunæ tem- Romæ fundasse est auctor ch. in lib. De fort. et virt. Rom. his verbis: πρῶτος μὲν γὰρ ἱδρύσατο τύχης ἱερὸν μάρκος ἄγκος ὄνομα θυγατριδοῦς, καὶ τέταρτος ἀπὸ ρωμύλου γενόμενος βασιλεὺς, καὶ τάχα που τὴν τύχην τῇ ἀνδρίᾳ παρωνόμασεν, ᾗ πλεῖστον εἰς τὸ νικᾶν τύχης μέτεστι. *Germ.*

817 *Auris*] Favoribus. Unde et *aurarii* dicuntur favitores. *Servius.*

Popularibus auris] Hi sunt favores populi, quos non quærunt sapientes. *Donatus.*

Auris] Pulchre Servius: *auris, favoribus: inde et aurarii dicuntur fautores:* et Ancus quidem populi et patrum favore regnum habuit, quod expresse Livius. Porro *populari aura* pro favore plebis, parœmiam sapit: ita enim dictum Livio l. xxiv. 'Perseus levi aura spei objecta.' Hor. Od. iii. 2. 'Arbitrio popularis auræ.' Tullio, 'ventus popularis, venti concionum.' Hieronymo ad Nepotianum, 'ne rectum iter precum tuarum frangat aura popularis:' Cypriano epist. 2. 'caducis atque inanibus votis popularis aura quæsita est.' Parco exemplis, nam congesta ab aliis. Gr. dicunt istos δημαγωγούς. *Cerda.*

818 *Vis et Tarquinios reges, animamque superbam*] Unus enim de Tarquiniis fuit superbus. *Servius.*

Tarquinios] In codicibus antiquis *Tarquinios* quadrisyllabum pro *Tarquinos* legitur: ut si, quæ pene ultimam præcedit, syllaba non corripiatur ratione numeri polysyllabici, certe κατὰ συνίζησιν duæ ultimæ in unam coëant, quando sunt qui secundam a principio syllabam longam existiment. Hoc eodem modo sæpius apud Ovid. ex veteribus codicibus legi, 'Illic Tarquinius mandata latentia nati.' Et eodem poëmate, 'Ultima Tarquinius Romanæ gentis habebat.' Qui si dicant his quoque locis *Tarquinus* trisyllabum scribi debere, certe quadrisyllabum in eo pentametro non negabunt, 'Natus ait Regis, Tarquiniusque vocor.' *Pier.*

Vis et Tarquinios, &c.] Ex hoc Vir-

giliano colorem traxit Silius l. XIII. 'Si studium et sævam cognoscere Amilcaris umbram; Illa est, cerne procul, cui frons nec morte remissa Irarum servat rabiem.' *Cerda.*

Animamque superbam] Ita, ubi de regibus Rom. agit Horatius, meminit Tarquinii, Od. I. 12. 'Romulum post hos prius, an quietum Pompili regnum memorem, an superbos Tarquini fasceis.' Sed hic de Bruto consule loqui Virgilium, non obscurum est. *Emmeness.*

819 *Ultoris Bruti, fascesque videre receptos*] Vis videre etiam ultoris Bruti fasces receptos? Historia autem hoc habet: Tarquinius ob multa quidem, *Superbus* est dictus; præcipue tamen ob hanc caussam. Mandavit aliquando cuidam satelliti, ut cujusdam oppidi omnes principes interimeret. Profectus ille grandem multitudinem reperit. Quod cum ei renuntiasset deambulanti cum virga in hortis, detractans ille responsioni, capita decussit papaverum, ut satelles, quid fieri vellet, agnosceret. Hujus filius vitiavit nobilissimam matronam Lucretiam. Quod illa dolens, se interemit. Tunc ejus avunculus Brutus, rapto ex ejus corpore gladio, processit ad populum; et de hac re concionatus est. Quo facto omnibus placuit, ne reciperetur rex, qui tunc Ardeam expugnabat. Propter quod se Tarquinius cum liberis ad Porsennam regem Tusciæ contulit; et bellum gessit gravissimum contra populum Romanum. Tunc duo creati sunt consules, Brutus et Tricipitinus, pater Lucretiæ, qui et Tarquinius dicebatur; ob quod solum est urbe depulsus, et in ejus locum subrogatus est Valerius Publicola: quo mortuo, item alter est factus; et alter similiter. Quod cernens tædiosum esse Virgilius, Brutum solum posuit, qui annum solus implevit. Sed Bruti filii amici erant filiis Tarquinii: cum quibus cum iniissent consilium, ut eos per noctem intromitterent, proditi sunt a servo Vindicio, et a patre interempti sunt. Ideo ergo *ultoris*, scilicet et libertatis publicæ, et Lucretiæ pudoris. *Servius.*

Fascis] Sunt hi bacilli aliquot teretes, loro colligati in modum fascis, unde et nomen habuerunt. De his docte Lipsius Elect. I. 23. *Cerda.*

820 *Sævasque securis*] Quæ sævierunt etiam contra liberos. *Servius.*

Sævasque securis, Infelix] Quamvis ob commodum publicum te laudent, tamen infelix eris propter natos cæsos. *Donatus.*

821 *Natosque*] Plerique codices antiqui *gnatos* una plus litera scribunt, ut solitos esse veteres ait Victorinus. At Cornelius Fronto tam asseveranter *gnatum* a *nato* distinguit, ut *gnatum* cum *g* filium dicat; *natum* vero, vel pullum, vel quid hujusmodi, cum significatione temporis, ut sit potius participii vox, quam nominis. *Pierius.*

Natosque pater] De hoc Bruti facto loquuntur Plutarchus, Dionys. Antiq. V. et Valerius Max. V. 8. Sed inter omnes elegi verba Livii II. quæ mihi admirationem injiciunt. Ait ille: 'Missi lictores ad sumendum supplicium, nudatos virgis cædunt, securique feriunt: cum inter omne tempus pater vultusque et os ejus spectaculo esset, eminente animo patrio inter publicæ pœnæ ministerium.' Notanda verba Tullii pro Roscio: 'Magna oportet esse vitia atque peccata filii, quibus incensus, parens potuerit animum inducere, et naturam ipsam vincere, ut amorem illum penitus insitum ejiceret ex animo, ut denique se patrem esse oblivisceretur.' *Cerda.*

822 *Pulchra pro libertate*] Ingenti arte loquitur consideratione personarum. Factum enim laudat dicens, *pulchra pro libertate:* personam vituperat. *Servius.*

823 *Utcumque ferent ea facta mino-*

ae] Etiamsi lauderis a posteris, non xtorquere vim naturæ debet amor atriæ. *Idem.*

Ferent ea facta] In antiquis omnius exemplaribus, quotquot habere otui, *ea facta* sub voce participii criptum animadverti, pro *ea fata.* Inam lectionem divus etiam Augusinus de civitate Dei III. videtur agovisse: cujus verba, quod ad Virilianæ sententiæ declarationem faiant, subjicere non pigeat. Quod actum Virgilius postquam laudabiliter commemoravit, continuo clemener exhorruit. Quum enim dixisset, gnatosque pater nova bella moventis Ad pœnam pulchra pro libertate ocabit;' mox exclamavit et ait, 'Infelix: utcunque ferent ea facta minores.' 'Quomodo libet,' inquit, 'ea facta posteri ferant, id est, post ferant, et xtollant; qui filios occidit, infelix st.' Et tanquam ad consolandum nfelicem, subjunxit, 'Vincet amor atriæ, laudumque immensa cupido.' *Pierius.*

Infelix: utcunque ferent ea facta minores] Scire licet, tantam fuisse prisis patribus in liberos potestatem, ut n eos citra judicium capitaliter contituere possent. Unde Valerius l. v. 'Bruti æmulatus exemplum Cassius, filium, qui tribunus plebis Agrariam legem primus tulerat, postquam llam potestatem deposuit, adhibito propinquorum et amicorum consilio, affectati regni crimine domi damnavit, verberibusque affectum necari jussit.' Iam tamen effusam potestatem revocatam constat lege Inauditum, II. ad eg. Cornel. de sicar. nec id temere, cum et in servos crudum immaneque dominorum imperium coërcitum humanitate legum fuerit. *Germanus.*

824 *Vincet amor patriæ*] Nimirum ut Plutarch. in Polit. præcep. ex poëta aliquo, εὐγενὴς καὶ φρονήματος τέλλων τὸ ἀναφωνῆσαι, φιλῶ τέκν᾽, ἀλλὰ πατρίδ᾽ ἐμὴν μᾶλλον φιλῶ. Valerius v. 8. sub titulo, *qui severi adversus liberos*, tragicæ huic asperitati patrocinans, 'Exuit,' inquit, 'patrem, ut consulem ageret; orbusque vivere, quam publicæ vindictæ deesse, maluit.' *Germanus.*

Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido] De hoc Bruto Sil. Ital. l. XIII. 'Sed raptabat amor priscos cognoscere manes, Nunc meritum sæva Brutum immortale securi Nomen.' Totum hunc Maronis locum imitatus videtur poëta de Camillo, Curio, aliisque mentionem faciens. Juvenalis Sat. VIII. 263. hanc Historiam attingens pro *pulchra*, dicit 'dubia pro libertate:' ubi etiam de Deciis, qui se pro patria devoverunt: de patre se devovente ad Veserim in bello Latino Livius x. 26. de filio in Gallos idem præstante c. 29. de quibus Propert. IV. 1. 'Tunc venere animi Decii, Brutique secures.' et idem III. 11. 'At Decius misso prælia rupit equo.' Cicero hanc tractans Historiam l. I. Tusc. quæst. c. 37. Nepotem tertium fuisse memorat: 'Non cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetruscis filius, cum Pyrrho Nepos se hostium telis objecissent.' De his omnibus præclare de Rep. Roman. meritis consulendus Claudian. de quarto consulatu vs. 400. et seqq. et quid dictum Ge. II. 169. 170. vide. *Emmeness.*

825 *Quin Decios*] Quin imo Decios respice. Hi duo fuerunt qui Mures dicti sunt: pater et filius. Horum alter se bello Gallico, alter Samnitico vovit pro republica, cum terra et mari universum bello vellent exercitum perdere. *Servius.*

Drusosque procul] Et hi duo fuerunt: Horum prior vicit Hasdrubalem. Alter est filius Juliæ, sororis Augusti. *Id.*

Sævumque securi aspice Torquatum] Hic Gallum quendam in ponte Anienis, singulari certamine superavit, et ejus sibi torquem imposuit: unde nomen accepit. Hic ad urbem pergens, præcepit filio, ut tantum castra metaretur: ille, provocatus ab hostibus,

nacta occasione, victoriam consecutus est. Reversus postea pater laudavit fortunam populi Romani: sed filium, ut dicit Livius, 'Fustuario supplicio necavit.' Ergo *sævum securi*, sævum jure occidendi, non ferri genere. Nam securi non animadvertit in filium. *Id.*

826 *Referentem signa Camillum*] Brenno duce, Galli apud Alliam fluvium, deletis legionibus, everterunt urbem Romam absque Capitolio: pro quo immensam pecuniam acceperunt. Tunc Camillus absens Dictator est factus; cum diu esset apud Ardeam in exilio propter Vejentanam prædam, non æquo jure divisam; et Gallos jam abeuntes secutus est: quibus interemptis aurum omne recepit et signa. Quod cum illic appendisset, civitati nomen dedit. Nam *Pisaurum* dicitur, quod illic aurum pensatum est. Post hoc tamen factum rediit in exilium. Unde rogatus, reversus est. *Idem.*

Camillum] Tzetzes in Chiliadibus Camilli, aut Cadmilli, nomen refert ad Cadmum, et Græcum κάζειν quod est *ornare*: unde et κόσμος et κοσμέω literarum commutatione. Goropius Hieroglyph. l. I. ait, vocis hujus originem esse 'malum revelo.' Et sic olim generatim omnes ingenuos pueros vocatos, quod puerili quadam simplicitate, citra ambages, omnia revelent. Est itaque Camillus, qui mala detegit. Non inepte quispiam referat hoc etymon ad Camilli facinus, quod in explicatione recensui. Hujus viri elogium est hoc in Plutarcho lib. de exsil. Κάμιλλος Ῥώμης δεύτερος κτιστής, 'Camillus Romæ alter conditor.' *Cerd.*

827 *Paribus*] Ita etiam Ge. I. ad signanda bella civilia, 'paribus concurrere telis.' et Lucanus, 'pares aquilas.' *Idem.*

Fulgere] Ab eo quod est *fulgo fulgis*, accentum habet in prima. *Serv.*

Paribus quas fulgere cernis in armis] Infra l. IX. 'paribus non invidet armis.' *Germanus.*

Fulgere] Lege Senecam Nat. Quæst. I. 56. *Cerda.*

828 *Et dum nocte premuntur*] Bene allusit. Nam concordiam in humilitate tenuerunt: cum nobilitate vero in bella venerunt. *Servius.*

Nunc et dum nocte prementur] In antiquis legere est *prementur* futuro tempore, quod multo magis placet, quam *premuntur*, quum præsens per adverbium *nunc*, sit jam expositum. *Pierius.*

829 *Si lumina vitæ*] Imitatione Lucretii l. x. 'Unde animale genus generatim in lumina vitæ Redducit Venus.' Sunt tamen qui hic *limina vitæ*, malint ex eodem Lucretio: *vitæ cum limen iniret*: et *limen leti*, apud eundem: adeo ut emendandus mihi videatur locus ille ejusdem Lucretii l. I. ubi de Epicuro, 'Ipse Epicurus obit decurso lumine vitæ:' nam pro *lumine*, *limine* omnino legendum existimo; *limen* enim videtur decurrere lumen vitæ: est enim luminis et ignis decurrere potius quam decurri. Præterea *decurrere limen* transfertur elegantius a spatio et curriculo hippodromi, ut partem pro toto accipiamus: nam *limen* pro *carceribus* et ipse Maro supra usurpavit: 'Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt.' *Germanus.*

831 *Aggeribus socer Alpinis*] A munimentis Alpium. Hæc enim Italiæ murorum exhibent vicem. *Socer* vero, quia Pompeius habuit Juliam filiam Cæsaris, quæ in partu periit. Unde etiam isti inter se facile dimicare potuerunt. *Servius.*

Arce Monœci] De Liguria, ubi est portus Monœci Herculis. Dictus autem μόνοικος, vel quod pulsis omnibus illic solus habitavit: vel quod in ejus templo nunquam aliquis Deorum simul colitur: sicut in Jovis, Minerva et Juno: in Veneris, Cupido. *Idem.*

Arce Monœci] Tacit. Ann. l. XIX. Monœci meminit. 'Fabius Valens e sinu Pisano sævitia maris, aut adversante vento, portum Herculis Mo-

pellitur.' Hinc scilicet ducto nomine, quod (ut interpres communem cellam cum alio iudiaverit, et ex augurali es-ciplina suam Deorum cuique icare: ut constat ex illo Va-. In qua cum Marcellus quin-nsulatum gerens templum Ho-Virtuti, Clastidio prius, deinde is potitus, nuncupatis votis i consecrare vellet, a collegio um impeditus est, negante, ellam duobus diis recte dicari: i enim, si quid prodigii in ea et, ne dignosceretur, utri rem i fieri oporteret, nec duobus, tis diis, una sacrificari solere. tificum admonitione effectum Marcellus, separatis ædibus, s ac Virtutis simulacra statu-*Germanus.*

Idversis instructus Eois] Ori-im auxiliis est usus. *Servius.*

Pueri] Nam quisque cum nas-ner est. Tanquam autem op-nater, recte consulit posteris, sapienter admonet. *Donatus.*

scite bella] Mire dictum. Ab im quasi consuetudinem fecit Romanus bellorum civilium. enim gesta sunt a Cæsare Pompeium in Thessalia. Item ejus filium Magnum in Hispa-em contra Jubam et Catonem a. Mortuo Cæsare, ab Augus-ra Cassium et Brutum in Phi-ivitate Thessaliæ. Contra Lu-ntonium in Perusia, Tusciæ. Contra Sextum Pompeium a: Antonium et Cleopatram o. *Servius.*

scite bella] Sic cum accusativo rpat verbum, bene stante pro tione Torrentio, Horatius Sat. [illegible]evit pater optimus hoc me [illegible].' Vide etiam Sanctii m in *assuesco* et *insuesco*. Em. *[illegible]que prior, tu parce*] Cæsari uem clementem circa Pompe-[illegible]: cui vult tunc hoc esse mandatum. *Servius.*

836 *Projice tela manu*] Subest vis quædam huic verbo. Cæsar Bel. civil. i. III. 'Cum plures arma proji-cerent, ac fugæ simile iter videretur.' Hom. Il. Ξ. χειρὸς δ' ἔκβαλεν ἔγχος. Græci ῥίπτειν ὅπλα, unde ῥίψασπις. *Germanus.*

Sanguis meus] Ad hanc rem perti-nent verba Aristotelis ex ethic. l. VIII. ad Nicomachum, διὸ (inquit) φασι ταὐτὸν αἷμα καὶ ῥίζαν, καὶ τὰ τοιαῦτα. Lo-quitur videlicet de amore, quo se fra-tres diligunt: id est: 'quamobrem dicunt, meum eundem sanguinem, meam radicem, et similia.' Inde eti-am Horatius de Augusto in carmine sæculari: 'Clarus Anchisæ, Venerisque sanguis.' Juppiter apud Silium lib. tertio loquens ad Venerem: 'te-net, longumque tenebit Tarpeias ar-ces sanguis tuus.' Clarius Thyestes apud Senecam dixit 'sanguinis mei,' pro, liberis meis. Et Statius Theb. III. qui Virgilio hærens: 'vos, o supe-ri, meus ordine sanguis, Ne pugnate odiis.' Virgilius etiam in Æn. VII. 'tu sanguinis ultimus auctor.' Potest in hunc locum aptari nota illa, quam ego Æn. I. ad illud: 'Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci Audie-rat.' Porro non placet, qui ex Rufi-niano admonet legendum in Virgilio *sanguis pius*, pro *sanguis meus*. Et quidem vulgarem lectionem defendit locus Statii. *Cerda.*

Sanguis meus] Rufinianus Rhetor malit, *sanguis pius*. Taubmann.

837 *Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho*] Mummium significat. *Serv.*

Ille triumphata, &c.] Sententiam, quam sequor de L. Mummio, sequun-tur fere omnes interpretes, alii etiam, videlicet Servius, Nascimbænus, Hor-tensius, Germanus, Corradus in Com-ment. ad Brutum, Jovianus in Anto-nio, quem vide; nam et egregie Poë-tam explicat, et defendit a calumniis Agellii, et Higyni. Non bene Alcia-tus Parerg. v. 21. Q. Cæcilium Me-

tellum accipit: neque alii, qui alium a Mummio, ut patebit adeunti Livium l. LI. et LII. Justinum l. XXXIV. Orosium V. 2. Eutropium IV. 3. Florum l. II. Paterculum l. I. Hi enim omnes, alii etiam ita de Mummio, Achæis, et Corintho loquuntur, ut veluti digito monstrent, de Mummio accipiendum Poëtam: neque parum ad id ipsum conducunt, quæ scribuntur a Pausania in Eliacis prioribus, atque in Achaicis. *Cerda.*

Ille triumphata] Stephanus in lect. Virgil. p. 17. reprehendit Donatum, qui *triumphata* interpretatur *triumphis ornata* et ad Capitolium refert. Qua in re et metro et Latinitati vim afferre eum asserit. *Emmeness.*

839 *Eruet ille Argos, &c.*] Vapulat hic locus apud Agellium x. 16. quem tuetur Pontanus in Antonio. Alii hæc de Q. Curio Dentato, et Pyrrho, Epirotarum Rege, intelligunt. Quos omnes refutant Nascimb. et Hortensius, et simpliciter *Paulum Æmilium* intelligunt, qui *Æaciden*, id est, Persen vicerit, et, Macedonia direpta, in triumpho ante currum egerit: quo facto Æacidarum regnum corruit. Macedonum autem et Epirotarum Reges ab Achille ortum traxisse constat. Propert. l. IV. el. ult. 'Et Persen proavi simulantem' (alii l. *tubulantem*, id est, tumefacientem) 'pectus Achillis, Quique tuas proavus fregit Achille domos.' Euripides, in Oreste, *Argos*, urbem Peloponnesi, sedem regiam facit Agamemnonis. *Taubmann.*

840 *Ipsumque Æaciden*] Necesse est ut *ille* subaudiamus. Pyrrhum enim, quem Æaciden dicit, Curius et Fabricius vicerunt, ferentem Tarentinis auxilium. Hic postea fugit in Græciam, et illic est occisus in templo. Argos vero et Mycenas alii vicerunt. *Servius.*

841 *Ultus avos*] Aut hic distinguendum, ut sit, *Trojæ Minervæ*, pro *Trojanæ*; principale pro derivativo; aut certe *avos Trojæ*: non quos Troja habuit avos; sed qui de Troja fuerunt, id est, avos Trojanorum. *Idem.*

Ultus avos Trojæ] Vehementer reficit animum filii, interitum Græciæ et ultionem Trojæ promittens. *Don.*

842 *Magne Cato*] Censorium dicit, qui scripsit historias: multa etiam bella confecit. Nam Uticensem, præsente Augusto, contra quem pater ejus et dimicavit, et Anticatones scripsit, laudare non poterat. Supra autem Minervæ templa temerata per stuprum Cassandræ dicit. *Servius.*

Magne Cato] M. Porcium Catonem Censorium majorem intelligit: qui et τρισμέγιστος dictus: fuit enim maximus Orator, max. Imperator, et max. Senator. In eum exstat distichon: 'Portius hic mordax, glaucis subrufus ocellis, Interiens Erebo sedes non comperit ullas.' *Taubmann.*

Cosse, relinquat] Cossus tribunus militum consulari potestate fuit. Hic regem Tuscorum Lartem Tolumnium, a loco dictum, occidit: et secunda post Romulum opima spolia revocavit. Erit autem nominativus *hic Lar*, *hujus Lartis.* Servius.

Cosse] A. Corn. Cossum notat: de quo Livius l. IV. ab U. C. *Taubmann.*

Quis te tacitum relinquat] Simili formula utitur Horat. Od. IV. 9. 'Non ego te meis Chartis inornatum silebo, Totve tuos patiar labores.' *Emmeness.*

843 *Quis Gracchi genus*] Gracchos seditiosos constat fuisse: nobiles tamen genere. Namque per Corneliam, nepotes Scipionis Africani fuerunt. Unde Iuvenalis ad eam, 'Tolle tuum precor Hannibalem.' Ergo Scipiones dicit per Gracchi genus. Duo autem fuerunt: major Africanus, Æmilianus minor, qui obsidione Carthaginis ab Italia revocavit Hannibalem. *Serv.*

Gracci genus] Nobilissimum hoc Romæ, conjunctum etiam affinitate cum Scipionibus, unde a Poëta hic etiam conjunguntur: minor enim Cornelia Africani filia nupsit T. Sempronio Graccho (nam Major Nasicæ

ex qua Sempronius duodereliquit superstites, et, cæsis, tres tantum superfuere, Gracchi, adolescentes ingeosis, et filia una Sempronia, it minori Africano. Hinc non omnino respuendum qui per *genus Gracchi* Scipnari ait. Ego libenter in per *genus*, Tiberium et Cachos: per *Gracchi* Sempronn. *Cerda.*

piadas] Hi gemini fratres qui cum fortissime dimicaHispania apud Carthaginem æ *Spartaria* dicitur, insidiis i sunt. *Servius.*

mina belli Scipiadas] Cicero Balbo: 'Cum duo fulmina erii subito in Hispania Cn. Scipiones extincti occidis- Lucret. l. III. 'Scipiades en, Carthaginis horror, Ossa æ proinde ac famul infimus a et duo lumina civitatis oque, ut et Epig. l. III. διστρὶ, &c. *Germanus.*

Scipiadas] Aliqui hic cas illos Scipiones fratres, et Cneum, qui in Hispania His non deest ratio aliqua, t Cicero pro Balbo: 'Et ulmina nostri imperii subipania Cn. et P. Scipiones occidissent.' Sed certius e accipi utrunque Africaaddat, *Cladem Libyæ*. Id spicuum fit ex imitatione qui l. III. dicit: 'Scipiades en, Carthaginis horror.' Cui gilius instituit, Manilius etiiadæque duces fatum Carnum.' *Cerda.*

belli] Præconium hoc usuraliis in mentione virorum l. Testimoniis Ciceronis li adductis, adjunge Silium ubi sunt nunc fulmina gendæ.' Apud Pausaniam in olemæus appellatus est cognomento *fulmen* κεραυνὸς, propter eximiam in bellicis rebus gerendis alacritatem. *Idem.*

Cladem Libyæ] Scipiones. *Servius.*

Parvoque potentem] Paupertate gloriosum ac regibus imperantem. Hic legatis Samnitum respondit; Romam non aurum habere velle, sed habentibus aurum imperare. Horat.: 'Vivitur parvo bene.' Vide Agell. I. 14. *Taub.*

Parvoque potentem Fabricium] Adnecto hic verba Maximi IV. 3. de Fabricio: 'continentiæ suæ beneficio sine pecunia prædives, sine usu familiæ abunde comitatus: quia locupletem illum faciebat, non multa possidere, sed modica desiderare. Ergo domus ejus, quemadmodum ære, et argento, et mancipiis Samnitum vacua; ita gloria, ex his contemptis parta, referta fuit.' Fabius declam. 268. Fabriciis et Curiis proprio et signato elogio dat abstinentiam. *Cerda.*

845 *Fabricium*] Paupertate gloriosum. Hic est qui respondit legatis Samnitum aurum sibi offerentibus, Romanos non aurum habere velle, sed aurum habentibus imperare. *Serv.*

Serrane serentem] Attilius quidam senator fuit, qui cum agrum coleret, evocatus propter virtutem meruit dictaturam. *Serranus* autem, a serendo dictus est. *Idem.*

Sulco, Serrane, serentem] *Suleos* legit Turnebus. *Serranus* autem, qui et *Saranus*, prius Attilius dictus, a *serendo* hoc cognomen sortitus est: unde Plin. XVIII. 3. 'Serentem invenerant dati honores Serranum,' unde cognomen. *Germanus.*

Serrane] Salvianus l. I. de Providentia scribens de priscis moribus Romanorum: 'Non despiciebant tunc, puto, pauperes cultus, cum vestem hirtam ac brevem sumerent: cum ab aratro arcesserentur ad fasces.' Manilius l. IV. 'Serranos, Curiosque tulit, fascesque per arva Tradidit, eque suo Dictator venit aratro.' Allusit Sidonius Epist. l. VIII. 'Quid

Serranorum æmulus, et Camillorum, cum regas stivam, dissimulas optare palmatam?' Servius nulla historiæ fide scribit, Serranum vocatum ex aratro ad Dictaturam: dicere debuisset, ad Consulatum. Hoc idem parum caute suis marginibus addiderunt Manutius, aliique. Fortasse hi omnes decepti sunt μνημονικῷ ἁμαρτήματι. Nam Serrano attribuunt, quæ Romani scriptores dant Cincinnato. Hic enim ex aratro primum vocatus est ad Consulatum, deinde ad Dictaturam. Lege Dionysium l. x. Antiq. et Senecam de brevit. vitæ: et Orosium II. 12. et Eutropium l. I. Serranus tantum, ad Consulatum. Simili errore Cedrenus involvitur, apud quem L. Quinctius Cincinnatus vocatur ex aratro ad Consulatum: et addit id factum Nerone imperante, quod falsum. Si quis enim dicat, hunc alium fuisse Cincinnatum, vix credam, tacentibus aliis Romanis Scriptoribus. Cæterum occasione hujus possem excurrere ad loquendum de hac rerum frugalitate, vocante me occasione, cum olim agros honestissimus quisque coleret. Sed tu lege aurea Plinii verba XVIII. 3. Columellam l. I. rei rusticæ in præfatione, Symmachum VII. 15. Quibus adjunge locum Sidonii jam indicatum, et versus istos Lucani l. I. 'quondam duro sulcata Camilli Vomere, et antiquos Curiorum passa ligones, Longa sub ignotis extendere rura colonis.' *Cerda.*

846 *Quo fessum rapitis Fabii*] Cur me, o Fabii, fessum ad vestram trahitis narrationem? Aut certe *fessum* tristem: ut, 'Ter fessus valle resedit,' scilicet propter eorum mortem. Nam trecenti sex fuerunt de una familia; qui conjurati cum servis et clientibus suis contra Vejentes dimicarunt, et insidiis apud Cremeram fluvium interempti sunt. Unus tantum superfuit Fabius Maximus, qui propter teneram adhuc pueritiam in civitate remanserat. Hic postea cum Hannibalis impetum ferre non posset, mora eum elusit, et ad Campaniam traxit: ubi deliciis Carthaginiensium virtus obtorpuit. Notandum est de secunda persona dictum. Ille autem est, de quo ait Ennius, 'Unus qui nobis cunctando restituit rem.' Sciens enim Virgilius quasi pro exemplo hunc versum posuit. *Servius.*

Quo fessum rapitis Fabii] In Romano codice, *quo gressum rapitis* habetur: ut ex hoc tacite ad trecentos illos adludat, una pugna trucidatos: Quos omnes ad bellum missos, ut apud Ovidium est, 'Abstulit una dies.' Sed elocutio illa, 'Rapere gressum,' insolita videtur, magisque placet, 'Quo fessum rapitis' legere, ut variata in orationis genere figura loquendi, non Anchisem tantum longa ea nomenclatura delassatum levet, verum etiam lectori consuluisse videatur. *Pierius.*

Quo fessum rapitis Fabii] Plautus Menæch. 'Quo rapitis me? quo fertis me?' *Cerda.*

Fabii] Fabiorum familia ab Hercule est. Horum CCCVI. (uno, propter teneram adhuc pueritiam domi relicto) in bello contra Vejentes ad fluvium Cremeram uno prælio ex insidiis interfecti sunt cum servis et clientibus conjuratis. Ovid.: 'quamvis cecidere trecenti, Non omnes Fabios abstulit una dies.' *Taubmann.*

Tu maximus] Hoc cognomen Q. Fabio prudentia peperit, non victoriæ, etiam si magnæ et multæ. Lege Livium l. IX. ad finem: uti vero apparet ex eodem Livio l. XXX. non primus ex gente sua habuit hoc cognomen, sed ante illum alii. Verba Livii sunt: 'Vir certe dignus fuit tanto cognomine, vel si novum ab eo inciperet. Superavit paternos honores, avitos æquavit. Pluribus victoriis, et majoribus præliis avus insignis Rullus: sed omnia æquare unus hostis Annibal potest.' Hic clare ait

non incepisse a Quinto hoc cognomen: et indicat, illo prius honestatum Rullum. *Cerda.*

847 *Restituis*] In Romano, in Mediceo, et aliis quibusdam antiquis exemplaribus, *restitues* futuro tempore positum est: quod non displicet. *Pierius.*

Cunctando restituis rem] Q. Fabius missus est adversum Annibalem in summa rerum trepidatione, cum videlicet jam crederent ad urbem ipsam hostem venturum infestis signis, post duplicem victoriam ad Trebiam et Thrasymenum, quibus cæsi et fusi Romani. Cum vero Fabius nollet cum hoste acie confligere, ne feroci Annibali, et tot victoriis exultanti, territum militem objiceret, tantum se opponens, illius conatus elusit: unde et *Cunctator* dictus, et cunctando Romanam rem restituisse. Scribit hoc late Livius, et Romani Scriptores: vetus inscriptio Florentiæ, qua continentur Fabii res gestæ: ANNIBALEM COMPLURIBUS VICTORIIS FEROCEM SUBSEQUENDO COERCUIT. Ovidius: ‘Scilicet ut posses olim tu, Maxime, nasci, Cui res cunctando restituenda foret.’ Manilius lib. I. ‘invictusque mora Fabius.’ Claudianus de bel. Getic. ‘lento lustramine Pœnum Compressit Fabius.’ Silius lib. VII. pari ferme modulo, ‘lento Pœnum moderamine lusit.’ Auctor de viris illustribus: ‘Fabius Annibalem mora fregit.’ Pulchre Valer. Max. cap. 7. ‘Fabius Maximus, cujus non dimicare, vincere fuit.’ Cæterum versus Virgilianus ad verbum expressus est ab Ennio Annal. l. XII. quem Ennii versum citant Cicero in Catone, et Livius lib. XXX. Adagium adduco, quod in Varrone Rust. I. 2. videlicet, ‘vultis igitur interea vetus proverbium, quod est, Romanus sedendo vincit, usurpemus, dum ille venit?’ habere ortum a Fabio Maximo, quo allusit Silius l. XVI. ‘peperitque sedendo Omnia cunctator nobis.’ *Cerd.*

848 *Excudent*] Alii cudendo efficient: et est rhetoricus locus. *Serv.*

Spirantia] Animata. Horatius, ‘Et molles imitabitur ære capillos.’ *Id.*

Excudent alii spir. mol. æra] Contrarium reddidit Horat. ‘Quid sculptum infabre, quid fusum durius esset.’ Hanc autem molliter excudendi artem et loquendi formam Turnebus ad illud Callistrati retulit: εἶδες ἂν ὅτι καὶ στερεὸς ὢν εἰς τὴν τοῦ θήλεος εἰκασίαν ἐμαλάττετο. Ut autem, *vivos duc. de marm. vul.* Lucret. v. ‘Et prorsum quamvis in acuta et tenuia posse mucronum duci fastigia procudendo.’ *Ducere vultus de*, statuarium est vocabulum, et item fusorium, respondetque illi barbaro vocabulo, quod *relevare* dicimus. Apulejus Florid. l. I. ‘modos omnes effigiandi complectens, de Alexandro: edixit universo orbi suo, ne quis effigiem regis temere assimularet ære, colore, cælamine, quin ipse solus eam Polycletus ære duceret, solus Apelles coloribus delinearet, solus Pyrgoteles cælamine excuderet:’ quamvis codex *excluderet* habeat. *Germanus.*

Excudent alii] Dictum hoc propter Corinthios facile credat, qui legat Strabonem l. VIII. et Plinium XXXIV. 8. ubi loquens de nobilitate operum ex ære, principe loco affert Corinthios, quod firmat exemplis magnorum principum. *Cerda.*

Spirantia] Ammianus l. XXII. ‘Spirantibus signorum figmentis.’ Poëta statim *vivos vultus.* Ita Ausonius: ‘Viva tibi species vacca Myronis erit.’ Propertius el. II. 31. ‘Atque aram circum steterant armenta Myronis, Quattuor artificis vivida signa boves.’ et el. III. 8. ‘Gloria Lysippo est animosa effingere signa.’ id est, animata. Æs illud, quo facta Myronis vacca, ἔμπνουν dicitur lib. IV. Anth. quod Ausonius reddidit, *æs spirans.* Hujusmodi æs τροχίαν, καὶ χυτὸν appellat Pollux l. VII. quasi rotile, et

fusile. *Idem.*

Spirantia mollius æra] Q. d. Tanta arte simulacra a Græcis ducentur, ut, deposito metalli rigore, in mollitudinem vivi animantis æs concessurum sit. Ita Horat. in Arte: 'et molles imitabitur ære capillos.' Turneb. XXII. 1. *Taubmann.*

Ducent] Translatum hic esse hoc verbum, tractumque a marmoribus aut metallis, quæ proprie dicuntur *duci*, Turnebus admonet XVIII. 11. Probat, nam laminæ Græcis dicuntur *ἐλάσματα*, quod malleis ducantur, formenturque in effigiem. Cui addo Aristophanem, qui in Pluto, Apollinis tripodem vocat *χρυσήλατον*, id est, ex auro ductili: quasi dicat, *χρυσῷ ἐληλασμένην*, videlicet ab *χρυσὸς*, et *ἐλαύνω*: et Philostratum Icon. II. qui *σφυρήλατα*, recensens habitudinem picti Herculis: et Cedrenum, qui auream platanum, leones aureos, vultures aureos, Imperatorum Græciæ *σφυρηλάτους* quoque dicit, quasi malleis ductos: et Apulejum Florid. lib. I. apud quem Alexander jussit, ne quis effigiem suam 'temere assimilaret ære, colore, cælamine; quin solus eam Polycletus ære duceret, solus Apelles coloribus delinearet, solus Pyrgoteles cælamine excuderet.' Possim etiam uti testimonio Callixeni Rhodii apud Athenæum l. XI. ubi loquens de vase, *συνηγμένον εἰς μέσον ἐπιεικῶς*: *molliter cedens ad medium.* Possim (inquam) hoc uti, nam quod Græcis est *ἄγω*, Latinis est *duco*. Cæterum, ut Poëta in arte æris Corinthios intellexit, ita in marmorea fortasse Cretenses, aut Parios. *Cerda.*

Ducent] Sic Horat. Epist. II. 1. 'aut alius Lysippo duceret æra.' Marmor, ebur, æs arte molliri discimus ex Junio de Pict. vet. III. 4. inde Ovid. Fastor. III. 832. 'Quique facis docta mollia saxa manu.' Apud Junium plura *περὶ τῶν ἐμψύχων πλασμάτων*: *de vivis figmentis*: quæ hic *spirantia æra.* Et Juvenal. VIII. 102. vitam adscribit ebori, 'Et cum Parrhasii tabulis, signisque Myronis, Phidiacum vivebat ebur.' *Emmeness.*

849 *Vivos vultus*] Hoc est quod dixit *spirantia*. Et per *æs*, Corinthios indicat: per *marmor*, Parios: per *actionem causarum*, Athenienses: per *Astronomiam*, Ægyptios et Chaldæos. *Servius.*

850 *Orabunt causas melius*] Ut verum est, gratiam Principum valere plurimum apud subditos! Certe Maro hoc scripsit suo lenocinans Principi Augusto, qui artibus militaribus præstitit, quas illi ut daret unice, non dubitavit artes alias Romanis adimere. In arte certe eloquentiæ Romani Græcis præstiterunt, Demosstheni Cicero. Ita hic ad Brutum: 'Quo enim uno vincebamur a victa Græcia, id aut ereptum illis est, aut certe nobis cum illis communicatum.' Ita etiam Leg. I. 'Putant, te historiam tractante, effici posse, ut in hoc etiam genere Græciæ nihil cedamus.' Itaque potius crediderim, quæ dixi de lenocinio Augusti, quam quæ alii volunt de Poëta, volente præferre Demosthenem Tullio, sugillatione quadam. *Cerda.*

Orabunt causas melius] Nihil detrahendum literatæ Græciæ. Habuit tamen Roma in eloquentia viros, quos Græciæ opponere potuit. Verbis utar quæ de Æsopo dixit Phædr. II. 10. Occupavit Demosthenes, ne primus foret Cicero, qui tamen studuit, ne solus esset Demosthenes eloquentiæ princeps. *Emmeness.*

Describent radio] *Describere*, est partiri, et, quasi terminis positis ac per limites dividere, ac suam cuique partem attribuere. *Radius* virga est, qua Geometræ lineas indicant: ita Cic. Tuscul. v. 'Archimedem a pulvere et radio excitare.' *Taubmann.*

852 *Tu regere imperio populos*] Eadem locutione fere noster utitur Æn. I. 153. 'Ille regit dictis animos et pectora mulcet.' Sic Quintil. I. 1.

nat. Instit. ‘regere consiliis urbem:’ sed ψυχαγωγεῖν. Vide notas ad locum citatum. *Emmeness.*

853 *Hæ tibi erunt artes*] Nempe pacis et belli, quibus Imperium Romanum initio partum est, et postea auctum est, cum illis artibus retineri facile potuisset, ut Sallust. bell. Catil. qui has etiam artes, ad servandam Rempublicam necessarias, conjungit in Orat. de Ord. Rep. in princ. ‘In posterum firmanda respublica non armis modo, neque adversus hostes, sed, quod multo majus, bonis pacis artibus.’ Flor. in proœm. ‘tantum operum pace belloque gessit.’ Has autem artes dicitur Augustus revocasse, ut Horat. Od. IV. 15. *Em.*

Paci morem] Leges pacis. *Servius.*

Pacique] In Longobardico, et quibusdam aliis codicibus vetustis, *pacis* genitivo casu legitur: quam lectionem Servius agnoscit: alii tamen *paci* malunt. *Pierius.*

(*Hæ tibi erunt artes*) *pacique imponere morem*] Nimirum civilis scientiæ potius potissimæ partes belli administrandi, pacisque tenendæ et utendæ, ratione et solertia contineri videntur; cum bellum non alium finem, quam sibi oppositam pacem spectare videatur, nec motus omnes bellici alio, quam in quietem desinere possint: unde non tantum voluit poëta, Romanum belli artibus præ cæteris gentibus, sed et pacis studiis et more excellere, ut assuetudine et institutione paci colendæ se dederet et consecraret. Scilicet et Aristoteles Pol. l. II. pugnans in Laconicam rempub. Lycurgum notat, quod cives ad bellum tantum victoriamque, non item ad pacis cultum instituerit et duxerit; ut qui felici successu sæpe prælium experirentur, pacis autem otia ferre et ducere nescirent; utpote ad virtutis partem non solidam, integramque virtutem conformati, et in otio languentes, et invicem tumultuantes, his fere verbis: ἀλλὰ δὲ τῇ ὑποθέσει τοῦ νομοθέτου ἐπιτιμήσειεν ἄν τις, ὅπερ καὶ Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις ἐπιτετίμηκε, πρὸς γὰρ μέρος ἀρετῆς ἡ πᾶσα σύνταξις τῶν νόμων ἐστὶ, τὴν πολεμικήν· αὐτὴ γὰρ χρησίμη πρὸς τὸ κρατεῖν, &c. Ut autem hic *morem paci*, in eandem partem accepit et l. VIII. ‘Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus, æquam Sponte sua, veterisque Dei se more tenentem.’ *Germanus.*

Paci imponere morem] Sulpicia illa, quæ floruit sub Domitiano, in suo Satyrico, ‘duo sunt, quibus extulit ingens Roma caput, Virtus belli, et Sapientia pacis.’ *Cerda.*

Pacique imponere morem] Malunt non nulli, *moremque imponere paci*, ut hoc se accepisse a præceptoribus testatur Scal. Poët. IV. 48. sed priorem lectionem probat propter graviorem et corpulentiorem sonum. Plura illic. *Emmeness.*

854 *Parcere*] Id est, veniam dare: vide Non. Marc. c. 4. *Idem.*

Parcere subjectis et debellare superbos] Deficiet me tempus memorantem testes hujus præconii, te legentem. Aliquos subjicere e re erit: jam de clementia in victos, jam de virtute in superbos, jam de utroque simul, ut se auctores obtulerint, qui mihi hanc notam suppeditant. Gordianus in nummis exprimi fecit Romam, inter taurum et leonem, immanem utramque bestiam, ad significandum, Romanam urbem ferocissimas gentes atque immanissimas subjecisse. Idem voluerunt significare Severus imperator, et Antoninus, cum fœminam excudi fecerunt in aversa nummorum parte leoni insidentem. De Tiberio prædicat Tacitus Annal. II. ‘victis graves pœnas, in deditionem venienti paratam clementiam.’ Legati Carthaginensium apud Livium l. XXX. de Romano populo dicunt: ‘Plus pene parcendo victis, quam vincendo imperium auxisse.’ Imperator Trajanus de se ipso apud Cæsarem Julianum in sermone

Cæsarum, πρᾶος μὲν πρὸς τοὺς ὑπηκόους, φοβερὸς δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους διαφερόντως γενόμενος: *subjectis mansuetus, hostibus formidolosus præ cæteris exstiti*. De Augusto Horatius in carmine sæculari, 'Imperet bellante prior, jacentem Lenis in hostem.' Id est, est superior pugnacissimis, est lenis in humiles et jacentes. Sulpicia illa poëtria quæ supra, 'duo sunt, quibus extulit ingens Roma caput, virtus belli, et sapientia pacis.' Propertius pari sententia el. II. 16. 'Cæsaris hæc virtus, et gloria Cæsaris hæc est, Illa, qua vicit, condidit arma manu.' Ubi prædicat virtutem, qua vicit Cæsar: et gloriam, qua arma condidit. A Tacito Annal. I. 'Romana clementia' usurpatur, ut maxima, et a Curtio libro IV. 'Romana mansuetudo.' Propert. el. III. 22. de Romanis: 'Nam quantum ferro, tantum pietate potentes Stamus, victrices temperat illa manus.' Sic legendum in Propertio, quod censuit jam chorus doctorum: Non, 'temperat ira manus,' nam ira quem temperat? Juvat hanc lectionem Propertianus versus, quem jam præmisi, ex el. II. 16. sicut enim ibi, 'Illa, qua vicit, condidit arma manu:' ita hic, 'Victrices temperat illa manus.' *Cerda.*

855 *Atque hæc mirantibus addit*] Transitus quidam, ne una et continua narratio tædiosa sit. Hinc enim generibus varietas nascitur, et quasi nova initia aliarum narrationum fiunt. *Donatus.*

Mirantibus] Æneæ et Sibyllæ. *Taubmann.*

856 *Spoliis Marcellus opimis*] Hic Gallos et Pœnos equestri certamine superavit. Viridomarum etiam Gallorum ducem manu propria interemit, et opima retulit spolia, quæ dux detraxerat duci: sicut Cossus Larti Tolumnio. *Servius.*

Spoliis Marcellus opimis] 'Ἀκροθίνια vocant. *Germanus.*

Marcellus] M. Claudius Marcelli M. Claudii f. qui a *Marte*, ob peritiam rei militaris nomen accepit; Græcis litteris apprime eruditus: primum Ædilis Curulis, inde Augur: post etiam Consul: qui et 'Romanorum Ensis' dictus est. Is Gallorum ducem *Virdomarum* manu propria interemit, et *opima spolia* retulit. Ea enim proprie *opima* sunt, quæ dux Rom. duci hostium in prælio detraxit: quorum tanta raritas, ut intra annos paullo minus DXXX. tantum trina contigerint nomini Romano. Vide tamen et Tiraquellum ad Alex. ab Alex. I. 14. *Taubmann.*

Marcellus] De hoc agit Florus II. 4. Alius est ille, de quo Horat Od. I. 12. 'Crescit occulto velut arbor ævo, Fama Marcelli.' Ad quem locum consule Torrentium, de quo infra vs. 862. Spolia autem opima suspensa in templo Jovis Feretrii, de quo Donatus de urbe Roma II. 10. *Emmeness.*

857 *Supereminet omnis*] Virtutis scilicet genere. *Servius.*

858 *Rem Romanam*] Statum reipublicæ. *Idem.*

Rem Romanam] Ab Ennio Annal. I. 'Qui rem Romanam, Latiumque augescere vultis.' Alibi: 'Moribus antiquis res stat Romana virisque.' Ovid. Met. XV. 'Fundamine magno Res Romana valet.' Symmachus IX. 25. 'Ob rem Romanam sæpe literas mittens.' Cape Poëtam signate cum respectu ad bellum, nam de bello etiam Cicero pro leg. Manil. 'res a L. Lucullo summo viro est administrata.' *Cerda.*

Turbante tumultu] Ideo *tumultu*, quia res in Italia adversus Gallos geritur. *Servius.*

Tumultu] Docte, ut omnia, nam hic sermo est de Gallis: et *tumultus* proprie est, aut domesticus, id est, Italicus: aut Gallicus. Verba Festi ita legit Scaliger: 'Tumultum dici, ait Verrius, quia is non aliter, quam

sub Italicis et Gallicis hostibus immi-
nent Italiæ. Itaque non alium quam Gallicum, aut domesticum timebant.' Quam lectionem ibi defendit Scaliger. Servius in hunc locum: 'ideo tumultu, quia res in Italia adversus Gallos geritur.' Sed quid his opus, ubi est Tullius? cujus hæc sunt, Philipp. VIII. 'Majores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus; tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant.' *Cerda.*

859 *Sistet*] Confirmabit, corroborabit. *Servius.*

Sistet eques: sternet Pœnos, Gallumque rebellem] Parum me movet, quod in Romano codice *equis* legatur, quum eadem sit sententia, sive *eques*, sive *equis* dicas. Illud curiosius animadvertendum, quod in plerisque veteribus exemplaribus coma præjecta est dictioni, *eques*, ut clausula superioris membri sit, *sistet*, totumque id simul legatur, 'Hic rem Romanam magno turbante tumultu Sistet.' Inde altero membro, *Eques*, sive malis, '*Equis* sternet Pœnos, Gallumque rebellem.' Nam quum ad eam diem rem Punicam equitatu potiorem esse, pluribus præliis compertum esset: Marcellus is, qui primus Hannibalem terga ostendere docuit, equis rem gessit, hostemque ab obsidione Nolæ turpiter recedere coëgit: et eo genere pugnæ sæpius res hostiles adflixit. *Pierius.*

860 *Tertiaque arma patri*] Capta hic tertia, opima spolia suspendet patri, id est, Jovi. *Servius.*

Tertiaque arma] Non placet quod in Romano codice legitur, 'tristiaque arma,' quum ex Numæ Regis lege Tertia spolia opima Quirino suspendenda essent, quod Interpretes tangunt. Apud Livium quidem legimus Flamines institutos a Numa Marti, Jovi, et Quirino. Nihil ibi de spoliis. Idem quarto ab urbe condita de Cosso ait, 'Spolia in æde Jovis Feretrii prope Romuli spolia, quæ opima appellata sola ea tempestate erant, cum solenni dedicatione dono fixit.' Ubi adnotandum est vulgata exemplaria una plus dictione legere, 'quæ prima opima appellata.' Sed in veteri codice, *prima* non habetur. Satis enim est dixisse *sola*. Pierius.

Tertiaque arma] Id est, opima spolia. Quæ Plutarchus vocat jam τίμια, jam κάλλιστα, in vita Marcelli, jam λάφυρα. *Cerda.*

Capta Quirino] Qualia et Quirinus ceperat, id est, Romulus, de Acrone rege Ceninensium: et ea Jovi suspenderat. Possumus, et quod est melius, secundum legem Numæ hunc locum accipere, qui præcepit prima opima spolia Jovi Pheretrio debere suspendi, quod jam Romulus fecerat. Secunda Marti, quod Cossus fecit. Tertia Quirino, quod fecit Marcellus. *Quirinus* autem est Mars, qui præest paci: et intra civitatem colitur. Nam belli Mars extra civitatem templum habuit. Ergo aut suspendet patri, id est, Jovi: aut suspendet patri Quirino. Varie de hoc loco tractant commentatores, Numæ legis immemores: cujus facit mentionem et Livius. *Servius.*

Suspendet capta Quirino] Quamvis Servius agnoscat *capta*, mavult tamen Passeratius *rapta*, ut Ge. III. 'Et duo rapta manu, diverso ex hoste tropæa.' *Germanus.*

862 *Egregium forma juvenem, et fulgentibus armis*] Tria sunt secundum Carminium: pulchritudo, ætas, virtus. Significat autem Marcellum filium Octaviæ, sororis Augusti, quem sibi Augustus adoptavit. Hic decimo sexto anno incidit in valetudinem: et periit decimo octavo in Bajano cum ædilitatem gereret. Hujus mortem vehementer civitas doluit: nam et affabilis fuit, et Augusti filius. Ad funeris hujus honorem Augustus sexcentos lectos intrare civitatem jussit: hoc enim apud majores glori-

osum fuerat. Etiam dabatur pro qualitate fortunæ: nam Sylla sex millia habuit. Igitur cum ingenti pompa relatus, et in campo Martio est sepultus. Ergo modo in Augusti adulationem, quasi epitaphion ei dicit. Et constat, hunc librum tanta pronuntiatione Augusto et Octaviæ esse recitatum, ut fletu nimio imperarent silentium; nisi Virgilius finem esse dixisset, qui pro hoc ære gravi donatus est, id est, massis. Nam sic et Livius *argentum grave* dicit, id est, massas. *Servius.*

863 *Sed frons læta parum*] Omen est mortis futuræ. Ex contrario alibi, 'Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem.' *Idem.*

Sed frons læta parum] Omen erat mortis propediem futuræ: ita 867. 'Sed nox atra,' &c. Contra Ecl. IV. 'Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem.' Nam annos natus XVIII. in Bajano, imo potius aquarum frigidarum lotionibus in Stabiano, quæ *Dimidia* vocatur, ab Ant. Musa medico per imprudentiam, vel etiam (ut nonnulli suspicantur) consulto enectus est. De quo accuratissime Jos. Scaliger Notis ad Propert. III. 16. *Taubmann.*

864 *Quis, pater, ille, virum*] Interrogat Æneas, cum admiretur formam juvenis et tristitiam in fronte, quis sit. *Donatus.*

Virum qui sic comitatur euntem] Marcellum, cui similis est. *Servius.*

866 *Quis strepitus*] Propter ædilitatem. *Idem.*

Instar] Similitudo; et est nomen quod non recipit præpositionem. *Ad instar* enim non dicimus, quod Probus declarat. *Servius.*

Quantum instar in ipso] In Romano, et aliquot aliis codicibus antiquis *est*, quod in non nullis codicibus reperitur, non habetur: sed appositum addit ornatum orationi. *Pierius.*

Instar] Symposius Poëta *mediocre instar* dixit faciens omen, versu isto, 'Nec mediocre fuit magni certaminis instar.' Erythræus explicat, *instar*, *id est*, *similitudo*, et ait esse nomen, et variari, *instar instaris*. Firmari hoc potest, tum versu Symposii jam adducto; tum isto Claudiani Raptus l. I. 'Hastaque, terribili surgens per nubila gyro, Instar habet silvæ.' Non displicent tamen, qui hanc vocem referunt ad superiorem Claudium Marcellum: ut dicat Poëta, magnam esse similitudinem, magnum instar huis Marcello Octaviæ cum illo Marcello Claudio. *Cerda.*

Instar] Pro *exemplari* positum hoc loco, ut Hadrian. de Serm. Lat. Ulpianus de novi operis nunciatione L. 'Stipulatio: si proponatur instar quoddam operis, quasi facies quædam facti operis.' *Emmeness.*

867 *Sed nox atra caput trist. cir. umbra*] Supra II. 'Sed nox atra cava circumvolat umbra.' Eurip. in Hipp. σκότος ἀμπίσχον κρύπτει νεφέλαις· et Æsch. στυγία γὰρ ἐπ' ἀχλὺς τις πεπότηται· et Epig. III. κυάνεον θανάτου ἀμφεβάλοντο νέφος· et Nicand. de morsis a phalangio, qui caligine et vertigine tentantur, νὺξ δὲ περὶ κροτάφοις· et Calab. VIII. ὀλοὴ δέ μιν ἀμφεχύθη νύξ. *Germanus.*

Sed nox atra caput, &c.] Græcos, quos æmulatur Virgilius, adducit Germanus: adjiciam ego comparationem Virgilii cum illis. Ergo Euripid. in Hippol. σκότος ἀμπίσχον κρύπτει νεφέλαις. Æschylus, στυγία γὰρ ἐπ' ἀχλὺς τις πεπότηται. lib. III. epigrammatum: Κυάνεον θανάτου ἀμφεβάλοντο νέφος. Nicander, νὺξ δὲ περὶ κροτάφοις. Calaber l. VIII. 'Ολοὴ δέ μιν ἀμφεχύθη νύξ. In quibus Virgilio est *nox*, quæ illis *caligo*, *tenebræ*, *nubes*; etiamsi extremi duo, *noctem* quoque dixerint. Virgilius *circumvolat*, quod illi, *velo*, *amplector*, *circumdo*, *occulto*. Virgilius *caput*, Nicander *tempora*. Virgilius *atra*, illi κυάνεον, στυγία, ὀλοή. *Cerda.*

868 *Lacrimis ingressus obortis*] Romanus codex, uti etiam superius ob-

ı, et hic, et alibi *abortis* le- *abortis*, et *lacrimis* more suo stinuum absque adspiratione.

nus] *Ingredi* h. l. incipere lo- le. II. 'tibi res antiquæ lau- tis Ingredior.' *Taubmann.*

) *nate, &c.*] Incipiunt hinc li, quos vocant aureos. Vide udæi l. III. de Asse p. 341. nia persoluta Virgilio ab Oc- opter hos versus. Excurrit mma supra aureos quinque De versu etiam sequenti, 'os- terris,' &c. Vide Spartianum Elii Veri non longe ab initio. similia citasse sit satis; no- gras compingere, otiosum.

em l. ne quære] Tale illud L. VI. 'Tu fatum ne quære gnoscere: Parcæ, Me reti- abunt.' *Taubmann.*

Ostendent terris hunc tantum arum illucescet: quia mox : *Servius.*

lent] Metaphora ducta ab ar- et re rustica: ideo postea *propago* pari consecutione. n Catone: 'adolescentia sig- stenditque fructus futuros: tempora demetendis fructi- t percipiendis accommodatæ Dicuntur enim arbores os- , cum spes est in illis futuræ s. Inde illustrabis infinita m loca, quæ ego hic nolo, s semper hoc verbum cum s ad arbores. Versus Virgilii potest formam proverbii. Uti rimus, quoties de puero ali- namur brevi illum vitam fini- Gordianum Augustum pa- versu usum scimus tanquam io aliquo in auguranda Gor- ii immatura et acerba morte. ecro, lector, an fallitur Vir- qui solum, 'Ostendent terris ntum fata, nec ultra Esse quo innuit brevem admodum vitam. An (inquam) fallitur? Nam Propertius el. III. 18. quæ tota est de hoc Marcello, ita scribit: 'Occidit, et misero steterat vigesimus annus. Tot bona tam parvo clausit in orbe dies.' Certe neque Dio neque Plutarchus Marcelli annos attingunt, qui tamen de ipso. Tacitus de illo Annal. l. I. per initia ait, donatum ab Augusto Pontificatu et Ædilitate 'admodum adolescentem.' Post quæ verba innuit illum statim obiisse. Et II. de eodem Marcello, ita: 'flagrantibus plebis studiis ereptum, breves et infaustos Pop. Rom. amores.' Alii legunt: 'flagrantibus plebis studiis, intra juventam ereptum,' &c. Certe Virgilius satis duxit affectus excitare, et ideo noluit ullam annorum supputationem, quæ est historiæ; sed tantum animum movere, ut Poëtam decebat. *Cerda.*

Neque] In pluribus antiquis codicibus, *nec* monosyllabum est. Sed enim *neque ultra*, ea vocalium collisione nescio quid miserabilius ostendit, versu etiam ejulatum quodammodo emittente. *Pierius.*

871 *Nimium vobis, &c.*] Apostrophe ad Deos, cum indignatione. Q. d. Invidistis, superi, gloriæ Romanæ, et vestris muneribus: nam *felicitas* vestrum munus est. *Taubmann.*

Propago] Quod quidam tradunt, vocabulum hoc de *vite* sumptum primam producere; de *homine*, corripere; futile esse docent Probus, Erythr. et Lucret. quos videas. In Casibus quidem variat modulum Syllabæ, sed non in significatu. *Idem.*

872 *Visa pot. superi*] Cum indignatione dicit, Invidistis et gloriæ Romanæ, et vestris muneribus. Nam felicitas vestra sunt munera. *Serv.*

Superi] In Romano codice, *superis* legitur. Sed neque id placet. Longe enim melius est, 'Visa potens vobis, o superi,' quam 'vobis superis.' *P.*

Propria] Perpetua: ut, 'Propriamque dicabo.' *Servius.*

Propria] Id est, perpetua: ita Æn. III. 'da propriam, Tymbræe, domum.' Proprium enim nunquam avellitur ab essentia: et est contrarium communi. Scal. Poët. IV. 16. *Taubmann.*

873 *Mavortis Campus*] In quo est sepultus. *Servius.*

875 *Funera, cum tum. præterl. rec.*] Propter sexcentos lectulos. *Idem.*

Funera, cum tumulum] Servius historicique auctores sunt funus Marcelli lectis sexcentis ornatum curatumque fuisse, hoc honoris genere a Græcorum consuetudine deducto, qui in funeratione, et funebri pompa sæpe tororum mentionem faciunt, ut Eurip. in Suppl. de Theseo, qui et armis Argivorum cadavera receperat, et rite sepeliverat: κ' ἐστρωσε γ' εὐνὰς, καὶ κάλυψε σώματα. *Germanus.*

Cum tumulum præterlabere recentem] Fuit hoc e more veterum, ut constituerent sepulcra ad amnium ripas. Hecubæ tumulus (quem Græci κυνὸς σῆμα appellant, et Plinius IV. 11. Cynossema) statuitur ab Strabone l. XII. ad amnem Rhodium. Pelopis a Pindaro Od. Olymp. I. ad Alpheum: Ἀλφεοῦ (inquit) πόρῳ κλιθεὶς τύμβον ἔχον. Aryadis ab Philostrato in Heroicis, ad Orontan. Ceyx apud Hesiodum in scuto sepelit filium Cygnum ad Anauri ripas. Valerius Arg. V. loquens de Phaside fluvio, 'Ac dum prima gravi ductor subit ostia pulsu, Populeos flexus, tumulumque virentia supra Flumina cognati medio videt aggere Phryxi.' Aristoteles in Peplo (si illius est liber hic) Peneleum tumulat ad Cephissum amnem. Versus Aristotelis ita vertit Canterus: 'Hunc ad Cephissi rapida abscondere gementes Fortem Bœoti flumina Peneleum.' His idem mos attingitur Æn. III. ubi uxor Hectoris inducitur ferians manibus conjugis ad ripas fluvii, 'Ante urbem in luco falsi Simoentis ad undam Libabat cineri Andromache, manesque vocabat Hectoreum ad tumulum.' Pausaniam omisi, in quo vidi morem istum millies, videlicet, in Atticis: in Achaicis, ubi loquitur de Andræmone: in Bœotiis, ubi de Asphodico: in Phocicis, ubi de Tityo, et sæpe alibi. *Cerda.*

877 *In tantum spe tollet avos*] Eriget generis antiquitatem. Et rhetorice spem laudat in puero, quia facta non invenit. Est autem Ciceronis in dialogo, 'Fanni, causa difficilis laudare puerum. Non enim res laudanda, sed spes est.' *Servius.*

In tantum] Notarunt jam alii, hanc esse unicam vocem. Ita et Propertius el. III. 5. 'Nunc maris in tantum ventis jactamur.' *Cerda.*

Spe] Neque id satisfacit, quod in Romano codice legitur *spes*, quamvis antiquo declinatu genitivi casus esse potest, ut sit, In tantum spei. *Pier.*

Spe tollet avos] Ciceronis verba sunt, 'non rem laudandam in puero sed spem:' ad quæ verba disputat Schottus nod. Ciceron. III. 5. Recte ille omnium præceptorum intelligentissimus Quintil. Inst. Orat. I. 2. 'in pueris elucere spem plurimorum' docet. *Emmeness.*

Nec Romula quondam] Pro *Romulea*: ut, 'Quos Africa terra triumphis Dives alit.' *Quondam* autem, potest et præteriti esse et futuri. *Servius.*

879 *Heu pietas, heu prisca fides*] Elogium Marcelli hujus hoc habet Vellejus l. II. 'Sane, ut aiunt, ingenuarum virtutum, lætusque animi, et ingenii, fortunæque, in quam alebatur, capax.' Seneca ad Marciam c. 2. hoc: 'Adolescentem animo alacrem, ingenio potentem; sed et frugalitatis continentiæque in illis aut annis aut opibus non mediocriter admirandum, patientem laboris, voluptatibus alienum; quantumcunque imponere illi avunculus, et (ut ita dicam) inædificare voluisset laturum.' *Cerda.*

880 *Se quisquam impune tulisset*] Ennius Ann. I. 'Nec pol homo quisquam faciet impune.' Horat. Epod.

17. 'Impune ut urbem nomine impleris meo?' *Cerda.*

881 *Seu cum pedes iret*] Inclusit hoc hemistichio, et versu altero, Homeri item hemistichium, et versum alterum. Sed quod discrimen? Ergo Græcus Odyss. IX. ἐπιστάμενοι μὲν ἀφ' ἵππων Ἀνδράσι μάρνασθαι, καὶ ὅθι χρὴ πεζὸν ἐόντα: *Docti quidem ab equis Cum hominibus pugnare, et cum opus, peditem esse.* Idem.

882 *Foderet calcaribus armos*] Species pro genere. *Equi armos* pro equo posuit. Non enim possunt *armi* calcaribus fodi. *Servius.*

Armis] Armus in quadrupedibus idem, quod in hominibus humerus. De lepore Horat. Sat. II. 4. 'Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos,' id est, caro illa quæ in summo circa armos et spinam est: noster de equo XI. 497. 'Luduntque jubæ per colla, per armos:' et de homine, pro ipso humero eodem libro, 664. 'latos huic hasta per armos Acta tremit.' *Emm.*

883 *Fata aspera rumpas*] Posse aliqua ratione fata disrumpi, per transitum docet. *Servius.*

884 *Tu Marcellus eris*] Talis, qualis fuit Marcellus. *Idem.*

Tu Marcellus eris] Lege Suetonium in Augusto c. 63. Senecam in consolatione ad Martiam cap. 2. Vellejum lib. altero, Tacitum l. I. *Cerda.*

Manibus date lilia] Affectum dolentis expressit dicendo, *date:* cum non essent præsto qui darent. *Manibus plenis,* plena officia significat. *Donatus.*

Manibus date lilia plenis] Epigr. III. βάλλεθ' ὑπὲρ τύμβου πολιὰ κρίνα: unde et Anacreon de rosa: τόδε καὶ νοσοῦσιν ἀρκεῖ, καὶ νεκροῖς ἀμύνει. Alludit, credo, Maro Marcellum lugens ad Græcorum morem, qui conspergere floribus sepulcra ante diem morte immatura interceptorum solebant, referentes ad momentanei vigoris et ævi brevitatem, quæ flores carpit, humanos casus, ut constat ex epistola Græca Petalæ ad Simalionem, ubi objectat illa amatoris lacrymis quidem se ab eo rigari ac perlui, corollisque et floribus, ut intempestivos tumulos, consterni, necessariis autem muneribus prorsus destitui, his verbis: ἐγὼ δὲ ἡ τάλαινα θρηνῳδὸν οὐκ ἐραστὴν ἔχω; στεφάνιά μοι καὶ ῥόδα ὥσπερ ἀώρῳ τάφῳ πέμπει· quamvis non inconsiderate alii ἄωρον τάφον, sepulcrum exoletum, παρετὸν, cariosum, sentum, et vietum accipiant, ut quod renovare, interpolare, et floribus veluti fucare antiqui solebant. *Germ.*

Manibus date lilia] Manes herbarum et florum amœnitate gavisos fuisse ex Scedio cognosce l. de Dis Germ. c. 49. ubi ex antiquissimis monumentis illud eruit. *Emmeness.*

885 *Purpureos flores*] Ut sæpe diximus, propter sanguinis similitudinem: quia aut anima, aut animæ est sedes. *Servius.*

Nepotis] Posteri. Non enim re vera nepos fuit. *Idem.*

886 *His saltem adcumulem donis*] Observavit in Catullum Achilles Statius dici dona, et munera de his quæ dabantur mortuis. Nam Catullus ipse: 'Ut te postremo donarem munere mortis.' iterum: 'Tradita sunt tristes munera ad exsequias.' et Virg. Æn. XI. 'decorate supremis Muneribus.' Ovidius, 'in cineres ultima dona dedit.' et in epist. 'Jam dabis in cineres ultima dona meos.' Vetus inscriptio: 'C. Iul. Fabian. anno XIX. Fabia. Paula. amita. munus. supremum.' *Cerda.*

Inani Munere] Secundum Epicureos, non profuturo. *Servius.*

Fungar inani Munere] Nempe quod officium honorarium illud Anchisæ ἀποτρόπαιον non esset, nec ad avertendum Marcelli fatum quidquam proficeret. Vide eum locum Æn. XI. 'vano mœsti comitamur honore.' Certe pari sententia Eurip. in Iphig. in Taur. videtur dixisse, δέσποιν' ἐξαυδάσω τὰν ἐν θρήνοις μοῦσαν, νέκυσιν μέ-

λεον, τὰν ἐν μολπαῖς ἄϊδαι ὑμνεῖ δίχα παιάνων. *Germanus.*

Inani Munere] Constat, cum Virgilius hunc Librum præsente Augusto et sorore Octavia pronunciasset, atque ad hunc locum pervenisset, Octaviam Marcelli matrem defecisse: et ægre refocillatam, dena sestertia, id est, CCL. Coronatos pro singulis versibus dari jussisse. *Taubmann.*

887 *Sic*] Ista noscentes. *Servius.*

Sic tota passim regione vagantur] Non complevit omnia, quæ apud Inferos agebantur: esset enim vitium si totum vellet suo carmine complecti, quia et longum et impossibile. *Don.*

888 *Aëris in campis*] Collisionem fecit. Locutus est autem secundum eos, qui putant Elysium lunarem esse circulum. *Servius.*

Aëris in campis] An, quòd inanis tota illa plaga sit corporibus carens, animasque et umbras aërias eorum vice habeat, et aëre vacuo diffusa sit et obsessa? *aërem* enim *inanem* appellari non est inusitatum. Sed et Græci *vias aërias* ἠερόεντα κέλευθα dicunt pro caliginosis, quæ ad Orcum ferunt. Turneb. XI. 19. Sed vide et Serv. et P. Lætum, et Hortens. qui censent, Poëtam secundum eos locutum, qui Elysium putarint Lunarem circulum esse. *Taubmann.*

890 *Incenditque animum*] Nam supra ait, 'Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?' *Servius.*

891 *Exin*] Deinde. Confert autem in compendium narrationis prolixitatem. Sic Terentius propter longum actum ait, 'Intus despondebitur, intus transigetur, si quid est quod restat.' *Idem.*

Exin bella] Narravit primo læta, tristia prætermisit, præterquam de Marcello: deinde docuit quomodo quædam æquo animo ferre posset. *Donatus.*

894 *Sunt geminæ Somni portæ*] Pro *somniorum*. Est autem in hoc loco Homerum secutus. Hoc tantum differt, quod ille per utramque p somnia exire dicit: hic umbras per quas somnia indicat vera, e tice apertus est sensus. Vult intelligi falsa esse omnia qua Physiologia vero hoc habet portam corneam oculi significa qui et cornei sunt coloris, et du cæteris membris, nam frigu sentiunt: sicut etiam Cicero d libris de natura Deorum. Per neam vero portam os significa dentibus. Et scimus quia qua mur, falsa esse possunt: ea vel videmus, sine dubio vera sunt. Æneas per eburneam emittit tam. Est et alter sensus: Sc novimus cum cornu pingi; et somnis scripserunt, dicunt e secundum fortunam et perso sibilitatem videntur, habere tum: et hæc vicina sunt cornu. cornea vera fingitur porta. E quæ supra fortunam sunt; et nimium ornatum, vanamque tiam, dicunt falsa esse. Unde et quasi ornatior porta fingitur fal

Sunt geminæ Somni portæ, &c. neb. IV. 14. *Somni* dictum arb pro *somnii*. ut dicantur som duæ portæ: exemplo Home ὀνειρείῃσι πύλῃσι scripserit, &c. vero symbolice, per *Portam* am Oculi significantur, quia nei sunt coloris, et duriores membris: per *eburneam*, Os, tibus: quæ enim loquimur, fal possunt; at quæ videmus, sine vera sunt. Plautus noster: ' est oculatus testis unus, quam decem. Qui audiunt, audita, d qui vident, plane sciunt.' Jo. beriens. in Nug. Curialium. hanc caussam ponit: quod co pervium visui, qui non facile Ebur contra, vel ad tenuissim minam rasum, visus acumine n netretur, &c. Etiam Didym *portam eburneam* spectans, 'ide quit, 'quæ ex ore exeunt, fal

quia quæ cibo quis potuque
per somnium viderit, con-
se adeo a vero remota sunt.'
am ex etymo τοῦ ἐλεφαίρεσθαι,
decipere, hæc exponit. Ad
ticas portas etiam Socrates
iton. in Charmide, respexisse
r, cum ait: 'Audi jam meum
: sive per cornu, sive per
erserit.' Videatur Servius:
l. 3. in Somn. Scip. Flori-
i. Alciatus παρέργων VI. 8.
Var. XI. 7. Dum igitur
neam porta eburna egredien-
, sagaci lectori suspicandum
, talem esse totam illam
ίαν, qualia Somnia ex Infe-
s illa porta exire dixisset:
falsa esse omnia quæ de istis
it. Quo pacto autem hac
e palinodia fidem superio-
culorum non convellat Poëta
ut nec Homerus suo com-
ilic non absimili, copiose do-
turatus Poëta regius carmine
. Val. Pimpontium. Denique
ius Comment. in Lycophr.
am docet, veteres, eos qui
peregrinarentur, ad Inferos
e dictitare solitos: neque
elligendum Ulyssis et Æneæ
m, &c. Ejusmodi Somnio-
es fingit etiam Val. Flacc.
. I. Taubmann.

mina Somni portæ] Torren-
Hor. Od. III. 27. Somni dici
ii docet: 'Ludit imago va-
porta fugiens eburna Somni-
.' Emmeness.

ndenti elephanto] Pro ebore
de cujus Candoris pretio et
passim veteres poëtæ, quos
Bochart. Hist. animal. de
s II. 24. Idem.

caelum] In nostram terram,
um regionem, respectu scil.
. Nam 'sicut dii nobis,
ob.) ita nos defunctis superi
; quibus nostra regio velut
Taubmann.

Falsa insomnia] Id est, somnia. *Serv.*

Insomnia] De hac voce consulendus Charisius l. I. instit. gramm. *Emmeness.*

898 *His ubi*] In Rom. cod. et aliquot aliis legere est, *his ibi tum*: quod si advertas, melius quadrabit. *Pier.*

900 *Secat*] Tenet. Unde *sectas* dicimus, ab eo, quod propositum non tenent. *Servius.*

Viam secat] Quid enim prius facere debuit, quam suos revisere? *Donatus.*

Ille viam, &c.] Eadem ratione Homerus absolvit Odyss. l. XI. ubi perlustrati quoque Inferi: atque etiam Sil. l. XIII. quo libro versatur in eadem inferorum lustratione. vs. Homerici sunt: Αὐτίκ' ἔπειτ' ἐπὶ νῆα κιὼν, ἐκέλευον ἑταίρους Αὐτούς τ' ἀμβαίνειν, ἀνά τε πρυμνήσια λῦσαι: *Statim deinde ad naves profectus, jussi socios Et ipsos ascendere, oramque solvere.* Siliani: 'Hæc vates, Erebique cavis se rettulit umbris, Tum lætos socios juvenis, portumque revisit.' *Cerda.*

Secat] Ita Græci τέμνειν ὁδὸν dicunt, *viam secare*, quod Galeni et Platonis testimonio Budæus indicat in Comment. Et Turn. XIX. 17. ex Euripide in Phœn. Incidi et ego in loca ejusdem Eurip. atque Aristoph. qui dicunt τέμνειν κέλευθον. In Græco etiam epigr. τέμνειν πόρον. Aristides quoque περὶ τοῦ παραφθέγμ. dixit, σχίζειν ἀέρα, καὶ θάλατταν: *secare, findere aërem, mare.* Idem.

Navis] Quod ant. cod. *navis* per *i* non *naves* scriptum ostendunt, id etiam in vet. Prisc. cod. eodem modo scribitur. 'Fessas non vincula navis: Quoque magis fessas cupiam dimittere navis: Muneraque in navis.' et ita reliqua. *Pierius.*

901 *Cajetæ portum*] A persona poëtæ, Prolepsis. Nam Cajeta nondum dicebatur. *Servius.*

Cajetæ portum] Ita Ovid. Met. XIV. 'Litora adit nondum nutricis habentia nomen.' *Taubmann.*

Recto litore] Atqui nullum litus

rectum: sed dicimus 'rectam vitam agere,' quando nihil aliud agimus nisi iter continuum, et nullo alio actu illud rumpimus: nam cupida suorum mens, nihil aliud agere debuit. *Donatus.*

902 *Anchora de prora jacitur*] Pari verbo Calaber l. XII. *εὐνὰς δ' ἔνθ' ἔβαλον κατὰ βένθος*: *ibi anchoras in profundum jecerunt.* Xenoph. *ἀναβ.* III. *ἀφεὶς ἀγκύρας.* *Cerda.*

Stant litore p.] Scal. Poët. IV. 29. Si quo in loco *palilogia λέξεως* Virgil. objici potest, sane ista fuerit. *Litore*, hic: *litore*, versu præcedente: *Litoribus* sequenti.

Cæterum observat Servius, etiam ille Danielis, Poëtam controversiarum more Epilogos dedisse sex istis prioribus libris, quos etiam *βιωτικὸς* esse voluerit. Nam singulis res singulas dedisse: ut primo Omina, secundo *πάθος*, tertio Errores, quarto *ἦθος*, id est, Mores, quinto Festivitatem, sexto Scientiam. Epilogos autem sic variasse, ut in primo esset miseratio Didonis, secundo mors Creusæ, in tertio Anchisæ, in quarto Didonis, in quinto Miseni, in sexto Marcelli acerbum defleret interitum. Vide et Notas prima Æneide extrema. *Taubmann.*

ÆNEIDOS

LIBER VII.

Tu quoque litoribus nostris, Æneïa nutrix] Ut et in principio diximus, in duas partes hoc opus divisum est. Nam primi sex libri ad imaginem Odysseæ dicti sunt: quos personarum et allocutionum varietate constat esse graviores. Hi autem sex ad imaginem Iliadis dicti sunt, qui in negotiis validiores sunt. Nam et ipse hoc dicit, 'Majus opus moveo.' Et re vera tragicum opus est, ubi tantum bella tractantur. *Servius.*

Tu quoque] Sicut Misenus, Palinurus etiam. *Idem.*

Tu quoque] Viderat apud Inferos, quam necessarium esset defunctis sepulchrum: ergo ut pius nutrici illud instituit. Meruerat enim ipsa; quia tam pium, religiosum Romani imperii principem, prudentem fortemque virum nutrierit. *Tu quoque* repete: inde et optime conjunge: 'At pius Æneas ingenti mole sepulchrum Imponit, suaque arma viro remumque tubamque:' deinde remotis iis, quæ de Inferis narrantur, sequere: 'Tu quoque litoribus nostris,' &c. *Donat.*

Tu quoque] Quæ admirandæ memoriæ videris supremo officio conjungi meruisti. *Donatus.*

Tu quoque] Simile exordium illud, 'Te quoque, magna Pales.' Et Columellæ: 'Hortorum quoque te cultus, Silvane, docebo.' Symposii: Hæc quoque Symposius de carmine lusit inepto.' *Cerda.*

Tu quoque litoribus, &c.] Homerus, primus ille doctrinarum et antiquitatis parens, Opus confecit librorum XLIIX. Et eorum quidem XXIV. Odysseæ titulo, speculum esse voluit *βίου θεωρητικοῦ*, in persona Ulyssis: totidemque Iliados, titulo *πρακτικοῦ*, in Achille. At noster Poëta, Latinorum sine exemplo maximus, omnis XII. libris, atque in uno Ænea, com-

Quorum quidem sex, ... Odysseæ possident, ... solvimus; explicaturi de... reliquos: qui, ut illi in ... et allocutionum varietate ... nt, ita hi in negotiis vali... ere tragici: omnes enim ... ositi sunt. Quam variis ... mentis unius et ejusdem ... n levarit Poëta, per suas ... e docuit Scaliger III. 9. Taubmann.

] Recte hæc particula, ... opus separatum est, hic ... dio enim de Inferis trac... versus hic Miseni exse... t. 235.) jungitur, facitque ... ationem. Sicut autem ... us et post (381. dictum ... rus nomina fecere pro... quibus sepulti sunt; ita ... e *Cajeta* huic portui no... . Alii tamen hunc por... *καίειν* dictum censent, Trojana casu ibidem sit ... rabo autem a *civitate:* ... s curva appellent *cajeta*.

Quod *litus* ubique sim... erim, id me movit, quod ... bus codicibus ita scrip... Et vetera quædam mo... men id unico *t* notatum ... t illud apud ædem D. Lucina, 'Litore Phocai... exanimatas.' Non enim ... ant transcribuntur mar... codices. Præterea uti ... scribatur, deposcere vi... gia: sive a *Lido*, *lidis* ... idat; quippe quod assi... illidatur; sive, ut multi ... ino. Nam litus est ex ... bitri sententia, quousque ... ctus a mari provenit. Ti... iquanto simplicius, ubi ... finitur, ita et finis terræ, jungitur: ideoque alibi ... us; 'Navis sicco litore ... quia est, et udum litus.

Sed hæc etiam animadvertendum tris continuos versus vocabulum idem repetere, 'Tum se ad Cajetæ recto fert litore portum. Anchora de prora jacitur, stant litore puppes: Tu quoque litoribus nostris, Æneïa nutrix.' Quod siquis tertium hoc nihil facere ad superiora dixerit, quia sit alterius libri principium; videant unum esse corpus totam Æneida, duodecim veluti membris compactum: neque ita ut in Georgicis heterogeneum, quod ibi ostendunt prœmia distinctas materias, argumentaque dissimilia dividentia, Agrorum quippe cultum, Arborum naturam, Armentorum curam, Apum studium. At Æneis uno tantum comprehenditur argumento, De rebus ab Ænea gestis; librique ipsi ita invicem colligati sunt, ut verborum etiam structura uniuscujusque finem cum alterius principio connectat. Hinc 'omnes conticuere,' quamprimum audivere Dido poscere ab Ænea, ut 'ab origine prima ederet insidias Danaum, casusque suorum.' Et postquam jam 'non spes opis ulla dabatur, Resque Asiæ, Priamique gens, superbumque Ilium, et omnis Troja conciderat, Diversa exilia, et desertas quærere terras dis auspicibus' coactus est Æneas; qui ad finem usque tertii libri 'Fata renarrabat Divom cursusque docebat.' 'At Regina gravi jamdudum saucia cura, Vulnus alit venis.' Cui dum Iris Junonis jussu dextra 'crinem secat, omnis et una dilapsus calor, atque in ventos vita recedit:' 'Interea medium Æneas jam classe tenebat Certus iter.' Qui, Palinuro mox in mare excusso, quum 'amisso fluitantem errare magistro navem sensisset, animum concussus amici casu, Sic fatur lacrimans: O nimium cœlo et pelago confise sereno, Nudus in ignota, Palinure, jacebis harena.' Ab Avernis inde quum se 'ad Cajetæ portum recto litore tulisset, arrepta tellure,' dum interim 'stant

litore puppes, Nutrix ejus Cajeta æternam moriens litoribus nostris famam dedit.' Atque ita libri reliqui invicem connectuntur. *Pierius.*

Nostris] Hoc est, Italicis: ut, 'Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.' Non, ut Donatus ait, in comparationem Oceani navigabilibus. *Servius.*

Nostris] Italis. Ergo ibi est sepulta, ubi ipse cum suis esset regnaturus. Honoratur ergo a loco. *Donatus.*

Æneïa nutrix] Hanc alii Æneæ, alii Creusæ, alii Ascanii nutricem volunt. Lectum tamen est in Philologis in hoc loco classem Trojanorum casu concrematam. Unde Cajeta dicta est, ἀπὸ τοῦ καίειν. *Servius.*

Æneïa nutrix] Hujus etiam meminit Ovid. Metam. XIV. 441. 'urnaque Æneïa nutrix Condita marmorea, tumulo breve carmen habebat: Hic me Cajeten notæ pietatis alumnus Ereptam Argolico, quo debuit igne, cremavit.' Sic XV. 716. *Emmeness.*

2 *Æternam moriens*] Argumentum a contrario: nam crevit fama, cum deberet morte minui. *Donatus.*

3 *Nunc*] Etiam his temporibus, quibus hæc scribuntur. *Idem.*

Servat] Tenet, possidet: ut, 'Servantem ripas, alta non vidit in herba.' *Servius.*

Et nunc servat honos sedem tuus] Nunc etiam, quando hæc scribo, contemplatione honoris tui, quæ Æneæ Imperii Rom. conditoris nutrix fuisti, honos illi loco defertur. Alii per hypallag. exponunt: Sedes servat possidetque honorem, et tumulus nomen tuum. *Sedes* pro sepulchro etiam Æneid. VI. 153. *Taubmann.*

4 *Hesperia in magna*] Propter Hispaniæ discretionem. *Servius.*

Si qua est ea gloria] Secundum Epicureos. Bene autem interest funeri, postquam ab Inferis rediit: sicut interfuit ante quam descenderet, ut medium actum ostenderet. *Idem.*

Si qua est gloria] Sciebat nihil sentire mortuos, sed ut satis faceret religioni. *Donatus.*

Si qua est ea gloria] Ex eorum sensu, qui nullum sensum officiorum funebrium ad mortuos pervenire ajunt. Fecerit igitur hoc Æneas, ut religioni in neutricem suam affectui satisfaceret. Porro de quatuor horum versuum dignitate, cum simplici tum figurata, videatur Scalig. Poet. IV. 16. *Taubmann.*

Ossaque nomen signant] Turneb. XXI. 22. dictum censet, quod sepulchra quædam sint sine nomine ignobilium capitum et ingloriorum: at vero Cajetæ sepulchrum memorabile fuerit posteritati nomenque habuerit. Sic et Ovid. Met. XII. 'tumulo quoque nomen habenti Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.' Nisi potius de nominis inscriptione capiendum, quod in tumulo incidebatur: quod non item in vilium et ignobilium hominum bustis fieri solebat. *Idem.*

Ossaque nomen signant] Salmas. Plin. exercit. p. 1220. Maronem ad Homeri versum allusisse monet, Τύμβῳ τε, στήλῃ τε, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων· signanterque locutum; nam Græci sepulchrum non tantum μνῆμα, sed et σῆμα vocant. Homer. Iliad. Φ. 322. σῆμα τετεύξεται. Sepulcrum igitur vel extitit, vel titulus, qui in Cajetæ monimento olim erat inscriptus, ad tempora Virgilii et ultra, Cajetæ sepulcrum signabat. De titulis sepulcrorum videndus Gutherius de Jure Manium II. 26. Kirchm. III. 19. *Emmeness.*

5 *Exsequiis*] *Exsequi*, pro funerare, Cic. etiam Tusc. I. dixit: unde *exsequiæ;* quod multi cadaver ejus, qui efferebatur, sequebantur. Ἐντάφια Græcis, Turneb. IX. 18. *Taubmann.*

6 *Aggere composito t.*] Dictum ex Græcorum consuetudine, qui τάφον χώσασθαι dicunt. *Exaggerare* autem terram solebant, et quo altius educebatur, eo honorificum magis erat. At-

nore illo terræ, nomen *tu-*
tum est. Turneb. IV. 14.

mp. t.] Ficinus pereruditus
nterpres χῶμα nominat *ag-*
nleri. Cicero *sepulcrum* ip-
e Guther. de jure Manium
mmeness.
t] Hebrus *quierant* legit.

iter velis] Quia prout vela
eriat, ita etiam cursus ex-
n quo navis est iter. Nam
'Flecte viam velis.' Et
'iter velis tendere,' aliud
iter.' Et multi dicunt im-
ietum, multi nimium pro-
stat tamen secundum illud
od ait, 'Flecte viam velis.'
icimus, bene procedit, et,
m velis:' ut in ipsis velis
r. *Idem.*
er] Hic plenam habes con-
m, pro qua simpliciter *ten-*
Sanctii Min. 310. *Emm.*
t] Non placet *reliquit* tem-
rito, ut codices plerique
abent. Nam et *tendit*, et
ræsentia sunt. *Pierius.*
rant auræ in noctem] Quia,
, temporum mutatione ven-
nuitur vel augetur. *In noc-*
, circa noctem. Et quotiens
primitur, accusativum regit
nitio. *Servius.*
t auræ in noctem] Ad ver-
ilion. Arg. I. ἐπιπνείουσιν
l cur *in noctem?* Erutum hoc
ophia, ut docet Aristotel.
. 5. *Nam Sol* (inquit ille)
πνεύματα, compescit flatus;
excitari nocte adventante:
maceret halitum, facit ut
uiescant. Vide plura in illo.
'lutarchus de Isid. et Osirid.
aëre, *νύκτωρ πυκνοῦται*, *noctu*
Notat etiam Germ. crebram
ionem apud Cæsarem noc-
e in navigatione. *Cerda.*
egus] Liptotes. Nam dicit,

Large præstat: ut, 'Munera nec sperno.' *Servius.*

Tremulo sub lumine] Ita enim mobilitas aquæ facit videri. *Idem.*

Tremulo sub lumine] Pereleganter et e proprietate luminis stellarum tremuli, Lucretius etiam splendorem illarum vocabat *tremorem*. 'Dum tremor est clarus, dum cernitur ardor eorum.' Ita idem *tremulum jubar Solis*, dixit; item *tremorem Solis*, et *tremulos Solis ignes:* et *ignis tremorem*, id est, micationem: nam eidem et *tremor* motus est, Gr. τρόμος; et *tremere*, moveri. Ita Propert. 'Armorum radiis picta tremebat aqua.' Sic et Cic. in Consulatu II. dixit: 'claro tremulos ardore cometas.' Macrob. VI. 4. Turneb. VI. 6. Gifan. Indice Lucret. *Taubmann.*

Splendet, &c.] Sic Horat. od. II. 5. 'Albo sic humero nitens, Ut pura nocturno renidet Luna mari.' *Emmeness.*

10 *Circææ raduntur litora terræ*] Ut diximus supra, mons iste antehac insula fuit. Paludibus enim a continenti segregabatur: quas exclusit limus de Albanis montibus fluens. Et dicebatur *Æœus* ab horrore transeuntium, quo homines mutabantur in feras. In hoc summo oppidum fuit, quod et *Circæum* dictum et *Circæi*. Nam utrumque Livius dicit. *Servius.*

Circææ terræ] Mela II. 5. nominat *domum Circes* aliquando *Circejos:* de quo oppido Liv. II. 39. Ea loca ut fugeret Æneas monetur Metam. XIV. 247. plura de Circejis terris Cluver. ant. Ital. III. 7. et Theophrastus hist. plant. V. 9. *Emmeness.*

Raduntur litora] Verbum nauticum, ut apparet ex hoc loco, et ex l. III. ubi, 'Projectaque saxa Pachyni Radimus.' Et ex l. V. ubi de nave certantium, 'Radit iter lævum interior.' Itaque Lucretius a mari locutionem accepit, cum scripsit l. IV. 'Scilicet expletis quoque janua raditur oris.' Flumina etiam dicuntur 'radere litora,' pro stringere: Græci παραπλεῖν

dicunt: et Apoll. l. IV. ποταμοῦ παραμέτρεον ὄχθας. Itaque proprie dicuntur *radi* litora, arenæ, cautes. Omnino quod in v. 'Stringat sine palmula cautes.' Et quod Horat. od. I. 10. 'Nimium premendo Litus iniquum.' *Cerda.*

11 *Dives*] Non addidit cujus rei; cum soleat: ut, 'Dives equum, dives pictaï vestis et auri.' *Servius.*

Inaccessos] Inaccèssibiles, inaccedendos. Nam Ulysses illuc venit. Ergo *inaccessos*, ad quos nullus debeat accedere: ut, 'Aut illaudati nescit Busiridis aras:' hoc est, illaudabilis. Nam ab Isocrate constat esse laudatum. *Idem.*

Solis filia] Circen Solis filiam etiam facit Hesiodus in Theog. et Cicer. l. III. de Nat. D. et ante illos Homer. Odyss. X. Porro Virgiliano hoc loco deceptus Plinius XIII. 16. accipit Homeri versus, quos jam adhibui de Circe, cum Græcus tamen de Calypsone scripserit. Redeo. Interpres Apollonii: Κίρκην τινὲς μὲν Αἰήτου ἀδελφὴν, τινὲς δὲ θυγατέρα φασὶν εἶναι: *Circen alii Æetæ sororem faciunt, alii filiam.* Hom. Od. sororem facit. Adducit deinde prædictus interpres Dionysium Milesium, qui scribit, Circen vere fuisse filiam Æetæ, ac proinde sororem Medeæ; assignatque illi matrem Hecaten filiam Persei. Hoc verosimilius. Poëtæ tamen filiam faciunt Solis, fortasse, quia magica omnia vim a Sole capiunt. Diodorus l. v. narrat Solis fuisse duos liberos, Æetan, et Persen, Æetan regnasse in Colcho, Persen in Taurica, utrumque efferum. Ex Perse ortam Hecaten doctissimam maleficiorum, quæ, sublato patre, Æetæ nupsit, ex quo genuit filias duas, Circen et Medeam: filium unum Ægialeum. Hæc ille multis. Homerus tamen Persen ipsam facit matrem Circes: μητρὸς ἐκ πέρσης. De loco, ubi Circe habitavit, quam Poëta, et alii vocant insulam, ait Dionys. l. IV. Antiq. fuisse rupem instar peninsulæ in mari Tyrrheno. Non multum abeunt quæ Diodorus l. v. scribit. Arist. περὶ θαυμακουσμ. meminit montis circa Italiam, quem vocat Circæum, ubi ait nasci venenum mortiferum. *Cerda.*

12 *Assiduo*] In Romano codice, *adsiduo* per *d* scriptum est. Eos vero reprehendit Caper, qui *assedium* preferre malebant: quod eadem litera *e* in *sedeo* primitivo reperiatur: dici enim *adsideo* notat; unde *adsiduus*. Contra cujus sententiam Fl. Sosipater, *adsiduus*, ait, quidam per *d* scribunt, quasi sit a *sedendo* figuratum; sed errant. Nam quum a Servio Tullio populus in quinque classes divisus esset, ut tributum, prout quisque possideret, inferret: ditiores, qui asses dabant, *assidui* dicti sunt. Et quoniam soli negotiis publicis frequentes aderant, eos qui frequenter adsunt, *assiduos* ab assibus dixerunt. Hinc ait Gellius, '*Assiduum* in duodecim tabulis et pro locuplete et facile munus faciente, dictum ab assibus, id est, ære dando, quum id tempora Reipub. postularent, aut a muneris pro familiari copia faciendi assiduitate.' Et alibi, '*Assiduum* quasi per Antitheton opponit Proletario.' Ex quibus manifestius constat, quid sibi velit M. Tullius, quum in Topicis argumentum ex vi verbi sic assumi posse docet: 'Quum lex Ælia Sanctia assiduo assiduum vindicem esse jubeat, locupletem jubet locupleti. Locuples enim assiduus, ait, Ælius, appellatus est ab asse dando.' *Pierius.*

Resonat cantu] Resonare facit. *Servius.*

Cantu] Scilicet ad leniendum laborem telæ. Noti hac de re versus Ovidiani. Inde Pastor Eclog. IX. quærit cantum ad levandum iter: 'Cantantes ut eamus ego hoc te fasce levabo.' Plutarchus adhibet initium musicæ non solum voluptatem, sed etiam dolorem. Hoc idem satis indicat Maximus dissert. 25. ubi ait multos non posse tolerare virtutem nisi τερετίζον-

λοντας, *minurientes*, *et can-*
t, quæ jam ego Georg. l. I.
Interea longum cantu so-
a Arguto conjux percurrit
ia.' Homerus quoque ean-
n inducit canentem inter
'Ὦ φίλοι, ἔνδον γάρ τις ἐποι-
ν ἱστὸν Καλὸν ἀοιδιάει. Et
Κίρκης δ' ἔνδον ἄκουον ἀει-
λῇ. Sic et Claudian. Rapt.
serpina lanificio occupata
domum tenero mulcens
cantu.' Ammianus *incen-*
ias dixit l. XXX. ad signan-
tiones. Horat. epist. I. 2.
it meretricem, cui fœmina-
annexæ, ut plurimum, istæ
s. Itaque, sive laboriosam
sive incantatricem, sive
, illi quadrat poëticus can-
t.

Nobilibus, propter anti-
itudinem. *Servius.*

tam] Pro *odoriferam.* Et
nia usus olei apud majores
ræcipue in Italia. *Servius.*

utem] Vigilans et voce et
mine, ad se incautos attra-
itur. *Donatus.*

Ut Cedrus tanquam oleo
cendia semper insidiis nu-
voce, id est, cantu insidia-
.

in lumina cedrum] Ex an-
etudine dictum. Ignita-
a vel focum in mediis ædi-
ant, in quo tedas urebant
usa. Turneb. IV. 14. Et
apud majores non fuisse,
n Italia, monent Interpre-
mann.

An Cedrus in deliciis fue-
disputat Salmas. Plinian.
951. Cedri in Syria præ-
teste Theophrasto Plant.
neness.

to pectine] Garrulo, stri-
iti: ut, 'Forte sub arguta
ilice Daphnis.' *Servius.*

lamis] Hic versus fuit a
Virg. in Georg. usurpatus. *Argutum*
autem *pectinem* vocare videtur Poëta,
ut radium textorium Græci κερκίδα
vocant, παρὰ τὸ κρέκειν, a strepitu,
quem inter texendum edit, ut ex
Eurip. in Electra observavi: πρεσβ.
οὐκ ἔστιν εἰ καὶ γῆν κασίγνητος μολὼν
Κερκίδος ὅτῳ γνοίης ἂν ἐξύφασμα σῆς.
—ἠλεκτ. εἰ δὲ κἄκρεκον πέπλους, Πῶς ἂν
τότ' ὢν παῖς, νῦν ἔχῃ ταὐτ' ἂν φάρη; ubi
κρέκειν πέπλους ἐστὶ κερκίδι ὑφαίνειν.
Germanus.

Percurrens pectine telas] Aut manu
percurrens: aut ictu pectinis, ut vide-
mus: aut quia apud majores stantes
texebant: ut hodie linteones videmus.
Est autem Homeri, qui ait, ἱστὸν ἐποι-
χομένην. *Servius.*

15 *Gemitus iræque*] Gemitus iras-
centium leonum: ἓν διὰ δυοῖν. *Idem.*

16 *Sera sub nocte*] Quasi eo tem-
pore, quo naturali libertate uti con-
sueverunt. 'Sub sera nocte,' per
noctem seram. *Idem.*

Sera] Cum omnes hanc syllabam
producant, quid venit in mentem Tul-
lio scribenti in Arat. 'Occidit An-
dromache clarum caput, et sera pis-
trix.' Fortassis legendum; *fera.*
Cerda.

Rudentum] Naturaliter *ru* longa est.
Persius, 'Findor ut Arcadiæ pecua-
ria rudere dicas.' Systolem ergo fecit.
Ruditus autem proprie est asinorum
clamor: ut *grunnitus*, porcorum: ra-
narum, *coax:* quæ nomina a sono vocis
constat esse composita. *Servius.*

17 *Sætigerique sues*] Ab Lucret. qui
l. V. 'Sætigerique pares suibus sil-
vestria membra.' Utitur Maro eodem
epitheto l. XI. et XII. loquens de sui-
bus oblatis in sacrum. *Suum* etiam
meminit Nazianz. Carm. 50. attingens
hanc fabulam, ὄνους καὶ σύεσσιν ἀρήξῃ.
Cerda.

Præsepibus] Caveis, ubi aluntur.
Non enim re vera præsepia habent.
Servius.

19 *Dea sæva*] Aut per se, aut her-
bis potentibus sæva. Circe autem

ideo Solis fingitur filia, quia clarissima meretrix fuit: et nihil est Sole clarius. Hæc libidine sua et blandimentis homines in ferinam vitam ab humana deducebat, ut libidini et voluptatibus operam darent. Unde datus est locus fabulæ apertæ. Horatius, 'Sub domina meretrice fuisset turpis et excors.' *Idem.*

Potentibus herbis] Harum origo tota a Circe; nam alioqui Italia benignissima terrarum fuit. Plin. xxv. 2. 'Certe quid non replevere fabulis Colchis Medea, aliæque, in primis Itala Circe, Diis etiam adscripta? Unde arbitror natum, ut Æschylus e vetustissimis in poëtica, refertam Italiam herbarum potentia proderet.' *Cerda.*

20 *Induerat*] Silius l. ii. 'cui vultus induta pares.' et Æneid. i. 'pueri puer indue vultus.' Horat. quoque Epod. 17. ad auram Maronis: 'Setosa duris exsuere pellibus Laboriosi remiges Ulyssei Volente Circe membra.' Sed Virgilius ad Homeri auram, qui de Circe Odyss. x. τοὺς αὐτὴ κατέθελξεν: quia delinimento quodam dementabat homines, idque 'potentibus herbis,' ait Virgilius. Homerus autem ἐπεὶ κακὰ φάρμακ' ἔδωκεν, dabat videlicet bibenda venenata pocula. Sic a Maximo Tyrio dissert. 6. vocatur γυνὴ φαρμακὶς, *mulier venefica.* Ab Ovid. el. iii. 1. de Pont. 'vertendis nata figuris.' *Cerda.*

Induerat in voltus] Respondent hæc phrasi Græcæ apud Platonem, ἐνδύεσθαι εἰς γένη τῶν θυρίων. Lucret. l. iv. 'induere se in fraudem' dixit. Corrumpebatur autem in illis tantum sensus: animus manebat idem: ut notat Servius. *Taubmann.*

Circe] Notes hic ab Horatio ep. i. 2. inflecti *Circam:* nam ubi vulgares codices legunt, 'et Circes pocula nosti:' antiqui (quos sequuntur jam docti) exhibent: 'et Circæ pocula nosti.' Idem in Symmacho observavi i. 47. ubi ait, 'suada Circæ pocula.' *Cerda.*

In voltus ac terga ferarum] Corrumpebatur in illis sensus. Animus namque idem manebat. Οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς φωνήν τε ψυχάς τε καὶ δέμας· αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ. *Servius.*

In voltus ac terga ferarum] Veteres quidam codices, *in voltus et terga* legunt. Sed *ac* magis placet: quia magis unit. *Pierius.*

Terga] Ita Propert. iv. 5. 'Et sua nocturno fallere terga lupo.' *Cerda.*

In voltus ac terga ferarum] 'Ulysses in insulam Ænariam evasit ad Circen Solis filiam, quæ potione data homines in feras bestias commutabat,' &c. vide Hygin. fab. 125. *Emmeness.*

21 *Pii paterentur Troës*] Ergo impii qui pertulerunt. Impii autem propter occisa Solis armenta. *Servius.*

23 *Neptunus ventis implevit vela s.*] Physice autem locutus est. Mota enim aquæ ventus creatur, ut videmus in bombis organorum. *Idem.*

Ventis implevit vela secundis] Est hoc quod Plutarchus in Catone dixit non longe ab initio, πλησιόστιος φερόμενος. Euripides prius dixerat, πνοὰς πλησιστίους: ut hic *implevit;* ita Orpheus, ὀθόνας ἀκάτου πλήρωσεν ἀήτης. *Cerda.*

24 *Præter vada fervida*] Periculosa navigantibus: et est Tmesis. *Servius.*

26 *In roseis fulgebat lutea bigis*] *Lutea* est crocei coloris, ut, 'Croceo mutabit vellera luto.' Unde multi jungunt *inroseis*, id est, non rubicundis, ne sit contrarium. Tamen secundum Homerum dictum est, qui interdum ῥοδοδάκτυλον, id est, rosei coloris digitos habentem, interdum κροκόπεπλον dicit Auroram, id est, crocei coloris veste circundatam. *Id.*

Aurora in roseis, &c.] Unde Homero ῥοδοδάκτυλος ἠὼς, et κροκόπεπλος, et χρυσόθρονος est. *Taubmann.*

Lutea] Pacuvius in Thyeste, 'Nec illic luteis aurora bigis.' Quis sit hic color jam in Eclogis. Statius Theb. ii. dixit, 'auroræ pallore.' *Cerda.*

Bigis] Dat hic auroræ bigas, ut et

jam adductam; et Val. Arg. iis auroram surgere bigis.' l. vi. tamen quadrigas assig hac vice sermonum roseis au- drigis Jam medium aetherio jecerat axem.' Ab Theo- Hyla aurora dicitur [illegible] quis splendentibus, quibus Lycophron in Alexandro ait vehi [illegible]. alii Pe- m. Odyss. XXIII. [illegible] Auroram vehunt equi. Quod Æneid. v. 'Auroram Phaë- ti jam luce vehebant.' Cerd.

s venti posuere] Cum ortu vere. Ponere enim, quiescere contra, ferre, flare dicimus; et vento mora nequa ferenti,' nti. Servius.

r] Subaudi, vel se, vel flatus. m inclino. Sic præcipitat, id ipitat se, et alia innumera. Statium explico l. v. 'Rau- onio decedunt agmina Nilo, a ponit hiems:' id est, po- Gisi quis in Virgilio et Sta- fiat, freta. Nam Horat. od. i. to, 'tollere, seu ponere vult idem. ii. 2. 'flabra posuere.' Æn. x. 'Tum Zephyri po- Cerda.

posuere] Id est, cessavere: 16. De hac autem forma dictum ad illud Æn. i. 'Tum rtit:' et inprimis ad Plaut. 2. sc. 6. 'iræ leniant.' Vide xviii. 12. ita Cic. 'terra ro movetur. Taubmann.

r] Sic Ovid. Epist. Heroid. m venti ponent,' &c. Inter tiva passive sive absolute Verhnerus Hellenol. i. 12. ponere. Quem vide. Emm.

ue repente resedit Flatus] Om- , et qui ripæ est, et qui pe- altanus vocatur. Servius.

flatus] Sic Horat. od. iii. 3. ue ductum seditionibus bel- dit,' hoc est, quievit. Vide Emmeness.

28 Luctantur] [illegible] Æn. viii. 'remo ut luctamen abesset.' Cerda.

Tonsæ] Remi dicti a decutiendis fluctibus: sicut tonsores a tondendis et decutiendis capillis. Servius.

Tonsæ] Sunt remi, aut potius imæ remorum partes, quas vocant palmulas. Dicuntur tonsæ, non a tondendis fluctibus, quasi illis, ut ferro, tondeantur, quamvis hoc et Servius, et Festus; sed verius a tundendis fluctibus. Hoc enim aptius ad naturam remi. Græci aut [illegible], aut [illegible] vocant: Lycophron [illegible]. Probe itaque luctantur tonsæ, apparet enim tanquam luctæ simulacrum inter remos et aquam. Ea voce usi multi. Lucret. l. ii. 'Antennas, proram, malos, tonsasque natantes.' Ennius ad explicandum conatum remigum: 'referunt ad pectora tonsas.' Quem ita imitatur Silius l. xi. 'Et simul adductis percussa ad pectora tonsis.' Cerda.

Tonsæ] Id est, remi: ut enim remus a radendo, (Scalig. iv. 16.) ita tonsæ a tondendo, id est, distringendo, vel etiam tundendo fluctus. Ennius de gest. remigantium: 'Prona petunt: exin referunt ad pectora tonsas.' Vide P. Merulam ibid. p. 405. Taubmann.

29 Atque hic Æneas ing. &c.] Sic autem lætus fuit Æneæ adventantis in Italiam ingressus, ut elementa ipsa obsequi, et aves gratulari viderentur. Donatus.

Lucum prospicit] In quo erat fluminis nomen. Diximus enim nunquam sine religione esse lucum a Virgilio positum. Servius.

30 Hunc inter] Per hunc. Terentius, 'Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias.' Est autem crebra Frontonis elocutio. Servius.

Amœno] Umbroso, silvis circundato. Idem.

31 Verticibus] In Romano codice, in Mediceo, et in plerisque aliis sane quam vetustis passim verticibus per e scriptum observes. Tametsi Caper,

ut alibi diximus, differentiam interjicit. Sed enim Arusianus Messus non alia ratione *vortex* pro *vertex* scribi solitum tradit, quam *volsus*, pro *vulsus*: atque ita quoquo scribatur modo, idem significare. Quid vero contra Plinius, quid Sosipater tradant, in primo dictum eo versu, 'Torquet agens circum, et rapidus vorat æquore vortex.' Addam illud ex Quintiliano, ut Arusianum recte sensisse videamus, Quod *Vortices*, et *Versus* primo Scipio Africanus in *e* literam secundam vertisse dicitur. *Pierius.*

Multa flavus arena] Epitheton proprium. Et sciendum exitum Tiberini fluminis naturalem non esse, nisi circa Ostiam, ubi prima Æneas castra constituit. Nam aliter non procedit, quod ait: 'Murorum in parte sinistra Opposuere aciem: nam dextra cingitur amni.' Postea enim in Laurolavinio castra fecit ingentia, quorum vestigia adhuc videntur. *Servius.*

Flavus arena] Cur Tiberim hic et Æn. IX. 816. *flavum* vocat, cum ob albicantes aquas *Albula* etiam diceretur? Respondent quidam, non tam attendendam vocabuli vim, quam transumptionem existimandam esse. Cum enim homines *flavi* pulchri videantur, ex eo dicunt factum esse, ut *flavum* etiam pulchrum significaret: cum et Hesychius ξανθὸν *flavum* et *pulchrum* interpretetur. Turneb. tamen XXII. 7. putat ob arenam ita vocari. *Flavum* Horatius etiam od. I. 2. et II. 3. appellat. *Taubmann.*

Flavus arena] Sic Ovid. Met. XIV. 448. 'In mare cum flava prorumpit Tibris arena.' Vide Nobiliss. Heinsium, qui *flavum* hunc amnem pluribus docet. *Emmeness.*

32 *Prorumpit*] Quia *vorticibus*, ideo *prorumpit*. Utraque enim voce apte signatur rapiditas. Sic Æneid. I. 'rapidus vortex.' Et quidem *prorumpit* majestate est plenum, quasi ipse fluvius viam sibi aperiat vel renitente mari. Fluvios, qui cum hac majestate mare adeunt, γενναιοτάτους vocat Maximus dissert. 11. *generosissimos*, Nonnus l. XXII. ἐρεύγεται ἔνδον ὑδάτων. Inest majestas in voce: et de Asopo l. XXVII. βαρύδουπος. Quod Poëta de vorticibus, idem Nonn. de eodem Hydaspi βαθυδίνεϊ κόλπῳ. Hac proruptione Poëta significat ostia fluminum, quæ Ovid. Trist. II. vocat *egressus* loquens de Istro. *Cerda.*

33 *Adsuetæ ripis volucres*] Bono compendio usus est. *Servius.*

34 *Æthera mulcebant cantu*] Lenibant. Corporalia enim sunt elementa, ut diximus supra. Non enim mulcetur, nisi quod corporale est. Supra enim ait, 'Totamque infusa per artus.' *Idem.*

Æthera mulcebant cantu] Lucret. l. IV. 'Et mundi speciem violare serenam, Aëra mulcentes motu.' *Germ.*

35 *Flectere*] Ita in v. 'flecte viam:' et Ovid. in Trist. 'fleximus in lævum cursus.' *Cerda.*

Sociis] In codicibus aliquot antiquis, *socios* accusativo casu legitur; quod minime displicet. *Pierius.*

Advertere proras] Ita Ge. IV. 'Terris festinem advertere proram.' Dicit vero hoc Poëta sui memor. Quippe in Æn. II. Creusa locum istum signaverat Italiam prædicens: 'Ad terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva Inter opima virum leni fluit agmine Tibris.' *Cerda.*

36 *Succedit*] Quasi hospitio acceptus Æneas ab fluvio. Nam l. IV. 'Quis novus hic nostris successit sedibus hospes?' Et l. III. 'parvæ succedimus urbi.' Ad imitationem Virgilii Silius l. I. inducit navem Saguntinorum adeuntem Italiam eodem loco, ad quem Trojana classis appellit: 'Donec Laurentes puppis defertur ad oras, Qua pater acceptis Aniensis ditior undis In pontum flavo descendit gurgite Tibris.' Ait Festus, *Æneriam* dictum locum, quo Æneas classem Troja adveniens appulit. Quod Latini *succedere urbi, muro, fluvio;*

urbem προσμιγνύναι πόλει,
ιφ. Idem.
ige] Hic est sequentis ope-
Antedicta enim ex supe-
dent. Servius.
Vel pro Calliope, vel pro
e Musa posuit sane. Idem.
, qui reges, Erato] Videtur
ium desumptum ex Apoll.
ε νῦν, ἐρατὼ, παρά θ' ἵσταθο,
τ' ubi interpres: τὴν ἐρατὼ
ω εὑρηκέναι... εὐλόγως δὲ
ι μεμοιρᾶσθαι τὴν ἐρατὼ φησὶ
ούσης ὀργίων, λέγω δὴ τῶν
ιους δὲ ἅμα καὶ ὀρχήσεις ἔπεται.
lonii exemplo ne imperite
irgilius videatur Erato hic
attendendum forsan est,
nuptiarum procatione et
iquam flabello, totum quod
Poëta suscipit bellum, ex-
amvis auctorem interpres
vulgarem, qui contenderit,
ne unam an omnes Musas
da Πᾶσαι εἰσάξουσι μιᾶς ὅτε
ις. Poëta etiam in Epigr.
καὶ οἷαι, nullas cantandi
les Erato videtur attribu-
bis, Ὕμνους ἀθανάτων ἐρατὼ
ι εὗρε. Germanus.
pora rerum] Quia, ut dixi-
a, secundum Lucretium,
bi ex rebus colligantur,
a sunt. Servius.
rerum] Quia tempora, nisi
lligantur, per se nulla sunt.
a. 'Tempus item per se
ed rebus ab ipsis Consequi-
, transactum quid sit in
ι quæ res instet; quid por-
equatur,' &c. Taubmann.
antiquo] Quia duo sunt,
rum; sicut et in jure lec-
Servius.
In quibusdam antiquis co-
eral legitur, exacta specie.
nagis placet. Pierius.
citus] Στόλον intellige, nam
valibus copiis est sermo.
esivit vocem mediam Poëta
respondentem Græcæ. Nam sicut στόλος, quæ vox proprie signat 'copias navales,' tamen etiam aliquando terrestres, ut apud Arr. l. IV. Sic exercitus, qui sæpissime terrestris est, a Poëta pro navali sumitur. Cerda.

Adpulit oris] Est hoc quod idem Poëta, 'quas vento accesserit oras.' 'Libyæ vertuntur ad oras.' 'Cretæis sistet in oris.' et multis aliis. Cerda.

40 Exordia pugnæ] Cervi interitum. Servius.

41 Tu vatem, tu, diva, mone] De invocatione, quæ in medio fit operis, vide Voss. instit. poët. III. 4. Emm.

Dicam horrida bella] Non abit ab hac pollicitatione illa Ge. l. IV. 'Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis Mores, et studia, et populos, et prælia dicam.' Cerda.

42 Actos] Aut collectos, aut re vera compulsos: quod est verisimile, propter illud, 'Longa placidas in pace regebat.' Servius.

Actos in funera reges] In sua, non Trojanorum funera. Quum enim animis ferocitate exagitatis, in alienum exitium ruerent, ipsi, Trojanis e diverso certantibus, ceciderunt. Don.

Manum] Sic Græci χεῖρα capiunt pro copiis. Herodian. l. III. δεῖσθαι τοίνυν χειρὸς πλείονος πρὸς βοήθειαν τοῦ τόπου: egere majoribus copiis ad loci tuitionem. Eurip. Rhes. πλήρη πεδία πολεμίας χερός: pleni campi hostilis manus. Latinos quid numerem? Do unum Ammianum, qui l. XVI. de Juliano Cæsare loquens, ita ait: 'Ira exundante substridens, cum erumpere sæpe conatus, paucitate præsentis manus impediretur.' Cerda.

Totamque sub arma coactam] Collectam: ut, 'Tityre, coge pecus.' Totam autem Hyperbolicῶs dixit. Serv.

44 Major rerum mihi nascitur ordo] Claudian. Stil. l. I. commutavit ita; 'magnum mihi panditur æquor' Cerda.

45 Majus opus moveo] Tib. 'Seu tibi par poterunt, seu, quod spes abnuit,

ultra, Sive minus, certeque canent minus, omne movemus Hoc tibi, ne tanto careat mihi nomine charta.' *Germanus.*

47 *Hunc Fauno, et nympha genitum Laurente Marica Accipimus*] Quidam Deus est Fatuellus: hujus uxor est Fatua. Idem Faunus, et eadem Fauna. Dicti autem sunt *Faunus* et *Fauna* a vaticinando, id est, fando. Unde et *fatuos* dicimus inconsiderate loquentes. Ergo *Faunæ* et *Fatuæ* nomen quasi asperum fugit poëta: et Maricam dicit uxorem fuisse Fauni. Est autem *Marica* Dea litoris Minturnensium juxta Lirim fluvium. Horatius, 'Et innantem Maricæ litoribus tenuisse Lirim.' Quod si voluerimus accipere uxorem Fauni Maricam, non procedit. Dii enim Topici, id est, locales, ad alias regiones nunquam transeunt. Sed potest dictum esse per poëticam licentiam, 'Laurente Marica,' cum sit Minturnensis. Dicunt alii per Maricam, Venerem intelligi debere; cujus fuit sacellum juxta Maricam; in quo erat scriptum ΝΑΟΣ ΤΗΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ. Sane Hesiodus Latinum Circes et Ulyssis filium dicit: quod et Virgilius tangit dicendo, 'Solis avi speciem.' Sed quia temporum ratio non procedit, illud accipiendum est Hygini qui ait Latinos plures fuisse, ut intelligamus poëtam abuti (ut solet) nominum similitudine. *Servius.*

Hunc Fauno, &c.] De hoc Fauno sic Lactant. I. 22. 'Ut Pompilius apud Romanos institutor ineptarum religionum fuit: sic ante Pompilium Faunus in Latio. Qui et Saturno avo nefaria sacra constituit, et Picum patrem inter Deos honoravit, et sororem suam Fatuam Faunam, eamque conjugem consecravit.' De hoc uxoris nomine videndus Macrobius Saturn I. 12. et Justinus XLIII. 1. ubi de origine nominis, quod *Fauni* et *Fatuæ* appellentur, quia *fatuari* dicuntur, qui inspirari solent: sic et infra hic vs. 81. *fatidicus* appellatur; cui rem divinam faciebant veteres, teste Horat. Plura illic. *Emmeness.*

Marica] Id est, Circe: nam Lactant. I. 21. auctor est, Circen, postquam ab humanis excessit, Maricam Minturnensium numen effectum. Inde Latinus apud Hesiod. Circes F. dicitur. Quod si Servius observasset, tot se ambagibus non induisset: ut notant Turneb. XXI. 22. et Parrhas. ad Claud. Proserp. p. 176. et Erythræus. *Taubmann.*

48 *Accipimus*] Propter varias opiniones hoc adjecit: ut Sallustius, 'Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere in initio Trojani. *Servius.*

49 *Ultimus auctor*] Primus: ut supremum, summum dicimus, 'Pro supreme Jupiter.' *Idem.*

Ultimus auctor] Quia primus fuit Latinus, a quo factum est initium narrandi: ergo iste ultimus. Ut in scalis, si descendas primus est summus, ultimus qui est imus: si ascendas contra fiet. Sic Cicero in rhetoricis inquit: 'Ab ultimo principio hujus præceptionis.' Hinc de Latino ipsum dicere sequentia indicant: quamvis posset credi de Saturno. *Donatus.*

Ultimus] Id est, primus: ita Catull. Carm. IV. 'ultimam originem' dixit, Cicero: 'pueritiæ memoriam recordari ultimam.' Id. 'ab ultimo principio,' dixit. Sic Terent. 'extremam lineam' amoris vocavit, quæ prima etiam dicitur: idque, quoniam, ut Philosophi docent, idem quodammodo est primum et ultimum. *Taubm.*

Ultimus auctor] Sic Corn. Nep. in vita Attici, c. I. 'Pomponius Atticus ab origine ultima stirpis Romanæ generatus;' id est, primaria. Plura de hoc vocabulo Torrent. ad Horat. Od. I. 16. *Emmeness.*

50 *Filius huic, &c.*] Est hoc, quod de stirpe Gelonis ait Val. II. 2. cujus genus, abolita reliqua stirpe, redac-

micam filiam Harmoniam. e Statius Theb. l. I. lo-drasto: 'Hic sexus me-, sed prole virebat Femi-natarum pignore fultus.' laudian. 'Ætnææ Cereri ta virebat.' Iterum eodem Huic primis, et pubescen-Mira decore pio servabat ts.' *Cerda.*

m] Pro eodem Virgilius m, *imperium*, *jussa*, *præ-nta*, *monita*, cum nimirum le Diis. De fato hic au-eliquis subjiciam testimo-v. 'Et Jovis imperium.' nus ad filium: 'tu ne qua ssa time, neu præceptis sa.' In l. IV. de Jove, 'Ipse ubet celeres mandata per l. VI. 'An monitu divum.' *cem*, *mentem*, *numen*. In s ad Jovem, 'Si sine pace . Æneas, 'Haud equidem reor, sine numine divum.'

que oriens erepta juventa ansitum tangitur historia. duos filios, voluntate pa-spondentes Laviniam so-lone interemit. Unde et t, quasi per vim: hos alii natre tradunt, postquam, no, Lavinia Æneæ juncta autem dicit voluntate. d fantur quod sentiunt, ines, de quibus lectum est, sum in pectore, aliud in aptum habere.' *Servius.*

oriens] Non nascendo, do extincta est: et quod dum, in ea ætate extincta es cœperat. *Donatus.*

domum et tant.] Ἐπικλη-em significat: non quod parentibus aut gentilibus uam universum jus succe-tota hereditas respiceret: m significatione ἐπίκληρος in Polit. accipitur: item et Ethic. VIII. ἐπίκληροι γυναῖκες ἄρχουσι· et Plutarch. οἱ χρημάτων ἕνεκα λαμβάνοντες ἐπικλήρους, quibus παγκληρία, παμπησία, hoc est, ἡ πᾶσα κτῆσις et κληρονομία obvenit, aut obventura est. Vide autem apud Aristot. lib. Pol. E. 'orta bella et seditiones ex nuptiali causa, propter orbas et bene dotatas puellas.' Ut autem hic *matura viro*, Plutarch. in Lycurgo πεπείρους καὶ ὀργώσας παρθένους, maturas et virorum appetentes. Matura autem simpliciter, ut hic, γάμου ὡραία, et ὥριος dicitur. Quod autem hic notat Servius in jure pubertatem non solum ab annis, sed et corporis habitu spectari solitam, ut et supra eo Eclog. loco observavit, 'Alter ab undecimo jam tum me ceperat annus;' nescio an Romana omnino jura respexerit, cum marium quidem antiquo jure Romanorum, non item puellarum, nuda corpora explorarentur. Quod me movet, ut credam Servium Platonis leges potius respexisse, qui ita lib. De leg. II. statuit, τὴν δὲ τοῦ τῶν γάμων χρόνου συμμετρίαν τὲ καὶ ἀμετρίαν ὁ δικαστὴς σκοπῶν κρινέτω, γυμνοὺς μὲν τοὺς ἄῤῥενας, γυμνὰς δὲ ὀμφαλοῦ μέχρι θεωμένους τὰς θηλείας. Non omittendum item κρόβαλον a Græcis indicium Naturæ in pupis dici, et pilos in loco obscœno. *Germanus.*

Domum] Non hic in vulgari significatione, sed pro bonis et hereditate. Sic Græcis οἶκος. Nam Odyss. l. I. ἔδοντες οἶκον ἐμόν: *devorantes meam domum*, pro, meas facultates et bona. Sic. Odyss. l. IV. ἐσθίεταί μοι οἶκος. *Cerda.*

Sedes] Cum hic servare domum, et sedes, sit expectare hereditarium Imperium, non dubium quin *sedes* posuerit pro paterno domicilio. Ita Ovid. Trist. IV. Eleg. I. 'Hic ego sollicitæ jaceo novus incola sedis.' Inde *sedes figere*, pro acquirere domicilium, Latini dicunt. Et Virg. de Antenore, 'sedesque locavit.' Suetonius c. 1. Vitell. cum dixit, 'quosdam

ex Vitelliis subsedisse Nuceriæ,' nihil aliud dicit, quam ibi Vitellios domicilium fixisse. Ammian. l. XVII. 'Sedes alias suscipere' dixit, pro, domicilium commutare. Virgilium imitatur Statius Theb. l. I. 'Huic primis et pubescentibus annis Mira decore pio servabat nata Penates Intemerata toris:' id est, expectabat paternos Penates et domicilium. Itaque recte quadrat in hunc locum Germani nota, qui ait, Poëtam indicare Virginem ἐπίκληρον, id est, quam jus succedendi, et hereditas tota respiceret; utique ut signetur παγκληρία, καὶ παμπησία: ad quam rem advocat etiam Aristotelem et Plutarchum. Vide in illo. Est quidem virgo ἐπίκληρος, quæ nullos habet aut fratres aut sorores συγκληρονόμους, sed tota illi hereditas cessura est. *Id.*

53 *Jam matura viro, jam plenis nubilis annis*] Non est iteratum, sed secundum jus dictum: in quo et ex annorum ratione, et ex habitu corporis, ætas comprobatur. Primum ergo ad habitum, secundum ad annos pertinet. *Servius.*

54 *Multi*] Et quia unica esset, et quia senis filia, ex quo regnum pro dote veniret. *Donatus.*

Latio] *Latium* pars est Ausoniæ. Unde dixit primo quod minus est: sic intulit, 'Totaque Ausonia.' *Serv.*

Multi illam magno e Latio] Eurip. in Iphig. ταύτης οἱ τὰ πρῶτ' ὠλβισμένοι μνηστῆρες ἦλθον ἑλλάδος νεανίαι· et Pind. Pyth. Od. 9. τὴν μάλα πολλοὶ ἀριστῆες ἀνδρῶν αἴτεον σύγγονοι, πολλοὶ δὲ καὶ ξείνων, ἐπεὶ θαητὸν εἶδος ἔπλετο. *Petere* autem *procari* esse alibi docet Serv. et Catull. *Non si se Jupiter ipse petat.* Eurip. in Elect. Ταύτην ἐπειδὴ θαλερὸς εἶχ' ἥβης χρόνος, Μνηστῆρες ᾔτουν ἑλλάδος πρῶτοι χθονός· et Calab. I. Πολλὰ δ' εὐχετόων τοκατ' οἰκία νοστήσαντες Τοίης—ἀλόχοιο παραὶ λεχέεσσιν ἰαῦσαι· Et Hom. Od. Δ. Penelopen πολύμνηστην βασίλειαν vocat, quæ a tot procis ambiretur. *Germ.*

55 *Petit ante alios pulcherrimus*] Aut ante alios petit: aut pulcher ante alios. *Servius.*

Ante omnis] Subaudi *pulcherrimus*: non autem ante omnes petiit. Omnia autem supradicta in laude sunt Æneæ, ne ignobilem, aut sibi imparem ducere videatur; quoniam illam vicini sprevissent. Uterque a Saturno est. Ab illo enim Jupiter, ab Jove Venus, a Venere Æneas. Sic a Saturno Picus, a Pico Faunus, a Fauno Latinus, a Latino hæc. Ergo par sanguis, sed virtus in Ænea major. *Donatus.*

Ante alios pulcherrimus] Hanc constructionem illustrat Sanct. in Minerva p. 107. *Emmeness.*

56 *Avis atavisque potens*] Id est, majoribus, quos per hæc duo conjuncta vocabula designarunt auctores, ut jam observatum a Torrentio ad Horat. Od. I. 1. *Idem.*

57 *Miro amore*] Nova intemperantia. *Servius.*

Properabat] Hom. Od. Θ. Οἱ δὲ γάμον σπεύδουσι. *Germanus.*

58 *Sed variis*] Propter apes, et incendium, et oraculum Fauni. *Serv.*

Portenta] Signa, quæ sunt media: a portendendo. Nam et bona et mala sunt portenta. *Idem.*

59 *Laurus erat*] Latinus post mortem fratris Lavini, cum Lavinium amplificaret, ab inventa lauro, *Laurolavinium* id appellavit. *Idem.*

Laurus] Ponit portenta, quibus connubium Turni prohibebatur. *Donatus.*

In penetralibus] *Penetrale* est omnis interior pars domus, licet sit intecta. Unde laurum in penetralibus fuisse non est mirum. *Servius.*

Penetralibus altis] Hom. Il. X. μυχῷ δόμου ὑψηλοῖο. *Germanus.*

60 *Metu*] Religione, quæ nascitur per timorem. *Servius.*

Metu] Δέει, οἱονεὶ δεισιδαιμονίᾳ. *Germanus.*

Metu] Id est, metu religioso, vel

e. Sunt enim reciproca. Sic eant. act. II. 1. 'Nam, Nihil hi, relligio est dicere.' Connim sunt 'Metus et religio.' atius: 'Primus in Orbe deos mor.' Ita Petronius *horrorem* igione et reverentia quadam ut et Lucret. *horrifice*, pro, ide. *Taubmann.*

rimas cum conderet arces] Prica laurum supple. Nam jam fuerat. *Servius.*

ridere] De hoc apum stridore, aut susurro jam ego Georg. l illud, 'stridere apes utero.' jungo ab Ælian. Var. hist. x. dicari per cantum: nam lole apibus, quæ Platonico ori sat, ἐν τοῖς (inquit) 'χείλεσιν ίζανσαι ὑπῇδον. *Cerda.*

æthera] *Ætherem* pro *aëre Servius.*

æthera] Supra 'liquidum igixit. *Germanus.*

bsedere apicem] Verbum oponis est *obsedere*, quo usus propter bellum futurum.

utua] Invicem; et est abso-Melisus qui de apibus scrip-'Duobus pedibus se tenent: as alias sustinent.' *Idem.*

us per mutua nexis, &c.] De odigio actum Ge. IV. 257. et tal. meminit l. VIII. ubi etiam m verbum *obsidere*, de bubone Obseditque frequens castroina bubo, Nec densæ trepidis e involvere nubes.' Ad quem Dausquium consule. *Em-*

tes] Divinus; per quam auem non dixit, nec nomen ejus: ur intelligi conjecturis eum am futura dixisse. *Servius.*

rum] Non dixit, Cernimus luti præsentem, sed Cernimus xternum adventare. *Don.*

petere agmen easdem] Intelab inferiori mari apes venisse, unde et Trojani. *Partes* autem *easdem* summitates rerum petere dicit, sicut apes apicem lauri, per quam advenarum victoria prænuntiatur. *Serv.*

Et partis petere agmen easdem] In Romano codice, et quibusdam aliis legere est *partis petere agmine*, ut ex comitatu potentem eum subindicet. *Pierius.*

71 *Castis*] Piis: et sciendum Latinum sacrificasse astante Lavinia. *Ser.*

Castis] Commune sacrorum epithetum. Ita l. III. 'Hac casti maneant in relligione nepotes.' Val. Arg. l. I. 'Stat casta cortina domo.' Quicquid enim castum est opponitur scelerato. Insinuat l. VI. 'Nulli fas casto sceleratum insistere limen.' *Cerda.*

72 *Et juxta*] In antiquis aliquot codicibus, *ut juxta genitorem adstat* legitur, quod non displicet: quia structura est ita colligata magis, 'Adolet dum altaria flammis, Ut juxta genitorem adstat Lavinia virgo; Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem.' *Pierius.*

73 *Nefas*] Absoluta parenthesis: est autem Hypallage. *Servius.*

Nefas] Ita locutus Ovidius etiam in rè prodigiosa; 'nefas visu mediis altaribus anguis Exit.' Uterque nihil aliud significat, quam prodigium ejus esse rationis, ut non facile fari queas. *Cerda.*

Comprendere crinibus ignem] Cum ignis crines comprehendat. *Servius.*

Comprendere ignem, &c.] Cæsar: 'flamma ab utroque cornu comprensa, naves sunt combustæ quinque.' Sic et Eurip. de Glauca pharmacis Medeæ et dolo malo conflagrante, Χρυσοῦς μὲν ἀμφὶ κρατὶ κείμενος πλόκος Θαυμαστὸν ἵει νᾶμα παμφάγου πυρὸς, Πέπλοι δὲ λεπτοὶ σῶν τέκνων δωρήματα Λευκὴν ἔδαπτον σάρκα τῆς δυσδαίμονος. *Germanus.*

74 *Flamma crepitante*] Ipse Ge. I. 'crepitantibus urere flammis.' Lucret. l. VI. loquens de lauro: 'Terribili

sonitu flamma crepitante crematur.' Trahat fortasse aliquis ad bonum Laviniæ omen hanc crepitationem et sonitum flammarum. Hoc qui velit, adeat quæ jam ego Eclog. VIII. ad illud, 'fragiles lauros.' *Cerda.*

76 *Insignem gemmis*] Tale illud Æneid. I. 'et duplicem gemmisque, auroque, coronam.' Sic itaque et corona Laviniæ aurea erat, et auro insertæ gemmæ. Sicuti in poculo, 'pateram gemmis, auroque poposcit.' Has coronas cum gemmis dici Joanni Chrysostomo στεφάνους λιθοκολλήτους Germanus alicubi observavit. Claudian. de laudib. Stilicon. loquens de corona Serenæ: 'Vile putas donum solitam consurgere gemmis:' videlicet comam Serenæ. Accipit Virgilium Paschalius IX. 1. de diademate, quod gemmis ornatum. Nam diademata, dici coronas, frequens est. *Idem.*

Fumida] In fumo est causa lachrymarum et belli. *Servius.*

Tum fum. lum. ful. Invol. ac totis] Servius, incendium bellicum, inquit, significat: his enim duobus ab augurio distat Ascanii, fumo, et aspersione flammarum; cujus prodigii fit mentio supra l. II. ubi et Ser. Ignis autem quo purior est, hoc ἀκαπνότερος. Vide et illum superiorem locum lib. præcedente, 'Non ille faces, et fumea tædis Lumina:' ubi et Servium. Ut autem *Vulcanum* hic pro igne, Eurip. in Orest. πῦρ ἀνήφαιστον ἐρωτικὸν vocat. *Germanus.*

77 *Volcanum spargere*] Incendium bellicum significat. His enim duobus hoc ab augurio distat Ascanii: fumo, et aspersione flammarum. *Servius.*

81 *At rex*] Non dixit, virginis pater: nam publicus status quam filiæ potior fuit. *Donatus.*

Sollicitus monstris] Fabric. notat, antiq. Donati exemplar legere; 'sollicitus monstrorum:' ut, 'securus pelagi:' 'egregius animi.' *Taubmann.*

Fauni] Faunus ἀπὸ τῆς φωνῆς dictus, quod voce, non signis, ostendit futura. *Servius.*

82 *Lucosque*] In lucis. *Idem.*

Lucosque] Alludit Horat. Od. I. 4. 'Nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis,' &c. et Od. I. 7. 'Tiburni lucus.' *Emmeness.*

Sub Albunea] In Albunea. *Servius.*

Alta] Quia est in Tiburtinis altissimis montibus. Et *Albunea* dicta est ab aquæ qualitate, quæ in illo fonte est. Unde etiam nonnulli ipsam Leucotheam volunt. Sciendum sane unum nomen esse fontis et silvæ. *Id.*

Sub alta Albunea] *Albunea*, fontis et silvæ nomen: de quo Turneb. XXX. 5. Eadem Tibullo el. II. 5. 69. *Albuna* dicitur. In eodem Laurentinorum nemore *Oraculum Fauni* erat toti olim Italiæ celebratum. Quibusdam et *Leucothoë* nominatur. *Taub.*

83 *Albunea*] Hujus mentionem facit inter Sibyllas Lactant. I. 6. 'Decimam Tiburtem, nomine Albuneam, quæ Tiburi colitur, ut Dea,' &c. Hic et nemori et fonti idem nomen inditum videtur: de quo (et quemadmodum noster 'sacro fonte sonat') sic Hor. Od. I. 7. 'domus Albuneæ resonantis, Et præceps Anio, ac Tiburni lucus.' Festa, sacris fontibus dedicata, Varro et Festus *Fontinalia* appellant. Sed supra actum de sacris fontibus. *Emmeness.*

Sacro Fonte] Nullus enim fons non sacer. *Servius.*

84 *Mephitim*] *Mephitis* proprie est terræ putor, qui de aquis nascitur sulphuratis: et est in nemoribus gravior ex densitate silvarum. Alii *Mephitin* Deum volunt Leucotheæ connexum: sicut est Veneri Adonis, Dianæ Virbius. Alii *Mephitin* Junonem volunt, quam aërem esse constat. Novimus autem putorem non nisi ex corruptione aëris nasci; sicut etiam bonum odorem de aëre incorrupto: ut sit *Mephitis* Dea odoris gravissimi, id est, grave olentis. *Idem.*

Mephitim] Putor est corruptus

Persius aquas Albuneæ sul-
esse, et inde provenire is-
orem; scribit enim Sat. III.
us hic epulis, atque albo ven-
ur, Gutture sulphureas lente
a mephites.' Cum enim fla-
di stomachi vocet mephitem
am, videtur respicere ad na-
quæ. Ex Persio Sidon. III.
halatus e concavo molarum
escentium mephiticus odor.'
s similem exhalationem pro-
m ex aquis calidis vocat καπ-
. Lege illum Iliad. XXII.
itur de fontibus Scamandri.
1. λευγαλέη ὀδμή. Ait Servius
entia aliquorum, Mephitim
m Leucotheæ connexum: aut
s; nam Juno aër est, atqui
scitur ex corruptione aëris,
ide (ait) Mephitis erit Dea
rave olentis. Pertinent ad
inionem numinis verba Taciti
' Solum Mephitis templum
ite mœnia, loco seu numine
m.' Itaque constitutum est
quod averteret nocuos hali-
t Priscian. l. VII. duci vocem
μεφίτης, mutatione σ in φ.
tamen in Conjectan. ait esse
Etruscam; Etruscos autem ab
cepisse: Syrorum vero lin-
voce significari gravitatem,
dationem et flatum spiritus.

hæc *Italæ gentes*] Commen-
seculi ipsius. *Servius.*
gentes] Ergo omnes. *Donatus.*
ria tellus] Proprie Sabinorum
Servius.
dubiis] Ergo majoris meriti
cultum. *Donatus.*
dona] Ponit morem petendi
Idem.
um tulit] In codicibus aliquot
, *qum tulit*, quod legebatur
o, effecit, ut alii postmodum
lictione scribere cœperint,
Sed, enim in antiquioribus
s duæ sunt partes, *cum tulit;*
sive malis *quum*, sive *quom* scribere. *Pierius.*

Sub nocte silenti] Per noctem silentem. *Servius.*

88 *Incubuit*] *Incubare* dicuntur proprie hi, qui dormiunt ad accipienda responsa. Unde est, 'ille incubat Jovi,' id est, dormit in Capitolio, ut responsa possit accipere. *Idem.*

Incubuit] *Incubare* dicuntur, inquit Servius, qui dormiunt ad accipienda responsa. Plaut. in Curcul. 'Namque te incubare satius fuerat Jovi, qui tibi auxilio in inveniendo fuit.' Nescio autem an hunc fatidicum incubitum respexerit Propert. hoc versu, 'Experior somnum, et de te mihi somnia quæro.' *Germanus.*

Ovium pellibus incubuit] Apoll. I. μαλακοῖς ἐπὶ κώεσιν οἰῶν. Videtur autem hic morem Maro respexisse Dodonæ silvæ fatidicæ, cujus sacerdotes σελλοὶ ab incubando χαμαικοιτοὶ dicebantur: ut videre est apud Sophocl. in Trach. Μαντεῖα καινὰ τοῖς πάλαι ξυνήγορα, Ἃ τῶν ὀρείων, καὶ χαμαικοιτῶν ἐγὼ Σελλῶν ἐσελθὼν ἄλσος εἰσεγραψάμην Πρὸς τῆς πατρῴας καὶ πολυγλώσσου δρυός. Qui sacerdotes etiam χαμευνάδες et χαμεῦναι dicebantur. Vide apud Serv. quid sit *incubare Jovi.* Pelles autem villosas et ovium et vervecum, quas hieme lectis superponebant, κώδια vocabant, ut ψιάθους, quas æstate. Hoc autem Maronis, 'Ovium pellibus incubuit,' videtur manare ab illo Lycophronis, Δοραῖς δὲ μήλων τύμβον ἐγκοιμωμένοις Χρήσει καθ' ὕπνον πᾶσι νημερτῆ φάτιν. *Idem.*

Pellibus incubuit] Ad Amphiarai Oraculum alludi putant. Cur autem pellibus, et præsertim arietinis, incubuerint, somnii significationem captantes, docet J. Baptista Pius cap. 10. Annot. Post. item Cælius XXVII. 14. Apud Scythas pellis inscensio, jurisjurandi religionem habebat. *Taubmann.*

Somnosque petivit] Tib. 'Non arces, non vallus erat, somnumque petebat

Securus varias dux gregis inter oves.' *Germanus.*

Pell. incub. somnosque pet.] Recte Germanus locum adhibet Lycophronis, ad quem operæ pretium est legas Meursii commentarium, ubi dormivisse et cubuisse veteres in Deorum templis disces ex Cicerone et Petronio, ut vera responsa consequerentur. Græci ἐγκοιμᾶσθαι ἐν τῷ ναῷ appellant: ut Salmas. de verbo *incubare* p. 440. exerc. Plin. Verba Plauti hæc illustrant Curc. I. 1. 61. 'leno ægrotus incubat in Æsculapii fano.' aliam tamen rationem profert Mercurialis art. Gymn. I. 1. *Emmeness.*

89 *Multa modis simulacra*] Ipse Æn. I. 'Ora modis attollens pallida miris.' Lucret. l. VI. 'rerum simulacra vagari Multa modis multis.' Plautus: 'Res nimium miris modis mirabiles.' Intellige per *simulacra*, *species*, *imagines*, τὰ εἴδωλα; et lege, quæ Heral. in Æneid. VI. *Cerda.*

90 *Et varias audit voces*] Scilicet propter multa simulachra. *Servius.*

Et varias audit voces] Quales solitæ audiri in lucis plenæ horroris et formidinis: ut quam inter alia prodigia ipse affert Georg. I. 'Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes Ingens; et simulacra modis pallentia miris,' &c. *Cerda.*

Fruitur] Pascitur: quod de rebus tantum bonis dicimus. *Servius.*

91 *Acheronta adfatur Avernis*] Potestates quæ sunt in Acheronte, ad quem per Avernum venitur. Hoc autem ideo, quia Faunus infernus dicitur Deus: et congrue; nam nihil est terra inferius, in qua habitat. Hinc est, quod eum Horatius inducit nocentem, dicens: 'Levis incedas, abeasque parvis Æquus alumnis.' *Id.*

92 *Pater ipse*] Aut honoris est, aut re vera pater Laviniæ. *Idem.*

Pater ipse] Ergo non misit alterum, sed ipse perrexit, ut et patris et regis diligens adhiberet officium: pro mollibus plumis et ornatu regio, non recusavit pelliceam stratum. *Donatus.*

93 *Centum*] Aut pro qualitate fortunæ: unde et *rite* dixit. Aut finitum pro infinito posuit. *Servius.*

Centum lanigeras mactabat rite bidentis] *Oves* subaudiendum monet Sanct. Minerv. p. 329. Quod tamen non perpetuum, nam et de cornigeris hostiis dicitur. De bidentibus, utpote Diis acceptioribus, disputantem lege Bochartum l. II. de ovibus c. 48. et notas ad Æn. IV. 57. *Emmeness.*

94 *Effultus*] Lege quæ jam Ecleg. VI. ad illud, 'Ille latus niveum molli fultus hyacintho.' Et hic adjice Lucillium, qui, 'pulvino fultus:' et Juvenalem, qui, 'fultusque toro meliore recumbet.' In quibus, et aliis locis nihil est aliud *fulcire*, quam ἐρείδειν, ut etiam in Pers. Sat. 5. 'tibi torta cannabe fulto Cœna sit in transtro?' Est vero in Poëta ἓν διὰ δυοῖν, *tergo stratisque*, pro *tergis stratis*. Cerda.

Tergo] Pro *tergoribus*, id est, coriis. *Servius.*

Atque harum effultus tergo] Tametsi non probo lectionem *atque earum* ex codicibus nonnullis antiquis, quæ κατὰ σύνζησιν stare posset; fuit tamen adnotandum, quia non uno tantum loco repertum erat. *Pierius.*

95 *Subita vox*] Propter meritum petentis. *Donatus.*

Vox reddita luco est] Ut divino, ex veterum superstitione. Sic Alaricus apud Claud. de Bel. Get. 'Hortantes his adde Deos, non somnia nobis, Nec volucres, sed clara palam vox reddita luco est.' Ubi et formam retinuit. Sic Æneid. III. 'Vox reddita fertur ad aures,' etiam in re oraculorum. Consultor enim percontabatur, oraculum *reddebat*, id est, respondebat: qua notione Catull. de Nupt. Pelei, 'Nec missas audire queunt, aut reddere voces.' *Cerda.*

Conubiis] Pro utraque lectione stant quædam exemplaria, per simplex *n*, et duplex *nn* scribi: consule Dausq. orth. *Emmeness.*

Thalamis neu crede paratis] Prop-
rnum. *Servius.*

Venient] Melius *Veniunt*, ut
e venire significet. *Idem.*

iunt] In antiquioribus omni-
templaribus, quotquot habui,
legere est futuro tempore:
num *veniunt* instanti tempore
efficax videtur, et magis inter-
Servio satisfacit: nisi quis di-
acula de futuris esse debere.

vi] Plurali usus est pro sin-
Servius.

Ab stirpe] *Stirpem* cum de ge-
icimus, tantum fœmininum est:
e arbore, et masculini generis
ini invenitur: ut, 'Sed stir-
eucri nullo discrimine sacrum.'
Horatius, 'Stirpesque raptas,
s, et domos.' *Idem.*

Sub pedibus] Sub imperio suo
state. *Idem.*

mque Oceanum] Id est, mare
et Occiduum. Sic apud Hor.
2. 'uterque Pœnus Serviat uni.'
xxx. 5. Amplitudinem impe-
mani arguit, a septentrione in
em propagandi. Ea enim lati-
t Zodiaci. *Taubmann.*

Aspicit] Helenius 'Respicit.'

Responsa] Sunt codices anti-
quibus *hæc præcepta* scriptum
llud enim præcipiendo dictum
'Ne pete connubiis natam
Latinis:' monendo vero 'ex-
enient generi,' et quæ sequun-
Sed enim Latinus superius *re-*
petierat: et hujusmodi oracula
ter et usitate *responsa* nuncu-
Pierius.

usque] Alibi *monita* dixit. Ut,
entis Nymphæ monita, et Deus
Apollo.' *Servius.*

Non ipse suo premit ore Latinus]
se repelleret generos. *Idem.*

Sed circum late volitans] Tme-
circumvolitans. *Idem.*

m] Cum eo quod est, *tulerat*,
jungendum est, ut sit, *circumtulerat.*
Donatus.

106 *Gramineo rip. rel. ab ag. clas-
sem*] Cæs. Bel. civ. l. III. 'Neque
lignandi, neque aquandi, neque naves
ad terram religandi potestas fiebat.'
Græcis autem λογγῶνες dicuntur saxa
in portu, de quibus naves religari
solent: et funem nauticum, quo na-
vis in litore religatur, πεῖσμα, et πρυμ-
νήσιον, τὸ ἀπόγειον σχοινίον Græci
vocant. Propert. l. III. de Pœti nau-
fragio: 'Nam tibi nocturnis ad saxa
ligata procellis Omnia detrito vincula
fune cadunt.' *Germanus.*

Religavit classem] Sic Horat. Od. I.
32. pro *ligare* sumit: 'sive jactatam
religarat udo litore navim.' Græcos
id appellare ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμίζεσθαι tes-
tatur ad hunc locum Torrentius. *Em-
meness.*

108 *Corpora sub ramis deponunt*] Ex
Lucret. I. 'Hinc fessæ pecudes per
pabula læta Corpora deponunt.' Ca-
tul. 'Magna progenies Jovis, Quam
mater prope Deliam Deposuit oli-
vam.' *Germanus.*

Sub ramis] Pari voluptate Hor. Od.
II. 11. 'Cur non sub alta vel platano?'
&c. Lege reliqua. Pari Ovid. Fast.
III. 'Plebs venit, et virides passim
disjecta per herbas Potat.' *Cerda.*

109 *Adorea liba*] *Ador* proprie est
genus farris. *Liba* autem, sunt pla-
centæ de farre, melle, et oleo, sacris
aptæ. *Servius.*

Adorea liba] Quæ mox *Cereale so-
lum* appellat: item *patulas quadras:*
item *mensas.* Erant autem mensæ
paniciæ, quas Dionysius ἐρία καρποῦ
πεποιημένα πυρίνου, dixit. Turn. xxx.
5. *Tellerbrodt.* Taubmann.

Adorea liba] 'Ador farris est ge-
nus, edor quondam appellatum ab
edendo: vel quod aduratur, ut fiat
tostum, unde in sacrificio mola salsa
efficitur.' Ad quæ verba Festi vide
Scaligerum. Ejus laudem narrat Pli-
nius XVIII. 8. trecentos annos usi
sunt eo Romani, primusque fuit Latio

cibus, ut c. 7. inde *adorea liba*, quæ ex farre illo confecta erant. Sumitur et *adorea*, pro *laude*, juxta Plinium jam citatum c. 3. Ab *adoreus* est *adoreosus*, idem quod *gloriosus*, ἔνδοξος Græce, ut in vetusto Glossario. *Emmeness.*

Per herbam] In antiquis plerisque codicibus, *per herbam* unitatis numero legitur: et ita in veteribus Prisciani codicibus scriptum est, eo citato versu: sed *herbas* legere magis nunc placet eruditis viris. *Pierius.*

110 *Subjiciunt epulis*] Subponunt in epularum locum. *Servius.*

Ille] Qui per Harpyjam vaticinatus est: ut, 'Quæ Phœbo pater omnipotens.' *Idem.*

Ille] Priscianus agnoscit, *Jupiter ille*. Quæ quidem lectio prius erat in codice Mediceo. Ait vero Priscianus, *ille* demonstrativum est. Terentius in Eunucho, 'Viden' tu illum, Thais?' Relativum, Virgilius in septimo, 'sic Jupiter ille monebat.' Apud Servium *ipse* scriptum est. Sed nihil prohibet, quin *ille* illic etiam esse potuerit, et ita legi, *ille* qui per Harpyjam vaticinatus est. *Pierius.*

111 *Et Cereale solum*] *Solum*, omne dicitur quod aliquid sustinet. Unde de mari supra ait: 'Subtrahiturque solum.' Sic nunc panicias mensas, id est, epularum sustentaculum, *solum* vocavit. *Servius.*

Cereale solum] Id est, sustentaculum epularum: ideo dixit, 'subjiciunt epulis.' Nam *Solum* dicitur omne id quod aliquid sustinet. Ovid. Met. I. 'Astra tenent cœleste solum.' Notetur autem hic exemplum parsimoniæ militaris: de quo Scal. Poët. III. 18. *Taubmann.*

Pomis agrestibus] Attingit convivioluni illud, quod Græci vocant ἄναιμον, et ἄπυρον. *Cerda.*

112 *Forte aliis*] Abundat *forte*. Servius.

Consumtis] Athen. l. III. καταναλίσκω ad eam rem; et Strabo ἀναλίσκω l. XIII. loquens de hac ipsa Æneæ historiæ. Et Æn. XII. 'malis absumere mensas.' *Cerda.*

Morsus] In plerisque veteribus codicibus, *morsum* singulari numero scriptum est. Sed parvi hoc momenti. *Pierius.*

114 *Violare*] Cum allusione ad ritus veterum, quibus mensa omnis habebatur pro re sacra, non solum illæ, in quibus sacrificia peragebantur, et quæ erant pro aris; sed omnes, in quibus dabatur epulis opera. Arnob. l. II. 'Sacras facitis mensas salinorum apposita, et simulacris Deorum.' Qui legit, quæ Plinius scripsit XXVIII. 2. ab eo loco, 'Recedente aliquo ab epulis,' &c. aperte videbit, mensas fuisse veteribus sacratissimas. Sed hoc jam ego fuse Æn. I. Itaque apte hic *violo*, ut in re sacra, et, addit *audaces*. Nam quæ audacia rem sacram violare? *Cerda.*

115 *Fatalis crusti*] Ad negotium respexit Æneæ, cui hic erat finis laborum. *Crustum* autem et *crusta* neutraliter dicimus de his quæ comedi possunt. Horatius, 'Ut pueris olim dant crustula blandi Doctores.' Juv. 'Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo.' Fœminino autem genere fragmenta dicimus, quæ comesse non possumus: ut, 'Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ.' *Servius.*

Crusti] Sic legendum codicum omnium arbitrio, non *frusti*. Nihil enim allucet, quo mutem veterem lectionem. Admonet Julius Scal. voces *triticum* et *panis* non esse e gravitate heroici carminis, ac proinde semper Cererem, et hic crustum usurpatum. Vocat *fatale*, quia in eo sita fata. *Cerda.*

Quadris] Aut mensis: et est Antonomasia. Nam supra *orbem* dixit. Aut *quadris*, fragmentis accipimus: ut, Juvenalis, 'Ut bona summa putes aliena vivere quadra.' *Servius.*

Quadris] Quadra proprie ad in-

um mensarum pertinet, cui
issus et scissus imponitur: ut
'Aeciais coget dapibus con-
iensas.' Pro mensis hic ac-
Servius, quæ primum fue-
idratæ, et postea rotundæ:
conius de Triclinio p. 25.
s.
nsumimus] In Mediceo co-
liquot aliis antiquis consump-
præterito tempore, scriptum
rius.
ludens] Aut vacat ad: et
i significat. Aut certe Ad-
l responsi fidem verba com-
Servius.
ns] Adludere pro jocari apud
ii. 20. 'intempestive qui oc-
illuserit.' In eadem notione
Cicero de Orat. I. ut Turne-
b. Emmeness.
m finem] Scilicet maritimo-
am in terra multa passurus
dit Sibylla, 'Sed terræ gra-
ment.' Servius.
rimamque loquentis ab ore Eri-
] Hoc est, Adhuc loquente
intellexit famem quam fata
ant. Idem.
ripuit] Quasi e faucibus vo-
merit. Ita in omine quoque
s et Valerius. Ille in Se-
ibi omen futuræ felicitatis
Hic de Paulo Æmilio I. 5.
t igitur omen Paulus, eque
dicto quasi spem certam cla-
riumphi animo præsumpsit.'
e solemne fuit omen accipere.
xtra omen verba hæc usitata
itis liquidum ex nota Ger-
i adducit Euripidem, Sopho-
itonem, qui usi verbis similli-
ermone, primus in Hercule,
alter in Ajace, ξυναρπάζειν,
Gorgia, προαρπάζειν ἀλλήλων
να. Cerda.
t pater] Προήρπασε φήμην,
viditatem notat imponendi
t exspectationibus. Quasi
em e faucibus ei rapuerit,

nec exspectarit ut totam eloquere-
tur: ita protinus se eam vocem ag-
noscere dixit, et omen accipere.
Omen enim est, quod ab hominis ore
excipitur, quod hic Æneas, qui esset
Pontifex et sciens auguriorum, fa-
cit. Scal. III. 15. Turneb. XXX. 5.
Taubmann.

Stupefactus] In codicibus aliquot
antiquis, stipefactus habetur: ut, Ob-
stipuit, et similia. Sed nos usum se-
quamur. Pierius.

Numine pressit] Oraculi fide ab
Heleno et Anchisa prædicti. Pressit
autem vocem Ascanii, quo posset
ipse nomina deprecari. Servius.

120 Fatis mihi debita tellus] Bona
Periphrasis est, ne fatalis diceret,
quod est medium: et in precibus nihil
ambiguum esse debet. Idem.

Salve fatis mihi debita tellus] Fre-
quentissimum hoc accedentibus ad
exoptatum locum. Ulysses accedens
ad Ithacam Odyss. XIII. κύσσε δὲ
ζείδωρον ἄρουραν, Αὐτίκα δὲ νύμφῃς
ἠρήσατο χεῖρας ἀνασχὼν, Νύμφαι νηϊά-
δες κοῦραι Διὸς, &c.: Osculatus est au-
tem almam tellurem, Statim autem
Nymphis supplicavit sublatis manibus,
Nymphæ Naïades filiæ Jovis, &c.
Ovidius Fast. l. I. 'Diique petitorum,
dixit, salvete locorum, Tuque novos
cœlo terra datura Deos. Fluminа-
que et fontes, quibus utitur hospita
tellus, Et nemorum Nymphæ, Naïa-
dumque chori.' Scholiastes Apollo-
nii l. II. τοὺς ἐπιδημοῦντας ἔθος ἦν ἐν
τῇ ἀλλοδαπῇ θύειν θεοῖς ἐπιχωρίοις, καὶ
ἥρωσι. Quibus ait, morem fuisse, ut
qui ad locum aliquem accederent,
sacrificarent Diis et Heroibus illius
loci. Servus apud Plautum Bacchid.
'Herilis patria salve, quam ego bien-
nio Postquam in Ephesum abii con-
spicio lubens.' Alter in Sticho:
'Salvete Athenæ, quæ nutrices Græ-
ciæ. O terra herilis patria te video
lubens.' Catullus: 'Salve, o venusta
Sirmio, atque hero gaude, Gaudete
vosque Lydiæ lacus undæ,' &c. Hæc

lætitia osculo significabatur. Præmisi jam locum Homeri Odyss. XIII. et adjicio alterum Odyss. IV. ubi de Agamemnone attingente patriam, Καὶ κύει ἁπτόμενος ἣν πατρίδα: *et osculabatur attingens suam patriam.* Non satis osculum, imo adoratio. Euribates apud Senecam Agam. 'Delubra, et aras cœlitum, et patrios lares Post longa fessus spatia, vix credens mihi, Supplex adoro.' *Cerda.*

121 *O fidi Trojæ salvete Penates*] Æneæ scilicet, non Trojæ, quam nequivere servare. *Servius.*

122 *Hic domus*] Aut familia: ut, 'Da propriam, Tymbræe, domum.' Aut ordo est, Hic est patria, hic domus. Ante enim patria est, sic domus. *Idem.*

125 *Accisis*] Undique concisis vel consumptis: et hoc est apud nos *ac*, quod apud Græcos ἀμ. Hinc est, 'Amsancti valles,' id est, undique sancti. *Idem.*

Accisis] In codicibus aliquot antiquis, *ambesis* legitur: ut in III. 'Ambesas subigat malis absumere mensas.' Servius, *accisis* agnoscit, et particulas *ac*, *oc*, *an*, idem apud nos præstare dicit, quod apud Græcos ἀμ: et crediderim ego, *ambesis* loco hoc ex paraphrasi desumptum esse. *Pierius.*

Accisis] Ἀμφικόποις. Turneb. XXX. 5. opinatur Servium *ancisis* agnoscere: quod sit, *ambustis.* Quidam leg. *ambesis.* Taubmann.

Mensas] Quæ fiebant ἐκ τῶν σκληροτέρων μερῶν τῶν ἄρτων, ut ait Didymus, id est, e durioribus panis partibus compactum frustum. Vide et Cæl. VII. 12. *Idem.*

128 *Hæc erat illa fames*] Ac si diceret, Hoc fuerat timendum periculum: quod pericula determinat. *Servius.*

Suprema manebat] In Romano codice *suprema manebant.* Ac de *supremo* quidem alibi, quibus locis, quibusque marmorum testimoniis aliquando gemino *pp* scribi solitum. Quod vero *manebant* plurali numero scriptum sit, subintelligendum esset, *adversa.* Nam Celeno, quum multa horrenda moneret, supremum hoc addidit, ut gravissimum infortunium. Fuitque semper Æneas super obscœna ea fame sollicitus, qua quidem adversa omnia terminanda Helenus pollicetur, futurumque ut sit requies ea certa laborum. Placet et *manebat*, quod esset ea fames 'exitiis positura modum.' Nam quo ad labores, 'Terra graviora manent.' *Pierius.*

130 *Lumine solis*] Pro Sole millies. Ita Lucret. l. I. 'Visuque exortum lumina Solis.' Et Græci passim, φάος ἡλίου. *Cerda.*

131 *Quæ loca, quive, &c.*] Tale illud Æn. I. 'Ut primum lux alma data est, exire, locosque Explorare novos, quas vento accesserit oras, Qui teneant,' &c. Quæ imitatio sumpta ab Homero Odyss. VI. Ὤ μοι ἐγὼ, τέων αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω; Ἦ ῥ' οἵγ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι; Ἠὲ φιλόξεινοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής; *Heu mihi, quorumnam hominum ad terram veni? Anne hic injurii et agrestes, neque justi? Aut hospitales, et ipsis est mens Deorum reverens?* Pari ingenio idem Ulysses Odyss. X. Αἱ τότ' ἐγὼν ἑτάρους προΐειν πεύθεσθαι ἰόντας, Οἵ τινες ἀνέρες εἶεν ἐπὶ χθονὶ σῖτον ἔδοντες: *At tunc ego socios præmisi sciscitatum profectos, Quinam viri essent supra terram pane vescentes.* Idem.

Habeant] Habitent. Hoc enim frequentativum est, ab eo quod est *habeo.* Servius.

Habeant] *Habere* pro habitare frequenter in usu, ut Græcis τὸ ἔχειν. Plautus in Prol. Aulul. vs. 5. 'qui nunc hic habet.' Homer. Iliad. A. 18. ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες. Musæus ἔχω γείτονα πόντον. Nob. Heins. ad Ovid. Metam. IV. 772. 'Cujus in introitu geminas habitasse sorores,' ex melior. Cod. reponit *habuisse.* Vide Salmasium in Notis ad Tertull. de Pallio p. 249. *Emmeness.*

Ubi mœnia gentis] Laurolavinium dicit. *Servius.*

133 *Nunc pateras libate Jovi*] Ab eo quod continet, id quod continetur. *Idem.*

Nunc pateras libate Jovi] Lactantius hic intellexit Anchisen a filio consecrari. 'Anne,' inquit, 'potest aliquis dubitare, quomodo religiones eorum sint institutæ, cum apud Maronem legat Æneæ verba sociis imperantis, Nunc pateras,' &c. 'cui non tantum immortalitatem, verum etiam ventorum tribuit potestatem: Poscamus ventos, atque hæc mea sacra quotannis Urbe velit posita templis sibi ferre dicatis.' *Germanus.*

134 *Anchisen genitorem*] Bene Jovem et Anchisen, qui caussa oraculi fuerunt. *Servius.*

Reponite mensis] Aut timore verborum Ascanii interrupta renovate: aut *reponite*, frequenter ponite, id est, crebro libate, bibite. *Idem.*

Vina reponite mensis] *Reponere* verbum esse convivale constat: unde et infra l. VIII. 'Jubet sublata reponi Pocula.' Hinc fit ut quidam existimarint *repotia* dicta, quasi *repostia*, hoc est, τὴν μεθέορτον ἡμέραν, qua apud maritum novum instaurabatur et veluti reficiebatur potatio. *Germanus.*

135 *Tempora ramo Implicat*] Diebus festis ita epulabantur, coronati. *Servius.*

136 *Geniumque loci*] Apollinem vult intelligi. In tutela enim ejus tota fuerat regio: ut, 'Quam pater inventam primas cum conderet arces, Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus.' Aliter iniquum est, si cum omnes invocet, Apollinem prætermittat: præsertim cum Helenus dixerit, 'Aderitque vocatus Apollo.' *Idem.*

Primamque deorum] Quia ipsa est mater Deorum. *Idem.*

Primamque deorum Tellurem] Recurre ad illud l. IV. supra: 'prima et Tellus, et pronuba Juno.' *Germ.*

137 *Nymphasque, et adhuc ignota precatur flumina*] Bonum ordinem sequitur. Sic alibi, 'Nymphæ Laurentes, Nymphæ genus amnibus unde est.' *Servius.*

138 *Noctem, noctisque orientia signa*] Quæ noctem sequuntur: ut Nymphas flumina. Invocat enim sibi conjuncta. *Idem.*

139 *Idæumque Jovem*] Vide quæ dicta ad Georg. IV. 152. Sic Hom. Κρονίωνος Ἰδαίου. Meminit et Callimachus in Hymno ad Jovem, Ζεῦ δὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσί φασι γενέσθαι. *Emmeness.*

Phrygiamque ex ordine matrem] Aut contigue, quia Idæum dixerat Jovem: aut certe rite, id est, more solenni. *Servius.*

140 *Duplicis*] Duos. *Cœlo* autem, Venerem: *Erebo*, Anchisen. *Idem.*

141 *Cœlo clarus ab alto*] In serenitate, quod est augurii. Nam si cœlo nubilo fuerit, caussa est. *Idem.*

Clarus] Faustum omen, si sereno et claro cœlo intonaretur. Itaque idem hic dicit per *clarum Jovem*, quod in IX. per *cœlum serenum*, cum ait: 'Audiit, et cœli genitor de parte serena Intonuit lævum.' *Cerda.*

Clarus intonuit] Boni ominis augurium, et certissimum divinitatis argumentum sunt tonitrua in puro et innubilo cœlo: ut Horat. Od. I. 34. Videatur Turneb. XXII. 20. et Alexand. v. 15. *Taubmann.*

142 *Radiis et auro*] Radiis aureis. *Servius.*

Radiis ard. lucis et auro] Νεφέλην χρυσίζουσαν, et χρυσοειδῆ. *Germanus.*

Ardentem nubem] Alii fulmen, nubem ardentem dicunt, ut Lucanus, 'Atque ardens aëre solo,' quos hoc loco secutus est. Alii fulmen dicunt aëris scissione ardentem rimam, quos alibi sequitur dicens, 'Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.' *Servius.*

144 *Diditur*] In antiquis *dididitur*: quo sæpe utitur Lucretius pro *spar-*

gitur, diffunditurve: in aliis *deditur.* Pierius.

Diditur] Verbum *dido*, est distribuo. Itaque *rumor diditur*, est, rumor spargitur. Horat. Sat. II. 2. 'munia didit,' id est, partitur. Lucretius l. III. 'Sensiferos motus quæ didit prima per artus.' Inde in VIII. 'tua terris didita fama.' Itaque nihil est aliud, *rumor diditur*, quam rumor distulit. Ita Tacit. Ann. XI. 'Didita per provincias fama.' Quod Plutarch. in Anton. et Græci alii, λόγος διῆλθεν, et πολὺς ἦν λόγος, et λόγος διῄει. *Cerda.*

Rumor] Alciatus Parer. I. 6. sic definit: 'Rumor is videtur, qui recenter emanavit, et per ora hominum circumfertur.' Quadrat hæc definitio in hunc locum, ubi rumor subito conceptus, ac recenter emanans in omnes serpit. Inde Stat. Theb. II. 'fuso rumore,' quo innuit famam primo serpentem, qui sane locus Statii ad imaginem Maronis; ait enim: 'Ergo alacres Argi fuso rumore per urbem Advenisse duci generos.' Præclare Ovidius Eleg. Trist. III. 12. vocavit *gradum famæ:* 'Et fieri famæ parsque gradusque potest.' *Idem.*

145 *Condant*] In antiquis aliquot codicibus, *condent* habetur, futuro tempore modi finitivi. Sed *condant* eodem tempore modi optativi elegantius est, et vocale magis. *Pierius.*

146 *Certatim instaurant epulas*] Id est, 'Et vina reponite mensis.' *Serv.*

Omine magno] Cœlesti dicit. Alibi, 'Nam te majoribus ire per altum Auspiciis manifesta fides.' *Idem.*

147 *Vina coronant*] Pro *pateris.* Idem.

148 *Cum prima*] Vetera aliquot exemplaria *primo* legunt, adverbialiter. Sed *prima* lampade multo magis placet. *Pierius.*

150 *Diversi*] Id est, euntes quisque in diversa: sic in IX. 'Diversi circumspiciunt,' id est, in diversa, locutione poëtica. Supra clare posuit, 'a portu diversi.' *Cerda.*

Hæc fontis stagna Numici] Ista jam ab incolis discuntur. Quod autem ait *stagna*, verum est. Nam Numicus ingens ante fluvius fuit, in quo repertum est cadaver Æneæ et consecratum: post paulatim decrescens, in fontem redactus est: qui et ipse siccatus est, sacris interceptis. Vestæ enim libari non nisi de hoc fluvio licebat. *Servius.*

Numici] *Numicius*, Græce νουμίκιος, teste Dionys. Halic. l. I. Latii flumen est, super quod situs est Æneas, ut Livius I. 2. Alludit Ovid. Metam. XIV. 598. 'Litus adit Laurens; ubi tectus arundine serpit In freta flumineis vicina Numicius undis. Hunc jubet Æneæ, quæcunque obnoxia morti Abluere,' &c. Hinc gens Numicia, in qua oriundus T. Numicius Priscus Cons. de quo Livius II. 63. Meminit etiam viæ, quæ a Numicio nomen sortita est, Horat. epist. I. 18. 'Brundusium Numici melius via ducat, an Appi.' Ejus extat etiam in eodem libro epistol. 6. ad Numicium scripta. *Emmeness.*

152 *Tum satus Anchisa*] Quamvis fatis fideret, tamen humanitatis officium putavit ad regem legatos mittere, ne ob superbiam alienos fines invadere videretur: interim non expectato de pace responso urbem designat, tantum spei in fatis reposuerat. *Donatus.*

Ordine ab omni] Ex omni qualitate dignitatum: quod apud Romanos in legatione mittenda, hodieque servatur. *Servius.*

153 *Oratores*] Legatos: sic XI. 100. 'Jamque oratores aderant ex urbe Latini.' Quid tamen sit differentiæ inter legatum et oratorem docet Albert. Gentilis de legationibus I. 2. *Emmeness.*

Augusta ad mœnia] Augurio consecrata. Hinc paulo post illud est, 'Tectum augustum, ingens.' Et nisi in augusto loco consilium senatus ha-

m poterat. Unde templum ...m fuit augurio consecratum, ...conveniret senatus, ubi erant : nam hæc fuerat regia Nu...mpilii. Ad atrium sane Ves...eniebatur, quod fuerat a tem...otum. *Servius.*

Ramis velatos Palladis] Statius ...u. 'ramus manifestat olivæ ...n, causasque viæ.' Ergo, quia petituri, velantur ramis Pal... Et Sil. l. XIII. ramum olivæ ...pignora pacis.' Sed vide in ...minit 'paciferæ olivæ.' *Ve-...plicat* gestantes velamenta in ...t, quem locum illustro infra in ...o, ad illud, 'Præferimus ma...ittas.' *Cerda.*

Donaque ferre viro] Ex more ...simo. Quid enim aptius ad ...los animos illorum, ad quos ...a legatio? Legati Hispano...it Annibali apud Silium l. II. ...m sævo fulgore micantem ...gentes ductori dona ferebant, ...n telluris opus, galeamque co...lumbnixam cristis, vibrant cui ...coni Albentes niveæ tremulo ...e pennæ.' Inde Æneid. XI. ...s Legatus: 'Postquam intro...et coram data copia fandi, ...i præferimus, nomen, patriam...emus.' *Cerda.*

Designat mœnia] Plenius hoc ...755. 'Interea Æneas urbem ...t aratro.' Ad quem locum ...Servium. *Designare* Donato ...Ad. I. 2. 7. est rem novam ...*Emmeness.*

...] Sulco: et sunt ista reci... Nam et *Sulcum* ponit pro ...ut, 'Ausim vel tenui vitem ...tere sulco,' id est, fossa. *Ser-...*

Molliturque locum] Præparat.

...*sque in litore sedes*] Ideo *pri-...ia* imperium, Lavinium trans...est. Et sciendum civitatem, ...imo fecit Æneas, Trojam dic...tam, secundum Catonem et Livium: quod ipse dicit, 'Nec te Troja capit.' *Idem.*

159 *Castrorum in morem*] Brevem scilicet. *Idem.*

Pinnis atque aggere cingit] Muro, in quo pinnæ sunt: et est Synecdoche. *Aggere* autem, fossa. *Id.*

Pinnis] θριγκοῖς. *Germanus.*

Pinnis] Hanc vocem proprie hærere in galeis militaribus, atque inde traductam ad muros, docet Varro de Lin. Lat. l. IV. nam de pinnis loquens ita ait: 'Ab his, quas insigniti milites habere in galeis solent, et in gladiatoribus Samnites.' Ædificium, cui insunt pinnæ, περίπτερον vocat sanctus Propheta Amos cap. 3. *Cerda.*

Aggere] Intelligit vallum, quod solebat erigi ad labrum fossæ interius. Fiebat ex aggestis cespitibus; ideo signate Maro *aggere*. Est enim *agger* aggesta terra, una cum sudibus. Sudes Virgilius omisit, contentus nominasse aggerem. Nominant alii. Ammian. l. XXXI. 'Vallum sudibus densis, et fossarum altitudine cautius astruebatur.' Itaque et sudibus, et aggesta terra fiebant militaria munimina, præsertim cum raptim extruerentur. *Idem.*

160 *Jamque iter emensi, turres ac tecta Latinorum*] Hypermetrus versus. *Servius.*

Jamque iter emensi] Frequenter poëtæ Græci ἀναμετρεῖν ὁδὸν, κέλευθον, ἅλα, dicunt. *Germanus.*

Turres ac tecta] Primo enim altiora ædificia, deinde cum propinquius acceditur, humiliora cernuntur. *Donat.*

Turres ac tecta Latinorum] In codicibus nonnullis admodum vetustis, *turris ac tecta Latini* legitur. Servius *Latinorum* hypermetrum agnoscit: quod etiam in Mediceo codice habetur. In plerisque aliis aliena id manu scriptum, priore abrasa lectione. In Porcio *orum* ultimæ duæ syllabæ derasæ sunt; sed fuit hæc eorum imperitia, qui figurarum id genus in

carmine non intelligebant. Porro Asper Grammaticus, ita *Latinorum* Virgilianum putat, ut versum etiam in suos pedes dividendo, neque syllabam, neque literam ullam deerrare permittat: exemplaque insuper alia oggerit, quibus Virgilium Hypermetro libenter usum ostendat. Est etiam in aliquot antiquis, *turris et tecta*, pro *ac tecta*: quod in aliorum sit arbitrio. *Pierius.*

Latinorum] Versus hypermeter, cujus extremum in duas in syllabam sequentis, per concretionem. Quos versus Scaliger libenter appellet δολιχούρους, et ἐπιούρους: II. 31. *Taubmann.*

161 *Muroque subibant*] Alibi per accusativum: ut, 'Æneæ subiit mucronem, ipsumque morantem Sustinuit.' Et hoc secundum naturam est. Nam, 'it sub mucronem,' dicimus. Nam per dativum figuratum est. *Servius.*

Muroque] In Romano codice, *muros*, per accusativum est: quod secundum naturam esse ait Servius; *muro* vero, per dativum figuratum. *Pierius.*

Muroque subibant] Hom. Iliad. O. δύοντο δὲ τεῖχος ἀνάγκῃ. et Od. M. ὑπήλθετε δῶμ' Ἀΐδαο. *Germanus.*

162 *Pueri, et primævo flore juventus*] Bene Romanæ militiæ exprimit morem. Nam post pubertatem armis exercebantur: et sexto decimo anno militabant. Quo etiam solo sub custodibus agebant. Nec est contrarium, 'Longa populos in pace regebat.' Nam licet in pace essent, exercitium tamen vigebat armorum. *Servius.*

Primævo flore juventus] Isid. IX. 3. refert ad primam tyrocinii ætatem, quæ erat ab anno decimo sexto. *Cerd.*

Ante urbem pueri, &c.] Laudat Virgilium P. Victorius var. lect. XXX. 6. quod diligenter exposuerit instituta priscorum Latinorum, et qua disciplina imbuere pueros suos soliti fuerint. Illa quippe institutio finem habebat, fortitudinem militarem et scientiam rerum bellicarum. Videtur hic attingere tyrocinia Romanorum, teste Turn. XXVI. 22. ut ex sequentibus versibus satis liquet. *Emmeness.*

163 *Domitantque in pulvere currus*] Equos sub curribus. *Servius.*

In pulvere] Quia ibi melius animalia domantur, ubi difficilior tractus est. *Donatus.*

Currus] Equos sub curribus: ita XII. 'Infrenant alii currus,' id est, equos. *Scaliger.*

164 *Acris arcus*] Fortes: et est κατάχρησις, nam acrimonia mentis est. *Servius.*

Lenta] Mollia. *Idem.*

165 *Ictu*] Jaculatione. *Idem.*

Ictu] Non ut sese ferirent invicem, sed ut destinata percuterent. *Don.*

166 *Prævectus*] In codicibus omnibus antiquis quotquot habui, uno exemplo legitur *prævectus*. Quod magis ostendit anticipationem. Est et ubi loco particulæ *quum*, scriptum sit *tum*. Sed hoc ob similitudinem literarum *c* et *t*, quæ eadem pene forma sunt in notis Longobardicis, ut alibi dictum. *Pierius.*

167 *Ingentis*] Ex stupore nuntii laus ostenditur Trojanorum. Et bene novitatis ostendit opinionem. Ingentes enim esse, quos primum vidimus, opinamur. *Servius.*

Viros ingentis ignota veste] Nam ex inpræmeditata re, et perturbato animo, putavit se vidisse illos ultra humanam formam. Extollit autem regiam Latini a pulchritudine ædificii, et ab ornatu triumphali, non a pictura fabularum. *Donatus.*

Reportat] Aut *re* vacat: aut *re* pro *ad* posuit, ut sit *adportat*. Servius.

168 *Intra tecta vocari*] Dissentit hoc loco a Romana consuetudine. Nam legati si quando incogniti venire nuntiarentur, primo quid vellent, ab exploratoribus requirebatur: post ad eos egrediebantur magistratus mi-

tunc demum senatus extra
stulata noscebat, et ita, si
sent, admittebantur. Sed
nter fecit; Latinum nam-
rem vult esse responsi, et
atis ad externos videndos,
promittebatur felicitas.

o medius consedit] Ut supra
lium est veluti armarium
no, ad regum tutelam fac-
undum alios, a soliditate
ecundum Asperum per An-
quod solum unum capit:
m, a sedendo. Nam et *sella*,
s dicta est. *Idem*.
] Quod regibus, ducibus, et
convenit. Phædr. fab. IV.
dit genitor tum Deorum
et Ovid. Met. XIII. 'con-
es.' Ascon. Pædian. 'con-
pejus ad ærarium.' vide
a. I. 56. ubi etiam de solio,
estatem conciliat, quem
θρόνον appellat Beda de
Vide Guther. de jure ma-
l. *Emmeness*.
tum augustum, ingens] Do-
m in Palatio diximus ab
actam, per transitum lau-
nasi in Laurolavinio fuisse
at. *Servius*.
s] Vel quia domus fuit re-
uia reges ipsi sibi regnandi
rtiebantur; illic enim po-
umebant et fasces erige-
atus.
ugustum] Hanc regiam de-
at templum; unde, credo,
tio *augustum tectum*, tem-
iciens. Quæ sint augusta
ton. in Aug. 'Loca reli-
quibus augurato quid con-
ugusta dicuntur.' Et Ovid.
cra vocant augusta patres,
cantur Templa sacerdotum
manu.' Huc allusit Cicero
ribens: 'Bene vero, quod
tas, Virtus, Fides conse-
anu, quarum omnium Ro-
mæ dedicata publice templa sunt.
Et in Orat. pro Domo: 'Cum suis
dicat se manibus consecrasse, quæ
tua fuit consecratio?' Ergo in Apul.
Flor. IV. nominante, 'augusta loca
Cytheronis,' cur non capiam templa
ibi dicata Apollini? et *augustum* ait
cum blandimento ad suum Principem.
Quo etiam usus Ovid. Trist. el. I. 1.
'Ignoscant augusta mihi loca, Dique
locorum; Venit in hoc illa fulmen ab
arce caput.' Ceterum ad Maronis
Musam Statius Silv. IV. 'Tectum au-
gustum, ingens, non centum insigne
columnis, Sed quantæ superos, cœ-
lumque, Atlante remisso, Sustentare
queant.' Tectior fuit in imitando
Ovid. Met. II. 'Regia Solis erat sub-
limibus alta columnis.' Et tectissimus
Claud. in Cons. Honorii VI. 'sub-
nixasque jugis immanibus ædes.'
Cerda.

Tectum augustum, &c.] Ἀσύνδετον, et
inconjunctum: figura laudabilis, de
qua Scal. IV. 28. et II. 32. Domum
autem Augusti, in Palatio factam,
per transitum laudat. *Taubmann*.

Tectum Urbe fuit summa] Interpre-
tatur ἀκρόπολιν, id est, *arcem*: ut su-
pra: *alta Ceraunia*, pro *Acroceraunia*:
Turneb. l. XXX. Hunc autem versum
Scal. II. 29. ἁπλολόγον vocat: cujus
dictio et dimensio et concinnitas sim-
plex ac inelaboratæ similis: cujus-
modi et ille Ovidii, 'Regia Solis erat
sublimibus alta columnis.' *Idem*.

171 *Urbe fuit summa*] Veteres co-
dices nonnulli una cum Mediceo, *sum-
ma*, nonnulli *media* legunt. Utrumque
placet. Si *summa*, propter arcem,
quæ solita est editiori loco poni: si
media, quia domus regia in medio
esse debet, ut de angue in orbem vo-
luto cum domo in medio sita, quod
imperatorem significet, in commentis
Ægyptiorum habetur. *Pierius*.

172 *Horrendum*] Venerandum: non
quod horroris sit. *Servius*.

Horrendum silvis] De religione sil-
varum poëtæ multa. Lucanus in de-

scriptione luci III. 411. 'Arboribus suus horror inest.' Ut hoc loco *regia Pici:* sic apud Horat. ep. I. 11. 'Crœsi regia Sardis,' scilicet *domus*. De specu etiam dicitur, ut apud nostrum l. VIII. 'At specus et Caci detecta apparuit ingens Regia.' *Emmeness.*

173 *Hic sceptra accipere*] Hoc in palatio fiebat. *Servius.*

Hic sceptra accipere] In antiquis plerisque codicibus, *hic sceptra adcipere*, hoc est, in loco consistentibus. Quanquam placet et *hinc*, de loco adverbium, veluti etiam omen erat, coronas laureas Cæsaribus triumphaturis ex eo carpere Laureto, quod in Vejentano Livia post Augusti statim nuptias pangi jusserat: de quo plura Suetonius. Neque vero illud dissimulabo, esse codices veteres, qui *sceptrum* unitatis numero legant: quod aliorum arbitrio relinquimus. *Pierius.*

Primos attollere fascis] Cui et contrarium, *fasces summittere*. Alludit autem ad Capitolium, moremque Romanorum, apud quos magistratus omnes fascibus insigniri soliti, fasces ex Capitolio rite et more majorum desumebant. Est et ad idem allusio elegans apud Tacit. Ann. lib. XX. ubi inducitur acerrimus belli in Pop. Rom. instinctor concitorque Tullius Valentinus, dissuadente Julio Auspice, et pacis bona dissertante et asserente, subjecta præcedentibus hac clausula: 'Quod bello caput? unde jus auspiciumque peteretur? quam, si cuncta provenissent, sedem imperio legerent? Nondum victoria: jam discordia,' &c. In eo siquidem tumultu, potiusque bello justo, Galliarum civitates cum fœderatis, incerto imperio, et æqua æmulatione bellum suscepturæ videbantur, nullo duce, vel imperatore constituto, in cujus verba juraretur. *Germanus.*

174 *Curia templum*] Quia, ut diximus supra, curia non est nisi in augurato loco. *Servius.*

Hoc illis curia templum] Legatos, cum apud Græcos tum apud] in templis olim auditos esse, l ter docet J. Brodæus Miscell *Taubmann.*

175 *Hæ sacris sedes epulis*] mano codice, *hæc*, unitatis legitur: ut sit, *Hæc sedes*. In plurale est. In Mediceo, *sac* Sed melius *sacris*, ut in Porci

Hæ sacris sedes epulis] Nam plo epulum Deorum dari apud Romanos: Turn. XXX. *mann.*

Ariete cæso] Hoc sacrificiu nua palatii fiebat festis dieb

176 *Perpetuis mensis*] Lo ordinem exæquatis sedentiu jores enim nostri sedentes e tur: quem morem habuera conibus et Cretensibus, ut V cet in libris de gente populi l in quibus dicit quid a quaqu rint gente per imitationem.

Perpetuis mensis] In long positis, atque ad ordinem se exæquatis. Constat enim l et alios vetustissimis et her temporibus sedentes epulari postea, ut et Græcos, et om Orientem hodieque, accubuis et Cæl. XXVII. 25. De ritu bendi videatur Lipsius Antiq l. XIII. ad Tacitum, et P. Ci et G. Stuckius. *Taubmann.*

Perpetuis mensis] De accub rum legendus Mercur. de ar I. 11. *Emmeness.*

177 *Veterum*] Perpetuum tum. Tibull. 'Sic veteris se luistis avi.' Alibi: 'Ritus co traditus extat avo.' Et 'Quos tulit, a prisco tradit avo.' Sed quis nescit fumu num? quis non quæ de atrio sitæ, ab atricie, et antiquita co. Quos Virg. 'avos vetere l. VIII. 'clarique dein stan patres.' *Cerda.*

Ex ordine] Prout sibi succ Sane intelligendum est, ita

c eorum imagines fuisse
Servius.
se] Ita ut nati fuerant.

cedro] Quod lignum non
umitur vetustate. Hoc
i tineam nescit': corrup-
ex antiquitate non sentit;
edria, quæ chartam reser-
est illud, 'Et cedro digna
ut *Cedria peruncta*, quo-
custodit ac conservat. *Ser-*

Ex cedro factæ, quia hoc
iem non sentit: vel *Cedria*
ligna conservat. *Donat.*
cedro] In veteribus codi-
s legerim, vel *antiqua e ce-*
e *x* litera, quod omnino
etur: vel absque ulla præ-
ntiqua cedro, ut in Mediceo
Pierius.
o] Ob æternitatem mate-
a multa ex antiquis obser-
us de Pict. Vet. III. 11.
Cerda notavit Ge. II. 443.

sator] Non inventor vitis,
nus vitis demonstravit Ita-
Servius.
] Pro hac sententia clare
t. I. Nam de Saturno,
ate venit ad amnem Ante
falcifer orbe Deus.' Ubi
urno, ut Virgilius attribuit.
tione moneatis; nostrum
e quæ divisit Lucret. l. II.
m vetulæ vitis sator æqua
Est hoc, quod Ovid. Met.
lis consitor uvæ.' Macro-
llius Poëtam rejiciunt ad
m Accii: 'O Dionyse, pa-
vitisator, Semele genitus
Cerda.
gine falcem] Aut statuæ ex-
tum, ut dicat, Ita tenebat
t eam sub vultu haberet:
gine, sub theca dicit, quæ
imilis. *Servius.*
servans sub imagine falcem]
sam, hoc est, perpetuam te-
nens. *Sub imagine*, sic accipiendum: quod sic eam teneret, ut ejus visu semper delectaretur; utpote amator vitium, quarum culturam omnem putatio falcis antevenit. Sub imagine ergo; sub oculis imaginis suæ tantum: quoniam mox sequitur: 'Saturnusque senex.' Ecce patefecit, quid sit, sub imagine servans falcem: sic enim sub imaginis oculis fuit; ut ferentis aspectibus semper esset objecta. *Curvam* cur dixerit, manifestum est: sic enim formatur: erecta quippe aliam speciem facit. *Donatus.*

Curvam servans sub imagine falcem, Saturnusque senex] In multis codicibus interpunctio est, quæ si absit sensus manifestior videtur. Missis etiam quæ ex Servio Dan. et Donato proferuntur, verba annecto Servii, quæ in vulgato exstant codice, teste Cl. Gronovio Observ. II. 15. 'Quare sub imagine falcem? cum imagine enim pictus est Saturnus. Solvitur: aut scil. pro *in* posuit, aut ipsius quoque falcis non veritas, sed imago, vagina quædam falcis putatur.' Ex his ὁ πάνυ hanc probat explanationem, postquam optimorum testimonio docuit *sub* pro *in* sumi: 'servans sub imagine falcem,' est, cujus imago et vinitoriæ falcis instar tenet. Fabulam habet Apoll. Biblioth. l. I. falcem ἅρπην ἀδαμαντίνην a Tellure matre datam esse Saturno. Juvenalis a Saturno sumptam affirmat Sat. XIII. 39. 'Sumeret agrestem posito diademate falcem.' Inde Ovid. Saturnum 'senem falciferum' appellat Fast. I. 234. 'Thuscum rate venit in amnem, Ante pererrato falcifer orbe Deus.' *Emmeness.*

180 *Saturnusque senex*] Antiqui reges nomina sibi plerumque vendicabant Deorum. Ergo Saturnus rex fuit Italiæ. Nam et supra ait, 'Veterum effigies ex ordine avorum.' Iterum infert, 'Aliique ab origine reges.' Hinc est quod apud Cretam esse dicitur Jovis sepulchrum. Gabalus etiam Romanus imperator So-

lem se dici voluit. Nam *Heliogabalus* dictus est. *Servius.*

Janique bifrontis] Dignum est animadversione, in numismate Adriani exhiberi Janum quadrifontem, videlicet in partem anteriorem et posteriorem, in dextram et sinistram. Quem bifrontem vocant reliqui: Ovidius Metam. XIV. 'Ancipitem Janum' dixit, sicut et Nazianzenus ad Nimesium *ἀμφιπρόσωπον*, de re tamen alia loquens. Cum allusione ad Janum utrinque oculatum dixit Pers. Sat. I. 'quos vivere fas est Occipiti cæco:' quasi nihil admittant, quo debeant optare oculos Jani. *Cerda.*

Janique bifrontis] Cur Janus *διπρόσωπος*, videatur Athenæus XV. p. 692. Edit. Casaub. inprimis Vicent. Cartharius de Imaginib. Deorum. Idem etiam *Quadrifrons*, alicubi exhibetur: a quatuor anni temporibus: quemadmodum *biceps*, a solertia præteritorum et futurorum. *Taubmann.*

181 *Vestibulo*] Hic interdum locus statuarum, qui prope atrium, vel vere ipsum atrium. Juvenal. Sat. VII. 'Æmilio dabitur quantum petet; et melius nos Egimus: hujus enim stat currus aheneus, alti Quadrijuges in vestibulis, atque ipse feroci Bellatore sedens curvatum hastile minatur Eminus, et statua meditatur prælia lusca.' *Cerda.*

Ab origine] Pro *Aboriginum reges*: sed est metro prohibitus. *Servius.*

Alii ab origine reges] Refert se a specialitate ad generalitatem, ut et compendio uteretur, et numerum augeret: in generalitate enim infinita æstimatio est, et plus intelligitur quam veritas habet. *Donatus.*

182 *Martia qui*] In Romano codice, *Martiaque* legitur, per particulam copulativam, ut cum regibus eos etiam pari propemodum honore decoratos indicet, qui pro patria pugnando vulnera passi fuerint. Sed longe omnino magnificentius id ornamenti regibus ipsis addere. *Pierius.*

Pugnando volnera passi] Pugnando quasi reges. *Servius.*

Volnera passi] Ut gloriam ex defensione libertatis ostenderet. *Donatus.*

183 *Sacris in postibus*] Ubi spolia consecrabantur. *Servius.*

In postibus arma] Indicia hæc sunt virtutis. *Donatus.*

In postibus arma] Postes ornabant veteres donis in honorem Deorum suspensis, vel etiam spoliis hostium. Horat. epist. I. 1. 'Vejanius, armis Herculis ad postem fixis.' Pers. Sat. 6. 'Ac jam postibus arma, Jam chlamydas regum, jam lutea gausapa captis, Essedaque, ingentesque locat Cæsonia Rhenos.' Inde *superbos* nominant postes. Vide Æn. II. 504. Lips. de Mil. Rom. dial. v. 17. De curribus consecratis diis meminit Schefferus de Re Vehic. I. 18. *Emmeness.*

184 *Captivi*] Pro *captivorum*: nota figura est. *Servius.*

Curvæque secures] Omnia sine numero posuit, ut plus arbitraremur. *Donatus.*

185 *Cristæ*] Galeæ. A parte totum posuit. *Servius.*

Ingentia] Ut ostendat quanto labore retracta sint. *Donatus.*

186 *Ereptaque rostra carinis*] Bene de omni genere præliorum, spolia illic demonstrat fuisse. *Servius.*

Carinis] Ut appareat etiam navali bello illos vicisse. *Donatus.*

Ereptaque rostra carinis] Rostra Græci *ἐμβόλους* vocant, unde *προεμβολίδα*, *προέμβολον*, et rostratas naves *χαλκεμβόλους*, rostris armatas, quibus a victoribus mutilari per injuriam et ignominiam solebant, quod *ἀκρωτηριάζεσθαι* dicebant. Herod. in Thal. *καὶ τῶν νηῶν καπρίους ἐχουσέων τὰς πρώρας ἠκρωτηρίασαν, καὶ ἀνέθεσαν εἰς τὸ ἱρὸν τῆς ἀθηναίης ἐν αἰγίνῃ.* Unde et rostra, quæ erant in foro Romæ ad Palatinas radices, congesta fuisse, Livius auctor est, et naves Antiatum partim in navalia subductas, partim incensas, rostrisque earum suggestum in foro extructum adornari placuisse. Augustus quoque, devicta Ægypto, qua-

rostris, columnas ingentes imitatus Duilium, qui navali , victis Pœnis, rostratas mnas posuerat, ut admonet ra, Ge. III. in eum locum, surgentes ære columnas.' omeri interpres in eum lo- . στεῦται γὰρ νηῶν ἀποκόψειν βα, τουτέστι, inquit, ἀκροστή- et ἀκροτομεῖσθαι pro ἀκρω- ι. Ut autem supra χαλκεμ- ς, sic et Æsch. in Pers. αὐ- ιὐτῶν ἐμβολαῖς χαλκοστόμοις *Germanus.*

irinali lituo] *Lituus* est in- gurum baculum, quo ute- d designanda cœli spatia. u non licebat. *Quirinalem* persona sua dixit, qualem uirinus habuit. Nam tunc a fuerat Romulus. Vel *li-* st, regium baculum, in quo esset dirimendarum litium.

Id est, regium baculum, testas esset dirimendarum *Donatus.*

i lituo] *Lituus*, præterquam are est instrumentum, erat a augurum, 'incurvum, et summo inflexum bacillum.' t Tullii de Divin. l. I. Agell. uus virga brevis, in parte, tior est, incurva, qua au- itur.' Plutarch. in Romulo lituo augurali, ἔστι δὲ καμ- ος, ᾗ τὰ πλινθία καθεζομένους ιαγράφειν: *Est incurvus ba- qui augurabantur sedentes t loca.* Cicero de Divin. l. lituus iste vester, quod cla- st insigne auguratus?' Et lem dat Attio Navio auguri i regiones. Apul. Apol. I. s lituus.' Ergo Picus, quia n lituo est. Sed cur lituus irinalis? Audi ibidem Plu- τὰ δὲ ἄλλα τὸν ῥώμυλον δια- νοσεβῆ, ἔτι δὲ μαντικὸς ἱστο- ρεῖται, καὶ φορεῖν ἐπὶ μαντικῇ τὸ καλούμενον λίτυον: *Mire alioquin Romulum tradunt fuisse religiosum, augurandique peritum, atque ob eam scientiam lituum gestasse.* Cic. adducto loco: 'Nempe eo (lituo) Romulus regiones direxerit tunc, cum urbem condidit.' Itaque, quia Romulus, qui lituum gestabat, dictus est *Quirinus*, factum ut lituus ab eo dicatur *Quirinalis.* Cerda.

Quirinali lituo] Dictum per defectionem: pro, Picus Quirinali lituo erat: vel, lituum Q. tenens: neque enim succinctus erat lituo. Tale Cic. 'Roscius histrio summa venustate.' Sic dicimus: 'statua grandi capite,' scil. *erat:* uti curiose disputat Agellius v. 8. et Turnebus IX. 10. et XXVIII. 45. et XXX. 5. et Tremellius sive is potius Franc. Junius sit, ad Genesin XXIV. 22. Sic Hom. οἶνον καὶ σῖτον ἔδοντες. Quam ellipsin *analogicam* vocat: quia ex altero membro deprehenditur suppleri aliquid ἀναλόγως oportere. *Lituus* autem, baculus erat in manu incurvus, quo augures utebantur ad designanda cæli spacia: quia manu non licebat. Donatus, atque etiam Servius, baculum regium exponunt, in quo potestas esset dirimendarum litium. *Quirinalem* vocat Poëta, ex persona sua, qualem scil. Quirinus sive Romulus postea habuit: quem Pico hic tribuit, quod augurum disciplina ab Aboriginibus manasse credita sit, auctore Dionysio. *Taubmann.*

Parva] Vel quia trabeæ non extant, aut non magni pretii sunt: quia veteres non erant ambitiosi cultus. *Donatus.*

188 *Succinctus trabea*] Toga est augurum, de cocco et purpura. *Serv.*

Trabea] *Trabea*, vestis erat, quæ quasdam tanquam discolores pannorum trabes habebat: propriamque fuisse equitum, non etiam regum, ducum, vel augurum, docet, contra Grammaticos, Lipsius Annal. Taciti l. III. atque inde 'Trabeata agmina'

dici equites a Statio. Aliamque a *Palmata* et *Picta veste* fuisse, docet Turn. XXVIII. 23. *Parvam* autem vocat, aut vere talem; aut non magni pretii, pro sæculi frugalitate. *Taubmann.*

Ancile] Scutum breve, Regnante Numa, cœlo hujusmodi scutum lapsum est: et data responsa sunt illic fore summam imperii, ubi illud esset. Quod ne aliquando posset auferri, aut ab hoste cognosci, per Mamurium fabrum multa similia fecerunt: cui et diem consecrarunt, quo pellem virgis feriunt ad artis similitudinem. Dicimus autem *hoc ancile*, et *hæc ancilia*. *Anciliorum* vero usurpavit Horatius, 'Anciliorum et nominis et togæ oblitus.' Septem fuerunt paria, quæ imperium Romanum tenerent: Acus matris Deum, Quadriga fictilis Vejorum, cineres Orestis, sceptrum Priami, velum Ilionæ, Palladium, ancilia. *Servius.*

189 *Picus equum domitor*] Ovid. Met. XIV. 'Picus in Ausoniis, proles Saturnia, terris Rex fuit, utilium bello studiosus equorum.' Iterum de eodem: 'tergumque premebat Acris equi.' *Cerda.*

Conjunx Aurea] Nam aliter non stat versus. Et *aurea* per Ironiam dixit. *Conjunx* vero, non quæ erat, sed quæ esse cupiebat: ut, 'Quos ego sim totiens jam dedignata maritos.' Fabula talis est: Picum amavit Pomona Dea pomorum, et ejus volentis est sortita conjugium. Postea Circe, cum eum amaret, et sperneretur, irata eum in avem picum Martium convertit: nam altera est pica. Hoc autem ideo fingitur, quia augur fuit: et domi habuit picum, per quem futura noscebat: quod pontificales indicant libri. Bene autem huic supra *lituum* dedit: quod est augurum proprium. Nam ancile et trabea communia sunt cum Diali, vel Martiali sacerdotibus. *Servius.*

Conjunx] Non fuit, sed esse voluit. Talia multa in Poëtis, et in Nostro non pauca. In II. Corœbus dicitur gener Priami, qui tamen nunquam Cassandram duxit, sed voluit ducere. In IX. 'Excepere auræ vulnus;' quod nullum fuit: nam ante ictum deterta hasta, sed Pandarus, qui jaculabatur, ad vulnus Turni hastam destinarat. *Cerda.*

190 *Aurea*] Ironice, quasi intelligat pessima, et indignationem citat, quod talem virum ita tractasset. *Donatus.*

Versumque venenis] φαρμακευθέντα. *Taubmann.*

191 *Fecit avem Circe*] Fabulam hanc fusius habet Ovid. Metam. XIV. Græcum est ἀπωρνίθωσε. *Emmeness.*

Sparsitque coloribus alas] Ovid. 'Purpureum chlamydis pennæ traxere colorem,' &c. Eas et Græci a varietate plumarum καταγράφους vocant. *Taub.*

192 *Tali intus templo divom patriaque Latinus*] In antiquis nonnullis exemplaribus legere est, 'tali intus temploque Deum patriaque.' Sed illud, *templo divom*, in pluribus habetur, aut *tali intus divum templo*, ut in Mediceo est. *Pierius.*

Templo divom] Attingit morem a nemine, quod sciam, animadversum. Excipi Legatos in templis Deorum usitatissimum fuit. Itaque templis pro regia utebantur. Firmat hunc morem Val. Flac. Arg. l. IV. apud quem Medea sic loquitur cum Jasone: 'Phœbi genitoris ad aras Ventum, ait: huc adytis jam se de more paternis Rex feret; hic proceres audit, populosque precantes Alloquiis facilis præsens pater admovet æquis.' Apud Silium l. I. non longe a fine, Legati Saguntini audiuntur a Romano Consule in templo. Omitto versus, quippe multos. Apud eundem l. XI. Legati quoque Capuani in templo audiuntur. Hinc etiam illustrabis locum Æn. I. ubi Dido audit in templo Junonis, Trojanos in Africam appulsos. Postquam hoc scripseram, incidi in Brodæum eandem rem ad-

ecll. IV. 17. qui et fir-
Demosthenis de falsa
itis ut crimen Æschini,
non paruisset. *Cerda.*
mplo] Revertitur a di-
urro Græcismus est, *in-*
ημερία, adverbium pro
Græcis frequentior,
loquendi modus. *Hart.*
prior edidit ore] Bene
orum enim fuerat, ut
erentur. Sic in se-
flens ipse videbar.'

Dardanidæ] Aut exveste
sse cognoscit, quæ erat
m singularum. Aut
μενον intelligimus fa-
s venire nuntiaverat,
Trojanos esse dixisse.
' Auditique advertitis
.' *Dardanidæ* autem,
gnati. *Servius.*
danidæ] Primus verba
tatem suam et benevo-
demonstret. Potuit
e Latinus, qui multa
set, Trojanos cognos-
n poterant per tene-
i, qui erant extra por-

nescimus, &c.] Similis
' Quis genus Ænea-
ojæ nesciat urbem?'

itis] Confert Macrob.
am cum Homerico ex
Scaliger. Poët. v. 3.
, barbara Polyphemi
r est regia majestate,
ostri Græcis illis com-
m recte primum quæ-
enerint? Deinde ipse-
aussas: Necessarium,
m. Et signate omnia
multa: et *patiuntur:*
enim spes ibi nisi a
mann.
rula] *Cærulum* est vi-
, ut est mare. *Serv.*

199 *Errore viæ, seu tempestatibus acti*] Duo quærit. Si voluntate venistis, quid petitis? Si necessitate, tempestas vos an error adduxit? *Id.*

Errore viæ] Quia in obscuro cœlo, in quo via est navigantibus, ab illa errare possunt: vel vi tempestatis inde abstrahi. *Donatus.*

200 *Qualia multa*] Ad duo respexit: errorem et necessitatem. *Servius.*

Qualia multa] Veteres aliquot codices, *Qualia sæpe mari* legunt. Sed *multa* interpretes agnoscunt. *Pierius.*

Qualia multa] Talis est vocum similium cohærentia Apoll. l. II. *δούρατος ὠρέξαντο πελωρίου, οἷά τε πολλὰ Ῥαισθεί-σης κεκέδαστο θοοῖς συναρηρότα γόμφοις.* Duo autem hi Virgiliani versus videntur manasse ex illis Apollonii l. IV. *εἰ δέ τι τῆς δὲ πόρους μαίεσθ' ἀλὸς, οἷά τε πολλὰ Ἄνθρωποι χατέουσιν ἐπ' ἀλλοδαπῇ περόωντες.* Addam et illud Hom. Od. Λ. *οὐτασμένος οἷά τε πολλὰ Γίνεται ἐν πολέμῳ, ἐπιμὶξ δέ τε μαίνεται ἄρης.* *Germanus.*

201 *Portuque sedetis*] Ante enim pro portu erat illic exitus fluminis. *Servius.*

Portuque sedetis] Ita Sid. Apollinaris, Ep. I. 1. 'Mihi jampridem in portu judicii publici sufficientis gloriæ anchora sedet:' ut Joh. Savaro Gallus e Mss. legit. Ibid. ep. 8. *naves sedent.* Id. Carm. 2. 'portumque petenti Tam placido sedeat mihi carminis anchora portu.' *Taubmann.*

202 *Ne fugite*] Ne fugiatis, ne ignoretis. *Servius.*

Ne fugite hospitium] Non modo concedit, quod sua auctoritate jam sumpserant, quod ripas intrarant, sed ultra id, hospitium offertur: ex cognatione autem, quæ Trojanis cum Italis est, ostendit eos posse capere omnem fiduciam. *Donatus.*

203 *Saturni gentem*] Laus generis. *Servius.*

Haud vinclo nec leg. æquam, Sponte sua] Ad aureos Latii incomptosque mores alludit Maro, quos etiam mag-

na veneratione revolvit Tacit. l. III. ubi agitat licentiam et multitudinem legum Romanarum, libidine magis quam judicio rogatarum, aut in ambitionem, clarorumve virorum exilium, vel exitium tendentium, his fere verbis: 'Ea res admonet, ut de principiis juris, et quibus modis ad hanc multitudinem infinitam ac varietatem legum perventum sit, altius disseram. Vetustissimi mortalium nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere, eoque sine pœna aut coercitionibus agebant, neque præmiis opus erat, cum honesta suopte ingenio peterentur, et ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At postquam exui æqualitas, ac pro modestia et pudore, ambitio et vis incidebat, provenere dominationes, multosque apud populos æternum mansere, quidam statim, aut postquam regum pertæsum, leges maluerunt. Hæ primo rudibus hominum animis simplices erant, maximeque fama celebravit Cretensium, quas Minos,' &c. *Germanus.*

Haud vinclo nec legibus æquam] Prædicat de ætate aurea Saturni fuisse homines sponte virtuti deditos, nulla vi aut vinclo, nullis carceribus, cogente nemine. Hunc refero Maximum diss. 20. ubi loquens de Saturni ævo, ait, *βίον ἀπόλεμον, ἀσίδηρον, ἀφύλακτον, εἰρηνικὸν, ἀπεριμάτον.* Vides, ut inter reliquas virtutes vocat *ἀφύλακτον*, ut qui nulla egerent custodia, sed boni essent *αὐτομάτως.* Sed signatissima sunt Ovidii loca duo: primus libris Fastorum, et Metamorph. Utrobique enim sermo est de ætate aurea Saturni. In priore loco Janus ita loquitur: 'Proque metu populum sine vi pudor ipse regebat, Nullus erat justis reddere jura labor.' In posteriore Poëta ipse ait: 'Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo Sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat. Pœna metusque aberant: nec verba minantia fixo Ære ligabantur; nec supplex turba timebat Judicis ora sui, sed erant sine judice tuti.' Hanc ætatem adumbrat Justinus loquens de Regibus, qui primi in orbe fuerunt, scribit: 'Populus nullis legibus tenebatur, arbitria Principum pro legibus erant.' Ut etiam Columella Præfatione sui operis, cum ait: 'Nam sine causidicis olim satis felices fuere, futuræque sunt urbes.' Ubi enim leges, ad quas inviti rapiuntur cives, ibi et causidici. Itaque hos abesse, indicium est voluntariæ virtutis. Sed clarissime Apostolus Paulus veram hanc felicitatem exprimit apud Basilium Episcopum Seleuciensem l. I. Teclæ. *βία γὰρ καὶ φόβος ἀρετῆς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημιουργός· ἐθελούσια γὰρ καὶ οὐκ ἀνάγκης, τὰ καλά:* *Violentia enim et metus minister non est capessendæ virtutis: voluntaria enim et non necessitate expressa, honesta sunt.* Cerda.

204 *Sponte sua, veterisque dei se more tenentem*] Xenocratis est: qui cum primus Philosophiæ scholam aperuisset, (quod antea in porticibus Philosophi tractarent,) et interrogatus esset, quid præstare posset discipulis; respondit, 'Ut id voluntate faciant, quod alii jure coguntur.' *Serv.*

Veteris] Antiqui: ac si diceret, Aurei seculi imagine vivimus. *Idem.*

Tenentem] Sunt veteres codices, in quibus *ferentem*, pro *tenentem* scriptum invenias. Sed quum superiore versu facta sit mentio vinculi et legum, *tenentem* magis placet. *Pierius.*

205 *Fama est obscurior annis*] Ac si diceret, Nisi esset, jam vos sciretis. *Servius.*

Fama est obscurior annis] Scaliger ita explicat: 'Haud ita multi sunt anni, sed fama pervagata non est.' Est hoc quod Ovidius dixit Fast. VI. 'Unde datas habeat vires obscurior ævo Fama.' *Cerda.*

206 *Auruncos ita ferre senes*] Apud veteres historiæ hoc genus fuit, ut majores natu anteacta posteris indi-

quod hic indicat locus. Lupertius, cum esset de Antæo rus, ait, 'Cognita per multos rudis incola patres.' Quia nec annales erant, nec historunci vero, Italiæ populi anti fuerunt. *Ferre* autem, quasi entatione jactare. *Servius.*

ncos] Quanquam non sum nenod subjiciam risu a multis idum esse, dicam tamen in is aliquot antiquis *Auricomos* ab iis, qui forte, quid sibi *luruncos*, minus intelligebant.

ncos] Fuerunt hi populi anti Italiæ. Non negligenda hic lota, fuisse apud veteres hoc genus, ut majores natu antesteris indicarent, ut videlicet ullo alio instrumento tantum ni traderentur mortalium. ex Lucano, qui, de Antæo 'Cognita per multos docuit cola patres.' Apud Ovid. el. II. nt. senex quidam narrat suc Orestis ac Pyladæ, uti ab lierat. Circa scribendi ratio-leo in antiquis legi *Auruncos*, ncos. Dionysius quoque et Αὐρούνκους nominant. *Cerda.*

] Quasi cum ostentatione jac-uit autem priscis atque adeo hodieque solenne, ut majores gestas exacte narrarent qui vice commentariorum *Taubmann.*

rtus ut agris, &c.] Adstruit, ojanos et Italos nullum genediscrimen. Nam *Dardanum* ris Jove (ex Electra Atlantis Corythi regis Italiæ uxore) in Phrygiam profectum esse, e condidisse, inde isse Samo: post a Corytho, sive monte pido, ad cælum inter Deos n esse, &c. Vide Interpp.

ardanus] Jupiter cum Elecatis filia, Corythi regis Italiæ uxore, concubuit. Sed ex Jovis semine natus est Dardanus: ex Corythi Iasius. Dardanus profectus ad Phrygiam, Ilium condidit: Iasius vero Thraciam tenuit, ubi est Samos: quam hic Samothraciam nominavit. Nam Junonis alia est Samos insula. Quanquam civitas Thraciæ, quæ est Cephalenia, Samos dicatur. Unde postea cum responsum esset, 'Antiquam exquirite matrem,' et Æneas Italiam peteret, profectus ad Thraciam, Samothracas Deos sustulit, et pertulit secum propter originem matris, quod superius plenius dictum est. *Servius.*

Dardanus] Jam explicat quod proposuerat, cum dixit: 'Dicite, Dardanidæ.' *Donatus.*

Idæas Phrygiæ penetrarit ad urbis] Quia erant et Cretæ, addidit *Phrygiæ*, ad discretionem. *Servius.*

Penetrarit] In Romano codice, et quibusdam aliis, *penetrarit* legitur: quod melius quadrat, ut *penetrarit*, quam *penetravit*. Pierius.

209 *Corytho*] Oppidum et mons dicti a rege Corytho, ut putatur a quibusdam, patre Dardani ibi sepulto. *Servius.*

210 *Stellantis cæli*] Heroice profecto: ita Lucret. l. IV. *Cælum stellans* dixit, ubi sereno cælo *stellant*, id est, lucent sidera ac stellæ: Gisan. Sed quomodo in cælo est Dardanus, quem l. VI. apud Inferos vidit Æneas? Solvitur: quod ex superstitione gentili tribus tria reddidit: Animam cælo; Corpus terræ; Umbram Inferis. *Taubmann.*

211 *Addit*] Auget, adjectione scilicet nominis sui. *Servius.*

Auget] In nonnullis antiquis codicibus, *addit* legitur: ut alibi, 'Decus addite Divis.' Sed enim melius *auget* dicendo numerum. *Pierius.*

212 *Voce secutus*] Plerumque enim consentimus et taciti. *Servius.*

213 *Rex*] Conciliatio ab honore, inde a genere. *Servius.*

Rex, genus egregium] Cum se benevolum ostendisset Latinus, non multum laboravit in texendo exordio Ilioneus, nec tamen penitus omisit. *Donatus.*

Genus] Notetur locutio poëtica pro filio; nam Latinus filius fuit Fauni. Sic de Circe Tibull. l. IV. 'Solis genus.' et infra in hoc lib. de Ænea, 'egregium Veneris genus:' et in l. VI. 'Hic genus antiquum Terræ, Titania pubes.' *Cerda.*

Fauni] Unde hoc cognovit Ilioneus? nempe ex simulacris, quæ erant in vestibulo. Brevissime autem amplectitur quæcunque dixit Latinus; nec potuit in tanta brevitate magis extollere genus Trojanum. *Donatus.*

214 *Succedere terris*] Ut, 'Succedoque oneri.' *Servius.*

Terris] Sunt et qui *tectis* legant. Codices tamen emendatiores *terris* plurimum habent. *Pierius.*

215 *Nec sidus*] Aspectus siderum. Nam tempestatem supra dixit: nec est bis idem positum. *Servius.*

Nec sidus regione viæ] Lucret. 'Recta regione aversa viaï.' Idem II. 'Sed nihil omnino recta regione viaï Declinare.' Supra Virg. l. II. 'nota excedo regione viarum.' *Germanus.*

216 *Urbem Adferimur*] Ad urbem ferimur. *Servius.*

218 *Extremo veniens*] Id est, primo. Nam alias *rediens* diceret, non *veniens*. Idem.

Sol aspiciebat] Usitatum Poëtis, aliis etiam ad explicandam magnitudinem Imperii alicujus recurrere ad cursum Solis. Dionys. l. I. loquens de magnitudine Romæ: ἀνατολὰς καὶ δύσεις ὅρους ποιησάμενοι τῆς δυναστείας: *Terminavit Ortu et Occasu fines Imperii sui.* Petron. 'Qua mare, qua terræ, qua sidus currit utrumque.' Hujus rei testimonia conjunxi plurima l. VI. loquens de Romano Imperio. *Cerda.*

219 *Ab Jove principium*] Plus dixit quam Latinus. Ille enim Dardanum ex Italia venisse, hinc utrique generi a Jove principium esse demonstrat: et confirmandæ rei causa, rem amplius repetit. *Donatus.*

Dardana pubes Gaudet avo] Generis origine. Nam avus non est Trojanorum Juppiter; sed Æneæ solius, per Venerem. *Servius.*

220 *Suprema*] Ut enumeratione majorum ipse videatur finis, propinquior causa ostenditur Æneas, quia nepos erat Jovis. *Donatus.*

De gente suprema] Ennius Annal. V. 'de stirpe suprema.' *Cerda.*

222 *Quanta per Idæos*] Ad illud respondit: 'Auditique advertitis æquore cursum:' id est, Non mirum est hæc te audisse, quæ universus orbis agnovit. *Servius.*

Quanta] Ut commiserationem concitaret, narrandæ erant calamitates; sed removendæ erant moræ, ut quamprimum legationem exponeret: ergo breviter illa tangit. *Donatus.*

Quanta per Idæos, &c.] Virgilium imitatus est Sil. Ital. l. XVI. 'Quanta per Ausonios populos torrentibus armis Tempestas ruat, &c.' *Emmeness.*

223 *Tempestas*] Vis bellorum. *Serv.*

Tempestas] *Tempestas* vocabulum medium: nam aliquando εὐδία, alias χειμὼν καὶ ζάλη· Virg. 'Unde hæc tam clara repente Tempestas?' et idem: 'pelagi tot tempestatibus actus.' Jurisconsultus in terra et mari pæraeque tempestatem accipit l. non eximus. II. Si quis cautionibus, his verbis: 'Quod diximus ei succurri, etiam ei qui tempestate aut vi fluminis prohibitus non venit: tempestatem intelligere debemus, sive marina, sive terrestris sit: tempestatemque intelligere debemus, talem, quæ impedimento sit itineri vel navigationi.' Unde et Plin. 'Tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque similia intelliguntur: quæ cum acciderunt, vis major appellatur.' *Tempestas* item pro *tempore* simpliciter. *Germanus.*

Actus] Conlisus. *Servius.*

Uterque] Tale illud Georg. 'utro-

que ab litore.' Tale, 'uterque Sol,' 'utraque domus cœli,' et similia. *Cerd.*

224 *Fatis*] Per transitum et Trojanos eximit culpa, et Græcorum deterit laudem. *Servius.*

Concurrerit] In Romano codice, *concurreret* habetur: sive familiari vitio *i* mutarit in *e*: sive, vel tunc auditum dicat, quum res gereretur. Utcunque autem, magis placet *concurrerit*, perfecto præterito. *Pierius.*

Orbis] Sumit pro mundi partibus. Ita tres orbes mundi, erunt tres partes mundi. Propert. el. II. 16. pro Africa posuit: loquens enim de Antonio fugiente in Africam post bellum Actiacum, 'extremo quærere in orbe fugam.' Ita Ovid. Fast. l. v. 'Seu quis ab Eoo nos impius orbe lacesset:' id est, ab Asia: nam statim Europam signat, 'Seu quis ab Occiduo Sole domandus erit.' Idem in epist. Laodamiæ ad Protesil. 'Dum tamen arma geris diverso miles in orbe.' Ipsa erat in Europa, ubi *diversum orbem* sumit pro Asia. Notes ab Ovidio *diversum* dici ad signandam Asiam atque Europam, quod idem animadverti in Tullio pro Lege Man. ubi loquens de Europa atque Asia dicit, 'in locis disjunctissimis, maximeque diversis.' Cum Plin. dixit VIII. 3. 'Cetera in nostro orbe cessere luxuriæ,' Europam intellexit. *Cerda.*

Orbis] *Orbis Asiæ*, et *Orbis Europæ*, dicitur, ut a Marcellino *Orbis Eous*, et *Orbis Occiduus*, pro Imperio Orientali et Occidentali: et *Orbis Rom.* pro imperio Rom. Turn. XXX. 5. De eadem autem re et Catull. Carm. 64. 'Troja (nefas) commune sepulcrum Asiæ Europæque: Troja virum et virtutum omnium acerba cinis.' *Taub.*

225 *Audiit*] Tale quid Horatius ad significandam magnitudinem cladis: 'auditumque Medis Hesperiæ sonitum ruinæ.' Statius Theb. l. I. 'Novit et Arctois si quis de Solibus horret.' Prudent. Apoth. 'Novit et Atlantis pridem plaga perfida Mauri.' Est vero hoc quod Propertius dixit Eleg. II. 10. 'Et si qua extremis tellus se subtrahit oris,' &c. *Cerda.*

Tellus extrema] Ut est Britanniæ et omnium insularum Oceani. *Serv.*

Refuso] Refluo, ut Lucanus indicat: et est hoc Homeri, αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπε ῥόον ὠκεανοῖο Νηῦς ἀπὸ δ' ἵκετο κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο. *Idem.*

Refuso] *Refusum Oceanum* explicat Turn. refluum, refluentem; ut Homer. ἄψοῤῥον, ἀψόῤῥοον. Ego capio longe et late diffusum atque extentum, ad eum modum quo Seneca ad Martiam: 'Litora in portum recedentia.' et Seneca alter in Thyeste: 'In multa dives spatia discedit domus.' Quibus nihil aliud, quam magnitudo explicatur.' *Cerda.*

Refuso] i. e. refluo seu refluente: quem ἄψοῤῥον, et ἀψόῤῥοον Hom. vocat. q. d. Si quis procul habitat. ut Ecl. I. 'Et penitus toto divisos orbe Britannos.' Turneb. et Scal. IV. 6. *Taubmann.*

Audiit, et si quem tellus extrema refuso] Præteribo *audit* unico *i*, quod pro duplici oblongiore nota scribi solitum est. In Romano codice *siquam* legitur fœminino genere, ubi intelligendum esset *terram*, aut *plagam*. Sed enim virili genere melius. *Pier.*

226 *Summovet, &c.*] Id est, si quis procul habitat. Est hoc quod statim, 'si quem dirimit plaga Solis:' et quod de Britannis,' toto divisos orbe.' Itaque *summoveo*, *dirimo*, *divido*, in Poëta idem sunt. Propert. el. IV. 10. dixit: 'Qua se summota vindicat ara casa.' Observa obiter idem dictum a Propert. hoc versu, quod a Virg. in IX. de spelunca: 'tuta lacu nigro nemorumque recessu.' *Cerda.*

Et si quem extenta plagarum Quatuor] Audierunt etiam illi qui separantur Zona ea, quæ est in medio quatuor, id est, fervens. Significat autem Antipodas. *Servius.*

227 *Iniqui*] Intemperati vel ar-

dentis. *Idem.*

Solis iniqui] Putabant videlicet veteres, Zonam quintam et mediam esse inhabitabilem propter immoderatum calorem. Hanc partem cœli Poëta per *iniquum Solem*, per *mediam plagam* signat. Seneca in Œt. ita: ‘Et omnis ardens ora, quam torret dies.’ Lucan. ‘Quaque dies medius flagrantibus æstuat horis.’ Adverti locum T. Calpurnii, ubi constituens quatuor mundi partes, postremo recurrit ad mediam Zonam: sic enim ait Eclog. I. ‘quacunque Notum gens ima jacentem, Erectumque colit Boream: quæcunque vel Ortu, Vel patet Occasu, mediove sub æthere fervet.’ *Cerda.*

228 *Diluvio ex illo*] Ex illa vastitate. Alii distinguunt, et mutant sensum: ut sit, Quos dirimit plaga Solis ardentis, ex quo mundus est constitutus: hoc est, ex quo chaos esse desiit. *Servius.*

Diluvio] Non bello: nam ex bello aliquid remanet, ex diluvio vero nihil; nam omnia tollit. *Donatus.*

Tot] Pro *multa*. Servius.

Tot vasta] Post calamitatem belli durior casus nos excepit. *Donatus.*

229 *Dis sedem exiguam patriis*] Pia et verecunda petitio. *Servius.*

Dis sedem exiguam] Facilem et honestam petitionem ostendit. Ex commemoratione autem Deorum, etiam hominibus petere videtur: namque numinibus præbentur sedes cultore neglecto. *Donatus.*

Dis sedem exiguam] Pia et verecunda petitio: qua modicum quid; nec sibi, sed Diis, concedi postulat; et quidem in litore deserto. Si tamen agendi artem consideramus, latenter etiam pro cultoribus Deorum locum petit. *Taubmann.*

Litusque rogamus Innocuum] Non quod nulli noceat; sed cui vindicato nullus possit nocere. Aliter serpentes *innocuos* dicimus. *Servius.*

Litus] Ut demonstret quod ad homines pertinet, nec difficile, nec onerosum. *Donatus.*

230 *Cunctis undamque auramque patentem*] Ista enim communia sunt. *Servius.*

Cunctis undamque auramque patentem] Ita vere est. Justinian. l. II. Instit. tit. I. de rerum divisione: ‘Et quidem naturali jure communia sunt omnia hæc, aër, aqua profluens, et mare, et per hoc litora maris. Nemo igitur ad litus maris accedere prohibetur.’ Calaber etiam l. I. dixit, Ξυνὸν δ' αὖ πάντεσσι φάος καὶ νήχυτος ἀήρ: *Communis est lux omnibus, et multifusus aër.* Ovid. Metamorph. VI. ‘Quid prohibetis aquis? usus communis aquarum est.’ Inde gravis illa querela ejusdem Ilionei l. I. ‘hospitio prohibemur arenæ.’ Quid autem Poëta velit per *auram patentem*, facile est: quid per *undam patentem*, non ita facile. Puto illum velle significare profluentem undam. Nam Justinian. in adducto testimonio, *aër*, *aqua profluens*; et Tullius Officiorum l. I. in justitiæ præceptis numerat (notavit hoc Germ.) non prohibere aqua profluente. Itaque *aqua patens* Virgilii, et *aqua profluens* juris, eadem est. Sed quid tandem *aqua profluens*? Ait Hotomanus *aquam profluentem* dici ad discrimen illorum fontium, qui privati sunt, et proprii: ad discrimen etiam stagnorum, quæ conclusa in domibus. Cicer. Nat. II. ‘Nam ut profluens amnis aut vix aut nullo modò, conclusa autem aqua facile corrumpitur,’ &c. Itaque *patentem* vocat, quæ parabilis facile, et vilis pretii, ut loquitur Plato in Euthyd. his verbis: τὸ γὰρ σπάνιον, ὦ Εὐθύδημε, τίμιον, τὸ δὲ ὕδωρ εὐωνότατον ἄριστον ὄν, ὡς ἔφη Πίνδαρος: *Rarum enim, o Euthydeme, pretiosum; aqua tamen vilissimi est pretii, quamvis optima, ut ait Pindarus.* Ab Horatio etiam Sat. I. 5. aqua dicitur ‘vilissima rerum:’ a quo Propertius eandem *vilem* vocavit el. III. 15. *Cerda.*

Indecores] *Decus decoris, pecus nemus nemoris*, o in genitivo um est: omnia enim in *us* ia neutra, in genitivo singulari mam corripiunt, excepto *pela-* iod Græcum est; unde et *ul-* citur secundum regulam, licet nomine aliud auctoritati pla- *Decor* vero *decoris* facit pen- n in genitivo productam: enim in *or* exeuntia in genitivo untur, exceptis v. *arbor, mar- emor, immemor, æquor:* unde ır, *indecores*, a quo sit nomina- b eo quod est *indecus* non po- sire, quia lectum non est, et cus neutrum regit genus, non inum. Restat ut dicatur ab eo it *indecor* venire *indecores*, nam um est. Sed *decor decoris* facit, ta penultima, quam Virgilius dit. Ergo aut systole est, aut licendum hujus nominativum reniri, sicut in multis nomini- ; quod et melius est: nam sy- ine exemplo fieri non debet. ude autem hoc dicit, sua con- ne etiam ornari Italos. *Serv.*

erimus indecores] Noluit dicere, imus regnum; ne sit arrogans. *s.*

Levis] Nec pro levi dicimus, ld præstiteris. *Idem.*

escet] Abolebitur: et usus est tiva forma, cum opus non es- *Servius.*

Trojam] Id est, Trojanos. *Id.*

Fata per Æneæ juro] Quem vit Latinus, oraculo scilicet : per quod audivit, 'Externi t generi.' *Idem.*

per Æneæ juro] Ita Prop. IV. ro ego fatorum nulli revocabile a.' *Cerda.*

Sive fide, seu quis bello est ex- st armis] In his enim dextera obatur fide et virtute. *Serv.*

] Laudat fidem, quæ neces- st in societate regni. *Donat.*

est expertus] In Mediceo absque verbo *est* legitur, 'sive fide sive quis bello expertus et armis.' In qua lectione Pentemimeris ratione cæsuræ produceretur. *Pierius.*

Sive fide, seu quis bello est expertus et armis] Vides in hoc versu dextram et fide bonam, et bello acrem. Non ab hoc dissimiles locos Poëtarum Passerat. advocat in Propert. ubi uni eidemque manui diversa attribuuntur. Id Lucanus ad Pisones: 'Pocula sumit ea, qua gessit fulmina, dextra.' Ovid. Trist. IV. 2. 'Vincula fert illa, qua tulit arma, manu.' Claudian. 'et sensit in uno Lethalem, placidamque manum.' Propert. l. II. 'Illa, qua vicit, condidit arma, manu.' Et, 'qua cuspide vulnus Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.' Plaut. Pseud. 'Manu salutem mittunt benevolentibus, Eadem malam rem mittunt malevolentibus.' Non puduit viri docti operam transcribere, et in lectione Poëtarum præ mortalibus versatissimi. Utinam aliorum auctorum lucubrationes adjunxisset. Ut vero dextra Æneæ dicitur potens et ferro et fide, ita Tullius in Orat. pro Dejot. vocat Julii 'dextram, non tam in bellis et in præliis, quam in promissis et fide firmiorem.' Et Propertius III. 22. 'Nam quantum ferro, tantum pietate potentes.' Sed quidem Virgilium aspirasse ad versus Homericorum Iliad. II. videtur certum. Ait hic: Ὢ πόποι, ἦ δὴ μυρί' Ὀδυσσεὺς ἐσθλὰ ἔοργε, Βουλάς τ' ἐξάρχων ἀγαθὰς, πόλεμόν τε κορύσσων: *O Dii, certe infinita bona Ulysses fecit, Consilia incipiens præclara, bellumque instruens.* Cerda.

237 *Vittas*] Quæ pendebant in ramo religatæ. Alibi, 'Et vitta comptos voluit prætendere ramos.' *Serv.*

Præferimus manibus vittas] Ita VIII. 128. et 664. 'cui me Fortuna precari Et vitta comptos voluit prætendere ramos:' Græcis est τὴν ἱκετηρίαν προτείνειν· quod filo laneo velatum esset caduceum. Historici et Poëtæ *lanam*

et *infulas* et *vittas* et *velamenta* seu *velamina*, item *velatam colum* appellant: Græci etiam στέμματα, id est, vellera. Ita Plaut. Amphitr. act. I. 1. 'Orare velatis manibus:' ita Æn. XI. 'velati ramis oleæ:' nam ramus oleæ lana involvebatur: ita Livius l. I. 'Legatus capite velato, (filum lanæ velamen erat) Audi Juppiter,' &c. Qui enim caput cinctum licio laneo habebant, *velati* dicebantur. Videatur Scalig. in Conject. et Turn. IV. 15. et V. 7. et VIII. 16. *Taubmann.*

Ac verba precantia] In codicibus plerisque veteribus legere est, vel *et*, vel *ac verba precantia*, hypermetro versu. In aliquot vero aliis satis inemendate, 'Proferimus manibus vittasque precantia verba.' Nam quum *precantia* omnino legerent, neque hypermetrum agnoscerent, ita carmen interturbare sunt adgressi. Quoniam vero non temere credendum tot in codicibus *precantia* scriptum esse, eam ego lectionem minime rejecerim. Sunt tamen qui *precantum* legunt. Sane vero in colloquiis de pace, *precari verba* dicuntur: ut illud apud Livium libro decimo de secundo bel. Pun. 'Itaque infecta pace, ex colloquiis quum se ad suos recepissent, frustra verba precata renuntiant, armis decernendum esse:' *precata* enim in veteri codice habetur, quod in vulgatis *pacata* substitutum est. *Pierius.*

239 *Sed nos fata*] Horum insignis mentio in his libris. In IV. 'fatisque datas non respicit urbes.' In VIII. 'Sed mea me virtus, et sancta oracula Divum.' In II. Creüsa: 'Ad terram Hesperiam venies,' &c. In III. 'antiquam exquirite matrem.' Inde in IV. arva Italiæ dicuntur fatalia. Nihil demum crebrius in tota Æneide. Livius etiam l. I. ait, Æneam fuisse profugum, 'fatis ducentibus.' *Cerda.*

240 *Egere*] In codicibus aliquot antiquis, *cogere* legitur: quod forte *coegere* fuit κατὰ συνίζησιν, ut illud, 'Trojæ ve opulentia deerit;' et, 'Vir gregis ipse Caper deerraverat.' Ubicunque vero, *imperiis egere*, castior mihi lectio videtur. *Pierius.*

Hinc Dardanus ortus Huc repetit, jussisque ingentibus urguet Apollo Tyrrhenum ad Thybrim, et fontis vada sacra Numici] Quia plerique sunt qui vel nævos ex Romano præsertim codice requirunt, subjicienda ex eo lectio est, quæ mihi minime probatur, 'Hinc Dardanus ortus Hunc repetit, jussisque ingentibus urguet Apollo Tyrrhenum et Tybrin et fontis vada sacra Numici.' *Idem.*

241 *Huc repetit*] Scilicet Dardanus, id est, Æneas, qui et Dardanus, ut diximus supra, vocabatur. Et bene non *petit*, sed *repetit*, quasi ad sua. *Servius.*

Huc repetit] Dardanus ex hac terra ortus est: in hanc nos revocat, qui ab eo oriundi sumus, et nos huic terræ repetit et vindicat. Ita Cic. pro Archia: 'Chii suum vindicant: Salaminii repetunt.' Turn. XXX. 5. Nam parentes in posteris (ut annotat P. Faber Semestr. III. 8.) vivere existimantur: quæque illi hodie faciunt, hi facere dicuntur. *Taubmann.*

Ingentibus] Deliis, quæ magna constat fuisse. *Servius.*

242 *Tyrrhenum ad Tybrim*] Cur Tyrrhenum? An quia ab Etruria Latium dirimit? an quia Servius putat referendum hoc nomen ad Tybrim regem Etruscorum? Scribit enim hunc regem Latium latrociniis infestantem, circa hunc fluvium occisum, a quo et nomen. Alii aliter sentiunt de hoc nomine. Regem quidem hujus nominis Virg. agnoscit in VIII. 'Tum reges asperque immani corpore Tybris.' De orthographia nominis varius quoque dissensus. *Cerda.*

243 *Dat præterea*] Quomodo *præterea*, cum nihil prius dederit? Sed sic conjunge: Misit nos ad te Æneas et *præterea*, id est, ultra, ad id quod misit,

sunt munera, parva respectu prioris fortunæ. *Donatus.*

Fortunæ parva prioris] Bene medium tenuit. Nam ne laudare videretur, ait *parva*, ne deformare (nam parvum est aliquid ab infelicibus accipere) ait, *fortunæ prioris.* Servius.

Fortunæ parva prioris Munera] Sic et Tacit. Ann. l. II. de Maroboduo: 'Scripsit Tiberio non ut profugus aut supplex, sed ex memoria prioris fortunæ; nam multis nationibus clarissimum quondam regem ad se vocantibus, Romanam amicitiam prætulisse.' *Germanus.*

244 *Relliquias Trojæ ex ard. re.*] Hunc locum illustrat Servius Ecl. II. 4. 'nec tuta valle reperti Capreoli,' i. difficultate. Sic ille, qui periculosissima aggredi sustinet, dicitur 'cibum e flamma petere,' ut Donatus ad Ter. E. III. 2. 38. Munera illa Homerus Od. K. 40. nominat κειμήλια. *Emm.*

245 *Hoc pater Anchises auro libabat ad aras*] Pateram significat. *Servius.*

Hoc pater] Nam etsi per se non sint, magna sunt tamen, quia talium virorum fuerant. *Donatus.*

246 *Hoc Priami gestamen erat*] Diadema dicit. Nam sceptrum dicturus est. *Servius.*

Hoc Priami gest.] De Diademate intelligendum. Candida fascia est, qua regum frons præcingebatur, ταινία λευκή. De diademate dici potest nihil, quæ Brissonius non notaverit de regn. Persico l. I. *Emmeness.*

247 *Sacerque tiaras*] Pileum Phrygium dicit. Et sciendum hic *tiaras* per usurpationem dictum: nam *hæc tiara* dicitur. Melius ergo Juvenalis: 'et Phrygia vestitur bucca tiara.' *Servius.*

Tiaras] Pileus est quo Phryges utuntur, cum celebrant sacra: unde *sacrum* dixit. *Donatus.*

Tiaras] Hoc ornamentum capitis, quod et τίαρις dicitur et τίαρα, erectum soli reges Persarum gestabant: duces vero, cæteræque ab rege illustres personæ, inflexum et demissum. Plutarch. περὶ φιλαδέλφ. de Ariamene et Xerxe de regno post Darii mortem contendentibus: Ξέρξης δὲ παρὼν ἔπραττεν ἅπερ ἦν βασιλεῖ προσήκοντα· ἐλθόντος δὲ τοῦ ἀδελφοῦ, θεὶς τὸ διάδημα, καὶ καταβαλὼν τὴν τιάραν, ἣν φοροῦσιν ὀρθὴν οἱ βασιλεύοντες, ἀπήντησεν αὐτῷ καὶ ἠσπάσατο. *Germanus.*

Tiaras] Tegumentum est capitis, quod ortum a Semiramide, teste Justino I. 2. sed, ut supra monui, nihil proferri posse de diademate; illud affirmandum quoque de tiara. Vide igitur Brissonium de regn. Pers. l. II. Solerium sect. 8. de pileo, qui sua prælaudato debet et Bayf. de re Vest. c. 20. De habitu regum, cum jus dicerent, vide Feith. ant. Homer. II. 4. Quid sceptrum sit, dictum Æn. I. 78. *Emmeness.*

248 *Iliadumque labor vestes*] Eadem significatione πόνος etiam accipitur: unde et χρυσοπόνητα φάρεα Euripidi. Quin et πόνος pro vestis squallore apud Sophocl. in Colon. ἐσθῆτι σὺν τοιᾷδε, τῆς ὁ δυσφιλὴς γέρων γέροντι συγκατῴκηκεν, πόνος πλευρὰν μαραίνων. Et Hom. πέπλοι παμποίκιλοι ἔργα γυναικῶν. *Germanus.*

Iliadumque labor vestes] Solebant matronæ texere vestes suas: ita Augustus 'nulla nisi domestica veste usus est, ab uxore, et sorore, et filia, neptibusque confecta,' ut Suet. in ejus vita c. 73. ad quem locum consulendus Casaubonus. Sic noster Æn. IV. de Læna: 'dives quæ munera Dido Fecerat, et tenui telas discreverat auro.' Nec tantum vestes, quibus dum viverent utebantur, sed etiam ἐσθήματα ἐντάφια, de quibus Æn. IX. 488. 'aut vulnera lavi Veste tegens: tibi quam noctes festina diesque Urgebam, et tela curas solabar inanes.' Plura Feith. antiq. Homer. IV. 3. *Emmeness.*

249 *Defixa Latinus*] Vide, quot voces ad eam rem aptæ. Hic est *defixio*, *obtutus*, *teneo*, *immobilitas*, *hærere*, *oculorum intentio.* Quid plura potuit? In Homerico Ulysse Iliad.

III. tantum sunt duo. Ait enim: *στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας.* Vides enim stantem, hoc enim ad stuporem facit et figentem in terram oculos. Eadem nota altæ cogitationis in Livio est l. IX. 'Consul, demissis in terram oculis, tacitus ab incertis quidnam esset acturus Legatis recessit.' Et l. VIII. in historia Manlii filium necantis: 'Itaque velut emerso ab admiratione animo cum silentio defixi stetissent.' Est hoc, quod in amoribus Lucian. *κάτω κεκυφώς.* De Scipione magno Principe Silius l. XV. 'Has lauri residens juvenis viridante sub umbra Ædibus extremis volvebat pectore curas.' Sic magnos Principes Æneam et Achaten cogitabundos infert Maro l. VIII. 'defixique ora tenebant Æneasque Anchisiades et fidus Achates.' Et Adrastum Stat. l. I. 'stupet omine tanto Defixus senior.' Ac Philippum regem Macedonum Libanius Declam. XV. *ἀλλ' ἐνεθυμήθη πρὸς αὐτόν*: *cogitabat secum.* Cerda.

250 *Obtutu tenet ora*] Ordo est: Latinus defixa tenet ora: et *obtutu*, id est, intuitu, solo hæret immobilis. *Servius.*

Obtutu] Notetur locus Apul. Flor. l. I. transferentis hanc vocem ad animum: 'Arbitrabatur homines non oculorum, sed mentis acie, et animi obtutu, considerandos.' *Cerda.*

Soloque inmobilis hæret] Philo dixit de homine cogitabundo, *πεπήγασιν αἱ κόραι*, quia videlicet in his hominibus pupillæ immotæ sunt. Describit utique Poëta hic Latinum *ἀτενίζοντα, καὶ μὴ παραβλέποντα.* *Idem.*

251 *Intentos volvens oculos*] Cogitantis est gestus: sic de Boccho Sallustius, 'Vultu et oculis pariter atque animo variis.' *Servius.*

Intentos oculos] Quod est capientis consilium: nam oculi per diversa vagantes, secum animum trahunt, et a fixa cogitatione abstrahunt. Sed si *intentos*, quomodo *volvens?* Quia tacitarum cogitationum est, movere oculos, cum animi æstus per diversa rapiunt: ita quo ierit redieritque animus oculorum signis ostendit. *Donat.*

Regem Picta movet] Quippe regem, et in purpura Iliadum labor. *Servius.*

254 *Volvit*] In codicibus aliquot antiquis, *volvens* legitur: quod usque ad verbum *ait* protraheretur: id vero mihi satis nequaquam facit. *Pierius.*

Volvit sub pectore sortem] Sortem hic usurpavit, ut Græci *κλῆρον*, et *κλήρους*, profato, effato, et responso. Superius siquidem Faunum fatidicum genitorem: et supra, Lycias sortes, 'arcanaque fata:' 'sic fata Deum rex Sortitur:' Eurip. in Phœn. sub persona Tiresiæ ad filiam, *κλήρους τέ μοι φύλασσε παρθένῳ χερὶ, Οὓς ἔλαβον οἰωνίσματ' ὀρνίθων μαθὼν Θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν, οὗ μαντεύομαι.* Et Pind. Pyth. Od. IV. *μάντις ὀρνίχεσσι, καὶ κλάροισι θεοπροπέων ἱεροῖς Μόψος ἄμβασε στρατὸν πρόφρων.* *Germanus.*

255 *Ab sede profectum*] In antiquis omnibus codicibus *ab sede*, in aliis *a sede*, et in aliquot, *provectum*, sed syllaba repugnante, prima enim in *provehor* longa est, 'Provehimur pelago.' *Pierius.*

Profectum] *Profecto*, vel *Provecto* (id est, ratiocinando) legendum censet Scottus observ. poët. II. 49. Sed tota errat via, et Pierii sententiæ subscribendum. *Emmeness.*

256 *Portendi*] Porro tendi, prædici, significari. *Servius.*

Paribus auspiciis] Pari potestate: et tractum est ex comitiis, ut diximus in quarto. *Servius.*

257 *Huic*] In Oblongo codice Vaticanæ bibliothecæ, et in Mediceo, *hinc*, adverbium, scriptum observavi. In reliquis omnibus *huic:* quod apte quadrare videtur, 'Hunc portendi generum, Huic futuram progeniem virtute egregiam.' Sed neque inconcinnum est *hinc* legere. *Pierius.*

258 *Quæ viribus occupet orbem*] Est hoc quod supra: 'quorumque a stirpe nepotes Omnia sub pedibus, qua Sol utrunque recurrens Aspicit Ocea-

gnum, vertique regique videbunt.' Cerda.

259 *Tandem*] Post diuturnam cogitationem. *Donatus.*

Lætus] Quia repererat felices exitus. *Idem.*

Ait] Si cum oratione Ilionei conferas quæ Latinus respondit, brevissime respondet: et brevius adhuc, si cogites negotii gravitatem de deligendo successore, et nuptiis natæ. Quibus rebus quid gravius? Itaque hic quadrant verba Sidonii I. l. de Theodorico: 'intromissis gentium Legationibus, audit plurima, pauca respondet.' Pari Regiæ majestatis decoro in I. post multa ejusdem Ilionei verba, 'Tum breviter Dido vultum demissa profatur.' *Cerda.*

Di nostra incepta secundent] Secundum priscam consuetudinem locuturus de publica utilitate, id est, pace, et de regiis nuptiis, facit ante Deorum commemorationem, sicut in Catonis orationibus legimus. Hinc est in divinatione Ciceronis, 'Si quid ex aliqua vetere oratione, Jovem ego optimum et maximum.' Ipse etiam Virgilius alibi, 'Præfatus divos solio rex infit ab alto.' *Servius.*

Nostra incepta] Quod magnopere desideramus, compleri optamus: hoc optatum pertinet ad nuptias filiæ, de quibus diutius cogitaverat. *Donatus.*

Di nostra incepta secundent] Istiusmodi formulas collegit diligenter Brisson. de form. l. I. Hoc eodem verbo noster utitur Ge. IV. 397. 'Expediat morbi caussam, eventusque secundet.' et Æn. III. 36. 'rite secundarent visus,' &c. id est, prosperarent, ut Non. Marc. l. II. qui hoc etiam exemplum habet Propertii l. III. 'Jam liquidum nautis aura secundet iter.' *Emmeness.*

260 *Augurium*] Propter ea quæ dicta sunt supra. *Servius.*

Trojane] Nam nomen Ilionei ignorabat. *Donatus.*

Quod optas] Id est, pax. *Servius.*

Quod optas] Brevis, sed plenissima promissio. *Donatus.*

261 *Nec sperno*] Quia dixerat, 'fortunæ parva prioris Munera.' Et est Liptotes: id est, libenter accipio. *Servius.*

Munera nec sperno] Hinc Ovid. in epist. Helenæ ad Paridem: 'Aut ego te potius, quam tua dona sequor. Atque ea non sperno.' *Cerda.*

Non vobis rege Latino] Par illud Ge. IV. ubi Aristæus ad matrem, 'te matre relinquo,' videlicet honorem mortalis vitæ. *Idem.*

262 *Uber agri*] Ubertas. Alibi, 'Pecorique et vitibus almis Aptius uber erit.' Et est major petitione promissio. Nam illi tantum litus petierant. *Servius.*

Uber agri] Pro, ubertas agri. Ita loquutus Symmach. ep. I. 7. 'His quippe mensibus Campania nitet agri ubere, et arbusti honore.' Noster alibi: 'et fertilis ubere campus,' id est, fœcunditate. *Cerda.*

264 *Sociusve*] In Romano codice, et aliquot aliis antiquis, *sociusve* legitur: quod magis placet, quam *sociusque*. Pierius.

266 *Pacis erit*] Fœderis: ab eo quod sequitur, id quod præcedit. *Ser.*

Tyranni] Græce dixit, id est, regis. Nam apud eos tyranni et regis nulla discretio est: licet apud nos incubator imperii, *tyrannus* dicatur. Sane apud Græcos *hic* et *hæc tyrannus* declinatur. *Idem.*

Tyranni] Hoc nomen posterioribus sæculis infamatum est: nam reges quoque *tyranni* dicebantur. *Donatus.*

Tyranni] Aristophan. in nubibus Jovem vocat θεῶν τύραννον: et in Plut. δίὸς τυραννίδα. Et Isocrat. in laudatione Helenæ, de Theseo dixit τυραννεῖν, et τυραννῶν: quem justissime et præclare ibidem regnasse prædicat, νομίμως καὶ καλῶς. Et in Euagor. τυραννίδα accipit simpliciter pro *regno*. Ait enim τυραννίδα esse καὶ τῶν θείων ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων μέ-

γιστον, καὶ σεμνότατον. Huc pertinent verba Probi in Miltiade: 'Tyrannusque fuerat appellatus, sed justus. Non enim erat vi consequutus, sed suorum voluntate, eamque potestatem bonitate retinuerat. Omnes autem et habentur et dicuntur Tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea civitate, quæ libera fuit.' Plutar. in Dione proverbialiter dixit, ἦν δὲ οὐσία μεγάλη τῷ Δίωνι, καὶ σχεδόν τι τυραννικὴ πομπὴ, καὶ κατασκευὴ περὶ τὴν δίαιταν: *Ingentes erant Dioni facultates, tyrannicusque prope domi splendor et instrumentum*, id est, Regius splendor. Dio enim non Tyrannus, imo eversor Tyrannidis in Sicilia. Ex hac itaque antiquorum significatione, et hic Virgilius Æneam *Tyrannum* vocat; ut postea Latinum ipsum; nam Furia 'Laurentis tecta Tyranni Celsa petit.' Et Valer. Flac in Arg. 'Nunc precor ad vestri, quicunque est, ora Tyranni,' id est, Regis: et Seneca in Œt. de Hercule moriente: 'Quis sic triumphans lætus in curru stetit Victor? quis illo gentibus vultu dedit Leges Tyrannus? quanta pax obitus tulit?' Postea detorta est vox ad eum, qui enormiter et injuste dominatur. *Cerda.*

268 *Est mihi nata*] Male multi arguunt Virgilium, quod Latinum induxit ultro filiam pollicentem. Nec oraculum considerantes, quia Italo dari non poterat; nec Æneæ meritum, quem decebat rogari. Nam antiquis mos fuit meliores generos rogare. Sic Terentius, 'Hac fama impulsus Chremes, Ultro ad me venit, unicam gnatam suam' Cum dote summa filio uxorem ut daret. Hesiodus etiam περὶ γυναικῶν, inducit multas Heroidas optasse nuptias virorum fortium. *Servius.*

Est mihi nata] Verecunda oblatio, et adversus omnem exprobrationem munita: ne forte illud dici posset Terentian. 'Aliquid monstri alunt, et quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me.' *Donatus.*

Est mihi nata] Sic et Alcinous Nausicaam filiam Ulyssi offert. Od. H. Παῖδά τ' ἐμὴν ἐχέμεν, καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι. *Germanus.*

269 *Sortes*] Modo abusive pro oraculis posuit. Nam non proprie dicuntur, *sortes*; hic autem a Fauno oraculum, non *sortes*, acceperat. *Servius.*

Sortes] Cicero loquens de obscuritate oraculorum de Divinat. II. 56. 'Sors ipsa ad sortes referenda:' et paulo post, 'Sors illa edita opulentissimo regi Asiæ,' id est, oraculum. *Emmeness.*

Plurima cælo Monstra sinunt] Aut per augmentum dixit: aut et alia visa intelligamus. Nam duo, plurima non sunt. *Servius.*

270 *Generos externis adfore ab oris*] Signate, ut supra, *externa a sede*. Quasi communiat Latinus id, quod objici poterat, videlicet Æneam non esse externum, quia a Dardano Italo. Ait itaque Latinus, considerandam non tam generis, quam loci disjunctionem: ita ille oraculum interpretans, quo fuerat pronunciatum, 'Externi venient generi.' Ideo itaque, *ab oris, ab sede*. Ceterum, ex perlustrato hoc loco Adrastus apud Stat. Theb. II. 'Sed mihi nec Sparta genitos, nec ab Elide missos Jungere fas generos.' *Cerda.*

271 *Hoc Latio restare canunt*] Hoc Italiam manere significant. Nam sic dicimus, 'hoc mihi restat:' id est, manet me illa res. *Servius.*

272 *Poscere fata*] Stephanus in lect. Virg. in non nullis codicibus legi *pascere* testatur. Sed non placet. *Emmeness.*

273 *Mens augurat*] *Auguro* dicimus, secundum Plinium, cum presagio mentis futura colligimus: *Auguror*, vero tunc, cum futura veris captamus auguriis. *Servius.*

Augurat] Dici *auguro*, probat Nonius testimoniis Actii, Ennii, Pacuvii, Tullii, Virgilii. Lege illum. Cum sententia Latini optantis aptari Æ-

am fata, affine illud Sallust.
i Marius haruspicis dicta
tendere videt, quo cupido
abatur.' *Cerda.*
d laudem Æneæ. *Donatus.*
mero omni] Utrum equo-
ro, an legatorum? Sed si
recentis dixit, perite locu-
iam in legione non nisi tre-
tes erant, quæ tamen legio
sex millia virorum. Per
endit unam habuisse legi-
inum. Item alio loco, 'Ter-
utati omnes, Volscente ma-
Servius.
bant terc.] Notes hic stu-
rum in alendis equis: Ge.
it equos.' Hic adjungo La-
n in Empedocle, οἰκίαι ἱπποτρόφοι λαμπραὶ ἦσαν: *Familiæ, quæ*
ant, illustres erant. Sparti-
i principes viri equilia se-
cebant, unde equos anti-
enerosæ notæ ac nominis,
cum et ad bella haberent.'

Hanc vocem dicit de pin-
Ge. I. 'interque nitentia
n Æn. VI. 'nitentes equos'
rda.
epibus altis] Multa non prop-
ed propter aliud dicuntur.
præsepia alta, equorum mag-
onstratur. Homerus βαθύ-
λέας, id est, longas vestes ha-
rvius.
ibus] Hæc Homer. Il. VIII.
ras a verbo κάπτειν, quod
; itaque κάπαι sunt præsepia,
jumenta edunt. Sic βου-
um præsepia. Inde est ut
, *cauponor*, et καπηλεῖον *cau-*
dicantur a vino, quod male
putant, sed a cibo. *Cerda.*
rdine] Pro merito singulo-
rvius.
stratos ostro] Stratis purpu-
tos. *Donatus.*
os] Non placet quod in ple-
gitur exemplaribus, *instruc-*
tos, quum *equos insterni* dicatur, et
stragula quæ dorso insternuntur.
Pierius.

Instratos] Putat Brisson. l. III. de Regno Persico, dictum hoc a Virgilio exemplo Persarum. Nam horum vectatio, quæ prius acris tota et militaris, versa est in luxum ac mollitiem. Neque enim tam ornatus gratia, quam ut molliter insiderent, minusque succuterentur, equos stragulis insternere apud eos invaluit. Sic ferme ille. Sed potius credo adumbratum a Romano Poëta morem Romanorum, quibus in bello usus fuit stramentorum. Silius l. V. de equo Flaminii Consulis, 'Stat sonipes, vexatque ferox humentia fræna, Caucasiam instratus virgato corpore tigrim.' Frontinus II. 4. in quodam stratagemate: 'Agasones lixasque armatos simul ire jussit, jumentorumque magnam partem instratorum centunculis, ut per hoc equitatus species objiceretur.' Dixit vero *instratos*, ut intelligas clitellas ex purpura, aut talia hujusmodi; nam apud antiquos Romanos sellarum usus in equis non fuit. *Cerda.*

Ostro] Ex decoro Regiæ majestatis. Sic equus Didonis in Æn. IV. 'ostroque insignis et auro.' In Ovid. Metam. VI. leges, 'Conscendunt in equos, Tyrioque rubentia succo Terga premunt.' De equo Honorii Claudian. Paneg. 4. 'Ipse labor, pulvisque decet, confusaque motu Cæsaries. Vestis radiato murice Solem Combibit, ingesto crispatur purpura vento.' Silius de equo, 'Illum Sidonio fulgentem ardore tapeta.' Livius l. XXIV. 'Cum tibi viro liceat purpura in veste stragulata uti, matrem familias tuam purpureum amiculum habere non sines; et equus tuus pretiosius instratus erit, quam uxor vestita.' Ita legit Lipsius, non, *lectus tuus.* Idem.

Alipedes] Putat Ursinus ductum epithetum a Lucret. qui l. VI. 'Nari-

bus alipedes ut cervi sæpe putantur.' *Idem.*

Tapetis] Tertio declinatur hoc nomen, *tapetum tapeti*: ut *templum templi.* Unde est *his tapetis*, hoc loco. Item, *hoc tapete, hujus tapetis*, ut *sedile, sedilis.* Unde est, 'Qui forte tapetibus altis Extructus.' Declinatur et Græce ὁ τάπης, τάπητος. Unde est, *Pulchrosque tapetas*, τοὺς τάπητας. *Servius.*

Pictisque tapetis] Pari ambitione Ovid. Met. VIII. 'Purpureusque albi stratis insignia pictis Terga premebat equi, spumantiaque ora regebat.' *Cerda.*

278 *Demissa monilia pendent*] Suspendenda pronuntiatio est: et ambitus major est. Nam *monilia* non nisi hominum dicimus: quæ nunc ad laudem pro phaleris posuit. *Servius.*

Monilia] Ornati in formam mulierum: mirum autem benevolentiæ in Trojanos signum. Nam qui pedites venerant, non debebant ad futurum generum nisi equites redire. Æneæ vero mittit bigas, honoris virtutisque causa. *Honoris*, ut curru vectus, ad socerum cum dignitate veniret. *Virtutis*, quia currus et equi instrumenta bellorum sunt: et ne ad generum potentissimus rex leve donum mittere videretur, equos mirifice laudat. *Donatus.*

Monilia] Quidam phaleras intelligunt, quidam δεῤῥιστῆρας, sive περιδέραιον ἵππου, ex Hesych. intelligunt. Vide P. Victor. XXXIII. 12. *Taubmannus.*

279 *Tecti auro*] Aureis stragulis. De hac autem jucunda simplicitate, qua auctor τὸ aurum toties repetit, videatur Scal. IV. 29. *Idem.*

Tecti auro, &c.] De aureis equorum ornamentis Schefferus de re veh. I. 16. *Emmeness.*

281 *Spirantis naribus ignem*] Hanc esse notam generosi equi multis aperui ad illud, Ge. III. 'Collectumque premens volvit sub naribus ignem,' Sed Poëta hic signatius, quam ibi; nam cum respectu ad fabulam; equos enim Solis spirare ignem par erat. Ita enim Ovidius, atque Eurip. de equis ejusdem Solis. Ille Metam. l. II. 'Nec ibi quadrupedes animosos ignibus illis, Quos in pectore habent, quos ore et naribus efflant, In promptu regere est.' Hic in Phœniss. Ἥλιε θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα: *Sol volvens flamma celeribus equis.* Versus ipse sumptus ex Lucret. qui l. V. 'Et Diomedis equi spirantes naribus ignem.' *Cerda.*

Spirantis naribus ignem] Tiberii equum narrat historia ἐκ στόματος σπινθηροβολῆσαι. *Taubmann.*

282 *Patri quos dædala Circe*] Ingeniosa: et hoc fingit eam fecisse. Tractum autem est de Homero, qui tales equos habuisse inducit Anchisen. Et bene est compositum ad illud, quod supra ait, 'Trojæve opulentia deerit:' ut Trojanis nihil de prisca rerum copia abesse videretur. *Gentem* autem abusive dixit de equis, cum *gens* hominum sit. *Servius.*

Dædala] Vivacissimo ingenio, ut Dædalus fuit. *Donatus.*

Dædala Circe] Id est, ingeniosa: vel a δαιδάλλειν, id est, artificiose facere, aut variegare, vel ab ingenioso illo Cretensium fabro *Dædalo.* Ita Lucret. dicitur *Dædala tellus*, a varietate illa rerum; et *Dædala Minerva*, a varietate artificiorum, Ennio: eidemque Lucret. 'Dædala verborum lingua:' et, 'Dædala signa polire:' item 'Dædala carmina,' &c. Quoniam autem supra fidem et naturam est, equos hosce de genere Solis esse, ideo prudenter Deæ facinus hoc attribuitur. Vide Scal. III. 3. et 4. ubi locum hunc a reprehensione Criticorum vindicat. Quippe eadem ratione potuit Circe suffurari semen equorum, qua Solis esse filia. *Taubmann.*

283 *Nothos*] Materno ignobiles genere. Est autem hoc nomen Græcum:

nitate deficit. *Servius.*

de matre nothos] Matrem tam dixit nove, cum sub- is dicamus τὰ νόθα καὶ ὑπο- φη, καὶ ὑποβληθέντα, καὶ *Germanus.*

Vide Not. Æn. vi. 24.

de matre nothos furata cre- nc locum vide Macr. vi. us.

s dictisque Latini] Equis: ptiarumque promissione.

ropter equos. *Donatus.* am pacem reportant. *Id.* *mes in equis*] Lucret. l. ii. 'Sublimem in curru bi- e leones.' *Germanus.*

iis sese referebat ab Argis] *iis.* Non enim una est t enim et in Italia, quam ondidit: quæ primo Argi, ppa, post Arpi dicta est. hessalia. Lucanus, 'Ubi dam, Nunc super Argos et haud longe ab Athenis, Argos Dipsion dictum est: magna erat societas inter puteo utebantur. Unde dixerunt ἀπὸ τοῦ φρέατος, vocamus. Et notandum, mus sequitur eventus Tro- removetur: et congrue, a inimicum, quod præsens re. *Servius.*

ysque invecta tenebat] Per suum ibat. *Idem.*

exit] Non dubium, quin unonem ὑποβλέψασαν δει- ίδες: est enim ὑποβλέπειν, *hostiliter, ac torve intueri.* nilis fictio est apud Non- t. ubi Juno videns Indos cho gerentes, omnia tur- s animis impetum immit- xi. Luna ex aëre intue- invidia Ampelum exul- milis apud Statium Theb. Bacchus videns exercitum appropinquantem Thebas, altricem domum, ingemit, et conatur omnia disturbare. *Cerda.*

Ab usque] *Ab usque* et *ad usque* usurpative dicimus. Præpositio enim nec adverbio jungitur, nec præpositioni. *Usque* antem, aut præpositio est, aut adverbium. *Servius.*

Ab usque] Nota, præpositionem etiam jungi præpositioni, ut et adverbio; contra Servium. Sic *Inante,* apud Propert. ii. 2. *Deprocul,* apud Plaut. Persa iv. 2. ut *desub* apud Florum: ita passim, *desubito, derepente, abusque:* ita *subposteaquam,* apud Cic. teste Fabricio. *Taubmann.*

Ab usque] Vide Hadrian. Card. de serm. Latino. *Emmeness.*

Moliri] Pro *ædifico* frequens in hoc vate. Sic supra; 'molirique aggere tecta.' In i. 'molirique arcem.' In iii. 'classem molimur.' In hoc lib. 'moliturque locum,' id est, ædificat et construit locum. Verum est addi vim. *Cerda.*

290 *Jam fidere terræ*] Per dativum jungendum, aliter non procedit. Ut, 'fidere nocti.' *Servius.*

Fidere] Antiqui plerique codices, *sidere terræ* legunt, ut eo significato *considere* sæpe dictum: quod enim proxime futurum videbatur, jam actu esse sibi proponit: ideoque etiam illud eodem modo dictum, 'Moliri jam tecta videt.' Priscianus tamen *fidere terræ* agnoscit: perinde ac illud etiam, 'fidere nocti.' *Pierius.*

291 *Stetit*] Quod solet esse cogitantum, id est, stare. *Servius.*

Stetit acri fixa dolore] Tale quid Apollon. ἐπεὶ χόλος αἰνὸς ὄρωρε Κύπριδος. *Germanus.*

Stetit] Non sponte, sed invidia et dolore fixa. Mores fæminarum examinat Scal. iii. 13. *Taubmann.*

292 *Quassans caput*] Lucret. l. ii. 'Jamque caput quassans grandis suspirat arator.' Et Virg. l. xii. 'Ille caput quassans, Non me tua fervida terrent,' &c. *Germanus.*

293 *Heu stirpem*] Oratio pathetica: cujus initium ab ecphonesi abruptum est: neque etiam convenit indignantes leniter incipere: tota enim stricta sententiarum brevitate, crebrisque figurarum mutationibus, velut inter æstus iracundiæ, fluctuat. Videatur Macrob. IV. 2. *Taubmann.*

Fatis] Voluntatibus. *Servius.*

Fatis contraria] Qui contrariis fatis nascuntur, immortales inter se inimicitias exercent: confirmat etiam Deos fatis agi: dolet igitur Juno, quod debuissent timere fata sua Trojani, et non timuerint: dolet quod superiores semper evaserint; et quicquid excogitare potuerit, vicerent. *Donatus.*

295 *Capti potuere capti*] Cum felle dictum est. Nam si hoc removeas, erit oxymorum. Dicit autem omnia, quæ contigerunt, non videri contigisse, quia non obfuerunt. *Capti* autem *capi* sic dixit, ut Cicero, 'Ut in uberrima Siciliæ parte, Siciliam quæreremus.' *Servius.*

Num capti potuere capi] Sic pari ὀξυμώρῳ lusit Lucret. l. I. 'Ut puerorum ætas improvida ludificetur Labrorum tenus, interea perpotet amarum Absynthi laticem, deceptaque non capiatur.' Et Eurip. in Alcest. eadem figura: κόμιζε πρὸς θεῶν ἀπ' ὀμμάτων Γυναῖκα τήνδε, μή μ' ἕλῃς ᾑρημένον· et Catull. 'Nequicquam tacitum cubile clamat:' Cic. in Verrem, 'Si tacent, satis dicunt.' *Germanus.*

Num capti] Sic Petron. de Equo Troj. 'Ibat juventus capta, dum Trojam capit:' ita Manil. l. IV. 'Captus et captis Orbis foret.' V. N. Æn. XI. sequiturque sequentem.' *Taubmann.*

Num capti, &c.] Desumptum hunc locum ex Ennio Ann. X. testatur Robert. Tit. loc. Controv. VIII. 21. qui similes ex veteribus locutiones congessit, et præ cæteris Rittershusium ad Oppian. I. 260. κυνηγ. παλιγγενεσίαν, vel fortunam Trojæ ægre quamquam tulit Juno, renascebatur tamen ex Trojæ cineribus Roma. Vide Ovid. Fast. I. 523. 'Victa tamen vinces, eversaque Troja resurges,' &c. Quo genere usurpetur *Stirps*, docet Charisius inst. Gramm. l. I. *Emmeness.*

296 *Medias acies*] Per gladios et per ignes non extremos, sed medios, quibus nulla possunt esse graviora pericula. *Donatus.*

297 *At (credo) mea numina tandem*] Nec fatigata destiti, nec satiata requievi. *Servius.*

At (credo) mea numina] Nec fessa sum odiis, nec quievi saturata. *Don.*

At (credo)] Ironice. 'Ἀλλ' οἶμαι, Demosth. qua significatione *puto* est apud Poëtas. Fabric. rectius legi censet: 'an, credo, mea numina tandem Fessa jacent, odiis aut exsaturata quievi.' Dicit enim se nec fatigatam destitisse, nec satiatam quievisse. *An, credo,* in Ironiis vim habet. *Taubmann.*

At (credo), &c.] Sic auctoritate se destitutam quæritur Æn. I. 41. *Emmeness.*

298 *Exsaturata*] In Oblongo illo pervetusto Vaticanæ bibliothecæ codice *exatiata* legitur, præter differentiam, quam Cornelius Fronto ponit, ut *Satiatus* ventris, *Saturatus* animi sit. Contra quem Fl. Sosipater ita: 'Saturitas in cibo tantum dicitur; in cæteris vero, satietas.' Sed Virgilius, 'Odiis haud exsaturata quievi,' dixit, superstitiosa nimirum utriusque observatione, quum et *saturo* et *satio*, *saturitas* et *satietas*, ad omnes sensus pertinere M. Tullii, Sallustii, Columellæ, et aliorum auctorum testimoniis comprobetur; quæ ideo non apposui, quod ea omnibus in promptu esse satis sciebam. *Pierius.*

299 *Patria excussos*] Satis signate locutus est. *Servius.*

Excussos] Non dixit, *Exactos*, ut Cicero et Livius: sed *excussos*; in quo mira vis. Ita Æn. V. 'excussaque pec-

no est.' Æn. IX. 'Excutiat s vallo.' Scal. IV. 16. *Taub-*

Obponere] In antiquis aliquot us, *exponere* habetur, quasi oque Juno sese periculis obje- Sed *obponere*, quod in pluribus , omnino melius, et conatum s Trojanos ingentem ostendit.

bponere ponto] Plus est, quam ret tempestates. *Me* autem ysiologiam imbres, tonitrua, tates. *Servius.*

Absumtæ in Teucros vires] Pro- Dixerat, et pharetræ pondus psit in arcus:' et Catul. 'An- assiduos absumens lumina fle- lic Græci ἀναλίσκειν εἰς. Plu- in lib. πότερον ἀθηναῖοι· πλέον ν φανεῖται ὁ δῆμος εἰς βάκχας ἴσας, καὶ οἰδίποδας, καὶ ἀντιγό- :. et eodem: ὡς ἁμαρτάνουσι ἀθηναῖοι τὴν σπουδὴν εἰς τὴν παι- αναλίσκοντες, τουτέστι στρατευ- ἐφόδια καταχορηγοῦντες εἰς τὸ Et Poëta Græcus queritur arcum pharetramque Amoris am et consumptam, εἰς ἑαυτὸν ν ἀνηλωμένην ἔρωτος. *Germ.*

Aut Scylla mihi] Bene *mihi*: liceret, Etiam quæ per suam a solent nocere, me rogante, uerunt obesse Trojanis. *Serv.*

s] Sunt quidem antiqui codi- quibus *dira Charybdis* habea- ed *vasta* longe decentius dic- que ex Synepeia Catulli, 'Quæ quæ Scylla mihi, quæ vasta dis.' *Pierius.*

Conduntur Thybridis alveo] *Con-* rie dicuntur, qui sibi statuunt m. *Conduntur* ergo, sedem n locant. Sallustius, 'Parte r orbis terrarum.' Et sunt verba, quæ nulla ratione mu- nam ut 'sacerdotes creari,' es capi' dicimus. *Servius.*

ridis alveo] Non *undis*, sed *al-* ndum hic, disces ex Nobiliss. Heinsio ad Ovid. Metam. v. 624. et Pontano ad Macrobium Saturn. III. 1. *Emmeness.*

304 *Securi*] Emphasis non vulgaris: nam hæc securitas pro contemptu est: ut Æn. I. 'securus amorum germanæ,' id est, contemnens. Ovid. ad suum librum Trist. I. 'Denique securus famæ liber ire memento.' Quasi suus liber sit projecti jam pudoris, et profligatæ verecundiæ. *Cerda.*

Pelagi] Propter illud, 'Sed terra graviora manent.' *Servius.*

Securi pelagi] Musæus Leandrum ἀφειδήσαντα θαλάσσης. *Germanus.*

Securi pelagi] Ita Æn. I. et X. 'securus amorum,' id est, contemptor; secretus ab amorum cura et metu. Scalig. IV. 16. *Taubmann.*

Mars perdere gentem] Bene belli et vastationis quærit exempla in rebus hujusmodi: sicut in primo, naufragii. Pirithous Lapitharum rex cum uxorem deduceret, vicinos populos Centauros, etiam sibi cognatos, et Deos omnes, excepto Marte, ad convivium convocavit. Unde iratum numen immisit furorem, quo Centauri et Lapithæ in bella venerunt. *Servius.*

Mars perdere gentem] Ab exemplis iras suas accendit, et ostendit minores Deos ad plenum se defendisse. Comparat causas, delicta, et personas. *Donatus.*

Mars perdere gentem] Ut πάθος augeatur, jungitur argumentum a minore. Pirithous Ixionis F. Lapitharum rex nuptias celebrans, vicinos Centauros et omnes Deos, prætei Martem, invocat, qui iratus Furorem immisit, qui Centauros cum Lapithis committeret. Ovid. Met. XII. 5. obiter. *Taubmann.*

305 *Lapithum*] An voces συγκοπεῖσαι, concisæ seu contractæ, accentu insigniendæ sint, disputat in Orthograph. Dausq. c. 9. *Emmeness.*

Concessit] Ideo dixit, ut ostenderet minora numina, nisi impetraverint, nocere non posse. Statius de Ve-

nere, 'Infandum natæ concessit honorem.' *Servius.*

Concessit] Nota, minora numina, nisi impetraverint, nocere nemini posse. Sensus est: Jupiter concessit Dianæ suas iras in Calydonem effundere: vel; ita ulcisci Calydonem, ut iræ suæ satisfaceret. Est autem Calydon civitas Ætoliæ, regia Œnei, qui, cum omnibus Diis, excepta Diana, de primitiis sacrificasset, irata Dea aprum immisit omnia vastantem, qui tandem a Meleagro interfectus est. Hanc Fab. describit Hom. Il. I. et Ovid. Met. VIII. 5. *Taubmann.*

306 *Antiquam genitor Calydona Dianæ*] Œneus Calydonis rex de primitiis omnibus numinibus sacrificavit, excepta Diana: quæ irata aprum immisit: qui cuncta vastabat, donec a Meleagro occideretur. *Servius.*

Calydona Dianæ] Vide fabulam apri Calydonii Iliad. l. I. *Germanus.*

307 *Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente*] Hæc est vera lectio: sic et sensus procedit, ut uterque ablativus sit. Nam si *Calydona* legas, vitium erit, nec sensus procedet. *Scelus* autem pro *pœna* posuit: ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Ut, 'et scelus expendisse merentem.' *Servius.*

Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente] Priscianus, ubi non semper copulativas eosdem casus sibi adjungere disserit, testimonium hinc citat: ubi scriptum agnoscat, 'Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydona merentem:' pro 'quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente.' Utrumque tamen melius, accusativo vel ablativo casu quibusdam in codicibus inveniri, ut sit *concessit* verbum. Cui subjiciatur per repetitionem, 'Quod scelus, aut Lapithas tantum, aut Calydona merentem:' vel in modo consequentiæ (ut jam passim legitur) 'Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente.' *Pierius.*

Quod scelus, &c.] Id est, quam sceleris pœnam? ita Æn. II. 'scelus expendisse merentem.' Ut igitur iras suas accendat Juno, non solum personas, sed et causas sive delicta componit. *Taubmann.*

308 *Ast ego*] Designat stomachum hæc particula: sic I. 50. 'Ast ego, quæ divum,' &c. Ovid. Epist. Heroidum XII. 'At tibi Colchorum,' &c. ad quem locum consulendus Nobiliss. Heinsius: idem docet Macrobius Saturn. IV. 2. *Emmeness.*

309 *Quæ potui infelix*] Id est, nocens, irata: ut contra, *Sis felix*, id est, propitia: sicut diximus supra. *Servius.*

Potui] Non placet Canterus II. 2. qui locum hunc et alia quæpiam tam Virgilii quam aliorum explicat, verbi hujus vi adempta, ita ut 'Antenor potuit penetrare,' sic tantum, Antenor penetravit: et hic, 'nil linquere inausum quæ potui,' sit, nihil reliqui inausum. Loca alia vide in eo. Imo vis tota orationis posita in expresso verbo: ibi enim dolet Venus se non posse quod mortalis Antenor: hic dolet Juno potentiam suam rejecisse in nihilum. *Cerda.*

Nil linquere potui] Pro, nihil inausum reliqui. Elegans verbi *Possum* usus: de quo plurima G. Canterus Nov. Lect. II. 2. *Taubmann.*

Linquere potui] Pro nihil inausum reliqui: de hac locutione vide Torrent. ad Horat. Od. III. 3. 'possit dare jura,' pro 'jura det:' sic noster Æn. XII. 'quam propter tantos potui perferre labores:' ut monet Sciopp. verisim. II. 20. *Emmeness.*

Memet] Multum efficax, ait Scal. ita Catullus: 'Conjugis infido consoler memet amore.' *Cerda.*

In omnia verti] Sic in XII. 'Verte omnes tete in facies.' Quis scit, an utroque in loco alluserit Poëta ad naturam Dei Vertumni, qui 'formas Deus aptus in omnes?' ait Ovid. Metamorph. XIV. Vel alludit ad vete-

miam ἄπαντα δρᾷν, omnia fa-
rrito conatu. Sen. epist.
d formam colis? cum om-
s, a multis animalibus vin-
Martial. Epig. II. 14. 'Om-
fecit, sed renuente Deo.'

cor ab Ænea] Nomen pro-
convitio posuit: quasi di-
so, eodemque vitiosissimo.

b Ænea] Alibi Maro: 'mor-
ab hoste:' ut Poëta Græco
ai, ὑπὸ θνητοῦ λείπομαι ἀθά-
manus.

b Ænea] Ita in Græco Epi-
ai, ὑπὸ θνητοῦ λείπομαι ἀθά-
a Juno eadem apud Sen. in
De me triumphas:' loqui-
cule. Est enim hoc into-
it et illud nostri alibi:
incor ab hoste.' Tolerabi-
a Diis: sic Neptunus apud
non erubescit fateri se
Junone et Pallade. Ora-
ipsa tota est ad αὔξησιν, et
um, neque enim Juno victa
sed a fatis, quæ inviolabi-
icat hoc ipsa in I. 'mene
sistere victam, Nec posse
ucrorum avertere regem?
tor fatis.' Huc trahendum
em lib. 'Ilium in Italiam
ictosque Penates.' Victi
itur non tam relatione ad
iam ad fata, quæ jubebant
nigrare. Cerda.

ovare quod usquam est] Ac
etiam humilia. Quod au-
ibique alieno uti introduci-
, physicum est. Natura
per se nihil facit, nisi alie-
ctione, ventorum scilicet,
nubes et pluvias. Servius.

tere si nequeo superos, &c.]
huic versui, ac trito pro-
mnem lapidem movere.'
forma concepit Plutarch.
ἀκίνητα κινεῖν, movere im-
; in vita Dionis, πᾶσαν μη-
χανὴν αἴρων, movens omnem machinam.
Alia Oppian. Cyn. l. I. ἐρευνᾷ πάντα
λίθον, &c. Perscrutatur omnem lapidem.
Ab Virgiliana Junone:—Junonis ejus-
dem minæ apud Senecam in Furent.
contra Herculem: 'Educam, et imo
Ditis e regno extraham Quidquid
relictum est.' Et Valer. Arg. l. III.
ubi Juno eadem, et contra eundem
Herculem: 'Furias, Ditemque mo-
vebo.' Plutonis apud Claudian. Rapt.
l. I. 'patefacta cibo Tartara, Saturni
veteres laxabo catenas.' Et Magæ
apud Lucanum l. VI. 'tibi pessime
mundi Arbiter immittam ruptis Tita-
na cavernis, Et subito feriere die.'
Et Statii Silv. III. 'Asperaque invitæ
perfringam viscera terræ.' Verbum
movebo dat idem Junoni Valer. Flac.
Arg. l. V. in re simili: 'Verum alios
tunc ipsa dolos, alia orsa movebo.'
Et Manilius lib. I. 'imumque Ache-
ronta movere.' Cerda.

Flectere si nequeo superos, &c.] Hanc orationem vultu valde irato pronuntiavit Juno, juxta præceptum Horat. de art. Poët. vs. 106. 'tristia mœstum Vultum verba decent, iratum, plena minarum.' *Emmeness.*

313 *Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis*] In Mediceo codice ita legitur, 'Non dabitur (esto) regnis prohibere Latinis:' forte mutatum ab iis, qui Tritemimerim brevem aufugiebant. *Pierius.*

315 *Atque moras tantis licet addere rebus*] Ostendit Deos retardare posse fata; non penitus tollere. Ut, 'decemque alios Priamum superesse per annos.' Quæ autem dicit, etiam a Creusa dicta sunt, ut, 'regnumque et regia conjux Parta tibi.' *Servius.*

At trahere, atque moras, &c.] Nimirum et Eurip. in Herc. ἐν ταῖς ἀναβολαῖς τῶν κακῶν ἔνεστιν ἄκη. Tota autem hujus loci œconomia et commentum, de Junone Argis redeunte, constat Homeri imitatione 'Οδ. Ε. Neptunum ab Æthiopia revertentem inducentis, et protinus Ulyssis sche-

diam immissa tempestate conquassantem, eo loco cui initium est: Τῶν δ' ἐξ αἰθιόπων ἀνιὼν κρείων ἐνοσίχθων. Ut autem hic, 'At trahere, atque moras:' &c. Neptunus ea iracundia secum ratiocinatur, ut, quamvis Ulysses jam Phæacum terræ propinquaverit, et pene applicuerit, ubi naufrago tutum etiam receptum fata dederint, nihilominus illi facessere negotium constituat: his: Καὶ δὴ φαιήκων γαίης σχεδὸν, ἔνθα οἱ αἶσα Ἐκφυγέειν μέγα πεῖρας ὀϊζύος ἥ μιν ἱκάνει· Ἀλλ' ἔτι μέν μιν φημὶ ἅδην ἐλάαν κακότητος. Atque ut hic paulo ante: 'stetit acri fixa dolore, Tum quassans caput:' Hom. prius: ὅδ' ἐχώσατο κηρόθι μᾶλλον· Κινήσας δὲ κάρη προτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν. *Germanus.*

316 *At licet amborum*] Magnum factiosæ inimicitiæ consilium, ut dissiparet populos, cum regum concordiam non posset rumpere. Convertitur autem ad virginem, veluti ipsa cum Ænea aliquid egisset. *Donatus.*

Exscindere] In Mediceo codice, *excidere* legitur. Sed *exscindere* plus est. *Pierius.*

317 *Coëant*] Proprie, cum in legibus *coire* dicatur de matrimonio; sic, *matrimonium coire*, et *matrimonio coito*, et talia hujusmodi, quæ suppeditat Brissonius l. III. de verb. significat. Sententiam Silius arripuit ad rem suam l. II. ubi Juno loquens cum Furia: 'Hac mercede Fides constet delapsa per oras.' Volebat scilicet everti consilia Fidei. Ita et Æneid. VIII. 'poscant acies, et fœdera rumpant.' *Cerda.*

Mercede] Eodem plane sensu dixit Cic. Tuscul. III. 'Nam istud nihil dolere non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore.' Quod Achilles Statius translatum ex Crantore jam docuit, qui ante Tullium: τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ· τεθηριῶσθαι γὰρ μὲν σῶμα τοιοῦτον, ἐνταῦθα δὲ ψυχήν. In his locis *merces* sumitur non vere pro mercede, sed pro malo, et nocumento, ut etiam apud Callimach. in hymno Dianæ: Οὐδὲ γὰρ Ἀτρείδης ὀλίγῳ ἐπεκόμπασε μίσθῳ: *Neque enim Atrides parva se mercede jactavit.* Id est, non parvo damno. *Cerda.*

318 *Sanguine Trojano et Rutulo dotabere, virgo*] Ambitiosæ execrationis. *Servius.*

Sanguine Trojano et Rutulo dotabere, virgo] Ita Orph. Arg. de Medea: Ἕδνον ἐνυάλιόν τε, δρακοντείων τ' ἀπ' ὀδόντων. Tale quid apud Eurip. in Ione, φερνάς γε πολέμου, καὶ δορὸς λαβὼν γέρας· et Æsch. in Agam. de Helena: λιποῦσα δ' ἀστοῖσιν ἀσπίστορας κλόνους, Λογχίμους τε καὶ ναυβάτας ὁπλισμούς, Ἄγουσά τ' ἀντίφερνον Ἰλίῳ φθοράν· ubi interpres: ἀντίφερνον, ἤγουν, ἀντὶ προικὸς φθορὰν καὶ ἀπώλειαν κομίσασα. Vocat idem ἑλένην δορίγαμβρον ἀμφινεικῆ. *Pronuba* autem Græcis dicitur προμνήστρια, προμνηστρὶς, νυμφεύτρια, νυμφαγωγός. Ut autem *manet te*, sic Græci μένειν sæpe accusativo jungunt. Eurip. Androm. οὐδὲ τοὺς ἀπόντας ἐκ δόμων Μείναντες· et, ἦλθον δὲ τὰς σὰς οὐ μένων ἐπιστολάς· et passim. *Germanus.*

219 *Bellona te m. pronuba*] Προμνήστρια, νυμφεύτρια. Ita Lucan. l. VIII. Cornelia: 'Bis nocui mundo: me pronuba duxit Erinnys.' *Taubmann.*

Bellona pronuba] Crudelitatis scilicet Dea. Pronubæ dicuntur, quæ sunt in obsequio nubentis. *Donatus.*

Nec face tantum] Tantummodo. *Servius.*

320 *Cisseïs*] Regina Hecuba, secundum Euripidem filia Cissei, quem Ennius, Pacuvius, et Virgilius sequuntur. Secundum Homerum filia Dimantis fuit. Hæc se facem parere in somniis vidit, et Parin creavit, qui causa fuit incendii. Ergo nunc hoc dicit, 'Talis erit Veneri partus suus.' Nam sicut per Parin Troja incensa est, sic per Æneam reliquiæ Trojanorum. Comparatio autem injuriosa. Nam Veneri Hecubam, Parin Æneæ, He-

viniæ comparavit. *Idem.*
] Conjugales, matrimonio
se conceptos. *Idem.*
] Talis, similis. *Idem.*
] Sic et Ciceroni *Juno-*
partus, de Augusto. Græci
et *γόνον*, et *λόχευμα* dicunt.

alter] Victorii face alii
illustrarunt, quos sequor.
tumelia in Æneam, qua vult
similem fore Paridi deli-
lli, libidinoso; ducta ex Eu-
Troadib. ubi Tragicus hæc
Andromachæ ad Hecubam:
ἄλλος τις Αἴας, ὡς ἔοικε, δεύ-
τερος πέφηνε σῆς: *Heu, heu:*
vides, alter Natæ apparuit
contumeliose *Ajax δεύτερος.*
ontumelia Virg. in x. 'mu-
imminet hostis Nascentis
ac non exercitus alter.' Ad-
lli dolore dictum a Philoctete
artificem statuæ suæ esse
Ulyssem. Nam videlicet
fecit, ut æterna esset me-
lorum, quos semel passus est
e. Versus sunt: Ἐχθρὸς
νοὸς πλάστης ἐμὸς, ἄλλος
, Ὃς ἔμνησε κακῆς οὐλομένης
: *Plastes meus supra Græcos*
dicus fuit, vere Ulysses alter,
in memoriam revocavit dirum
tem morbum. Eodem lib.
o est de statua Medeæ:
δεύτερος; *nunquid alter est*
erda.
mestæque iterum recidiva in
tæda] Sic tædæ recidivæ,
una. *Servius.*
] *Recidiva Pergama* quidam
nt, quod bis reciderint: se-
Hercule, et iterum ab Aga-
e: quæ Euripid. in Troadib.
vocarit. Quidam sump-
trantur metaphoram ab ar-
quæ aliis sectis repullulant;
sint *recidiva P.* quæ a reli-
ojanorum renoventur: tan-
φυόμενα, παλιμφυῆ et παλιμ-
πλαστῆ: quæ Serv. Æn. x. 57. *renas-*
centia interpretatur. Sed sic modu-
lus syllabæ τοῦ *cado* reclamaverit:
qua caussa motus videri possit Ascen-
sius, ut *recidiva* exponeret, iterum
casura. Sed tamen doctiores plerique
malunt; 'post ruinam instaurata.'
De quo dictum Æn. iv. 344. Certe
Scalig. ad vers. Propertii iv. 1. 'Di-
cam, Troja, cades: et Troïa Roma
resurges;' notat: Canam, inquit,
fortunam et caducæ et recidivæ
Trojæ. Canam Ἰλίου ἅλωσιν, et adven-
tum Æneæ in Italiam, quæ fuit Τροίας
παλιγγενεσία. Sunt tamen qui *redi-*
viva legant:- pro quibus et Propert.
videtur facere iv. 1. 'Arma resur-
gentis dicam victricia Trojæ.' Certe
redivivum ædificium est, ex vetusto re-
novatum. Est enim verbum tecto-
nicum: unde a veteribus magistris
redivivus vertitur παλίγκτιστος. Ita
Catull. Carm. 17. 'Pontem inre-
divivum' dixit, qui prolapsus denuo
instaurari non posset, auctore Scali-
gero. Sed vide mihi Notas Æn. iv.
ubi accuratiora, et credo etiam veri-
ora, attulimus. *Taubmann.*

323 *Horrenda*] Ex causa magnæ
iracundiæ vehementer commota. De-
scriptio autem Alectus ostendit eam
esse aptam tanto negotio. *Donatus.*

324 *Luctificam Alecto*] Græcus ac-
cusativus est. Hujus autem declina-
tionis tres tantum casus usurpamus,
genitivum, ut *Alectus*, nominativum,
et accusativum, ut *Alecto.* Servius.

Luctificam Alecto] Ἀληκτὼ, οἱονεὶ μὴ
λήγουσα· unde et sæpe apud Hom.
ἄλληκτον πολεμίζειν, ἠδὲ μάχεσθαι.
Germanus.

Luctificam Alecto] Apud Ovid. Meta-
morph. iv. Tisiphonem 'Luctus comi-
tatur euntem.' Eadem ibidem affert
secum 'et scelus et lacrymas.' Alecto
apud Claudian. in Ruff. l. i. inter
alios comites sequitur 'sciss0 mœrens
velamine Luctus.' *Cerda.*

325 *Infernis tenebris*] Vel hac una
re infamis locus. Inde in vi. loquens

de inferno noctem vocat. Euripid. Hecub. dixit: *Νεκρῶν κευθμῶνα, καὶ σκότου πύλας*: *Mortuorum latebram, tenebrarum portas.* Lucret. l. IV. 'lucis egens Tartarus.' Ovid. Met. IV. 'caliginis umbras.' Stat. Theb. I. 'caligantes campos.' Virg. Georg. IV. 'Stygiis tenebris.' et in I. 'Styx atra.' Martial. l. I. 'Stygias umbras.' Silius l. XII. 'infernis nebulis, pallente umbra, noctem profundam.' Inde ipse Pluto Ἅδης Græcis, quod Virg. reddit in VI. 'sine Sole domos.' Ovid. in Metamorph. X. 'Umbrarum dominum.' Alii 'opertum Deum, opacum, tenebrosum.' Cerda.

327 *Odit et ipse pater Pluton*] Venerationis est *ipse pater.* Nam Furiæ, Acherontis et Noctis sunt filiæ. *Serv.*

Odit] Eandem et Claud. 'invisum numen' vocat: ita Lucan. l. IX. de Medusa: 'Hoc monstrum timuit genitor, ipsæque sorores Gorgones,' &c. *Taubmann.*

Odit et ipse pater Pluton] Sic et Ditem patrem Cic. de nat. Deor. vocat. 'Terrena autem res omnis atque natura Diti patri dedicata est, qui dives, ut apud Græcos πλούτων, quod recidant omnia in terras, et oriantur e terris.' Etymi quoque ejus rationem reddit Lucianus περὶ θυσιῶν, διὰ τὸ πλουτεῖν τοῖς νεκροῖς. Idem et πλουτεὺς, et ᾅδης. Ut autem *Odit et ip. pat. Plut. od. sor.* sic et Hesiod. in Theog. τά τε στυγέουσι θεοί περ.. .δεινὸν δὲ καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι Τοῦτο τέρας. *Germanus.*

Et ipse] Καὶ αὐτός. ut Hom. Od. K. de Circe: θεὰ δ' ἐλέαιρε καὶ αὐτή. *Id.*

Pluton] Ita et Claudian. Rapt. I. 'Jamque viam Pluton superas molitur ad auras.' Ita in correctissimis, non *Pluto.* Sed Virgilium quidem coëgit ratio metri. *Cerda.*

329 *Atra*] In veteribus plerisque codicibus, *pullulat ora,* figurate positum invenias: quamvis, *atra,* magis placeat eruditis. Est et illud more quodam suo scriptum in Romano codice, 'pullulat ora celebris:' cu[illegible] scriptionis rationem alibi retul[illegible]

Atra] Quia mox dicturus '[illegible] Nocte.' Itaque quæ filia est noc[illegible] atra est: nam hoc idem Noctis [illegible]thetum Noster in Æn. v. 'Et Nox [illegible] polum bigis subvecta tenebat.' C[illegible]

330 *Quam Juno, &c.*] Ex dec[illegible] tantum, *acuit, fatur.* Non tac[illegible]lius l. II. ubi Juno inducitur 'p[illegible] tendens' ad Tisiphonem. Fœde. F[illegible] fœditate Ovid. Metamorph. l. IV. [illegible] Juno ad Furias, 'Imperium, p[illegible] missa, preces confundit in [illegible] Satis enim *imperium.* Idem.

His acuit verbis] Irritavit et [illegible]gavit ejus insaniam. *Servius.*

Verbis] In antiquis aliquot codicibus, *dictis* legitur. *Pierius.*

330 *Proprium*] Aut tibi aptum aut certe perpetuum, indefessum, [illegible]que ad finem perducendum. Et [illegible]endum, ideo Furiæ nihil pro præ[illegible] dari, quia præstatur hoc ipsum Furiæ, ut bella commoveat, et ut dicatur defendisse Junonem. *Servius.*

Proprium] Ergo non laborabis, qui nihil peto alienum a te. *Donatus.*

Proprium] Id est, perpetuum: [illegible]tis hoc monet Non. Marcell. c. I. *Emmeness.*

Da] Non precatur, sed imperat: ut sit ratio personarum. *Donatus.*

Hunc mihi da, &c.] Ex hoc loco Silius l. II. ore Junonis ad Tisiphonem: 'Et palmas tendens, hos, inquit, Noctis alumna, Hos muros impelle manu, populumque ferocem Dextris sterne tuis, Juno jubet ipsa,' &c. Non dissimilis Plutonis oratio ad Tisiphonem apud Statium Theb. l. VIII. 'Sed quid ego hæc ita? Tartareas ulciscere sedes Tisiphone, et si quando novis asperrima monstris Triste, insuetum, ingens, quod nondum viderit æther, Ede nefas, quod mirer ego, invideantque sorores.' Præstat Silio Statius: non enim fero illud 'palmas tendens.' Neque enim preces istæ sunt appellandæ, quæ indignæ Ju-

?uriam, sed mera imperia. . 'Hunc mihi da proprium,' › apud August. nominari d hoc ille ex lata verbi (*do*) one, non stricta. Verba de Civit. cap. 18. 'Aut llecto illa infernalis Furia, wente Junone, plus in illos ›atiæ, quam cum ejus prera Æneam fuerat excitata.'

te] Æsch. in Eum. ἐραννὰς ἴδας, ἄπαιδας, et παρθένους ide et manavit proverbium, ides, ἀεὶ παρθένοι αἱ ἐριννύς. autem eadem pene compelitur sub persona Iridis ad Herc. νυκτὸς κελαινῆς ἀνύ... : et Sophocl. sub Ajacis d mortem voluntariam se is, καλῶ δ' ἀρωγοὺς τὰς ἀεὶ Recurre ad illud supra: e Eumenidum thalami.'

ete] Dissident fabulæ de ... Omitto: et do tanpro Virgilio. Lycophron ... κόρας, *puellas Noctis*. ...men. νυκτὸς τέκνα, *Noctis* phoc. in Œdip. γῆς τε, καὶ od in idem recidit: nam si ibrarum, certe Noctis. Ad... Ovid. Metamorph. ... Nocte genitas.' Stat. de quapiam: 'Erebo sata ...r. Flac. Arg. III. 'quem ..., quem turbidus horret ...' Neque vero dissidet ab his, qui illas faciunt ...: in his est Hesiodus: ... Juno 'Terras horrenda Sic solet Maro unico verbo djungere, et gratiam car... vero hic habes matrem; patrem: 'odit et ipse pater *Cerda*.

...] In Romano codice, *labo...*: quippe hunc ex labo...: sed elocutio non placet. ... lectio *hunc laborem*, id est, *hanc operam*, quod expositive statim subjungit. *Pierius*.

332 *Infracta*] Aut valde fracta: aut quæ fuit antehac semper infracta. Ut, 'Turmas ut infractos adverso Marte Latinos.' *Servius*.

Cedat fama loco] Vincatur. Cicero, 'Loco ille motus est, cum est ex urbe depulsus.' *Idem*.

Infractave cedat] Disce loqui, et conjungere res affines: *infracta*, *et cedat*, utrumque militare est. De primo l. XII. 'Latinos Marte infractos.' In IX. 'infractæ ad prælia vires.' De altero in l. X. 'cedebant pariter, pariterque ruebant, Victores victique.' In XI. 'agmina cedentia.' Scriptorum, et unius in primis Livii, finis nullus. *Cerda*.

Cedat loco] *Loco moti* dicuntur, qui victi sunt, teste Donato. Alludit Ter. Phorm. prol. vs. 33. 'Grex noster motus loco est.' *Emmeness*.

333 *Ambire Latinum*] Amplecti, circum retinere: et dictum est non ab ambitu. Nam *ambio ad illum* dicimus, non *ambio illum*. Servius.

Obsidere] Explica, domicilium locare, et sedes figere. De qua sedis nota jam supra. Nisi quis recurrat ad arma hostilia: ut dicat Juno, ne sine hostem esse in Italia, et in eam grassari. *Cerda*.

335 *Tu potes unanimos*] A majore ad minus. *Servius*.

Unanimos] In antiquis plerisque codicibus, *unanimos* legitur, et *unanimis*, utrumque recte, ex proba Grammaticorum disciplina. *Pierius*.

Tu potes unanimos] Scilicet et σύγγονοι ἐριννῦς Æschylo notantur. Celebris fuit ara concordiæ fraternæ apud Græcos, et Agathium Ep. l. III. cui βωμὸς ὁμοφροσύνης. Vide Plutarch. περὶ φιλαδελ. *Germanus*.

Armare in prælia fratres] Ge. II. 'gaudent perfusi sanguine fratrum.' Claud. in Ruff. I. ubi de Megæra dicitur: 'Non, nisi quæsitum cognata sede cruorem, Illicitumque bibit, pa-

trius quem fuderit ensis, Quem dederint fratres.' Sophocl. in Elect. de fratribus διπλῇ φύλοπις, *duplex dissidium*. Cerda.

336 *Versare*] Vertere: et usus est frequentativo ad vim augendam. *S.*

Tu verbera t. &c.] *Verbera* et *faces*, id est, litium motiones et caussas potes alienis tectis immittere. *Taubm.*

337 *Tibi nomina mille*] I. e. facies: ut, 'Et sine nomine corpus.' Mille autem secundum Euripidem: in cujus tragœdia dicit Furias non esse unius potestatis, sed se fortunam, se Nemesin, se fatum, se esse necessitatem. Ita dicit etiam Asper. *Servius.*

Nomina] Per *nomina* formas ostendit, in quas conversa mutabat, quod poterat vocitari. *Donatus.*

Tibi nomina mille] Ut inter magna et præcipua numina Alecto collocare Juno videatur, eam πολυώνυμον dixit: ut et Isis μυριώνυμος Græcis et Ægyptiis. *Germanus.*

Tibi nomina mille] Quot enim facies scelerum, tot ipsi et nomina. In precationibus autem, cujus Numinis potentia magna erat, ejus vires commemorabant, et pro officiis nomina attribuebant, quorum enumeratione dignitas Dei crescere videbatur. Vide Turneb. XI. 19. *Taubmann.*

338 *Fecundum concute pectus*] Plenum pectus malitiæ efficacia. *Serv.*

Fecundum] Nocendi artibus redundans. Sollicita autem in causa sua, sæpius rem commendat. Ordinatum autem consilium est; primo enim fœdus vertendum fuit, ut via pateret ad bellum. *Donatus.*

Fecundum] Εὔτοκον, πολυτόκον, hic δολοτόκον, ut et, licet aliquantum diversa significatione, μυθοτόκον κραδίην poëta dixit. *Germanus.*

339 *Disjice*] In antiquis omnibus codicibus, quotquot legi, *dissice*, *s* geminato et unico *i* scriptum observavi, et hic, et in aliis locis; ea forte ratione ut concitatius enuntiaretur, quod in *imperiossus*, in *aussus*, in *odiossus* fieri solitum a veteribus ostendimus. *Pierius.*

Compositam pacem] Quam Latinus dederat. *Servius.*

Sere] Ut ex satis alia rursus fecunde pullularent. *Donatus.*

Crimina belli] Caussas. Ut, 'Crimen amor vestrum.' *Servius.*

Sere crimina belli] Livius l. XXI. 'ex bellis bella serendo:' et l. XXXI. 'bella ex bellis seri.' Ammian. l. XXI. 'studia sevisse discordiarum.' Propertius l. III. loquens de Medea, 'armigera prælia sevit humo.' Tacitus in Hist. 'prælia serere.' Sallust. Hist. I. 'bellum serunt.' Altius quidem Virgilius; nam non bellum, aut prælium, sed 'belli crimina.' Quod vero Virg. *crimina*, Ammian l. XV. 'tetra venena serens,' ubi de calumniis loquitur. *Cerda.*

340 *Velit*] Plus, *velle*, est, quam cogi. *Velit* primo, deinde poscat, et si non detur, rapiat: nam rapit, qui sine jubentis auctoritate invadit. *Donatus.*

Arma vel. p.] Ὁπλομανείτω. *Germ.*

Rapiatque juventus] In antiquis quibusdam codicibus legere est, 'Arma velit, poscatque simul Trojana juventus,' quod si admittendum sit, magnitudo rei, quam petit, demonstrabitur, si qui placida nunc pace quiescunt, et quibus jam certa laborum requies promissa est, 'Arma velint poscantque simul.' Quanquam posito *velle*, et *poscere*, tumultuantium furorem ostendat, addito *rapiatque*. Nam et antiqua paraphrasis est, Contra Trojanos. *Pierius.*

341 *Exin*] Statim, et est adverbium ordinis. *Servius.*

Exin] Ex eo momento. *Donatus.*

Exin] Sonora vox. Scalig. IV. 16. *Taubmann.*

Gorgoneis] Pessimis, sævis: a Gorgone. *Servius.*

Gorgoneis] Fuit ea forma, qua fingitur Gorgone. *Donatus.*

Gorgoneis ven.] Sævis pessimisque. Ita Ovid. 'Lumina Gorgoneo sævius angue micant.' Vide Ovid. Met. IV.

nn.

m] Pro *tacite*; bene au- quasi quæ insidiabatur.

line strepitu, quoniam in bat, cum audiret filiam eæ: vel ipsa tacita, ut enti obtemperet. *Don.* ta Ovid. in IV. 'aditum- Erinnys;' videlicet ut s infra, 'Arte nova spe- t.' *Cerda.*

que iræque coquebant] Per- respondit. Nam ira in t: cura vero de nuptiis, lventu Teucrorum. *Co-* , macerabant. *Servius.* Vehementissimæ et im- lde Scal. III. 13. *Taub.* *ard. cur. ir. coquebant*] Ex am, &c. Quæ nunc te co- at sub pectore fixa:' in- omeri forma, εἴπερ γάρ τε τῆμαρ καταπέψῃ· nam Ho- coquendi partes personæ, ni. Aristot. lib. De mo- de iracundis disputat, et αὐτῷ δὲ πέψαι τὴν ὀργὴν ἶσι δὲ οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοῖς καὶ τοῖς μάλιστα φίλοις.

dea] Figura perturbata. lis est ordo, Huic Dea em in sinum conjicit, et ntima subdit præcordia, loca cordi vicina, quibus ipitur. *Servius.* uia unum ad perditionem arbitrata est satis esse.

Injecit partem sui, id est, *rvius.*

crinib. anguem] Catul. Eu- xcat capillum anguineum, fallor, epitheton Orphei, φιοπλοκάμους· et Tib. 'Im- pro crinibus angues.'

n] *Sinus* dicitur, qui po- excipere et tenere. *Don.*

Inque sinum præcordia ad intima sub- dit] Eodem fere modo Apulejus de amore loquens Metam. l. II. 'ubi pri- mam sagittam sævi Cupidinis in ima præcordia mea delapsam excepi:' et X. 'isti tui oculi ad intima delapsi præcordia.' *Emmeness.*

349 *Levia*] Pulchra. *Servius.*

Levia pectora labens] In quibusdam antiquis codicibus, *levia corpora labens*, legitur. Sed *pectora* receptum magis. *Pierius.*

350 *Attactu nullo*] Sine morsu, sine sensu. *Servius.*

Volvitur attactu nullo, &c.] Hanc anguium insinuationem nullo sensu corporis Ovid. Metamorph. IV. ita imitans expressit his versibus, 'Innec- que sinus, Athamanteosque pererr- rant, Inspirantque graves animos, nec vulnera membris Ulla ferunt, mens est quæ diros sentiat ictus.' *Cerda.*

Fallitque furentem] Injicit furorem sine accipientis sensu. *Furentem* autem, quod furore teneatur. Nam nondum furebat. *Servius.*

351 *Vipeream animam*] Pulsæ scili- cet humana. *Donatus.*

Vipeream inspirans animam] Ita Ge. IV. de apibus: 'venenum morsibus inspirant.' *Cerda.*

Fit tortile col. Aur. ing. &c.] Infra XI. 'Pro crinali auro, pro longæ teg- mine pallæ.' *Germanus.*

352 *Tænia vittæ*] *Tænia* est vitta- rum extremitas. *Servius.*

Tænia] Id est, vitta. *Donatus.*

354 *Udo sublabsa veneno*] Hypallage sensus, venenum enim *udum* dixit, quod est de udo corpore. Namque serpentum uda sunt corpora, adeo ut qua eunt, viam humore designent. *Servius.*

Ac dum prima lues udo sublabsa vene- no] In codicibus aliquot antiquis *at dum* legitur. Missum vero facio, 'uno sublapsa veneno:' quod habetur in Romano codice, quum *udo* Servius agnoscat, cui reliqui veteres codices

adstipulantur. *Pierius.*

355 *Pertentat sensus*] Vox Poëtæ familiaris. Supra, 'tremor pertentat equorum Corpora:' et item, 'Latonæ pertentant gaudia pectus:' et l. v. 'blanda vicissim Gaudia pertentant mentem.' *Germanus.*

Atque ossibus implicat ignem] Nostrum imitatur Stat. Achill. l. II. 'totisque novum bibit ossibus ignem.' *Emmeness.*

356 *Percepit*] In Romano codice, quod minime displicet, 'toto concepit pectore' legitur: etsi plus est, *percepit.* Pierius.

Necdum animus percepit, &c.] Non dubium, quin ex Catul. 'Non prius ex illo flagrantia declinavit Lumina, quam toto concepit pectore flammam Funditus, atque imis exarsit tota medullis.' *Cerda.*

357 *Solito matrum de more locuta est*] Nondum ad plenum furebat. Unde per muliebrem iracundiam mixta asperitate loquebatur. Nam hoc est *matrum de more.* Paulo post enim furore quatietur. *Servius.*

359 *Exsulibusne datur*] Propter dissuasionem figurate loquitur, *exules* vocans eos, qui propria regna repetebant. *Servius.*

Exsulib. datur] Non fuit utendum principio: nam nec benevolus reddendus erat, qui esset pater: nec attentus, qui de re esset sollicitus: nec docilis, cum causam sciret. Incipit ergo a quæstionibus deformans negotium: et ita agit cum marito, quem revereri oportuit, ut suadere potius quam reprehendere videatur. Sunt ergo argumenta: Nullus postulat. Pater ingerit. Erit in navi thalamus filiæ, quando datur ei, qui perpetuis erroribus damnatus est. Omnis vita ducetur in fluctibus. Nulla conjugis gratia, nullum decus uxoris, quam pater non tradidit, sed abjecit non amplius visuram. Ergo non propagatio sanguinis, sed orbatio est, et domus nostræ solitudo perpetua. Antea autem gesta exempla sunt perfidiæ ipsorum. Est autem maximum scelus rumpere fidem Turno. Responsa Deorum sunt cum maxima cautela consideranda, quia implicita sunt et involuta. *Donatus.*

Ducenda] Abducenda. *Servius.*

Exsulibusne datur ducenda Lavinia Teucris] In antiquis *exsulibus* per *s* veteribus Grammaticis adsentientibus. Præterea totus versus in nonnullis codicibus antiquis ita legitur, 'Exsulibus ducenda datur Lavinia Teucris.' In sexto enim dubitatum est, utrum *Lavini* prima correpta poni debeat eo loco 'in regna Lavini Dardanidæ venient:' quod nonnulli *Latini* legere malunt. Si quis vero orationem absque *ne*, languere dixerit, Poeta ipse tradit, Amatam initio mollius locutam esse. Inemendati vero codices aliquot, *exulibus abducenda* legunt: nam collisionem ejusmodi in principio Virgilius non admisisset: qui vel parcissime, vel fere nunquam, ea utatur, vel in medio, ubi plus licentiæ esse solet. Sed enim quantum pertinet ad syllabam, in primo, 'promissa Lavini mœnia.' Et paulo post, 'regnumque ab sede Lavini.' Et a Tibullo, 'Ante oculos Laurens castrum murusque Lavini est,' prima nimirum brevi positum est. Et apud Asprum Grammaticum antiquo codice, *ducenda Lavinia* legitur. *Pierius.*

362 *Prædo*] Quasi piratam dicit hominem diu in mari morantem. *Servius.*

Abducta virgine prædo] *Prædo* hic γαμοκλόπος in Epigr. ut et de Medea Pind. Pyth. Od. IV. κλέψεν τε Μήδειαν σὺν αὐτᾷ, τὰν Πελίαο φόνον· et Lycoph. γυναικόκλωπες. *Germanus.*

363 *At non sic Phrygius*] Legitur et *An non*, sed hoc absolutum est. Si autem *At* legeris, copulativa particula est, ad ornatum solum pertinens. Horatius, 'At o deorum quicquid in cœlo regit Terras et huma-

s.' *Servius.*

| In aliquot codicibus, *an* ur. Sed *at* magis placet *Pierius.*

id consanguineo] Filius enim e, sororis Amatæ. *Servius.*

gener externa petitur de gente De qualitate transit ad fi- m vult Turnum extraneum ire per callidam argumen- quia imperio Latini non eam Oraculum de Latinis averit. Postea etiam huic alia subvenit argumenta- rnum Græcum esse ab commemorans, per quod duas atenter. Nam dicendo ori- nsiderandam, docet et Tur- ab Inacho Acrisio, et Æ- inum esse a Dardano. *Serv.*

urgent te jussa] Urgent, in compellunt. *Idem.*

men, &c.] Per callidam ar- enem definit Turnum esse n; quia non subjaceat im- ini: cum tamen Oraculum ne Latinis caverit. Postea ecurrit, Turnum Græcum crisio rege Archivorum or- Eneam contra Latinum esse, o. Vide et P. Victor. xxvi. mann.

chus Acrisiusque patres] Da- ii regis Argivorum filia, est a Jove vitiata, pater arcam inclusam præcipi- are: quæ delata ad Italiam, st a piscatore cum Perseo, enixa fuerat, et oblata regi, ibi fecit uxorem: cum qua eam condidit, a quibus Tur- originem ducere. *Servius.*

] Hujus ævo floruisse Mo- it Clemens Strom. I. 10.

ctio] Hinc *Dictio*, ut Græcis Oraculo sumitur: forte quod etiam λόγια dicantur. *Li-* ii. 'Data dictio erat,' &c. : 'Flexa, non falsa autu- mare Dictio Delphis solet.' *Taub.*

374 *Contra stare*] Æsch. in Prom. τυφῶνα θοῦρον, πᾶσιν ὃς ἀντέστη θεοῖς. *G.*

Contra stare] Non dubium, quin repræsentet imaginem rupis ejus, de qua ipse in l. vi. 'Nec magis incepto vultum sermone movetur, Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.' Et de eodem Latino in hoc libro: 'Ille velut pelagi rupes immota resistit.' *Cerda.*

377 *Sine more furit*] Sine exemplo: et hoc jam contra decus est regium. *Servius.*

Lymphata] Percussa furore lympharum, sicut Cerritos a Cerere dicimus. *Idem.*

Sine more furit lymph. per urbem] Epigramm. Οἶ' ἀνέδην βάκχευεν, ὅτ' ἐς Διόνυσον ἐφοίτα. *Germanus.*

Lymphata] Antiquis *lymphare*, idem quod *Oblucinare* erat, utrumque ἐνθουσιάζειν, et furore corripi. Ut enim a luco *Oblucinare* dicebant, quod lucos diis sacros existimarent, et qui in illis multum versarentur, Deorum occursu et præsentia furore agitari: sic eum cui conspectæ Nymphæ essent, νυμφόληπτον vocabant; et *lymphatum*, furiosum, &c. Vide et Heinsium ad Silii illud l. i. 'ruit ocyus amens, Lymphato cursu.' *Taubmann.*

378 *Turbo*] Catullus *hoc turben* dicit, ut *hoc carmen*. Hic *turbo*, unde *turbinis* facit. Nam si *Turbonis* ait, erit a proprio nomine genitivus: ut Horatius, 'Turbonis in armis.' *Serv.*

Turbo] *Turbonem* ait Sosipater Carisius a Virgilio vocari, qui apud Tibullum *turben* est: 'Namque agor ut per plana citus sola verbere turben.' ut obiter locum etiam apud eum indicemus. esse vero qui passim, hic *Turben* dici debere putent: quia et homo, et tempestas, et buxum eodem possint nominativo perhiberi. Sed hoc stulte dictum ajunt nonnulli. Nam alii sic distinguunt, ut *Turbo turbonis*, si proprium sit hominis nomen: cujusmodi apud Cornelium Tacitum invenias;

Turbinis, si procellam voluerimus exprimere: 'aut in eo,' inquit Plinius, 'nominando, qui est in lusu puerorum.' Sed Cæsar de analogia secundo, *Turbonem*, non *Turbinem* etiam in tempestate dici debere ait, ut *Caro caronis*, non ut *Homo hominis*. Pierius.

Ceu quond. tort. v. s. verb. turbo] Verba et sententia Epig. l. III. respondere videntur huic loco: οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες, Ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ. Et Hom. Od. N. de equis: ὁρμηθέντες ὑπὸ πληγῇσιν ἱμάσθλης. Tibullus quoque I. 5. hanc comparationem mutuatus videtur: 'Namque agor ut per plana citus loca verbere turbo, Quem celer assueta versat ab arte puer:' Item Horat. Sat. II. 7. 'Duceris, ut nervis alienis mobile lignum:' nisi fortasse melius ad νευρόσπαστον referetur, ut docte observavit Dion. Lambinus: quod elegantissimis verbis circumscripsit Plato Legum I. quæ quia Lambini sententiam firmant, non piguit hic intexere: τόδε ἴσμεν, ὅτι ταῦτα τὰ πάθη ἐν ἡμῖν οἷον νεῦρα ἢ μήρινθοι ἐνοῦσαι. *Germanus.*

380 *Habena*] In antiquis aliquot codicibus, *habenis*, numero multitudinis. Sed *habena* magis placet. *Pier.*

Habena] Alii hanc vocant, *scuticam*. Græcum Epigram. σκυτάλην: in quo tamen sunt qui legant, non ὑπὸ σκυτάλαις, sed ὑπὸ πληγῇσι. Virg. statim, 'Dant animos plagæ.' Poëta his omnibus explicat verbum βεμβηκίζειν, quod est, 'in gyrum agitare, et instar turbinis puerilis.' Aristophan. in Vesp. Ἡμῶν πρόσθεν βεμβηκίζωσιν ἑαυτούς: *Versent se coram nobis instar turbinis.* Scholiastes rem explicat verbo στρέφω· βέμβιξ (inquit) ἀργαλεῖον ὃ μάστιγι στρέφουσιν οἱ παῖδες: *turbo est instrumentum, quod verbere vertunt pueri.* Et statim verbo διώκεσθαι· ὃς μάστιγι διωκόμενος στρέφεται. *Cerda.*

381 *Stupet inscia supra Inpubesque manus*] Sunt qui legant, 'super inscia turba.' Sed enim in Mediceo, et aliquot aliis antiquis codd. legere est, 'stupet inscia supra Impubesque manus:' quanquam et *impubis* recte, quorum neutrum Priscianus excludit. *Pierius.*

382 *Inpubesque manus*] Aut multitudo puerorum: aut a parte totum posuit, ut pro manu puerum ipsum intelligas. *Servius.*

Buxum] Ita etiam Persius Sat. III. turbinem vocat, 'Neu quis callidior buxum torquere flagello.' Ita etiam Statius Theb. VII. Adducam versus, ut Virgilium illustrem, imo explicem. Ait ille, ore Bacchi enumerantis artes molles quas sciunt bacchantes, 'nec tantum prælia norunt; Nectere fronde comas, et ad inspirata rotari Buxa: timent thyrsos nuptarum, et prælia matrum.' Vides ergo ut Virgilius, Amatam, quam perpetuo bacchantem inducit, cum buxo rotato comparet, tanquam cum re bacchantibus cognata. Non dico, *buxa*, Statii esse turbinem: nam in eo tibiæ sunt; sed buxum affine esse bacchantibus. *Cerd.*

Volubile buxum] Pro turbine. Sic apud Ovid. Met. x. 667. 'aurum volubile' pro pomo. *Emmeness.*

385 *Simulato numine Bacchi*] Talem patiebatur furorem, ut speraret se Liberi sacra celebrare. Non enim ipsa simulabat, quod est sanorum. Nam et paulo post dicturus est, 'Alecto stimulis agit undique Bacchi.' *Servius.*

In silvas, simulato numine Bacchi] In codicibus nonnullis pervetustis legere est, 'in silvis, simulato nomine Bacchi.' ut, *Evolat* absolute ponatur, et in silvis res geratur. Sed enim prior lectio mihi castior videtur, remque magis augere, numinis vi intercedente; nisi *nomine* eo modo scriptum sit, quo *fonus* in legibus duodecim tabularum. *Pierius.*

Quin etiam in silvas] Similis historia apud Paus. Corinth. μανία ταῖς γυναιξὶν ἐνέπεσεν, ἐκφοιτῶσαι δὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν, ἐπλανῶντο ἀνὰ τὴν χώραν: *Invasit feminas furor, atque egressæ domibus, vagabuntur per agros.* Cerda.

us adorta nefas, majoremque
s] In antiquis quibusdam
bus, adorsa, legitur, uti su-
m observatum. Præterea
Romano codice, 'majorem
orem,' absque particula co-
abetur. *Pierius.*
] Ut. *Servius.*
he] Bacchantis vox est. *Id.*
unt in *evohe*, qui unam tan-
rationem notent, eamque
t inter ultimas vocales du-
qui statuant in medio, dua-
inde vocalibus adnotatis
nt qui etiam dictionem in-
adspiratione, *hevhoe*. Apud
una tantum in medio sita
ne scribitur *evhoe*. Sane
e ex οι diphthongo Græca
t. Nam quod illi ἐvoῖ, nos
e. Demosthenes in orati-
a Ctesiphonem, βάκχικόν τι
ἐστι τὸ εὐοῖ. quare potius
deum esse dicendum. Hor.
Carminum, 'Euœ recenti
idat metu.' Et alibi, 'Euœ
recor.' Catullus, 'Euœ Bac-
Euœ capita inflectentes.'

Bacchantium vox, Εὐοῖ. Sa-
satur est, cum dicit Hora-
s.' unde *Evan*, Liberi patris
: et *Evius*, cœtus Bacchicus.
m *Evantes*, supra declinavit.
tamen *Euhoe* scribit: aliqui
hoe. Quidam etiam *Evohe*
s, et cum nota afflatili inter
mas vocales, sed imperite:
Erythræus. Bacchicum fu-
scribit etiam Catullus in Gal-
Carm. 59. et Columella in
Taubmann.
i sumere thyrsos] Sumebant:
sunt pro indicativis. *Ser-*

] *Thyrsus*, hasta aculeata,
l pampinis vitium implexa,
Orgiis Bacchi quatiebant.
Propert. III. 3. 'Hæc hede-
is thyrsos.' inde θυρσοφόροι,
et θυρσοπλῆγες, id est, *thyrso percussi*, qui Bacchi furore concitantur. Hinc Lucret. I. dixit, 'acri Percussit thyrso laudis spes magna meum cor.' *Taubmann.*

391 *Choros*] In plerisque veteribus codicibus cum Romano et Mediceo legitur *choros*: non tamen displicet *choro*. Pierius.

Sacrum tibi pascere crinem] Ita et Græcis τρέφειν κόμην et πλόκαμον: et Bacchus ipse ἁβροκόμης et κισσοκόμης dicitur. Inde Tibullus de hoc et Apolline, qui et ipse κουροτρόφος: 'Et decet intonsus crinis utrumque deum.' Quod autem Baccho crinem sacrasse et nutrisse dicit; alludit ex antiquorum superstitione ad θρεπτήριον πλόκαμον: ubi Diis, quorum tutelæ se manciparant, pro sospite secundaque valetudine, crines alebant. Vide et Turn. VII. 14. *Taubmann.*

394 *Domos*] In cod. aliquot antiquis *domus*, forma declinationis quartæ, nisi mutatum sit *o* in *u*: ut, *sacerdus Dei Brotontis*, in antiquo marmore in æde sancti Martini in Montibus. *Pierius.*

Ventis dant colla, comasque] Est hoc, quod Æneid. I. '*dederatque comas diffundere ventis.*' Quod Ovid. Metamorph. I. 'Et levis impulsos vero dabat aura capillos.' Quod Val. Flac. 'multa spirat coma flexilis aura.' Martialis etiam l. x. dixit, capillos redire 'jubente vento:' et Horat. l. IV. 'recreare vento Sparsum odoratis humerum capillis.' Idem dixit Catul. etiamsi abstinens a vento, eo versiculo, 'splendidas quatiunt comas.' Sed Poëta omnibus certe signatius, allusit quippe ad morem bacchantium, quas hæ feminæ imitabantur; atqui bacchantibus solutæ erant comæ ad notam furoris. *Cerda.*

396 *Pampineas hastas*] Pampinis tectas. *Servius.*

Pamp. hastas] Hinc vitis dicitur *mystica* Tibullo III. 6. Turneb. XXIX. 32. *Taubmann.*

Incinctæ pellibus] Nebridarum scilicet. *Servius.*

Pampineasque ger. inc. pell.] Epig. l. VI. κισσῷ τὴν στέρνοις νεβρίδ' ἀναπτομένη. Ut autem *hastas* hic, eodem quoque loco Poëta Græcus, καὶ τὸ θίθυρσον τοῦτο τὸ λογχωτόν. Eurip. in Phœn. οὐδ' ὑπὸ θυρσομανεῖ νεβρίδων μέτα δινεύεις. unde et νεβρίδα φέρειν, de vinolentis, et νεβριδόπεπλος βάκχος. Descripsit et Bacchi solennia et orgia Tac. Ann. l. XI. magno cum toto hoc Maronis loco consensu, his verbis: 'At Messalina non alias solutior luxu, adulto Autumno, simulacrum vindemiæ per domum celebrabat, urgeri præla, fluere lacus, et fœminæ pellibus accinctæ assultabant, ut sacrificantes vel insanientes Bacchæ, ipsa crine fluxo, thyrsum quatiens, juxtaque Silius edera vinctus, gerere cothurnos, jacere caput, strepente circum procaci choro.' *Germanus.*

Pellibus] Nebridum scilicet, id est, cervorum sive hinnulorum: alii etiam, damarum: P. Lætus vulpium etiam pellibus bacchantes tectos ait. Vide et Adag. 'Nebrida ferre.' *Taubmann.*

397 *Pinum sustinet*] Facem pineam, sicut in Liberalibus fit. *Servius.*

Pinum] Ideo Amata pinum gestat, ut quæ caneret nuptias. Celebratissima arbor fuit pinus ad conficiendas faces nuptiales. Virgilius ipse in Ciri, 'Pronuba nec castos incendet pinus odores.' Seneca in Med. 'pronubam thalamo feram Ut ipsa pinum.' Ibidem in Choro, 'Multifidam jam tempus erit succendere pinum.' Ovid. Fast. II. 'Dum tamen hæc fient, viduæ cessate puellæ, Exoptat puros pinea tæda dies.' Catul. in Carmine Nuptiali: 'pineam quate tædam.' Varro l. II. de vita Populi Rom. 'Cum a nova nupta ignis in face afferetur, de foco ejus sumptus, cum fax ex pino ablata esset, ut eam puer ingenuus afferret.' Idem Varro in Gerunto διδασκάλῳ 'Mulierem tota Roma, quæ noctu nubere solita, etiamnum pinea fax indicat.' *Cerda.*

398 *Natæ Turnique canit hymenæos*] Hic aperte expressit dementiam. Nam cum consecraverit filiam Libero, hymenæum canit ejus et Turni. *Hymenæus* autem, nunc carmen nuptiale dicitur. *Servius.*

399 *Sanguineam torquens aciem*] Supra de Didone, 'Sanguineam volvens aciem.' *Germanus.*

Sang. torq. aciem] Est hoc, quod l. IV. 'Sanguineam volvens aciem.' Indicat torvum intuitum. Græci βλέπειν μανικὸν, atque etiam τραγῳδικόν: nam in tragœdiis torvi, et truculenti oculi. *Cerda.*

Torvom] Pro *torve.* Servius.

400 *Io*] Vox clamantis: et est tragicus sermo. *Idem.*

Io matres] Inde Turnebus, '*Io Bacche*, non *Io Bacche* scribit. Nunc tamen Virg. 'Evohe Bacche fremens.' *Germanus.*

Io] Omnes pene affectus continet, dolentes, exultantes, furentes. De primis Ov. Fast. IV. de Proserp. rapta: 'Illa quidem clamabat, Io, charissima mater, Auferor.' De alteris Dio loquens de militibus in Claudii libertum jocantibus, συμβοήσαντες ἐξαίφνης τοῦτο δὴ τὸ θρυλλούμενον ἰὼ, Σατουρνάλια: *Clamantes statim illud tritum, Io, Saturnalia.* De tertiis Val. Flac. Arg. VI. 'Sponte sua strepuere tubæ, Mars sævus ab altis Hostis, Io, conclamat equis.' In Virgilio possis capere aut primos, aut ultimos. Primos propter illud, 'Si quæ piis animis,' &c. ultimos propter torvitatem, et aciem sanguineam. *Cerda.*

Io matres, audite ubi quæque, Latinæ] Sunt qui ex Prisciano legant, *ubi quæque*, atque ita in Mediceo, et antiquis omnibus codicibus Vaticanæ bibliothecæ legere est. Verba vero Prisciani ponere non pigeat, 'o matres audite, ubiquæque Latinæ,' pro *quæcumque.* Potest tamen hic, et ibi, pro *ubicunque* accipi. Atque ego crediderim ex hac Prisciani paraphrasi supra

ripta credidisse multos, o *ubiquæque* reponendum ita legitima sublata dicinam insertam. *Pierius.*

.] Par illud Homericum Κλῦτε κασίγνηται Νηρηΐδες, εἴδετ' ἀκούουσαι ὅσ' ἐμῷ ἔνι *Audite, sorores Nereides,* *s Sciatis audientes quanti ores animo.* Integro Virlius l. IV. repræsentans ilces uxoris Annibalis·oco, 'Clamat, Io, conjux i cardine mundi.' *Cerda.*

nimis] Id est, maternis.

lis vittas] Quæ solarum erant. Nam meretrici- ntur. *Idem.*

alis vittas] Nam hic vius Baccharum, quod jam liodoro et aliis firmavi. Ovid. Metamorph. l. IV. lle tegi, crinales solvere , comis, manibus fronre thyrsos.' Et Livius l. tronas Baccharum habitu is cum ardentibus facie ad Tyberim.' Nonnum IV. de quapiam Baccha, ικόεντας ἐπαΐσσουσα καs intortas movens capitis. pe intelligit, ut Catull. quatiunt comas.' Claud. Hon. 'Crinemque solu- .' *Cerda.*

ortatur, ut deponat sigalis verecundiæ: huic e- a serviebant. Ovid. de procul, vittæ tenues, in- .' Idem Metamorph. II. Nonacrina, 'Vitta coërctos alba capillos.' Valer. 'Ultima virgineis tum cula vittis.' Inde amissa lem Ovid. de Sylvia sic III. 'Decidit ante sacros focos.' Videntur autem l ex Romano more, quo usu erant vittæ. Val. Max. v. 2. 'Sanxit Senatus, ut feminis semita viri cederent, confessus plus salutis in stola, quam in armis fuisse, vetustisque aurium insignibus novum vittæ discrimen adjecit.' Quippe illigatæ comæ pudorem indicant, solutæ licentiam. *Idem.*

Vittas] Iis discernebantur matronæ honestæ a meretricibus. Quod nos docet Plaut. Mil. Glor. III. 1. 196. 'utique eam huc ornatam adducas matronarum modo, capite compto, crines vittasque habeat, assimuletque se tuam esse uxorem.' Vittas sumebant nuptiarum die: Propert. l. IV. 'Quæ mihi deductæ fax omen prætulit, illa Traxit ab everso lumina nigra rogo: Et Stygio sum sparsa lacu, nec recta capillis Vitta data est, nupsi non comitante Deo.' Faciunt tamen commentatores mentionem et virginalium vittarum Æn. II. 168. *Emmeness.*

Capite orgia] De his jam alibi. Hic adnoto, nullum fortasse locum illustriorem esse isto Maroniano ad sciendum, quæ sint orgia. Ait enim, *capite orgia.* Sunt ergo orgia, thyrsus, rami, pelles, et cætera omnia, quibus peragi solita Bacchi festa. Id, ni fallor, indicat hic locus. Hinc traduci vocem ad significanda festa, nihil est mirum. Quia vero hæc vox tota est sacrorum, notabis obiter, inde fortasse dici Græcis ὀργάδα terram illam, quæ sacra Diis est eorumque cultui attributa. Pollux l. I. ἡ δὲ ἄνετος θεοῖς γῆ, γῆ ἱερὰ καὶ ὀργάς: *Tellus inculta, ac Diis sacra, orgas dicitur.* Innuit quippe in voce ἄνετος eam coli non posse ad usus mortalium. Non enim aliter ζῶα ἄνετα dicuntur sacra Diis animalia. *Cerda.*

406 *Acuisse furores*] Ut supra, 'Quam Juno his acuit verbis.' *Servius.*

Acuisse] Ut supra *stimulis*, ita hic *acuisse*, pari vocabulorum consecutione. Deinde, sicut Juno Furiam *acuit dictis*, ita ipsa furores acuit. Præclare *furores;* nam quid aliud Furia? Homerus, Calaber, et Græci

Poëtæ passim ἐντρίνειν ad rem hanc. *Cerda.*

407 *Consiliumque omnemque domum vertisse Latini*] Quod habuerat: ut filiam dando Æneæ, bella removeret, quæ significaverat fumus augurii. *Servius.*

Vertisse] Prætereamus quod in plerisque codicibus est, *concilium:* non enim id placet. Legitur etiam *evertisse.* Sed hoc quoque minus proprium. *Pierius.*

Vertisse] Pari phrasi in x. 'Nosne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo Conamur?' Utrobique locutionem sumptam a tempestatibus facile tibi persuadebis, si adeas, quæ jam ego Æneid. l. I. ad illud, 'totumque a sedibus imis.' Indidem sermonem traxit Maximus dissert. 36. ἄνω καὶ κάτω στρεφομένος τῆς γῆς, καὶ τῆς θαλάττης: *sursum deorsumque conversis terra et mari.* Ibid. πάντα ἄνω καὶ κάτω ἐπιταράξῃ. *Cerda.*

408 *Fuscis tristis dea toll. alis*] Μελανόπτερος· et Ep. l. III. μελανοπέπλους εὐμενίδας. *Germanus.*

Dea] Ita errore Gentilium dictæ Furiæ, sic infra, 'invisum numen:' et in 12. 'successum Dea dira negat.' Orpheus in hymno Τισιφόνη τε, καὶ Ἀληκτὼ, καὶ δῖα Μεγαίρα. Ovid. Metamorph. VIII. vocat *Deas pœnarum.* Valer. Arg. I. *ultrices Deas.* Claudian. l. I. in Ruff. 'Hinc Dea prosiluit, Phœbique egressa serenos Infecit vultus.' Euripid. Oreste, θεὰς εὐμενίδας dixit, et in Androm. αἱματωπούς, *Deas cruenti aspectus.* Nonnus l. XXXI. Megæram θέαιναν. Dinarchus oratione contra Demosthenem, et Æschines contra Timarchum sæpe Furias θεὰς σεμνὰς, *severas Deas.* Pausanias Corinth. meminit fani Furiarum. *Cerda.*

Alis] Ita in XII. 'ventosasque addidit alas.' Claudian. de Megæra I. in Ruff. 'Pigraque veloces per Tartara concutit alas.' Euripid. Oreste: Αἴ, αἴ, δρομάδες ὦ πτεροφόροι: *Heu, heu, pernices o pennigeræ.* Loquitur de Furiis. *Idem.*

410 *Acrisioneis Danaë*] Patronymicum est. Nam male putant, 'Acrisioneis colonis.' Sola enim venerat, non cum colonis. *Servius.*

Acrisioneis Danaë] Quæ ad Danaës fabulam pertinent, vide enarrationem interpretis Apollonii in eum locum l. IV. οἷα δὲ καὶ Δανάη πόντῳ ἔνι πῆμ' ἀνέτλη Πατρὸς ἀτασθαλίῃσι. *Germ.*

411 *Præcipiti delata noto*] Intra arcam, ut diximus supra, et ut a plurimis dicitur. *Servius.*

412 *Magnum tenet Ardea nomen*] Bene allusit. Nam *Ardea,* quasi *ardua* dicta est, id est, magna et nobilis: licet Hyginus in Italicis urbibus ab augurio avis, *Ardeam* dictam velit. Illud namque Ovidii in Metamorphosi fabulosum est, incensam ab Hannibale *Ardeam,* in hanc avem esse conversam. Sciendum tamen *Ardeam* per Antiphrasin dictam, quod brevitate pennarum altius non volat. Lucanus, 'Quoque ausa volare, Ardea sublimis pennæ confisa natanti.' *Servius.*

Locus Ardea quondam] Antiqui aliquot codices legunt, 'locus ardua quondam:' ut non temere dictum a Servio sit, 'Bene allusit:' Nam *Ardea,* quasi *ardua* dicta est. Est et pro tenet, 'manet ardua nomen' in Mediceo, et aliquot aliis antiquis codicibus. *Pierius.*

Magnum] Apron. l. *tantum.* Taubmann.

Ardea] Oppidum Italiæ, colonia Mycenarum. Vide Serv. Danielis. Fabulam tractat Ovid. Met. XIV. 13. *Idem.*

Ardea] Teste Salmasio in Plin. exerc. p. 57. derivatur *Ardea* ad ἐρωδιὸς pro quo Siculi ἀρωδιὸς, unde Latinum *ardeus* et *ardea,* ut *merulus* et *merula,* &c. A Danaë condita an sit hæc civitas, disputat Cluver. Ital. Antiq. III. 5. *Emmeness.*

413 *Sed fortuna fuit*] Id est, ita evenit: ut exponit Scal. IV. 16. vel,

llit, ut Turnus quietem dictum ut illud Æn. II. ,' id est, olim floruimus.

s nigra] Codices non-sti legunt, jam media mque sit noctis epithe-temporaneum, alterum i aliis invenio, jam me-led vulgata lectio magis us.

Exuit] Bene exuit. Nam t videri, induunt se cor-ter mortalium oculos. ei sunt. *Servius.*

nbra Exuit: in voltus] In not codicibus legere est, s *Exit*, *et in voltus*. In quod minus placet, s absque in. Sed illud , ut figuratum magis, s. Quanquam non im-cujus antitheton sub-m videam, 'induit albos is.' *Pierius.*

us sese transformat anilis] atus illud Homericum ubi Venus se in anum Helenam alloquatur: ὶα παλαιγενέϊ προσέειπεν: *milis vetulæ ipsam allo-*t Virgilium Claudianus Megæra Ruffinum de-ac in canitiem mutatis ris Longævum mentita que severas Persulcata languida passu Invadit ' Atque etiam Sil. l. II. one, 'Protinus assimulat ile monstrum Tyburnæ, mul, sonitumque loquen-in re simili dixit l. x. ήτοιο Μεγαίρης: *falsam nibilis Megæræ.* Cerda.

m obscœnam] Latet in omnis. De quo alibi: obscœnitate non abeunt um *incesto*, *polluo*, *inficio*, tatius Theb. XI. 'Illas lit Pater altus Olympo Incestare diem.' De Megæra Claudian. in Ruff. l. I. 'hæc terruit Herculis ora, Hæc defensoris terrarum polluit arcus.' Et, 'Phœbique egressa serenos Infecit radios.' *Idem.*

Rugis arat] Nota senectutis, a qua ego aliquando: 'Cana ætas rugis, et frontis aratra senilis.' Plaut. Bacchidib. 'Persulcat frontem.' Horat. Epod. VIII. 'Cum sit tibi dens ater, et rugis vetus Frontem senectus exaret.' Ubi vetus Scoliastes: 'Rugis tanquam sulcis proscindat.' Poëta ἀδέσποτος: 'Sulcatum rugis corpus, proscissio vultus.' Ovidius plenus est hac locutione, cujus loca jam alii conjunxerunt. Claud. de Eutropio dixit, 'Jamque adeo lassata cutis, sulcisque genarum Corruerat.' *Cerda.*

Induit] Bene Junonis sacerdotis personam sumit, ut majore auctoritate loqueretur. Pulchre autem dixit, *exuit* et *induit*, veluti cum vestitus permutationem facimus. Exuimus enim nostrum, et induimus alienum. *Donatus.*

Albos Cum vitta] Id est, etiam vittas albas. *Servius.*

Albos] Dixit Mimnermnus apud Stob. serm. 115. senectutem imminere capiti, γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς ἐπικρέμαται. Ab canis videlicet, qui hanc habent sedem. *Cerda.*

418 *Cum vitta*] Nihil notius, quam vitta usos, qui sacris operarentur; talem enim se fingit Furia. Sacerdos Vestalis dicitur a Juvenale Sat. IV. 'vittata.' Ovid. Met. v. 'Cererisque Sacerdos Amphycus albenti velatus tempora vitta.' Catul. de Nuptiis Pelei loquens de Parcis, quæ sacræ veteribus: 'At roseo niveæ residebant vertice vittæ.' Propertius IV. 10. 'Talibus Alcides: at talibus alma Sacerdos Puniceo canas stamine vincta comas.' *Idem.*

Ramum innectit olivæ] Aut coronam accipit: aut ramum illigat vittis. Quod aperte in octavo ostendit, 'Et vitta comptos voluit prætendere

ramos.' Supra etiam, 'Præferimus manibus vittas.' *Servius.*

Ramum innectit olivæ] Non refero ad morem supplicum, quem supra aperui; nam hic nulla necessitas: neque ad insigne pacis, de quo loquor in VIII. hic enim potius ad bella exhortatur Furia. Tantum inducta olea ex usu, quo illa sacris serviebat, et hic se Furia sacris assimulat inservire. Itaque ad hunc locum illustrandum pertinent, quæ jam dixi l. VI. ad illud, 'Spargens rore levi, et ramo felicis olivæ.' Similiter Statius Theb. l. II. ubi Lajum inducit apparentem dormienti Eteocli sub persona Tiresiæ, dat illi oleam. Adjungam totum locum, quia totus ad Virgilii vestigia: 'Tum senior, quæ jussus agit, neu falsa videri Noctis imago queat, longævi vatis opacos Tiresiæ vultus, vocemque et vellera nota Induitur: mansere comæ, propexaque mento Canities, pallorque suus, sed falsa cucurrit Infula per crines, glaucæque innexus olivæ Vittarum provenit honos,' &c. *Cerda.*

419 *Fit Chalybe*] Sic Æn. V. 'Fit Beroë.' *Taubmann.*

Junonis anus, templique sacerdos] Ordo, ut Junonis templi anus sacerdos. *Servius.*

421 *Fusos patiere labores*] Probus de temporum connexione libellum composuit, in quo docet quod cui debeat accommodari: ex quo intelligimus hanc, quam fecit, arduam esse connexionem. Nam *Patiere*, futuri temporis est; *fusos* vero participium est præteritum. Est autem sensus, Patieris ut tot tui labores fundantur incassum, id est, in irritum cadant. Et *incassum*, tractum est a retibus, quæ *casses* vocantur. *Servius.*

422 *Transcribi*] Tradi. Sermo autem hic tractus est de pecunia. Nam *scribi*, est dari. Horatius, 'Scribe decem Nerio, non est satis, adde Cicutæ.' *Rescribi*, reddi. Horatius, 'Dictantis quod tu nunquam rescribere possis.' *Idem.*

Et tua Dardaniis transcribi, &c.] Imperiumne jam tuis meritis debitum, ad indignos et advenas sine labore transferetur? Bis itaque intelligendum est, *sceptra transcribi*. Quod autem ait, *tot labores*, a qualitate adjecit pondus dictioni: quod ait, *tua*, laudis loco accipiendum: *Dardaniis* vero convitio: utpote qui sua perdidissent, et invadere cuperent aliena. *Donatus.*

Transcribi sceptra] Proprie coloni dicuntur, *transcribi*: quod nominatim in tabellas referebantur. Notat Turnebus Græcos etiam ita usurpare μεταγράφεσθαι, et μετατάττεσθαι. Donatus et Servius censent sermonem derivatum a pecunia, quæ in foro et de mensa alteri acceptum fertur, et scribitur: unde *Scribi*, est dari, et *Rescribi*, reddi, apud Horat. Sat. II. 3. 'Scribe decem Nerio.' Videantur et Notæ ad illud Æn. V. 'Transcribunt urbi matres.' Taubmann.

423 *Rex tibi conjugium, et quæsitas*] In antiquis aliquot codicibus non habetur *et*, sed id librarii negligentia: *et* enim eo loco positum addit versui gravitatem. *Pierius.*

424 *Abnegat*] Cum tantis periculis et uxorem et dotem quæsieris. *Don.*

Quæritur heres] De jure traxit. Ut non generum, sed heredem diceret. Nam per coëmptionem facto matrimonio, sibi invicem succedebant. *Servius.*

Externusque in regnum] Dicit omnia, quæ hominem fortem ad prælium, propter regnum, movere possint. Dat præterea vincendi fiduciam, asserendo Junonem affuturam, cui causa displicebat. Addidit metum, ne, si cunctaretur, firmatos arctiore fœderis vinculo superare non posset. *Donatus.*

Externusque in regn. quær. heres] Servius, de jure traxit, ut non generum, sed heredem diceret: nam per

um facto matrimonio, sibi
succedebant. Vide illud
org. I. 'generum Tethys
ibus undis:' et Budæum in
et Boëth. Topic. II. de
s per coëmptionem, usum,
rationem. *Germanus.*

Ex monimentis veterum si-
ingo scribendum monet
, ab *herus* derivari con-
quia *heredes*, pro *dominis*
unt tamen qui *hæredes* quasi
apientes, dici malint. *Emm.*
unc, &c.] Simile illud, 'I,
taliam ventis, pete regna
' Itaque, ut ibi cum Ita-
cum regnis undæ, ita hic
ilis ingratitudo. Non abit
uii Sat. 'Qui paulo ante
ires imperii tui, de tam
e ne tabulam quidem nau-
s. Ite nunc mortales, et
gitationibus pectora im-
rda.

n,] Formula concessionis,
et stomachi, et impreca-
mediocrem testatur. Ho-
I. 6. 'I nunc, argentum
vetus æraque et artem
Ad quem locum plura
Emmeness.

henas, *i*, *sterne acies*] Ut, 'I,
liam ventis.' Sane notum
ultum potuisse Tyrrhenos,
præcipue infestos Latinis.
illum assidue ducunt cum
a.' *Servius.*

Veteres aliquot codices
rhenas et sterne. Ut, *Tes-
lo.* Sed *i*, geminatum ver-
venustius et elegantius.

adeo tibi me] Addidit anc-
quia scit anui credi diffi-
autem, valde scilicet
Terent. 'Adolescentem
m.' *Servius.*

ntra meritum laborum ir-
, qui male gesta, possis
a fortitudine corrigere.
Tibi, suscepto jam genero. *Donatus.*

Me] Sacerdotem suam, templi custodem, cujus fidem nosset. *Idem.*

428 *Ipsa palam fari*] Habet emphasin *Ipsa*, quasi dicat, Quæ omnia potest, tuæ causæ favet. *Idem.*

Ipsa palam, &c.] Invenit Ursin. imitationem Homer. Iliad. XVIII. Ἥρη με προέηκε Διὸς κυδρὴ παράκοιτις: *Juno me præmisit Jovis gloriosa uxor.* Cerda.

429 *Quare age*] Particula hortantis. Sic in VIII. 'Quare agite, o juvenes.' Catull. in Nupt. Juliæ et Man. 'Quare age, huc aditum ferens,' &c. *Idem.*

430 *Lætus*] Alacer, festinus. Nam lætari non poterat, qui perdebat uxorem. Sic supra in primo, 'Vela dabant læti.' *Servius.*

Lætus] Vox nata ad omen. Ita apud Statium Theb. l. XII. in re simili, 'Ite alacres, tantæque precor confidite causæ.' Est hoc, quod etiam de Annibale Silius l. III. 'Nec mora, commotum promissis ditibus agmen Erigit in collem.' Dionys. l. VI. ore Dictatoris Roman. Ἴτε πρόθυμοι ἅπαντες ἐπὶ τὸν ἀγῶνα: *ite prompte omnes ad prælium.* Etenim πρόθυμοι sunt ita prompti, ut etiam alacres. Sane in vultu ducis lætitia pro omine est militibus. Curtius de Alexandro l. IV. 'Haud alias tam alacrem viderant Regem, et vultu ejus interrito certam spem victoriæ augurabantur.' Darius apud eundem: 'Ite alacres, et spe pleni,' &c. *Cerda.*

Phrygios] Quasi dicat imbelles et inertes. *Donatus.*

Flumine pulchro] Ut supra, 'Fluvio Tyberinus amœno.' *Servius.*

431 *Pictas*] Nam luxuriosos hæc pictura denotat. *Donatus.*

Pictas carinas] Hunc morem et elegantiam veterum multa aperiunt. Vates ipse sæpe. Hic ut vides: et in Æneid. V. 'pictas abiete puppes.' in VIII. 'pictasque innare carinas.' in Georg. IV. 'Et circum pictis ve-

bitur sua rura phaselis.' Ovid. in Metamorph. VI. 'Ut semel ingressa est pictæ Philomela carinæ.' Lucan. l. III. 'non robore picto Ornatas decuit fulgens tutela carinas.' Ab Homero Iliad. II. naves dicuntur μιλτοπάρῃοι a pictura: et Aristides in 2. Platonica naves exhibet inunctas μίλτῳ, *minio*. Valer. Arg. I. in fabrica primæ navis: 'picturæ varios superaddit honores.' Athen. de nave Hiero. l. V. ἡ δὲ ναῦς πᾶσα οἰκείαις γραφαῖς ἐπεπόνητο: *universa autem navis aptis picturis erat laborata.* Apulejus Florid. l. IV. 'navem extrinsecus eleganter depictam.' Maximus Tyrius dissert. 31. in commendatione navis cujusdam περιεβέβλητο δὲ ἡ ναῦς πολλὰς μὲν χρόας ἡδίστας ἰδεῖν: *Accedebant colores, qui navem commendarent varii, ut visu jucundissimi.* Herodotus l. II. τὸ δὲ παλαιὸν ἅπασαι αἱ νῆες ἦσαν μιλτηλιφέες: *veteri instituto naves omnes erant rubrica delibutæ.* Cerda.

432 *Cœlestum vis magna jubet*] Aut per definitionem, ipsa Juno est vis Deorum: aut per augmentum, suasit primo per se, deinde per Junonem, postremo per omnium vim Deorum. *Servius.*

Cœlestum vis] Ergo debet audacius fieri. *Donatus.*

Rex ipse] Qui te fefellit, cujus imperium tua defensione servasti. *Idem.*

433 *Parere fatetur*] In codicibus aliquot antiquis, *parere jubetur*, legere est, quod non ita receptum mihi videtur. *Pierius.*

434 *Sentiat*] In virtute et minis, ut Ovid. Trist. I. 1. 'Nunc te prole tua juvenem Germania sentit.' Et Propert. II. 10. 'Sentit et illa tuas postmodo capta manus.' *Cerda.*

Turnum experiatur in armis] Id est, probet contra se, quem pro se laborantem non probavit. *Servius.*

435 *Hic juvenis vatem irridens*] Caluit, quia juvenis. Horatius, 'Non ego hoc ferrem calidus juventa, Consule Planco.' *Idem.*

Juvenis] Non mirum, si juvenis calidiorem et anum in re bellica contempsit. *Donatus.*

Juvenis vatem irridens] Nam videlicet, τὸ νέον ἅπαν ὑψηλόν ἐστι, καὶ θρασύ: *sunt omnes juvenes superbi, et audaces*, dixit Metrod. apud Stob. serm. 50. omnino proni ad irrisionem, et contumeliam. Huic ætati ἀκόλαστον καὶ ἄλογον attribuit Plutarch. in Opere de virt. Morali. Signanter Horat. quem in hunc locum advocat Servius: 'Non ego hoc ferrem calidus juventa.' Posset et Aristotelem Rhet. II. 12. θερμοί εἰσιν οἱ νέοι: *juvenes calidi sunt.* Ibidem notans mores juvenum, ἀδικοῦσι τὰ ἀδικοῦσιν εἰς ὕβριν, quia nunquam injuriæ illorum sine contumelia. Cerda.

Orsa] Id est, dicta. Scal. IV. 16. *Taubmann.*

436 *Thybridis undam*] Romanus codex, Porcius, et aliquot alii veteres legunt, *Tybridis alveo.* Sed undam, plerique malunt. *Pierius.*

Classis invectas Thybridis alveo] Hic Turnus per somnum consentanea respondet: ut apud Hom. Od. Δ. Penelope eidolo sororis a Pallade immisso, illis versibus, quibus est initium, τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα περίφρων Πηνελόπεια, Ἡδὺ μάλα κνώσσουσα ἐν ὀνειρείῃσι πύλῃσι. Non ita dissimili genio est illud Od. A. Telemachi ad matrem Phemii fidicinis cantum inhibentem: ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε, Ἱστόν τ' ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε Ἔργον ἐποίχεσθαι, μῦθος δ' ἄνδρεσσι μελήσει Πᾶσι. *Germ.*

440 *Victa situ senectus*] Temporis longinquitate, ex qua nascitur situs. *Servius.*

Verique effœta] Cassa veritatis. *Id.*

Veri effœta] Id est, cassa veritatis. Vel, quæ cessavit vera dicere: Scal. IV. 16. vel, cui sunt effœtæ et exhaustæ vires ad dicendum quod verum est: ut innuat illam cœpisse delirare. *Taubmann.*

441 *O mater*] Irrisionis est, non

vius.
rrisio est aperta. *Don.*
uris nequicquam exercet]
nvidiam et contemptum,
athius γέρον, προσφώνησιν
unquam ad veneratio-
quam miserationem, ad
nonnunquam usurpari;
d supra, 'fortunate se-
potest προσφώνησιν hono-
ίροντες Homero dicuntur
nore digni viri, etiam si
un non attigerint, ut Ro-
interdum. *Germanus.*
vatem formidine ludit]
Nam eam defendebant
m ætas, saltem religio
Servius.
viri] Vide Adag. 'Bel-
uræ fuerit.' Ita Iliad. H.
ndromachen: Πόλεμος δ'
τα Πᾶσιν, ἐμοὶ δὲ μάλιστα.

[?]ssemque, &c.] Talis est
[?]tam. l. II. 'Vel quid
[?]uid sis passa: colum-
[?]m calathis, et stamina
: 'Bella relinque viris.'
es est Claudian. in Eu-
Emmeness.
antiquis omnibus codi-
ot habui, *gerent*, futuro
ptum observavi: quod
placet: quia ex affirma-
ntentia videtur absolu-
ent malueris, sententia
, ex morum consuetu-
.
in iras] Communis ser-
illa re: sed figuratius,
rem dicimus: et est
elii elocutio. *Serv.*
] Loquenti. Unde etiam
nus. *Idem.*
antiquis aliquot exem-
adverbium est: sed
eptius, *subitus*, in non
legas. *Pierius.*
pat artus] Vicinitate sci-
Nam tremor furoris est.

Tremor occupat artus] Il. Θ. τρόμος ἔλλαβε φαίδιμα γυῖα. *Germanus.*

447 *Diriguere oculi*] In Romano cod. et in quibusdam aliis scriptum est *deriguere* per *de*, pro *diriguere:* significat vero utcunque legeris *induruere*, quod est insaniæ signum. Inde apud Plautum in Menechmis, interrogat Medicus eum, quem insanum esse credebat, 'Solentne tibi unquam oculi duri fieri.' *Pierius.*

Deriguere oculi] Sunt hi, quos Maximus Tyr. dissertat. 40. explicans ait, ὥσπερ οὖν εἴ τις ἦν δύναμις ὀφθαλμοῖς ὁρᾷν ἀεὶ, καὶ ἀποτείνειν ἀτενῶς τὴν ὄψιν, καὶ δέχεσθαι τὴν προσβολὴν τοῦ φωτὸς, καὶ μηδὲν αὐτῇ δεῖν καλυπτόντων βλεφάρων. Is videlicet oculus, qui perpetuo aciem intendit, lucemque admittit, nec palpebris connivet. Et dissertat. 35. ὀφθαλμοὶ ἀτενῶς δεδορκότες. *Cerda.*

Sibilat] Ita scilicet expressa Furiæ ferocitas, ut apud Ovid. Met. IV. 'notæ sonuere colubræ; Parsque jacent humeris, pars circum pectora lapsæ Sibila dant.' Stat. Silv. III. 'Furiarum sibila.' et Theb. VIII. 'acuitque tubas, et sibila miscet Tisiphone.' Eadem Tisiphone apud eundem Theb. I. 'fera sibila crines virenti Congeminat.' Ubi pulchre *virenti* cum respectu ad colubros. Nonnus l. XXXII. dat hoc verbum flagello Megæræ, σύριζεν ἦχος ἱμάσθλης: *sibilabat sonitus flagelli.* et XXII. δρακοντοκόμοιο Μεγαίρης. Tisiphone apud Stat. Theb. XI. inducitur cum 'adstridentibus hydris.' *Idem.*

448 *Tantaque se facies aperit*] Remoto anili vultu, quem finxerat, et quo se induerat. Sic supra de Venere, 'Et vera incessu patuit Dea.' *Servius.*

Flammea] In Romano cod. *fumea.* Sed enim hic *flammea*, lectio castior: nisi velimus ad pineam facem adludere, quam intorserit, quæ alibi eodem modo circumscribitur a Virgilio, 'Nec Fumea tedis lumina.' Nam et Ovidius, et eum secutus Claudianus fla-

gunt Furias etiam facem gestare: et inferius Virgilius ait, 'Sic effata facem juveni conjecit et atro Lumine fumantes fixit sub pectore tedas.' Sed utcunque hæc accipiantur, placet hic de oculis dictum, ut in VI. 'Lumina flammea,' non sine codicum varietate legi diximus. *Pierius.*

450 *Geminos erexit crinibus angues*] Similes. Nam omnes eam dixit erexisse, non duos. *Servius.*

Geminos] Id est, similes: nam omnes erexit, non duos: ita Cic. in Vatin. 'Consorti quidem in lucris atque furtis, gemino et simillimo nequitia,' &c. Idem pro Roscio: 'Par est avaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia.' Varro, *geminum* semper capit pro simili: ut, 'Gorgones geminæ:' cum earum tres sint. *Taubmann.*

Erexit] Furiis datur quidam furor, qui explicatur per verba *attollendi, erigendi*, et similia. Inde in VI. 'Exsurgitque facem attollens.' Ita hic, angues erecti, ut ibi fax sublata. Claudian. l. I. Ruff. de Alect. 'et totos serpentum erexit hiatus.' Valer. Arg. l. VIII. 'Furiarum erecta flagello.' Statius Theb. l. VIII. 'rectique ante ora cerastæ velavere Deam.' et in XI. de Tisiphone, 'Crinalem attollit longo stridore cerastem.' Prolyxo irata describitur ab eodem l. V. 'erecta genas.' De serpentibus Cereris Claud. 'levant colla, erecti roseas cristas.' Non abit ab Statio Theb. l. I. cerastas, quibus Tisiphone armatur, induci astantes. Ait enim: 'Centum illi astantes umbrabant ora cerastæ.' Ammian. l. XVII. 'Ad indignationem justam Julianus erectus.' *Cerda.*

451 *Verberaque insonuit*] Pro verberibus insonuit, id est, per verbera. *Servius.*

Verberaque insonuit] Pari furore Erinnys apud Silium l. II. 'Et dirum insonuit Stygio bis terque flagello.' Iterum: 'verbera Erinnys Incutit, atque atros insibilat ore timores.' Nonn. l. XXI. μάστιγα dat Megæræ. *Cerda.*

Verberaque insonuit] Nove dictum: Scal. IV. 16. Notetur autem ars poëtæ summa, qui hæc ita descripsit, ut legenti animum et capillos horrescere credideris. *Taubmann.*

Rabido ore] Habitum futuræ orationis ostendit. *Servius.*

Rabido] In Romano, et paucis aliis, *rabido*: legitur per *b* in quibusdam *rapido* per *p*. Pierius.

Rabido ore] Apud Ovid. Met. IV. Tisiphone affert, 'Et scelus, et lacrymas, rabiemque et cædis amorem.' Apud Claudian. in Ruff. l. I. una Furiarum, 'Quæ nova corrupit nostros clementia mores? Quo rabies innata perit?' Inde Euripid. Orest. Furias vocat δρακοντώδεις κόρας, *puellas viperinas*; quod non ad serpentes solum, sed ad virus et rabiem earum referri potest. De iisdem statim: αἵ μ' ἐκφοβοῖεν μανιάσι, λυσσήμασι: *si me terrefacient furore, rabie.* Recte itaque apud eundem in Hercule insano leges Rabiem natam Nocte, νυκτὸς ἔκγονον λύσσαν, quia Furiæ quoque, quarum est rabies, nocte quoque sunt satæ. *Cerda.*

452 *En ego victa situ*] Pejus non potuit objurgare metuentem, quam in illum regerere, quæ protulerat. *Donatus.*

En ego victa situ, &c.] Acerba repetitio, quæ rhetorum filiis mimesis appellatur, qualis est Æn. IV. 377. *Emmeness.*

453 *Falsa formidine*] In Romano codice, *falso* adverbialiter scriptum est. Sed longe melius, *falsa formidine*, ut objecta per verba eadem eludat. *Pierius.*

454 *Respice*] Multi hic distinguunt et superioribus jungunt, ut sit sensus, Respice eam, quam dicis falsa deludi formidine. *Servius.*

Ad hæc, adsum] Id est, ad regum arma, et ad bella. Quomodo ergo dicis quod superflue his inferar rebus, ad quas veni? Alii *respice ad*

, ut sit quasi demonstran- ice, bella et lethum gero.'

ad hæc) adsum] *Ad hæc;* tum, quæ manu gero. Qui- guunt, 'Respice: ad hæc *Taubmann.*

s manu letumque] Contra a viri pacemque gerant.'

m juveni conjecit] Satis facem juveni conjecit, tardescit et desinit. Supra atæ serpentem injecit: ulieribus semper viget ve- *rvius.*

veni conjecit] Alludit Ju- hæc Maronis Sat. VII. 68. telum confundat Erinnys, irgilio puer, et tolerabile itium, caderent omnes a dri.' *Emmeness.*

mine fumantis fixit tædas] s. Ut, 'Et pulchra faciat urentem.' Atro autem la- li, inferno, alias ratione *vius.*

ine] Atrum lumen, ex Eu- id. reddit Victorius ἀὔγλον Talis est autem Eurip. ver- σεις δὲ παμφαὲς σέλας πυρὸς γλον ἔδωκεν παρ' ὕπνῳ. *Ger-*

antis tedas] Δᾷδας ψολοέσ-

re] Ubi fellis locus est, id lite. *Servius.*

In Romano codice, et in aliis legere est, 'Illi in- um rumpit pavor.' Sed tio venustior habetur: et a a Grammaticis: in non- *r*, *rupit.* Pierius.

um ingens rumpit pavor] Si- Eteoclis, excitati a somno, am Theb. l. II. 'Illi rup- ttollit membra, toroque mus monstris.' Tu reliqua. od Hippoc. vocat ἐνύπνιον ll. de morbo sacro, *hor- mnion.* Cerda.

459 *Perfudit toto proruptus*] Et hic, *perfundit*, eodem præsenti tempore. Alibi enim adnotavimus rem gestam per præsentis temporis formam enarrari, majoris esse vehementiæ, nisi putare voluerimus a illud in antiquis fuisse accentus notam. Præterea sunt vetusti codices, in quibus *prœruptus* legatur: sed *proruptus* omnino melius. *Pierius.*

T. proruptus corpore sudor] Lacrimæ, omnis fere gravioris commotionis comites: quæ etiam somnianti hic Turno fluunt. Casaub. ad Pers. Sat. II. *Taubmann.*

460 *Fremit*] Cum clamore deposcit. Bene autem *amens*, quia in thoro requirebat. *Servius.*

Arma amens fremit; arma toro] Credam Poëtam instituisse vel veteri Poëtæ, qui: 'Tela famuli, tela, propere, sequitur me Thoas:' vel mori Romano, quo, instante conflictu, inclamabatur, *arma, arma.* Livius lib. VII. 'Conclamatum ad arma, concursumque in muros.' Ammianus l. XXVII. 'Cum undique ad arma conclamaretur.' Eidem mori (ut credi par est) instituerunt. Ovidius, et Horatius. Prior Met. XIV. 'Certatimque omnes uno ore arma, arma loquuntur.' Posterior Od. I. 35. 'Ad arma cessantes, ad arma Concitet, imperiumque frangat.' Sicut etiam Statius Theb. l. VII. 'Arma, arma, insani,' &c. et l. III. 'vociferans arma, arma viri.' Et Silius l. IV. 'Arma viri, rapite arma viri.' Vide vero præcipitantiam versus et sententiarum. Talis ea Eurip. Supplicib. λάβετε, φέρετε, πέμπετε. *Cerda.*

Arma amens fremit; arma] Illa repetitio habet suam venustatem. Talis est illud Ovidianum Met. XI. 377. 'cuncti coeamus et arma, Arma capessamus:' ad quem non pœnitebit consuluisse Nob. Heinsium, qui plura hujusmodi exempla observavit. *Emmeness.*

Toro] Lib. Æneid. ad illud, 'fidum capiti subduxerat ensem,' aperio mo-

rem, unde hic locus potest illustrari. Testimoniis ibi adductis adjunge Livium l. xxxix. 'Ad nutum scorti Consul stricto gladio, qui super caput pendebat,' &c. Et Nonnum l. xxvi. Νήδυμον ὕπνον ἴαυον ἀκοντοφόρων ἐπὶ λέκτρων: *Profundum somnum dormiebant sagittiferis in lectis*. Atque etiam Theocrit. idyl. xxiv. ubi Amphitruoni ξίφος Κλιντῆρος κεδρίνῳ περὶ πασσάλῳ αἰὲν ἄωρτο: *Gladius pendebat semper ad lectulum ex claro cedrino*. Et Plutarchum in Pelopida, ubi loquens de Alexandro Tyranno Pheræorum, τὸ ξίφος ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς κρεμάμενον, dicit gladium ad caput illius fuisse suspensum. In vita Alexandri ait idem Plutarch. habuisse semper hunc ducem sub pulvino gladium. Eundem morem attingit bis aut ter in vita Catonis Uticensis. *Cerda.*

461 *Scelerata insania belli*] Nihil enim tam insanum, quam desiderare id, per quod possis perire. *Servius.*

Scelerata insania belli] Describit multis Græcorum ὁπλομανίαν. Videtur etiam mihi signare hominem, quem Græci vocant ἀρειμάνιον, sive ἀρειμανῆ, id est, *furentem insanumque bellandi amore*. Quam vocem ita solvit Homerus μαίνετο δ' ὥστε Ἄρης: *furebat ut Mars*. Nonnus l. xxvi. conjunctam adhibuit, ἀρειμανέες μάχηται. Pulchre ait Maximus dissert. 14. τί ἂν ᾖ θυμοῦ παρασκευαστικώτερον πολέμου καὶ ὅπλων; *Quis major iracundiæ fomes est quam bellum et arma?* Ad lucem Virgilii Statius l. vii. 'ferus omni pectore sævit Martis amor.' Ibidem: 'ferrique insana voluptas.' Et l. xi. de Polynice contacto a Furia: 'Ardet inops animi,' &c. facitque illum, ut percussus est a Furia, non jam cupientem Regna, sed spirantem 'et scelus, et cædem.' Sic de Turno, 'scelerata insania belli.' *Cerda.*

462 *Magno veluti*] Ornatus Poëticus in parabolis similitudinibusque maxime consistit. *Donatus.*

463 *Virgea*] De virgis: unde facta est flamma validior. *Servius.*

Costis] Lateribus. Et bene antiquum respexit morem: nam ollas non suspendebant; sed positis circum circa ignem adhibebant. *Costis* autem, id est, lateribus: ut, 'Tardi costas agitator aselli.' *Idem.*

Aëni] *Vasis*, subaudiendum monet Sanct. Minerv. p. 347. ut *fictilia*, *Corinthia*, &c. Ad locum quod spectat, plenissimam complectitur descriptionem, qua noster Homero palmam præripuisse videtur, teste Macrob. Saturn. v. 11. Utitur et Silius l. v. eadem similitudine: 'Ut multo accensis fervore exuberat undis, Clausus ubi exusto liquor indignatur aheno.' *Emmeness.*

464 *Exultantque æstu latices*] Q. Serenus ita scripsit: 'Igne lapis candens datur exultantibus undis.' Ovid. Metam. vii. 'Interea calido positum medicamen aheno Fervet, et exultat, spumisque tumentibus albet.' Hippocr. lib. de flatib. dixit, ἀπὸ τοῦ λεβήτων ἀτμὸς ἀνέρχεται πολὺς ἀφρομένου τοῦ ὕδατος: *exsultat vapor multus ab aqua cocta in lebetibus*. Nonnus l. x. ἀναπτομένοιο δὲ πυρσοῦ Φοίνιος ὑδατόεντι λέβης ἐπεπάφλασεν ἀτμῷ: *incenso vero igne Rubens lebes aqueo bulliebat vapore*. Cerda.

Furit intus aquaï Fum.] Nec immerito: nam potest esse et alterius rei amnis. Ut, 'Fluvios videt ille cruoris.' Hanc autem diæresim Tucca et Varus fecerunt. Nam Virgilius sic reliquerat, 'Furit intus aquæ amnis,' et 'exuberat ut aquæ amnis:' quod satis asperum fuit. Notandum quod in toto Virgilio non reperiuntur, nisi quatuor diæreses: hoc loco, et in Æn. iii. ut, 'Aulaï in medio libabant pocula Bacchi,' et in vi. ut 'aurai simplicis ignem,' et in ix. 'dives pictaï vestis et auri.' *Servius.*

Aquaï] Sane Servius *aquaï* repositum a Tucca, et Varo asserit, quum Virgilius, *aquæ amnis* scriptum reliquisset, ut in vulgatis est Servii commentariis, quod an sit fide dignum, alii viderint. Nam Probus Valerius

Mum quatuor locis tantum
num ex æ diphthoo. in a et
, unum ex his recenset,
aquaï.' In antiquis vero
mnibus quotquot versare
erit intus aquæ vis scriptum
d: neque tot codices te-
enire crediderim. Præ-
irgilius usquam varietatis
t, in hac præcipue compa-
m affectasse videtur. A-
m effervescentem dicere
modis circiter senis ean-
ntiam variavit. Mira elo-
s, et sermonis copia, uber-
cundiæ vere redundantis,
tiatur,' 'Undantis Aheni,
æstu latices, Furit intus
Fumidus atque alte spumis
amnis; Nec se jam capit
at vapor ater ad auras.'
uum veteres codices, aquæ
: et unum plus membrum
ietate, neque id indecorum
, si aliter quam aquaï le-
it, (Valerio enim libenter
s integras relinquo) eo mo-
m crediderim scriptum re-
Præterea ita habetur in
mmentariis manu scriptis,
Petrejus Zancus juvenis
ngua optime peritus legen-
quamvis vulgata, aquæ am-
nt. *Pierius.*
Ita multi legunt, et agnos-
esin. In his Cælius XXVII.
ulla ad hanc rem hic Ser-
præit ipse Vates, qui au-
. Qui tamen legeret, aquæ
olerisque veterum exempla-
: ἀτόπως legeret; nam ex
a imitatione. Homerus e-
s. XIII. ἲς ἀνέμοιο, vis venti:
. ἲς Τηλεμάχοιο, vis Telema-
s illud Æneid. IV. 'odora
s.' *Cerda.*
vis] Ita Ms. Servius. Sic
σταμοῖο· ἲς ἀνέμου. Et hanc
germanam esse, contra Tuc-
arum (qui testantur Virgil.
, aquæ amnis) itemque Pro-
bum, Macrobium, Crinitum (XVIII. 2.) Cælium (XXVII. 6.) Cornutum, et alios, docent Erythræus et Fabricius: qui quidem Poëtæ judicium omnibus anteponit: et addit: Quod si quis contendere vult, illi Pythagoreorum quasi voce respondeo; ποιητὴς ἔγραψε. At cæteri illi leg. *aquai Fumid.* &c. *Taubmann.*

Aquaï] Ad hunc locum vide H. Stephani Virgil. lectiones p. 23. et 24. *Emmeness.*

466 *Nec jam se capit unda*] Melius quam si diceret, 'Nec jam vas undam capit.' *Servius.*

Nec jam se capit unda] Lucret. 'capiunt irarum pectora fluctus.' Sic et exuberantes cyathos Græci ὑπερφιάλους vocant, qui infusam humoris nimiam copiam rejectant et respuunt, quam capere et continere nequeant: quam vocem ad homines Homerus transtulit, quos et *superfluentes* eadem metaphora Catull. dixit. Ovid. Metam. VII. 'Interea calido positum medicamen aheno Fervet, et exultat, spumisque tumentibus albet.' Et Calab. l. V. in hoc argumentum de Ajace furente: μέλαν δέ οἱ ἔζεεν ἦτορ Εὖτε λέβης ἀλίαστον ἐπ' ἐσχάρῃ ἡφαίστοιο Ῥοιβδηδὸν μαίνηται ὑπαὶ πυρὸς αἰθομένοιο, Γάστρην ἀμφὶ δὲ πάσαν ὅτε ξύλα πολλὰ θέρηται Ἐννεσίῃς δρηστῆρος ἐπειγομένου ἐνὶ θυμῷ Εὐτραφέος σιάλοιο περὶ τρίχας ὥς κεν ἀμέρσῃ. Aristot. lib. περὶ ζώων, ubi de cordis pulsu agit, et apostematum inflammationes ebullitioni et fervori similes facit, hunc effervescentis aheni actum innuere his verbis videtur: ἡ δὲ συμβαίνουσα σφύξις τῆς καρδίας, ἣ ἀεὶ φαίνεται ποιουμένη συνεχῶς, ὁμοία φύμασίν ἐστιν, ἣν ποιοῦνται κίνησιν μετ' ἀλγηδόνος, &c. *Germanus.*

Volat vapor] Ita Manil. l. I. 'volucri fumo.' Et Nonnus l. XXIII. ἠερόφοιτος κάπνος, *fumus aërivagus.* Illustrabis satis hunc locum his, quæ dicta jam a me Ge. II. ad illud, 'fumosque volucres.' Hic ad rem Poëtæ pertinent verba Hippocratis lib. de flati-

bus: *ὡς γὰρ ἀπὸ τῶν λεβήτων ἀτμὸς ἀνέρχεται πολὺς ἑψομένου τοῦ ὕδατος: Quemadmodum enim ab aqua in lebetibus ebulliente vapor copiosus evehitur.* Cerda.

Volat vapor ater, &c.] Fumus et aliæ res celeres carentes animo et fere etiam corpore poëtis dicuntur habere alas, volare, ut observatum hoc a P. Victorio var. lect. XXVI. 13. *Emmeness.*

467 *Ergo*] Id est, quia sic incensus est. *Servius.*

Polluta pace] Vel sua vel Trojanorum. *Idem.*

Polluta pace] Aliter enim adversus socerum moveri non debuit. Præterea impellebatur a Furia. *Donat.*

Polluta] Cum Latinus dicatur pacem polluisse, quod desponsam Turno destinaverit alteri tradere, non abhorret ab hujus verbi potestate illud Horatii Od. IV. 5. 'Nullis polluitur casta domus stupris.' Inde superior illa conquestio Amatæ ad Latinum: 'Quid tua sancta Fides,' &c. *Cerda.*

468 *Indicit*] Figurate verbum bellicum posuit. *Servius.*

Indicit] Verbum bellicum signate positum, aliqui notant, probant re nulla. Sed *indictum bellum*, id est, denuntiatum, lib. ult. de Legationibus. Brissonius notat l. IX. de verb. signif. Quis nescit bella indicta Fecialium opera? Quid, quod *indicere*, est verbum sacrorum? nullum vero bellum apud antiquos, nisi prius nuncupatis votis. Ergo, quia dicturus postea, 'Divosque in vota vocavit,' præmittit, *indicit*, ut verbum sacrum. Sic *feriæ indictæ*, id est, *imperativæ*, apud Macrob. I. 16. Satur. et Virg. l. I. 'Divum templis indicit honorem.' Quem in locum lege Servium. *Cerda.*

Primis] Ductoribus, ut causam scirent. *Donatus.*

Primis juvenum] Clarum est hic significari scientissimos rei militaris; sed Poëta, ingeniosissimus Augusti adulator, tanquam aliud agens, et poëtice rem tractans, allusit tacite ad principes juventutis, qui facti ex instituto Augusti, ut liquidum ex Tacito Annal. l. I. 'Genitos Agrippa Cajum ac Lucium in familiam Cæsarum induxerat, necdum posita puerili prætexta, principes juventutis appellari cupiverat.' De iisdem Cajo et Lucio extat Augusti nummus apud Goltzium: C. L. CÆSARES. AUGUSTI. F. COSS. DESIG. PRINC. JUVENT. Erant vero *principes juventutis*, qui sequenti ævo dicti sunt Cæsares, nimirum destinati ad successionem Imperii. Et quidem multa in Virgilio simillima alii observarunt; nam sæpissime unius tantum voculæ allusione ad res Augusti celebrandas aspiravit. *Cerda.*

470 *Se satis amb. venire*] Ita alius P. 'veniam satis omnibus unus.' *Ich will allen gewachsen gnug sein.* De quo me vide ad Plautum. *Taubmann.*

471 *In vota vocavit*] Quia nuncupatis votis bella sumebant. *Servius.*

Divosque in vota vocavit] Scilicet ante bellum. Aperte attingit morem Romanum. Apud Polyb. l. III. Annibal moturus castra inducitur prius *τοῖς θεοῖς ὑπὲρ ἁπάντων εὐξάμενος: vota faciens Diis pro salute omnium.* Non enim fas exire ad hostem, nisi annuente numine. De Rege quodam Ammianus l. XXI. 'Tardante trans Tigridem Rege, dum moveri permitterent sacra.' Et postea de eodem: 'Nuntiatur Regem, cum omni manu quam duxerat, ad propria revertisse, auspiciis dirimentibus.' *Cerda.*

472 *Certatim*] Amor maximus, et favor in Turnum ostenditur. *Donat.*

473 *Hunc decus egregium formæ movet*] Turni scilicet decus. Nam hoc dicit, alios pulchritudo Turni, alios nobilitas, alios virtus movebat ad bellum. Nam hoc est, 'animis audacibus implet,' id est, fortibus. Quidam hæc ad singulos, qui se in arma hortabantur, referri volunt. *Servius.*

Juventæ] In codicibus aliquot antiquis, *juventa* legitur. Sed omnino melius 'Decus formæ,' et 'Decus ju-

re. *Pierius.*
us, *&c.*] Forma et ætas
valent ad misericordiam
. Ter. And. I. 5. 52. 'Mi
hujus formam atque æta-
Ad quæ verba videndus
Recte Apulejus Metam. l.
ormæ simul et ætatis con-
ad justam indignationem
modo facinoris sæviatis.'

e claris dextera factis] In
dice, *clari facti* scriptum
araphrasi, *virtutis.* Sed
tur, *claris factis,* ut sit hy-
'dextera clara factis.'

ulos an. au. inplet] Vide
. ad hæc Ovid. Met. VII.
ræ clamoribus implent.'

nova] Dolo. *Servius.*
locum, quo litore] Prono-
omine ponitur, non pro
Unde nove inter duo no-
pronomen posuit: nam
o diceret: et hoc semel
t. *Idem.*
o litore] Rectius fuisset,
love autem inter duo no-
pronomen posuit. Et hoc
m fecisse Virgilium, ait
ed et paulo ante; 'Auda-
ad muros, quam dicitur
bric.
tis cursuque] Cursu agita-
si *insidiis* circumvenimus,
us. *Servius.*
bus rabiem] Studium mu-
iem. *Idem.*
m. rab.] Huic simile com-
atii Theb. l. VII. ubi Tisi-
abiem agit tigres Bacchi,
tæ prius. Versus sunt:
ipereo tactas ter utram-
Eumenis in furias, ani-
edire priorem Impulit.'

irgo] Alecto. vs. 562. 'Co-
it sedem.' *Taubmann.*

480 *Nota odore*] Cervino. Solent enim ita institui. Horatius, 'Venaticus ex quo Cervinam catulus pellem latravit in aula.' *Servius.*

481 *Ut cervum ardentes agerent*] Hinc Horat. Epod. VI. 'Agam per altas aure sublata nives, Quæcunque præcedet fera.' *Cerda.*

Laborum C. f.] Hoc est, 'Et primæ revocabo exordia pugnæ.' *Servius.*

Laborum] In Romano codice, in Mediceo, et aliquot aliis antiquis, *laborum* legitur: eo enim vocabulo Virgilius adversa solet exprimere. Sunt tamen qui probant legend. *malorum.* Pierius.

482 *Animos accendit agrestis*] Plus quam si diceret, *agrestium animos.* Servius.

Animos agrestis] Excitavit eos primum, qui facilius excitari potuerunt, propter imperitiam et feritatem. *Donatus.*

483 *Cervus erat, &c.*] Hanc tanti belli causam, ut nimis levem, vellicat Macrob. V. 17. Qua tamen magis opportuna, magisque artificiosa, nullam excogitari potuisse, contra istum accuratissime docuit Jo. Jovian. Pontanus in Antonio, p. mihi 146. *Taub.*

Cornibus ingens] *Ingens,* et ad præstantem formam pertinet, et ad magnitudinem cornuum. *Servius.*

Cornibus ingens] Sic Phædr. I. 12. 'Ibi dum ramosa mirans laudat cornua.' Sed de his alio in loco. *Emm.*

484 *Tyrrhidæ pueri*] Tyrrhi filii: et, ut diximus supra, alludit ad nomen. Nam Tyrrhus dictus est pastor, apud quem Lavinia peperit. *Idem.*

485 *Tyrrhusque pater*] Sunt qui *Tyrrheus* legant, propter productam in patronymico *Tyrrhidæ* penultimam, ut Pelides a Peleo, Tyndarides brevi penultima a Tyndaro, qui Græcis τύνδαρος, τυνδάρεος, et τυνδάρεως· unde et τυνδαρείδας dixit aliquando Eurip. per ει in penultima. Supra tamen Belidæ nomen Palamedis, a Belo, ut Tyrrhides forsan a Tyrrho. *Germanus.*

Cui regia parent Arm.] Magistrum hunc pecoris vult fuisse, et saltuarium. Nam hoc est, 'Et late custodia credita campi.' Magister autem est pecoris, ad quem omnia pertinent animalia. Cicero, 'Nominat hominem, quem magistrum pecoris esse dicebat.' *Servius.*

Cui regia parent Armenta] Sophocl. in Tyr. ἐπεστάτει τοῖς βασιλικοῖς ποιμνίοις. Armentarium Latini, Græci ἀγελάρχην. *Germanus.*

Cui regia parent Armenta] Saltuarii sive ἀγροφύλακες officium erat conservare fructus, fines custodire, pascere armenta, ut Pignor. de Servis p. 274. Multa de Magistro pecoris obversavit Bochart. hist. anim. II. 44. *Emmeness.*

486 *Late*] In Romano codice, *lati*, sed familiari vitio; nam *late* adverbium omnino melius judicatur. *Pier.*

Campi] Continuatio intelligitur et una planities. Si *camporum* diceret, interpositos significaret montis tumulos, &c. *Donatus.*

487 *Adsuetum imperiis, &c.*] Fuit hoc e deliciis veterum, qui cervos tales habebant mansuetos, qualisque hic cervus describitur a Marone. Illustris est et lata descriptio Calpurniana Ecl. VI. Sumpsit Calpurnius descriptionem suam non tantum a Virgilio, sed, ut credi potest, ab Ovid. Metamorph. l. X. qui ita de cervo Cyparissi: 'Namque sacer Nymphis Carthæa tenentibus arva Ingens cervus erat, lateque patentibus altas Ipse suo capiti præbebat cornibus umbras, Cornua fulgebant auro, demissaque in armos Pendebant tereti demissa monilia collo. Bulla super frontem parvis argentea loris Vincta movebatur, parilique ætate nitebant Auribus e geminis circum cava tempora baccæ.' Addit deinde, solitum illum frænari a Cyparisso, in cujus etiam tergo sedebat, quod est argumentum animalis mansuetissimi. Scimus (Paulo Veneto attestante) Meditas populos Tartarorum uti cervis ad sessionem, tanquam asinis aut equis. De Heliogabalo etiam Lampridius: 'Processit in publicum et quatuor cervis junctis ingentibus.' Non absimilia Vopiscus de Aureliano. Sunt et notissima, quæ de cerva Sertorii Scriptores tradunt. Tu lege Plutarch. in ejus vita. *Cerda.*

Silvia] Bonum puellæ rusticæ nomen formavit. *Servius.*

488 *Ornabat cornua*] Similes blanditias de cervo Cyparissi Ovid. 'Tu modo texebas varios per cornua flores, Nunc eques in tergo residens, huc lætus et illuc Mollia purpureis frænabas ora capistris.' Similes Statius Theb. l. VII. de tigribus Bacchi, quas ipse Deus vagas dimiserat, 'Illas turba Dei, seniorque ex more sacerdos Sanguinis oblitas atque halantes gramen olentes Palmite maturo, variisque ornare corymbis Curat, et alterno maculas interligat ostro.' De tauro etiam Europæ Ovid. Metam. l. II. ait illum præbuisse 'cornua sertis impedienda novis.' Ampelus puer apud Nonnum l. XI. Pausanias in Arcadic. cervam exhibet habentem ψέλλιον, *torquem.* Vide vero in quo pretio cervus hic Maronis, cum post obitum donatus fuerit rogo, quod testatur Statius Silv. II. *Cerda.*

489 *Pectebatque ferum*] Quadrupedem. Ut, 'In latus inque feri curvam compagibus alvum:' sic dictæ, quod velocitate pedum ferantur. *Serv.*

Pectebatque] In codicibus aliquot antiquis, *potabat* legitur: quod non ita venustum videtur, neque adeo cicurationi adcommodatum. *Pierius.*

Ferum] *Ferus* et *fera* pro quavis bestia, etiamsi immitis ea non sit. Martial. de formica, 'Implicuit tenuem succina gutta feram.' Sic Æn. II. de equo Trojano, 'In latus, inque feri curvam compagibus alvum.' Itaque, quamvis iret rediretque, et quamvis esset mansuetus, ferus tamen; nam hæc ejus natura. Justinia-

. II. tit. 1. ' Cervos quo-
ita mansuetos habent, ut
et redire soleant; quo-
rum feram esse naturam
' Mitto bestias alias, quæ
issimo usu. Callimachus
ὀδόντας: et de leone,
Cerda.
patiens] *Patiens illius*
. Unde apparet unum *u*
i esse detractum. *Serv.*
rili] Nove dixit. Nam
nisi dominum dicimus:
leo dixit, quia dat ei hu-
um. Nam ait paulo post,
i similis.' *Idem.*
in codicibus aliquot *ma-*
manifesta Synizesis, sub-
men *u* alterum pleriqu
ita codices emendatiores
uanquam nihil prohibet
rto casu inservire partici-
us.
pat. mens. ads. herili]
ος, ὑποχείριος, καὶ τιθασ-
autem catellos, aut ani-
esticas, ὡς παρασίτους, τρα-
nt, quod mensis domino-
soleant, ut Hom. Iliad.
γε ἄνακτι τραπεζῆες κύνες
utem hic Maro ' manum
dixit, sic et de aquila
. Epigr. κεῖνον δ' αὐλίσθην
χειρὶ συνήθης Κράντορος, οὐ
τὸν ἐσσόμενον. Gramma-
volunt mansuetum, quasi
um χειροήθει respondere.
ı ad illud, ' mensæ assue-
Plutarch. συμπ. ζ. προβλ.
reges Persarum ὁμοτραπέ-
habuisse, quod cibatu
e animalia mansuescant.

s.] Mansuetus teste Non.
citur quasi ' manu adsue-
ns manum.' Omnia enim,
atura fera, manuum per-
itescunt. inde Georg. III.
amare' dicuntur ' plausæ
itum.' *Emmeness.*

491 *Errabat silvis*] Pascebat, ut, ' Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.' *Servius.*

Errabat silvis] Non male hic Victorius capit feram ἄφετον, ita enim appellantur belluæ, quæ vagantur libere sine ullo custode. Talis fuit ea cerva, quam jam exhibui ex Pausania, cui cervæ in torque incisus hic versus, Νεβρὸς ἑὼν ἑάλων ὅτ' ἐς Ἴλιον ἦν Ἀγαπήνωρ: *Hinnulus excipior solvente Agapenore Trojam.* Inde signate statim, ' rursusque ad limina nota,' &c. ἄφετοι enim et sacræ feræ ita libere vagabantur, ut nocte tamen redirent ipsæ ultro ad nota domicilia. De qua re clarus est Livii locus l. XXIV. ubi sermo est de gregibus sacris Junoni Laciniæ: ' Lucus ibi frequenti silva, et proceris abietis arboribus septus, læta in medio pascua habuit, ubi omnis generis sacrum Deæ pascebatur pecus sine ullo pastore; separatimque egressi cujusque generis greges nocte remeabant ad stabula, nunquam insidiis ferarum, non fraude violati hominum.' Fortasse ἄφετος, id est, *sacer*, leo ille, de quo Statius Silv. II. ' Quid quod abire domo, rursusque in claustra reverti Suetus, et a capta tam sponte recedere præda, Insertasque manus laxo demittere morsu?' *Cerda.*

492 *Ipse*] Id est, sua sponte. *Serv.*

493 *Errantem*] His versibus ponit excusationem Ascanii. *Donatus.*

Rubidæ] In codicibus aliquot antiquis, *rapidi*, virili genere. Sed in Romano, atque in Porcio, significatione et genere mutato, *rabidæ* legitur, quod ideo placet, quia superius rabiem canibus objectam legimus. *Pierius.*

Rabidæ canes] Certissima est nota in sermone animalium, auctores quippe cum de illis loquuntur, si sermo sit de generositate, sæpissime mares nominat, si de feritate, sæpissime feminas. Ergo hic, ubi feritas, et rabies canum proponitur, voluit genus

muliebre, non masculum. Ita Georg. III. in rabie amoris leæna inducitur catulorum oblita; non leo. Ibidem 'pessima tigris:' et 'rabidæ tigres,' et 'lynces Bacchi variæ.' Iterum, 'Scilicet ante omnes furor est insignis equarum:' non equorum. *Cerda.*

Rabidæ canes] Recte: quia in fœminis plus iracundiæ est. Alii l. *rapidæ.* Taubmann.

Rabidæ canes] Fœminino genere usurpari *canes*, quando de re venatica sermo est, notat Torr. ad Hor. Epod. 2. 'multa cane trudit apros,' &c. *Emmeness.*

494 *Secundo Deflueret*] Secundo, id est, cum aqua. Unde et adverso dicimus, contra aquam. Nam ideo *deflueret*, dixit: et *secundo* ideo, quia cursus fluminis post natantem videtur. *Servius.*

Deflueret] Aliquando hoc verbum fluendi finem significat: ut Horat. Epist. ad Lollium 1. 'Rusticus exspectat dum defluat amnis.' Consulendus ad hunc poëtam Torrent. I. 12. ubi in propria notione hic usurpari monet. *Emmeness.*

495 *Ripaque æstus viridante levaret*] Missum faciam, quod plerique codices antiqui *lavaret*, legunt: quum magis omnino placeat *levaret*. Id minime dissimulaverim, quod in codicibus aliquot manu scriptis invenitur, 'Ripaque æstus undante levaret:' nihil enim hoc displicet, quamvis *Viridante* gratius et lascivius. *Pierius.*

Ripaque æstus vir. lev.] De suo cervo Ovid. Metamorph. l. x. 'Fessus in herbosa posuit sua corpora terra Cervus, et arborea frigus ducebat ab umbra.' *Cerda.*

498 *Deus afuit*] Alecto Deum dicit: sicut de Venere, 'Descendo, ac ducente Deo.' Nam, ut diximus, numina utriusque sexus videntur ideo, quia incorporea sunt, et quod volunt assumunt corpus. Ut autem *Deum* dicamus pro Dea, non aperte ponitur, sed in subauditione. *Erranti.* Licet enim certum esset feriturum, tamen bene *errantem* dixit, quia non usquequaque semper certus est ictu: Horatius, 'Nec semper feriet quodcunque minabitur arcus.' *Servius.*

Deus] Id est, eventus, qui humanos actus aut implet aut deserit. *Donat.*

Deus] Id est, Alecto. Sic Ennius in Annalibus de Furiis loquens: 'Quos omnes Erebo perhibent, et Noctis creatos.' Tu adi, quæ jam late ego Æn. II. ad illud, 'Descendo, ac ducente Deo,' ubi Venerem intelligens, *Deum* nominat, non Deam. *Cerda.*

Abfuit] Hoc varie reperitur in codicibus antiquis scriptum. Nam *afuit*, et *afuit*, et *adfuit*, et etiam *affuit* legitur. Vera tamen lectio, et antiqua magis, *abfuit* est. *Pierius.*

499 *Perque ilia*] *Hoc ile* et *hæc ilia* facit. Hinc et Juvenalis, 'Vis frater ab ipsis Ilibus?' Nam quod Marullus Mimographus dixit, 'Tu Hectorem imitaris: ab Ilio nunquam recedis:' cum de guloso diceret, allusit ad civitatis nomen. Nam *ab ili* debuit dicere. Bene autem ea loca vulnerata dicit, quæ statim mortem afferre non possent, ut domum rediret, et esset caussa bellorum. Nam si statim periret, aut ipse aut vulneris auctor lateret. *Servius.*

Venit arundo] Verbo Homeri; nam Iliad. XVI. Πατρόκλου δ' ὑπὲρ ὦμον ἀριστερὸν ἤλυθ' ἀκωκή: *Patrocli super humerum sinistrum venit cuspis.* Cerda.

500 *Nota*] Quorum humanitatem diu comprobasset. *Donatus.*

Nota intra tecta] Græci uno vocabulo ἤθεα dicunt notas sedes, ἀπὸ τοῦ ἔθους. *Germanus.*

501 *Successitque gem. stabulis*] Supra Georg. 'Tecto assuetus coluber succedere, et umbræ.' *Germanus.*

503 *Silvia prima soror*] Bene puellæ dat doloris impatientiam. *Servius.*

Palmis percussa lacertos] Nota doloris, de qua jam ego Æn. v. Et hic adjungo Ovid. Met. II. 'Pectora nuda meis conabar plangere palmis.'

eb. I. 'sævis plangoribus
ta replet, vacuumque fe-
ine pectus:' videlicet ad
endos, ut alibi explico.
de nobili femina, 'Liven-
Ungue premens.' Nonnus
um femineum describens:
παλάμῃσιν ἔτυς φοινίσσετο
ebat ambitus mammillarum,
a palmis. De Proserpina
'planctuque lacertos Ver-
ipsomet luctu idem de VI.
. 'et saucia lividus ora.'

s conclamat agrestis] Aut
duri sunt: aut duros, qui
tum non dolebant. Serv.
t] Verb. militare. Concla-
ad arma: furtum etiam;
Taubmann.
Plerique codices antiqui
eo, legunt illi. Sed puto
raphrasi emanasse, quæ
um vetus interpretaretur.

aria. Servius.
nterpretes Furiam capiunt.
ehementer: ego pastores
ui statim ad Silviæ clamo-
t me in hanc mentem tum
ipse, tum asperitas, quæ
e Furia, ita præclare de
ii duri et asperi. Itaque
a, belli pestem latere in
nter virtutem rusticorum:
existimati rustici. Vide
go late Ge. II. ad illud,
n veteres vitam coluere Sa-
da.
rovisi adsunt] Ὑποτόπτωσις
ustici. De qua re Scalig.
. Taubmann.
Hic torris facit, ut hic fus-
is.
Exemplaria vetera Palati-
abusto. Sunt tamen alia,
dusto legere est: sed Ob-
displicet, ut in Mediceo.

s arm. obusto, Stipitis hic gravidi nodis] Sic in fine Æn. XI. 'Stipitibus ferrum sudibusque imitantur obustis.' Arma rusticis propria sunt torres, stipites, sudes, &c. ut inferius 523. 'non jam certamine agresti, Stipitibus duris agitur, sudibusve præustis.' Emmeness.

507 Gravidi] Gravis, propter nodos scilicet. Servius.

Repertum Rimanti, telum ira facit] In omnibus Vaticanæ bibliothecæ codicibus, repertum est habetur: et pro ira facit in cod. aliquot antiq. ira fuit legitur; quod aliorum judicio relinquimus. Pierius.

Quod cuique rep.] Est hoc quod Actius in Chrysippo: 'Neque quisquam a telis vacuus, sed uti cuique obvium fuerat ferrum, alius saxum, rodum.' Alii legunt, 'alius saxo rude,' &c. Sed redeo. Quod Tacitus l. I. 'Quod cuique promptum, arma, equos, aurum offerentes.' et II. 'tela ad subitum usum properata.' Quod Plato Polit. l. V. ὅ,τι ἑκάστῳ παρέτυχεν ὅπλον. Quod Appian. I. Civil. in re simili τὰ προστυχόντα ξύλα ἁρπάσαντες. Quod Homer. Odyss. XIII. ὅ,τι χεῖρας ἵκοιτο. Simile quoque belli agrestis genus agnosces in Dionys. l. I. in historia Remi et Romuli latentium sub pastoritio habitu. Ait enim: 'Clamore sublato frequentes impetum in primos fecerunt, eosque circumventos alii jaculis, alii lapidibus, alii telis, ut quodque singulis in manus veniebat, petere cœperunt.' Paria habet Pausanias l. IV. in bello quopiam: οὐδὲ τὰ ὅπλα ἅπαντα ἀνελάμβανον, ἀλλὰ ὅτῳ προχείρῳ μάλιστα τύχοι τις ἁρπάζοντες: Non undique contractis armis, sed eo quisque telo arrepto, quod casus obtulisset. Sallust. etiam in exercitu Catilinæ: 'Pauci militaribus armis instructi: ceteri, uti quemque casus armaverat, sparos, aut lanceas, alii præacutas sudes portabant.' Bellissime hoc genus militiæ ita attigit Stat. Theb. VII. 'mutant galeas, alienaque cogunt Ad juga cornipedes, ferus

omni pectore sævit Martis amor.' *Cerda.*

Repertum] Qui differentiam statuunt inter *invenire* et *reperire*, hoc dicunt esse laboris et diligentiæ, illud aut quod facili negotio comparatur: vel *invenire* artis esse et industriæ; *reperire* casus et fortunæ. Quod nostri poëtæ congrueret sententiæ. Sed has differentias refutat Robert. Tit. Controv. VIII. 21. *Emmeness.*

508 *Rimanti, telum*] Quod quærens quisque reperit, ira pro telo esse jubet. 'Furor arma ministrat.' Lucanus l. III. 'Invenit arma furor.' *Taub.*

Tyrrhus] In codicibus aliquot antiquis legere est, *Tyrrheus:* eaque de caussa superius in Romano codice scriptum est *Tyrrhadæ*. Sed enim pene ultima *ei* esse deberet: est vero passim in obliquis *Tyrrhei*, ut *Orphei*, *Ilionei*, eodem codice. *Pierius.*

509 *Quadrifidam*] Quæ findi partes posset in quatuor. *Servius.*

Quadrifidam] Pari sensu in Georg. 'Quadrifidasque sudes.' *Cerda.*

Cuneis coactis] Satis signate *coactis* dixit. Exprimit autem antiquum morem: ut, 'Sed primi cuneis scindebant fissile lignum.' *Servius.*

510 *Spirans inmane*] De hac locutione Nob. Heinsius videndus ad Met. v. 348. *Emmeness.*

511 *At sæva e speculis, &c.*] Totum sequentem locum exploratum Statio Theb. l. III. jam vidit Scaliger. Ergo ille, 'Prima manu rutilam de vertice Larissæo Intendit Bellona facem, dextraque trabalem Hastam intorsu agens, liquido quæ stridula cœlo Fugit, et adversæ celso stetit aggere Dirces. Mox et castra subit: ferroque auroque coruscis Mista viris turmale fremit; dat euntibus enses: Plaudit equos, vocat ad portas; hortamina fortes Præveniunt, timidisque etiam brevis addita virtus.' Itaque, quod Maro Furiæ, Statius Bellonæ: quod ille signo pastorali, hic hastæ trabali attribuit. Effecta varia sunt. Ut vero Virg. 'tempus Dea nocendi;' ita Valer. Arg. III. 'tempus rata Diva nocendi.' *Cerda.*

E speculis] In plerisque codicibus manu scriptis, non habetur *e:* sed male. *Pierius.*

E speculis tempus dea nacta nocendi] Sic Justinus VIII. 1. de Philippo. 'quidem Philippus rex Macedonum veluti e specula quadam libertati omnium insidiatus,' &c. et recte quod verbum accommodatum fraudibus et malitiæ. Apulejus Met. l. 'Grandem scelerum materiam nacta.' Vide Donatum ad Ter. Hec. IV. 4. *Emmeness.*

512 *De culmine summo*] Proprie, quia de tectis agrestium loquitur. *Servius.*

Stabuli de culmine] Signate, et proprie; culmina enim agrestia sunt, dicta quasi a culmo, quod culmis paleartum contecta. Ita Eclog. I. 'Pauperis et tuguri congestum cespite culmen.' Ibidem in re pastoritia, 'Et jam summa procul villarum culmina fumant.' Itaque bene hic Servius: 'Proprie, quia de tectis agrestium loquitur.' Annexum huic doctrinæ, sumi ab Ovid. Fast. IV. pro fabæ stipula: 'Sanguis equi suffimen erit, vitulique favilla: Tertia res, duræ culmen inane fabæ.' *Cerda.*

513 *Pastorale canit signum*] Vocat *signum*, instrumentum, quo conclamatum ad arma. Ita et Julius Civil. l. III. 'Neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique concinerent, clamoremque universi tollerent.' Sumpsit fortasse sententiam ab Homero, apud quem contentio Iliad. l. XI. ἤϋσε θεὰ μέγα τε, δεινόν τε Ὄρθι' Ἀχαιοῖσιν. *Conclamavit Dea altum, horribileque Orthium carmen Achivis:* videlicet ad pugnam. Ab utroque, verius a Virgilio, Stat. Theb. l. I. inducit Tisiphonem, dantem signum ad bellum: 'Ut stetit abrupta qua plurimus arce Cytheron Occurrit cœlo, fera sibila crine virenti Congemi-

terris.' Est etiam locus Iliad. xx. per initium non bi Dii clamant, excitantes Græcos et Trojanos. sc signum pastorale? uti- : nam post pauca se ex- ita ait, 'qua buccina sig- dedit, raptis concurrunt is Indomiti agricolæ.' Est ina pastorum inventum. leg. iv. 11. 'Nunc intra oris buccina lenti Cantat.' Propert. Eleg. iv. 1. ubi t nascentis Romæ primam quæ tota fuit pastorum, ccina cogebat priscos ad ites, Centum ille in prato s erat.' *Idem.*

recurvo] Quasi definiat quæ e cornu, et hoc recur- getium dissidere, qui buc- nguit a curvo cornu, ita 7. 'Tubicines, cornicines, s, qui vel tuba, vel ære buccina committere præ- ' Sed dicamus prisco ævo, s est Maro, confusa hæc que antiquitus buccina, et m curvum, idem fuit in- , quod etiam satis indicat t. l. i. 'cava buccina sumi- ilis, in latum quæ turbine mo.' Quod instrumentum tellexisse Lucillus apud verbo *cogere*, cum ait: cionem sonitu et curvis ibus.' *Idem.*

ream] Aut terribilem, aut *rvius.*

In Romano codice *incen-* m æque placet: pleraque mutata sunt in omnibus ibus: quia, ut alias admo- lerisque in libris manu t eadem pene forma no- ntur. *Pierius.*

uere] In Romano codice, m aliis antiquis, *silvæ in-* tur. Sed *intonuere* me-

516 *Triviæ longe lacus*] Est nemus haud longe ab Aricia, in quo lacus est, qui Speculum Dianæ dicitur. Et notandum, quia vocem ejus paulatim facit procedere: quod locorum indicat commemoratio. *Servius.*

Triviæ longe lacus] Id est, Avernus, qui a Latini stabulis esset remotissimus. *Donatus.*

Triviæ lacus] Non solum nemora et lucos consecratos fuisse Dianæ notavit Turneb. xxx. 27. sed et lacus. Unde *Diana Limnæa* appellata l. viii. apud Strabonem. *Emmeness.*

Audiit] In antiquis codicibus plerisque *audit* unico i, utroque loco scriptum est: quod tamen pro duobus pronuntiari debeat: ut antiquo marmore *filis* pro *filiis* scriptum observavimus, et alia quædam hujusmodi. Neque prætererim in Romano codice, et quibusdam aliis, *audit et amnis* legi. Sed omnino magis placet *audiit*, dactylus, una dictione. *Pierius.*

517 *Sulfurea Nar albus aqua*] In via Flaminia est civitas Narnia in montibus posita, quibus subest Nar fluvius, qui Tyberino conjungitur. Ideo dicit 'Sulfurea Nar albus aqua.' Quia, dum currit, est sulfurei coloris; dum hauritur, albi: et Sabini lingua sua *Nar* dicunt sulfur. Ergo hunc fluvium ideo dicunt esse *Nar* appellatum, quod odore sulfureo nares contingat: sive quod in modum narium geminos habeat exitus. *Servius.*

Sulfurea] In Romano codice, *sulpurea* per *p* scribitur: ut alibi etiam *sulpura:* ex quo patet *sulphur* aliquando per *ph* scribi solitum, quum tamen dictio Latina sit: id enim Græce θέιον, et θεάφιον dicitur. *Pierius.*

Nar] Fluvius, qui Tiberino conjungitur. De quo et Ennius: 'Sulphureas posuit spiramina Naris ad undas.' Item Plin. iii. 12. 'Nar amnis exhaurit illos (Velinos lacus) sulphureis aquis.' *Taubmann.*

Sulfurea Nar albus aqua] Plinius III. 12. 'Nar sulphureis aquis.' Ennius Annal. l. VI. 'Sulphureas posuit spiramina Naris ad undas.' Servius: 'Sabini lingua sua Nar dicunt sulphur.' Claudian. Paneg. Prob. 'et Nar vitiatus odore, sulphure.' Auson. ep. 'sulphureus Nar.' Sidon. I. 5. 'Naris sulphurea.' Itaque ab aqua sulphurea Nar dicitur albus: sic et Silius l. IX. 'Narque albescentibus undis.' Servius hic: 'dum currit est sulphurei coloris, dum hauritur albi.' Sic et Tyberinum volunt aliqui dictum Albulam ab sulphure: unde illustratur Statius libro primo Silvar. 'Illic sulphureos cupit Albula mergere crines.' *Cerda.*

Nar] Amnis nomen, terminus inter Umbriam Sabinumque agrum, lævam Tibyris ripam petens, omnium, qui in hunc defluunt, maximus. Vide Cluver. Ant. Ital. II. 10. qui masculini generis facit, contra Sanctium, qui neutrius esse monet et indeclinabile p. 284. et 300. *Emmeness.*

Fontesque Velini] Ultra amnem sunt. Ut diximus, vox Furiæ paulatim procedit. *Servius.*

Fontesque Velini] Dictum jam in l. VI. Virgilianum hemistichium usurpat Florus I. 14. ubi ait: 'Curio Dentato Consule, omnem eum tractum, qua Nar ambit, fontesque Velini,' &c. Sed de hac lectione dubito. *Cerda.*

518 *Pressere ad pectora natos*] Statius, 'Pressitque Palæmona mater.' Item econtra, 'Nec natos ausæ deponere matres.' *Servius.*

Pressere ad pectora] Ostendit maternum affectum. *Donatus.*

Et trepidæ matres pressere, &c.] Maxima in perturbatione hoc fieri solet. Hunc locum Maronis et Euripidis confert Victor. var. lect. XXVI. 10. sed nostro palmam tribuit. Ut hunc locum ex Apollonio transtulit Virgilius, sic Lucanus imitatus est Virgilium l. I. 'Et pavidæ natos pressere ad pectora matres.' Vide Rutgersii var. lect. VI. 9. *Emmess.*

519 *Ad vocem*] Buccinæ. Ut, 'Sensit, et ad sonitum vocis vestigia torsit.' Nam quicunque sonus dici vox potest. *Servius.*

Tum vero ad vocem] Primo dixit, 'Silvia auxilium vocat:' postea dixit, 'Vocat agmina Tyrrhus,' et venisse aliquos. Tertio, Furia bellum finitimis tuba canit, et plurimi venere. *Donatus.*

520 *Concurrunt*] In veteribus aliquot codicibus, *occurrunt*, non ita proprie legitur. Sed dicamne illud, *Curro* verbum eandem olim habuisse pronuntiationem, quæ nunc in ore vulgi est? *concorrunt* enim in antiquissimis codicibus notatum animadverti: ne credamus sola illa *torvom*, *divom*, *sævom*, et alia hujusmodi *u* in *o* mutasse. *Pierius.*

Raptis concurrunt undique telis] Jam Macrob. conjunxit cum Virgilio Ennium ita scribentem Annal. l. III. 'Postquam defessi sunt, stant, et spargere sese Hastis ansatis, concurrunt undique telis.' *Cerda.*

Raptis concurrunt undique telis] Sic Philostratus VI. 13. *ἁρπασάμενοι ξύλα καὶ λίθους, καὶ ὅ τι εἰς χεῖρας ἑκάστῳ ἔλθοι.* *Emmeness.*

521 *Indomiti agricolæ*] Ita Julius belli Civ. l. I. 'pastores indomiti.' Possis in hoc fervore rusticorum usurpare illud Taciti Hist. l. I. 'Nullo tribunorum centurionumve adhortante, sibi quisque dux et instigator.' Nec non illud Petron. Sat. 'Arma placent miseris, detritaque commoda luxu Vulneribus reparantur, inops audacia tuta est.' *Cerda.*

522 *Auxilium castris effundit apertis*] Id est, ipsa in auxilium effunditur. *Servius.*

Auxilium castris effundit] Nam in periculo regii pueri non paulatim processum est, nec partibus, sed simul omnes. Tuetur autem Trojanos ab invidia, ut non ferant, sed ut defen-

uriam. *Donatus.*
apertis] Huic loco lucem
ius Comm. IV. 5. cum inter
strorum nomina, ea quoque
ae dicta peculiariter *castra*
l est, sub dio, præeunte ad
Livio l. XXIII. 'Agrumque
m ferro, ignique est depo-
donec coacti sunt Campani,
nodum viribus suis fidentes,
ortis, et castra ante urbem
communire.' Ergo in Poë-
is *apertis*, erit subdialibus.
dubium, quin simplicius
sit explicari, videlicet aper-
castra ad effundendos mili-
atione, qua dicimus, aperto
npisse aliquem. Ita Stat.
eb. l. II. 'densi sic agmine
inquaginta altis fundnntur in
ortis.' *Cerda.*
irexere acies] Ordinarunt in
e. *Servius.*
re acies] Sic Apulejus Met.
gitur præliaris acies,' id est,
r. *Emmeness.*
ræustis] *Præ* brevis fit prop-
entem vocalem: quod in una
ationis factum tolerabile est,
positus est sermo. *Serv.*
bus duris agitur sudibusve præ-
onnulli *stypitibus* per *y* prima
scribunt: ut ἀπὸ τοῦ στύπου
idem enim significat. Qui-
unt per *i* Latinum, uti etiam
er *i*, quamvis στύπιον, unde
deductum volunt, per *y* scri-
quæ apud nos in *u* transit;
enim dicimus. Est et illud
ersione dignum, quamvis, et
ὶ πάρεργον, apud T. Livium
imo primæ Decadis deside-
ionem castam, 'Sudem præ-
Nam ita in codice vetusto
'Ut Fecialis hastam ferra-
sudem præustam ad fines
erret.' Vulgata enim exem-
egunt *hastam ferratam, aut*
n. Pierius.
bus duris, &c.] Simile belli
epræsentat Livius l. XXXIV.

'Jam castra hostium oppugnabantur, saxisque, et sudibus, et omni genere telorum submovebantur a vallo Romani.' Statius l. IV. 'pineus armat stipes.' *Cerda.*

Sudibusve præustis] Ita Propert. IV. 1. 'Nec rudis infestis miles radiabat in armis. Miscebant usta prælia nuda sude.' Ammianus l. XXXI. 'clavas in nostros conjicientes ambustas.' Nam hæc arma barbaris et rudi sæculo usitata. *Taubmann.*

525 *Ferro ancipiti*] Utrinque noxio. Dicit autem aut gladios aut bipennes. *Servius.*

Sed ferro ancipiti] Ξίφει ἀμφήκει, ἀμφιστόμῳ, ἀμφικόπῳ, ἔγχει ἀμφιτόμῳ, et ἀμφιγυίῳ. Theocritus autem in re bellica διακρίνεσθαι dixit, ut alibi docuimus, pro *decernere.* Germanus.

526 *Seges*] Terra modo: ut, 'Quid faciat lætas segetes.' Per *atra* vero, fertilem significat, ut in Georgicis ostenditur. *Servius.*

Horrescit strictis seges ensibus] Ita in l. XII. 'strictisque seges mucronibus horret Ferrea.' Et in l. XI. 'tum late ferreus hastis Horret ager.' Et Ge. II. 'densique virum seges horruit hastis.' Homerus Iliad. l. XIII. Ἔφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσι: *Horruit autem pugna corruptrix hominum hastis.* Lycophron in Cassand. πέφρικαν δ' ὥστε λήϊον γύαι Λόγχαις ἀποστίλβοντες: *Horrebant ut arva segetis hastis splendentes.* Ennius apud Macrob. 'Sparsis hastis longis campus splendet et horret.' Alibi idem: 'Horrescit telis exercitus asper utrinque.' Pulchre quoque Nonnus l. XXII. cristas galearum vocat segetem: nam de duce quodam, Ἔγχεϊ Βιστονίῳ κορυθαίολα λήϊα τέμνων: *Telo Bistonio secans segetes, quæ erant in variis galeis.* Videtur mihi Stat. eandem rem repræsentare, cum dixit l. VII. 'Talis erat campo belli fluitantis imago.' Nam Poëtæ illam spicarum agitationem solent explicare per fluctus. Claud. in Ruff. l. II. 'seges ferri' dixit. Non hinc abit nota Hesychii,

qui Æschylum dixisse ἀθέρα, id est, aristam, ἀντὶ τῆς ἐπιδορατίδος, pro hastæ cuspide. Plutarchus etiam in Catone ἀθέρα dixit pro mucrone gladii. Scio a nonnullis dici, quid peculiarius intelligi ea voce a Plutarcho. *Cerda.*

527 *Sole lacessita*] Naturale enim est, ut metallorum splendor plus fulgeat alia luce percussus. *Servius.*

Sole lacessita] Eo modo, quo Lucr. l. IV. 'Fateare necesse est, Corpora quæ feriant oculos, visumque lacessant:' idem lib. eodem: 'Hæc loca per voces veniant, auresque lacessant:' idem: 'Hic odor ipse igitur, nares quicunque lacessit.' *German.*

Æraque fulgent Sole lacessita] Est hoc, quod Lucanus dixit: 'Ardentesque acies percussis Sole corusco Conspexit telis.' Actius etiam Epinausimache, 'Ab classe ad urbem tendant, nec quisquam potest Fulgentium armum armatus ardorem obtui.' Noster pari fulgore Æneid. XI. 'campique armis sublimibus ardent.' Quem locum vide. Libr. etiam II. dixit, 'Ardentes clypeos, atque æra micantia cerno.' Euripid. Phœniss. cum recenset apparatum bellicum multa habet ejusmodi: ut cum ait, κατάχαλκον ἅπαν πεδίον ἀστράπτει: *Æneus campus totus fulgurat.* Hippomedon dicitur ἀστερωπὸς, *fulgurans vultu instar sideris.* Et de Polynice φλέγεθον, a fulgore. Iterum, Ἀμφὶ δὲ πόλιν νέφος Ἀσπίδων πυκνὸν φλέγει, Σχῆμα φονίου μάχης. Homerus Iliad. XI. χαλκὸς οὐρανὸν εἴσω λάμπετ': *ferrum ad cœlum usque splendebat.* Statius libro duodecimo Theb. 'nec pulvere crasso Armorum lux victa perit, sed in æthera longum Frangitur, et mediis ardent in nubibus hastæ.' Et de galea Martis l. III. *jubar:* et de ejusdem clypeo, *lux:* et l. IV. 'Solem radiis ignoscere ferri.' *Cerda.*

Lucem] In codicibus aliquot antiquis, *lumen* legitur. Sed *lucem* melius. In aliquot aliis, *lucem sub lumine* habetur cum paraphrasi Solis. Sed *nubila* ob antitheton magis receptum est. *Pierius.*

528 *Fluctus uti, &c.*] Hanc collocationem dictionum laudat Scal. IV. 48. P. ubi de artificiosa verborum dispositione agit: aitque, Poëtam priores motus paucisyllabis dictionibus sensim deduxisse ad habitum ipsum, quem longiore designarit, *Albescere.* Sic Æn. I. cum etiamnum esset in principio navigationis, monosyllabis egit: 'Vix e conspectu,' &c. *Taubm.*

Albescere] E rerum natura hoc sumptum est: nam cum increscente crebrescenteque vento incipit mare paulum turbari et miscere, partes ejus, quæ non moventur, albescere videntur et vernare. De qua re Aristot. sect. 23. quæst. ult. Alioqui cum inhorruit, nigrescit: unde Æn. v. 2. 'fluctusque atros Aquilone secabat.' Turneb. XXVI. 28. Porro hanc Comparationem, quam ex Iliad. IV. sumptam Macrobius v. 13. exagitat, magnificam et plenam et nobilem docet Scalig. v. 3. Uno enim, inquit, tractu processum fluctuationis aptissime descripsit. Nam ante motum, qui animadversione dignus sit, albescit maris superficies: crispata enim fulget. Deinde paulatim sese tollit: tum altiores undæ contumescunt: postremo subvertitur a fundo ipso, &c. potes et, *primo ponto* (nam ita legit Scal. atque ita est in Rom. et Carp. Codd.) interpretari, in littore. Verum ibi semper albescit: semper enim frangitur. Hæc ille. Legitur hæc Comp. et Ge. III. 237. *Idem.*

Vento] In Romano codice, *ponto* legitur, hoc est, prima parte Ponti: sed magis placet omnino *vento*, quo spirante crispantur in spumas undæ, et ita albescunt. *Pierius.*

529 *Paullatim sese tollit mare*] Sic bella dixit surrexisse paulatim, sicut ventis flantibus sensim mare turgescit. *Servius.*

Paulatim sese tollit mare] Vertit, ait Macrob. Satur. I. 13. illud Homeri, πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται. *Cerda.*

Hic juvenis] Et puerum et ju- sonnunquam indiscrete ponit i, ut hoc loco. Nam Almo- nem modo juvenem dicit, est ait puerum. Movet au- rationem ab ætate, cum dicit a virtute, quod dicit, 'Pri- ite aciem:' vulneris etiam ate. *Servius.*

uvenis] Post cædem cervi, i, ut maximus natorum Tyr- leretur. Movet autem pathos, Tyrrhi filius, et quod maximus quod juvenis. *Donatus.*

uvenis, &c.] Nota: *Juvenis* est, audax: et est in *prima* ilig. III. 4. *Taubmann.*

ute sagitta] Homer. Iliad. iibet ὀϊστῶν ῥῖζον, καὶ δοῦπον *stridorem sagittarum, sonitum* i. Ibidem, ἔβραχε τεύχεα, *arma.* Cerda.

Almo] Bene rustici nomen t ex fluvio. *Servius.*

m Tyrrhi fuerat qui maximus eteres quidam codices ver- scribunt, *gnatorum Tyrrhei i maximus Almo.* Dicitur o per *o* finale, ut *Plato, So-* m enim nomen Latinum *on* uiri, ait Sosipater. Plinius designat usu recepta, ut *Xenophon.* Juniores Gram- ura recepere. *Pierius.*

asit enim sub gutture volnus] agitta. Ut, 'Illum ardens ulnere Pyrrhus.' *Servius.*

enim sub gutture volnus] In aliquot codicibus, *exit* legi- i *volnus* pro telo ponetur, iperius, 'Illum infesto vol- rhus Insequitur.' Est huic *ansabiit costas,* de quo suo tum: *hæsit* tamen, Medicei ctio, haud quaquam contem- *Pierius.*

enim sub gutture volnus] Si- mortis genus usurpatum est apud quem Idomeneus Il. m transfigit, λαιμὸν ὑπ' ἀνθε- ρεῶνα: *ad jugulum sub mento.* Apud Nonnum l. XXII. cadit quidam in acie, τετυμμένος ἀνθερεῶνα, *ictus in gutture.* Apud Silium l. IV. 'Hæsit barbaricum sub anhelo gutture telum.' Apud eun- dem l. v. Carthaginenses duo occum- bunt 'transfixi guttur.' *Cerda.*

Udæ Vocis iter] Hoc est, udum iter vocis. Non enim vox uda est; sed per udam arteriarum labitur viam. Unde in febrientibus deficit. *Serv.*

Udæ Vocis iter] Lucret. 'liquidum citharæ carmen:' et Tryphiodorus equi Durii ῥάχιν ὑγρὴν dixit, hoc est, flexibilem, et circumactilem. Vide quæ ad illum superiorem Bucol. locum observata sunt, 'Pinusque loquentes.' *Germanus.*

535 *Corpora multa virum circa*] Con- strata sunt. Rhetorice viles trudit in medium: nobiles vero primo et ultimo commemorat loco. *Servius.*

Seniorque Galæsus] Pathos ab ætate: item a causa, quod pacis medius. Cupiditas pacis ostenditur ex divitiis, quas in bello perdere erat anxius. *D.*

Galesus] In Romano codice, et hic et inferius *Gelæsus* scribitur per *e* prima syllaba, et *æ* diphthongo pene ultima. In reliquis *Galesus.* Pier.

Seniorque Galesus] Notetur expres- sio status, fortunarum, ætatis, cum facto viri studiosi, et eventus. Scal. III. 2. *Taubmann.*

536 *Dum paci medium se offert*] Reddit causam, cur senex bellis in- tererat. *Servius.*

Dum medium paci, &c.] Μεσάζων, μέσσος, et μεσίτης, Græcis dicitur me- diator, factor pacis, arbiter, et se- quester. *Germanus.*

Dum paci medium se offert] Lege doc- tissimum caput Macrobii l. IV. item Saturn. ubi tractat πάθη, quæ Virgi- lius movet a causis; et principe loco exemplum hoc adhibet. *Cerda.*

537 *Ditissimus arvis*] Secundum antiquum morem. Horatius, 'Dives antiquo censu.' *Servius.*

Arvis] In Mediceo *agris.* Sed *arvis*

hic receptum. *Pierius.*

538 *Quinque greges illi balantum*] *Greges* etiam dici de bobus, non dubium est, et majoribus animalibus, etiam si hic distinxisse videatur. Certe Homer. Od. M. ἀγέλας bobus tribuit, πώεα ovibus: *ἑπτὰ βοῶν ἀγέλαι, τόσα δ' οἰῶν πώεα καλά.* Eumæus subulcus Od. Ξ. de Ulyssis heri facultatibus, *Δώδεκ' ἐν ἠπείρῳ ἀγέλαι· τόσα πώϊα οἰῶν, Τόσσα συῶν συβόσια, τόσ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν Βόσκουσι.* qui versus Il. Λ. repetuntur sub persona Nestoris. Nec absimile illud Il. Υ. ubi Homerus divitias Erichthonii commendat, non ab auri cumulo metallorumve, sed ab armentis et pecore, *ἐριχθόνιον βασιλῆα, Ὃς δὴ ἀφνειότατος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων, Τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο Θήλειαι πώλοισιν ἀγαλλόμεναι ἀταλοῖσι.* Sunt non indocti, qui *reditum*, non *redditum* dici velint, pro censu et proventu annuo, ab his formis poëtis familiaribus: 'redeant armenta, gravis ære manus, caseus, et dona.' *Germanus.*

Quinque greges] Πολύμηλον sive πολύαρνα describit, et πολυβούτην. Vide Æn. VI. 38. Cato interrogatus, quis esset *paterfamilias:* respondit, Eum *qui bene pascit, et bene arat.* Taub.

538 *Quina redibant Armenta*] Pro quinque, sicut bina. *Servius.*

539 *Et terram centum vertebat aratris*] Duo dixit a Catone memorata, qui interrogatus qui esset paterfamilias, respondit, Eum qui bene pascit, et bene arat. *Idem.*

540 *Æquo dum Marte*] Aperta contentione, bello manifesto, nam sic dicimus. *Æquum* autem, pro æquali non possumus dicere, cum soli interempti sint Itali. *Idem.*

541 *Promissi dea facta potens*] Honesta elocutio, *potens promissi.* Promisisse autem eam consensione intelligimus. Nam non promisit. *Id.*

542 *Inbuit*] Initiavit. Et bene *Sanguine.* Nam potest bellum et a discordia et a dissensione inchoare. *Id.*

Sanguine bellum Inbuit] Lucret. l. VI. *inbuere* etiam igni tribuit: 'Multaque præterea prius ipso tecta vapore Eminus ardescunt, quam cominus imbuat ignis.' Vide illud supra Buc. 'Imbuet agnus.' Calab. l. VI. τοὶ δ' ἔμπαλιν ὁρμήσαντες Αἵματι δεῦον ἄρηα μετ' ἀργείοισι θορόντες· et Mosch. πλάνα δῶρα, τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται. id est, imbuta, et tincta igne. Item Calab. I. ἐδεύετο δ' αἵματι πολλῷ Δεινὸς ἄρης. *Germanus.*

Primæ commisit funera pugnæ] Sunt hæc, quæ Statius Th. III. vocat 'semina pugnæ, et primordia belli.' *C.*

Commisit funera] Μάχην συνῆψε: ita Cic. dixit, 'prælium committere:' item *ludos, judicium,* pro, inchoare. Ita Varro: 'maturo ovo cœnam committit,' i. incipit: ut exponit Non. et Lips. Antiq. l. III. *Taubmann.*

543 *Et cœli convexa per auras*] Potest tamen esse Epexegesis, *per auras,* id est, cœli convexa. Nec enim aliud sunt *auræ.* Dicit etiam quidam Commentarius *Convecta* legendum, ut sit *ipsa convecta:* quod difficile in exemplaribus invenitur. *Servius.*

Convexa] Sunt qui *convecta* legant. Sed in exemplaribus non invenire Servius attestatur. *Pierius.*

Convexa] Turn. XXVI. 28. interpretatur *convecta:* ut Ge. IV. 'Usque coratis amnis divexus ab Indis:' pro, *divectus:* at veteres omnes τὸ *per* bis capiunt. q. d. Alloquitur Junonem per cæli convexa, et per auras. Servius etiam notat, quendam Commentarium dicere legendum *convecta:* scil. Furia. Cæterum Gul. Canterus Nov. Lect. VII. 18. legit: 'cæli convexa peragrans;' aut, *pererrans,* quod placebat Corn. Valerio. *Taubmann.*

544 *Victrix*] Voti compos. *Serv.*

Adfatur] Jam cum superbia. Bene autem ei in principio denegavit orationem; quasi ad scelera festinanti: quam modo tribuit post bella jam cœpta. *Idem.*

545 *Bello discordia tristi*] Juno enim

oscerat semina. Hæc ipsa lla perfecit. *Idem.*

s discordia] Habuit rationem um: nam laus est in Furia, aliis est vituperatio. *Don.*

iscordia tristi] In codicibus antiquis legitur, *belli dis-tristis.* Sed magis placet *ti:* quo medio discordia per-et. *Pierius.*

ic, in amicitiam coëant] Ac si a bella commovi, ut ne tuo imperio possint in pacem re-t hoc est, 'Affatur voce su-Alii dicunt, Ego inter hos mmisi: tu vicinos populos s junge, et partibus favere ; quod tamen si vis, ego ut hinc sit, 'Ego si qua super laborum est, Ipsa regam.'

n codicibus aliquot antiquis st, *sic in amicitiam coeant,*' Servius tamen, et alii ag-*dic:* idque late exponunt.

uandoquidem] In Romano co-gitur, *quando equidem.* Sed *idem* in aliis omnibus habetur.

oc etiam his addam] Non so-iatur de eo quod fecit, sed plura facturam. *Donatus.*

voluntas] Si tua in hoc con-ctoritas. *Servius.*

sani Martis amore] Homeri n. *Idem.*

Martis amore] Stat. Theb. rique insana voluptas.' *Cer.*

pargam arma per agros] Me-i: nam supra dixit, 'Sere belli.' *Servius.*

errorum et fraudis] Terror ex ot hominum: fraus vero ex lneratione. *Idem.*

e est] In Rom. codice per then *abundest* legitur, ut *in* hujusmodi pleraque in anti-rmoribus scribi solita adno-. *Pierius.*

Fraudis abunde est] Quidni notam Germani subjiciam? Particulam *abunde* cum eodem casu Sueton. Jul. conjunxit: 'Se jam gloriæ potentiæque abunde adeptum.' Idque ad Græcorum imitationem: nam Aristotel. Eth. τοιούτων ἅλις: Apollon. l. II. γαίης ἅλις: Cicero ad Attic. ἅλις σπουδῆς. Sic et ἅδην. Plato de Rep. et in Charm. τοιούτων ἅδην. *Cerda.*

553 *Stant belli causæ*] Manifestæ sunt: vel placent, ut, 'Stat conferre manum.' *Servius.*

Stant belli causæ] Jacta sunt belli fundamenta. Itaque *stant*, hoc loci respondet verbo κεῖσθαι. Hoc potius placet, quam Servianum: 'stant, id est, placent, ut, stat conferre manum.' Nam in hoc significato semper sequatur infinitum necesse est. Aut dictum, 'stant belli causæ,' ad eum modum, quo Propert. el. III. 5. 'stant prælia:' et el. 3. 'Mariano prælia signo Stent.' *Cerda.*

Belli causæ] Est hoc, quod Jupiter apud Statium libro tertio Thebaid. 'Jam semina pugnæ Ipse dedi.' *Idem.*

Pugnatur cominus armis] Quamvis interdum in auctoribus confundantur arma cum telis, tela cum armis: tamen ut plurimum tela sunt, quibus eminus pugnatur, arma, quibus cominus. Itaque studiose utraque vox Maroni adjuncta. *Idem.*

555 *Connubia*] In antiquis omnibus codicibus, quotquot habui, *conjugia* legi: et alibi observatum pro *connubio*, *conjugio* haberi in manu scriptis exemplaribus plerisque. *Pierius.*

556 *Egregium Veneris genus*] Ironicôs dictum est: ut alibi, 'Egregiam vero laudem, et spolia ampla refertis.' *Servius.*

Egregium Veneris genus] Id est, filius. Sic supra Latinus 'genus Fauni,' id est, filius: et in Æn. XII. 198. 'Latonæque genus duplex,' pro Apolline et Diana: et Horatius pro Prometheo, 'Iapeti genus;' et millena.

januam Orci. Sed redeo, et affero similem descriptionem Silii l. XII. ‘ Hinc vicina palus, fama est, Acherontis ad undas Pandere iter, cæcas stagnante voragine fauces Laxat, et horrendos aperit telluris hiatus, Interdumque novo perturbat lumine manes.’ Multis deinde vagatur, vocatque ‘ situm caligantem,’ ‘ domos pressas infernis nebulis,’ ‘ profundam noctem.’ Omitto reliqua. *Cerda.*

Vorago] Acherontis exæstuatio. *Servius.*

Vorago] Turnebus per ἀποῤῥόγα explicat : nam hæc vorago abrupto Acheronte. Claudian. quoque Rapt. II. Amsancto voraginem dat : ‘ flatumque repressit Amsanctus, tacuit fixo torrente vorago.’ Tertullian. voragini in hoc significato dat synonymικῶς ingluviem lib. de pal. ‘ Utinam et Asia secura jam sit de soli ingluvie, utinam et Africa semel voraginem paverit.’ *Cerda.*

570 *Condita Erinnys*] Recepta : alii *Condit*, legunt, et *se* subaudiunt. *Ser.*

Condita Erinnys] In Mediceo codice, *condit* verbi voce scriptum est. Quam lectionem non ignoravit Servius. *Pierius.*

Quis condita Erinnys] Ita apud Silium l. II. ‘ Tum demum ad manes perfecto munere Erinnys,’ redit. Et quidem Furia (ut loquar cum Hippocrat. l. I. de morb. vulg. οὐ πᾶσιν ἀσήμως ἠφανίσθη : nam quot prius editis malis ? *Cerda.*

571 *Cælumque levabat*] Relevabat, recreabat. *Servius.*

Terras cælumque levabat] In aliquot antiquis codicibus *terram* legere est unitatis numero, et *levarit* præterito tempore, quum tamen imperfectum Servius agnoscat. *Pierius.*

572 *Nec minus interea*] Id est, interea non minus. *Donatus.*

Extrem. Sat. bello Imp. r. m.] Quod superest, perficit. Et est translatio e pictura, quam manus complet atque ornat extrema. *Servius.*

Extremam manum] Nam in artibus *extrema manus* est, cum amplius manus non reponitur, quia opus est perfectum. *Donatus.*

573 *Inponit regina manum*] Locutio ista est in Prudent. Psych. in Senecæ epist. 12. in Quintil. l. I. in Boëthio, Petronio, Ausonio, aliis. Est vero sumpta vel ab opificibus ædium, vel a pictoribus. Primum astruo ex Paulo l. XXXIX. ff. tit. II. l. 18. ‘ Qui in conducto solo superficiem imposuit,’ id est, qui ædificium struxit ultimam manum illi imponendo, inde illam postea *superficiariam* vocat. Et ex Javoleno l. XIX. ff. tit. I. leg. 18. ‘ Tegulæ quæ nondum ædificiis impositæ sunt, quamvis tegendi gratia allatæ sunt, in rutis et cæsis habentur.’ Vides hoc verbo signari extrema ædificiorum. Alterum satis indicavi ad illud Æneid. I. ‘ Artificumque manus.’ Quæ vox de pictura accipienda. Inde celebratissimum illud Apellis de Protogene, de quo dicebat elogii loco, ‘ nescire illum manum de tabula tollere.’ Et Epig. l. IV. ubi sermo est de statuis Medeæ, quas Timomachus ἔγραφε, pro eodem ubi sumitur, χεὶρ Τιμομάχου, et τέχνη Τιμομάχου, id est, *manus Timomachi, ars Timomachi.* Cerda.

574 *Reportant*] Fortasse clypeis, ex more militari, quem alibi aperio. Et *reportant*, ait, quia *cæsos:* est enim verbum funebre, de quo jam Ge. IV. ad illud, ‘ Exportant tectis, et tristia funera ducunt.’ *Idem.*

575 *Almonem puerum*] Supra vocavit *juvenem*, nunc *puerum* ad invidiam, ut etiam quæ sequuntur de Galeso. *Idem.*

Fœdati] Cruentati. *Servius.*

Fœdatique ora Galæsi] *Fœdati, αἰκισθέντος.* αἰκία enim ὕβρις ἔμπληγος. Isocrat. κατὰ λοχίτου. νῦν δὲ οὐχ ὑπὲρ τῆς βλάβης, τῆς ἐκ τῶν πληγῶν γενομένης, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς αἰκίας, καὶ τῆς ἀτιμίας ἥκω παρ' αὐτοῦ δίκην ληψόμενος. *Germanus.*

576 *Implorantque deos*] Ad auxilium ultionem. *Donatus.*

Obtestanturque Latinum] Propter idem factam testem adhibent: et cunt, auctores rupti fœderis esse ojanos, cum ipsi pacis jura temerant. *Servius.*

Obtestantur] Invidiosis vocibus larant, quod omnia mala per Trojanom fœdus evenerant. *Donatus.*

577 *Medioque in crimine cædis et nis*] In Romano codice, *igni* legitur, ippe medio. Sed *cædis et ignis* elius. *Pierius.*

Et ignis] In ipso scilicet seditionis cendio. *Servius.*

578 *Teucros in regna vocari*] Subaus, *dicit.* Et *Teucros* injuriose, ac diceret exules et perfidos. *Idem.*

Teucros et stirp. Phryg.] Pro conicio posuit, quasi dicat, indignos ad aximas dignitates vocari. *Donat.*

579 *Stirpem admisc. Phrygiam*] Ex ræcorum moribus desumptum, quoum legibus cum peregrinis et hospiibus contracta matrimonia incesta et llegitima habebantur: unde et μιξέλλωνες e tali prognati contubernio, ut Romanis *Hybride.* Germanus.

Se limine pelli] Explicui, *a pactis uptis pelli*, cum allusione ad morem, quem aperio l. IX. ad illud, 'raptas ine more Sabinas.' *Cerda.*

Se limine pelli] Limen pro amicitia poëtis usitatum. Juvenal. Sat. III. 124. 'limine summoveor.' *Emmen.*

580 *Attonitæ Baccho*] Veluti Baccho: furia enim agebantur. Et sic est dictum, ut, 'At medias inter cædes exultat Amazon.' *Servius.*

Nemora avia] Per nemora. *Idem.*

581 *Thiasis*] Choreis. *Idem.*

Thiasis] Id est, choreis: ita Ecl. v. 'thiasos inducere Baccho.' Catullus Carm. 59. 'Thiasus' (id est, chorus Bacchantium) 'repente linguis trepidantibus ululat.' *Taubmann.*

Neque enim leve nomen Amatæ] Juvenalis, 'Quæ non faciet quod principis uxor.' *Servius.*

582 *Martemque fatigant*] Prælium cum clamore deposcunt. *Servius.*

Martemque fatigant] Id est, exercent. Scalig. IV. 16. vel prælium cum clamore deposcunt: ut Apul. 'fatigare ultionem.' *Taubmann.*

583 *Contra omina*] Superius de apibus et Lavinia. *Servius.*

Contra omina] Propter apes et incendium. *Donatus.*

Contra omina bellum] In antiquis aliquot codicibus omnino legere est, *contra omnia:* quam lectionem agnoscit Servius, quamvis ibi mutilus videatur, interpretesque *auguria* subaudiendum aiunt: sed utcunque illi, *omina* magis placet: et antiquorum exemplarium bona pars ita legendum persuadent. *Pierius.*

584 *Fata deum*] Propter Fauni oraculum. *Servius.*

Contra fata] Id est, sententias Deorum et Fauni responsa. *Donatus.*

Perverso numine] Irato. *Serv.*

Perverso numine] Ita hic *perverso*, pro adverso, ut Plaut. Men. *perversus dies*, id est, adversus et contrarius. Et quid aliud est illud Propert. IV. 9. 'Et mea perversa sauciat ora manu,' nisi adversante et oppugnante manu? *Cerda.*

585 *Circumstant*] Obliti regalis reverentiæ. *Donatus.*

Tecta Latini] In Mediceo, *tecta tyranni* scriptum, cum paraphrasi *Latini.* Dubitarunt forte aliqui nugationem esse, *regis tyranni:* atque ideo paraphrasin admisere. Verum hoc ego in medio relinquo. *Pierius.*

Circumstant tecta Latini] Pari furore Græci apud Stat. Theb. III. Adrastum regem fatigant: ait enim, 'Irrupere Argos, mœstique ad limina regis Bella animis, bella ore fremunt: it clamor ad auras Quantus Tyrrheni gemitus salis,' &c. *Cerda.*

586 *Velut pelagi rupes*] Cum Cicero seditionem fluctibus comparaverit: bene Virgilius eum, qui resistit seditioni, rupem vocavit. *Servius.*

Pelagi] In antiquis nonnullis codicibus legere est, *pelagi moles*, prop-

terea quod statim subsequitur, *ut pelagi rupes.* Verum hujusmodi repetitio magno cum decoro et venustate summa facta mihi videtur: et probatiora omnia exemplaria *rupes* habent. Nam de *mole* statim subjicit, 'Quæ sese multis circum latrantibus undis, Mole tenet scopuli nequicquam, et spumea circum Saxa fremunt.' Ubi Servius *tenet* distinguendum dicit, ut *scopuli* nominativus sit casus. In antiquis tamen codicibus distinctio est post dictionem *scopuli*, ut legatur, *mole scopuli:* sequitur vero absque *et* in iisdem codicibus vetustis, 'nequicquam spumea circum Saxa fremunt.' Sed copulativa ea inserta, multum habet venustatis et gratiæ. *Pierius.*

Ille velut, &c.] Comparatio talis est et Æn. IV. de Æneæ constantia; et Æn. X. de Mezentii fortitudine. Vide Scalig. V. 3. *Taubmann.*

587 *Ut pelagi rupes*] Repetitio elegantiæ et veneris plena. Eodem modo et Cicero seditionem populi fluctibus comparavit: unde Virgil. recte eum vocat *rupem*, qui seditioni restitit. *Idem.*

588 *Latrantibus undis*] Vetus Poëta *curvo litore latrans unda.* Non minus pulchra tralatione Tert. de Pal. ad causidicos transtulit, *causas elatrare.* Cerda.

589 *Mole tenet*] Hic distinguendum: ut *scopuli* nominativus pluralis sit. *Servius.*

590 *Inlisa*] Variat hæc lectio in codicibus antiquis, aliis *aspersa*, aliis *infusa*, aliis aliter legentibus. Sed enim *inlisa* vulgata lectio magis placet. *Pierius.*

591 *Cæcum Consilium*] Fremitui populi bene tale nomen imposuit. *Servius.*

Exsuperare] In aliquot antiquis codicibus, *expugnare.* Sed *Exsuperare* in pluribus habetur. *Pierius.*

592 *Eunt res*] In Ro. codice una dictione legitur, *euntes*, quippe populos. Sed enim *eunt res*, longe venustius, et figura apud auctores frequentiori dictum videtur. *Idem.*

593 *Deos aurasque*] Nam omnibus contra stantibus, quem alium suæ sententiæ potuit adhibere testem. *Donatus.*

Testatus inanis] In antiquis aliquot codicibus, *testatur inanis* legitur. Sed alterum illud magis placet, ut cum verbo *Frangimur* connectatur. *Pier.*

594 *Frangimur*] Permansit in rupis translatione. *Servius.*

Frangimur] Franguntur commoda nostri imperii: et ponit signata verba in translatione: nam frangitur navis, et fluctibus instantibus interit. *Donatus.*

Procella] In antiquis aliquot codicibus *procellis* est, numero multitudinis. Sed *procella* suavius. *Pierius.*

Ferimurque procella] Supra: 'frustra retinacula tendens Fertur equis auriga:' et de Troïlo: 'fertur equis.' *Germanus.*

595 *Sacrilego sanguine*] Quia bellum sumebant contra voluntatem Deorum. *Servius.*

596 *O miseri*] Dolet errore peccantium. Nullus enim sciens cadit in foveam scelerum. *Donatus.*

597 *Votisque Deos venerabere seris*] Quia religio rigida dicit, semel male commissa nulla ratione revocari. Horatius, 'Dira detestatio nulla expiatur victima.' *Servius.*

598 *Parta quies*] Scilicet vicinæ mortis beneficio. *Idem.*

Nam mihi parta quies] Ita senex ad filium apud Plaut. Trin. act. II. sc. 2. 'Mihi quidem ætas acta est ferme: tua istud refert maxime.' Q. d. Latinus: Mihi mortis vicinæ beneficio quies et securitas omnis in portu atque in promptu est: nec ulla re, nisi exsequiis regalibus per bellum privari potero. Vide Adag. 'In portu navigare:' et, 'Limen senectæ.' *Taubmann.*

Omnisque] Nonnulli veteres codices absque particula *que*, *omnis in*

legunt. Sed *omnisque* multo ... *Pierius.*

limine portus] Securitas omnis ... aptu est. *Servius.*

Funere felici spolior] Exequiis ... regalibus careo. *Idem.*

ere felici spolior] De funere fe... ive regio, quod magnificentius Censorio, agit Guther. de Jure ... II. 2. *funus* pro *exsequiis* apud ... Metam. VII. 606. 'nullis de ferantur Funeribus.' *Emmen.*

Sepsit] In Romano codice, ... cum diphthongo, veluti etiam superius adnotavimus. Ejus... enim analogiæ, *Sæpe*, *Sæpes*, et ... Pierius.

Mos erat] Varro vult *morem*, ... unem consensum omnium simul antium, qui inveteratus, consue... em facit. *Servius.*

...] Observationes, aut legibus ... assensibus hominum sunt. *Mos,* ... tempore custoditus, legem fa... ... etiam ad posteros transit, ut ... atet. *Donatus.*

... erat, &c.] De hoc loco accu... Macrob. III. 8. item Scal. Poët. ... 7. Qui cum inconnexus et ali... sibi contrarius videatur, Ser... mihi vide, qui eum curiose ex... ire conatus est. *Taubmann.*

esperio in Latio] Hoc est, in anti... Nam, ut in primo diximus, duo ... fuerunt. Unde non frustra ...*rio* addidit. Quod autem dicit consuetudinem antiquam fuisse, ... m est. Nam a Numa Pompilio ... o instituta est: sed carmini suo, ... let, miscet historiam. Notan... sane inconnexum esse hunc lo... , si quis totius libri consideret ... m. Nam supra ait, 'Longa pla... in pace regebat:' item dictu... st, 'Ardet inexcita Ausonia, at... immobilis ante:' et nunc dicit, ... erat Hesperio in Latio.' Su... etiam, 'Captivi pendent currus.' ..., 'Tyrrhenas i sterne acies.' ... ne sint contraria, accipiamus Italiam primo caluisse bellis, medio tempore quievisse: et ad antiquum studium nunc reverti, sicut Romani bello flagravere sub Romulo, quievere sub Numa, sub Tullo Hostilio pristina studia repetiverunt. Hinc est quod et ipse Virgilius ait, 'Longa placidas in pace regebat:' non perpetua. Item, 'desuetaque bello Agmina in arma vocat subito, ferrumque retractat.' Nam *retractare*, est repetere quod omiserat. Tale aliquid dicit de genere Syllano Sallustius. Nam volens ostendere antiquos majores ejus consulares fuisse, vicinos vero ignavissimos, Syllam vero florentissimum ait, 'Igitur Sylla patriciæ gentis fuit, familia jam extincta majorum ignavia.' *Servius.*

Hesperio in Latio] In codicibus aliquot antiquis legere est, 'mos erat in Latio Hesperio:' quod non æque placet. *Pierius.*

Quem protinus] Jugiter, deinde: nam nunc temporis est adverbium; alibi loci: ut, 'cum protinus utraque tellus Una foret.' *Servius.*

Urbes Albanæ] Vide ordinem. Prius Latinum nominat, deinde Albam, postremo Romam. Non id semel: nam Æn. I. 'genus unde Latinum, Albanique Patres, atque altæ mœnia Romæ.' Et l. v. 'priscos docuit celebrare Latinos.' Et post pauca, 'Albani docuere suos, nunc maxima rerum Accepit Roma,' &c. *Cerda.*

Sacrum] Quia non pro levi duxerunt, quasi putarent sacrilegium committi, nisi esset observatus. *Donat.*

602 *Maxima rerum Roma*] Imperii potita. *Servius.*

Roma] Magna laus moris cum a principe terrarum populo servetur. *Donatus.*

Maxima rerum Roma] Horat. Sat. I. 5. et Tibull. el. II. 5. *magnam* vocant Romam. Propertius el. IV. 1. et Claudian. Paneg. Olib. *maximam.* Ammianus lib. XVI. 'Imperii, virtutumque omnium larem.' Ab Basilio

Seleucienai l. I. Teclæ, μεγίστη Ῥώμη, καὶ βασιλίζουσα: *maxima, et regnans Roma.* Ac Simocattæ Historiæ Mauricii I. 1. Romanum nomen dicitur πολυθρύλλητον τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐπίτιμον, *per gentes omnes vulgatissimum, et honoratissimum.* Ea vero fuit Romæ dignitas, ut Proverbii loco dicerent veteres *Roma altera*, cum urbem aliquam vellent eximie laudare, quod ex Salviano, Ausonio, Errico jam astruxit Joannes Sabarus in Sidon. I. 11. Sed de elogiis Romæ jam fuse in VI. Est autem 'maxima rerum,' idem quod, maxima imperiorum: nam *res*, est imperium. *Cerda.*

603 *Movent in prœlia Martem*] Nam moris fuerat, indicto bello, in Martis sacrario ancilia commovere. Unde est in octavo, 'utque impulit arma.' *Servius.*

604 *Sive Getis*] In honorem Augusti celebrat *bellum Thracium, Dacicum* et *Sarmaticum*: et simul indicat, Imperium Rom. latissime ad Ortum, Septentrionem, et Meridiem propagatum fuisse. De quo accuratissime Lipsius in Admirandis I. 2. et 3. *Taubmann.*

Inferre] Ad normam Græcorum. Eurip. Hel. πόλεμον εἰσήνεγκεν. *Cerda.*

Lacrimabile bellum] Getarum fera gens etiam apud majores fuit. Nam ipsi sunt Mysii, quos Sallustius a Lucullo dicit esse superatos. *Servius.*

605 *Hircanisve*] Gens est dicta a silva Hircania, ubi sunt tigres. *Id.*

Arabisve parant, seu tendere ad Indos] Venit ab eo quod est *hic Arabus;* nam ab eo quod est *hic Arabs, ab hoc Arabe, Arabibus* facit: sicut *Hiberus.* Unde est in Lucano, *Occurrit Hiberis alter*, et *Hiber.* Nam Horatius dicit, 'discet Hiberus Rhodanique potor.' Item lectum est *Æthiopus*, sed modo tantum *Æthiops* dicimus. *Idem.*

Hircanisve Arabisve] In Mediceo codice, et plerisque aliis, per copulativam *que* scriptum est, *Hircanisque Arabisque.* Advertendum vero, quod a genitivo Græco Ἄραψ Ἄραβος, Latini nominativum *Arabus* faciant, ut *Elephantus* ab Ἐλέφαντος, ita *Delphinus, Abacus, Titanus:* quanquam et Græco etiam declinatu interim delectemur. Agnoscit Sosipater, *Arabs Arabis*, et *Arabus Arabi*, utrumque positum a Virgilio: Cinnamque sit in propemptico Pollionis *Belidis* dixisse, ut Virgilium *Arabis*, atque hæc ex Plinio subjungit, *es* num. plur. finita nominativo, dativo *bus* recipiunt: idque commentatores jubent. Quid ergo si sic declinavit, ut Plautus in Bacchidibus, *Arabus:* et in Penulo, *Murrinus odor Arabus.* Lucillius XXV. *Arabus Artemo.* Denique et C. Cassius in epistola, quam de Dolabella scripsit, 'Arabi mirifico animo erga nos fuerunt,' inquit. *Arabs*, Maro: 'Omnis Arabs, omnes verterunt terga Sabæi.' Florus ad Hadrianum, 'quasi de Arabe, aut Sarmata manubias.' Hæc a magnis viris accepta ideo libenter retuli, ut eorum calumniis obviam irem, qui sæpe incusant me, nimis ad humilia nonnunquam declinare, videantque summos viros hæc eadem non incuriose pertractasse, quæ delicata nostra ætas quodammodo fastidit. *Pierius.*


606 *Auroramque sequi*] Ingenti ambitu dixit ipsum ortum diei pro populis. *Servius.*

Auroram] Id est, Orientis populos. Similia huic loco Propert. II. 8. 'India, quin, Auguste, tuo dat colla triumpho: Et domus intactæ te tremit Arabiæ,' &c. Vide Turn. VI. 13. et XXVI. 33. *Taubmann.*

Parthosque rep. s.] Hoc, in honorem Augusti posuit: quo imperante a Parthis repetita sunt signa, quæ Crassus triumvir perdiderat. Qui cum aviditate sua contra auspicia bellum suscepisset, interdicentibus tribunis plebis, captus cum filio est, et necatus infuso in os auro, cujus amore pugnaverat. *Servius.*

Parthosque reposcere signa] Horat. Od. IV. 15. 'Et signa nostro restituit

arthorum superbis Pos-
um puellis Janum Qui-
idem Ep. I. 2. 'Canta-
iti Sub duce, qui tem-
signa refixit.' Ad Cras-
idit et Propert. 'Vos
Grata magis, Crassi
domum :' et alibi :
sque piate, Ite, et Ro-
historiæ.' *Germ.*
poscere signa] Illustrat
33. Gaudium ob re-
ponit nummus, quem
ustinum tab. 13. num.



inæ belli portæ] Sacra-
. Pompilius fecerat cir-
etum, juxta theatrum
d fuit in duobus bre-
lis. Duobus autem
i bifrontem. Postea,
, civitate Tusciæ, in-
imulacrum Jani cum
nor. Propter quod in
constitutum est illis
l, quod novimus hodie-
ortas habere. Janum
os quadrifrontem esse
t. Nam alii eum diei
it, in quo ortus est et
atius, 'Matutine pa-
libentius audis.' Alii
m in quatuor tempora
ivisum. Anni autem
res probat, quod ab
nni nominatur. Nam
ius dicitur. *Servius.*
belli portæ] Plutarch.

in lib. De fort. et virt. Rom. ἐκλείσθη μὲν οὖν τότε καὶ τὸ τοῦ Ἰανοῦ δίπυλον, &c. Atque adeo Titus Livius, vir Palladis, oleæ, pacisque amans, exultat sibi contigisse post bellum Actiacum videre templum illud claudi. Certè et venerunt in manus meas nomismata cum hac inscriptione: JANVM CLVSIT PACE PRIVS POPVLO ROMANO VBIQVE PARTA: et hoc quoque testimonio: PACE POP. ROM. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT: quæ omnia ad Neronem referuntur, hanc sibi inter tot scelera de pace laudem injuste vindicantem, tam nitenti desiderio et studio ad pacis gloriam non solum bonis principibus contendentibus, sed et ignavis flagitiosisque φιλείρηνον εὐδοξίαν affectantibus. *Germanus.*

608 *Relligione sacræ*] Tremendæ, execrabiles. Nam et paulo post dicturus est, 'Tristesque recludere portas.' *Servius.*

609 *Centum ærei*] Numerus, et materiæ qualitas, dat vim. *Donatus.*

Claudunt vectes] Sunt qui ad effringendas fores, esse vectes, non ad claudendas putant, Terentii verbis decepti E. IV. 7. 4. sed et asservandis et muniendis inservire docet Non. Marc. *Emmeness.*

Ferri robora] Bene addidit *ferri.* Nam omne quod forte est, *robur* vocamus. *Servius.*

Ferri Robora] Fortasse ex Lucret. l. II. 'Et validi silices, duri robora ferri.' In Homero est Iliad. VIII. σιδήρειαι πύλαι: in Orpheo, χαλκήρεις πύλαι. *Cerda.*

610 *Janus*] Quidam Janum *Eanum* dicunt ab eundo, eumque esse Martem et quod apud Romanos plurimum potest, ideo primum in veneratione nominari. Alii *Janum* aërem credunt; et quia vocis genitor habeatur, idcirco mandari ei preces nostras ad Deos perferendas. Alii, *Janum*, mundum accipiunt, cujus caulæ ideo in pace clausæ sunt, quod mundus undique

clausus est; belli tempore aperiuntur ad auxilium petendum ut pateant. Nam quasi mundo, ei duas facies dederunt, Orientis et Occidentis, quod jam supra dictum est: alii quatuor, secundum quatuor partes mundi. Alii *Clusivium* dicunt, alii *Patulcum*, quod patendarum portarum habeat potestatem. Idem *Junonius*, inde pulchre Juno portas aperire inducitur. Idem *Quirinus*, unde trabeatum Consulem aperire portas dicunt, eo habitu quo Quirinus fuit. *Servius.*

Janus] Additur ad robur portarum Deus, qui bifrons omnia circumspiciat, ne furorum et scelerum insania portæ temere aperiantur. *Donatus.*

611 *Sedet patribus*] Firma est omnium sententia. *Idem.*

612 *Ipse Quirinali trabea*] Aut regali, aut qua usus est Romulus intellige: Horatius, 'Trabeati jura Quirini.' Suetonius in libro de genere vestium, dicit tria esse genera trabearum. Unum Diis sacratum, quod est tantum de purpura. Aliud regum, quod est purpureum: habet tamen album aliquid. Tertium, Augurale de purpura et cocco. *Quirinali* ergo regali. *Servius.*

Cinctuque Gabino] Gabinus cinctus est toga sic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia revocata hominem cingat. Hoc autem vestimenti genere veteres Latini, cum necdum arma haberent, præcinctis togis bellabant, unde etiam milites in procinctu esse dicuntur. Hoc rursus utebatur consul bella indicturus, ideo quia cum Gabii, Campaniæ civitas, sacris operaretur, bellum subito evenit. Tunc cives cincti togis suis ab aris sunt ad bella profecti, et adepti victoriam. Propter quod omen tali habitu semper utebantur in bellis. Unde hic ortus est mos. *Servius.*

Cinctuque Gabino] In plerisque codicibus antiquis, inemendate legitur *Sabino*, quum *Gabino* sit omnino legendum: de quo *cinctu*, ut obiter locum apud Livium corrigimus, ita habetur in veteri cod. Parrhasiano: 'Sacrificium erat statutum in Quirinali colle genti Fabiæ, ad id faciendum C. Fabius Dorso, Gabino cinctu sacra manibus gerens, cum de Capitolio descendisset.' Vulgata exemplaria habent, *gentis Fabiæ* genitivo casu, et pro *C. Fabius Dorso*, corrupta verba, *Claudius Fab. Dorsum.* Pierius.

Cinctuque Gabino] Quæ ratio sit cinctus Gabini, a grammaticis et Servio explicatur: de eo Lucanus 'Turba minor sequitur ritu succincta Gabino:' et Livius de consule Decio: 'Ipse incinctus cinctu Gabino, armatus in equum insiluit.' Persii quoque interpres de Penatibus: 'Habitu Gabino Dii Penates formabantur, involuti toga supra humerum sinistrum, et sub dextro.' *Germanus.*

613 *Insignis reserat stridentia limina consul*] Is qui prior creatus est: licet similem habeant potestatem. *Serv.*

Insignis] Servius et Cælius XII. 8. *Insignem* Consulem hic interpretantur eum quem Cic. *Priorem*, Plinius *Majorem* vocavit: vel quod primo loco renunciatus; vel, quod penes ipsum fasces essent. De quo accurate Cælius. *Taubmann.*

614 *Ipse vocat pugnas*] Tria sunt, ut diximus supra, militiæ genera: Sacramentum, in quo jurat unusquisque miles se non recedere nisi præcepto consulis post completa stipendia, id est, militiæ tempora: Conjuratio, quæ fit in tumultu, id est, Italico bello et Gallico, quando vicinum urbis periculum singulos jurare non patitur; sicut de Fabiis legimus: Evocatio, quod genus nunc tangit: nam ad subitum bellum evocabantur. Unde etiam consul solebat dicere: 'Qui rempublicam salvam esse vult, me sequatur.' *Servius.*

Vocat pugnas] Dat pugnandi potestatem. *Donatus.*

615 *Adsensu conspirant cornua rauco*]

mul inflabantur. *Serv.*
irant corn. r.] Adi ini-
illud, 'rauco strepue-
antu.' Delectaberis,
Ammiano, qui sæpe si-
strepit, ad Poëtam
rem propior: ut, cum
rum increpantibus tu-
t. 'Orientis fortuna
ribiles tubas inflabat.'

e recludere portas] Sæ-
as bella vocat *tristia.*
æ bellum denuntiantes

isteria] Cruenta: more

lit umbris] Texnit sta-
ius Theb. III. filo Ma-
Sacerdote ita scribit:
ctum vulgi, nec fida
ia, aut cœtus proce-
ed atra Sede tegi, et
is negat acta fatari.'
adumbratum ab Statio
Nostri Æneidos II. ubi
', neque vult oraculum
iam statim sequitur,
uræ retinent per rura
senos premit ora dies,
ucesque Extraxit in-

eum] Quod non dece-
ditur pertinax inimici-
ruit solum, sed evertit
e. *Donatus.*
lla differentes. *Serv.*
sa manu portas] Flexu
.. XXI. ἄνεσαν πύλας.
emissio et laxatio por-
ertione est. Statim,
imoverunt obices, quod
ncremento, 'cardine
. iterum Iliad. XXIV.
, ὤϊξε πύλας: et Eurip.
μοχλοῖς. Verbum ἐρ-
nasi Juno defessa ali-
, ipsa per se iras exer-
unc Deæ convenient
secum loquitur apud

Senecam in iris contra Herculem: 'Perge ira, perge, et magna meditantem opprime, Congredere, manibus ipsa jam lacera tuis: Quid tanta mandas odia?' *Cerda.*

622 *Rupit Saturnia postes*] Acyrologiam fecit commutando Ennii versum. Nam ille ait, 'Belli ferratos postes, portasque refregit.' *Servius.*

Rupit] Quasi portas e cardinibus avellerit Juno. Ennius: *Belli*, &c. Contra Martial. l. X. *Ad Janum*, pacem optans: 'At tu, sancte pater, tanto pro munere gratus Ferrea perpetua claustra tuere sera.' *Taubmann.*

623 *Inexcita*] Ecce quantum potuit factio Junonis. *Donatus.*

Ardet inexcita Ausonia, &c.] Subitum hunc ardorem ad pugnam et apparatum quærentium arma æmulatur Statius Theb. l. VII. 'Arma, arma insani: sua quisque ignotaque nullo More rapit, mutant galeas, alienaque cogunt Ad juga cornipedes: ferus omni pectore sævit Martis amor, cædisque nihil flagrantibus obstat. Præcipitant redimuntque moras.' *Cerda.*

Inmobilis ante] Non semper, sed antehac. Potest tamen et immobilis a Furia. Nam ante gessit bella, sed jure indicta per Feciales, per patrem patratum. *Servius.*

625 *Pulverulentus equis*] Pulvis belli nota. Statius Theb. IV. 'Arma, tubas audire calens, et pulvere belli Sordentem flavere comam.' Frequenter Horatius, ut in istis: 'pulvere Troïco;' et, 'patiens pulveris;' atque alibi. *Cerda.*

626 *Tergent*] Ab eo, quod est *tergeo*, venit: et *tergunt*, a *tergo tergis*, quod de usu jam recessit. *Servius.*

Lucida tergunt] Quamvis codices nonnulli *tergunt* legant, plures tamen et probatiores *tergent* legunt: et *Tergo tergis* ex usu penitus recessisse Servius adfirmat. *Pierius.*

627 *Arvina*] Secundum Suetonium in libro de vitiis corporalibus, 'Ar-

vina est pingue durum, quod est inter cutem et viscus.' Alii arvinæ nomine laridum dicunt. *Servius.*

Arvina pingui] In antiquo codice solita mutatione ex u digammo, i. b mutam *arbina* scriptum: est perinde ac *jubentutis*, pro *juventutis*. In antiquis aliquot marmoribus notatum inspicitur,

EX LONGO TEMPORE IVBENTVTIS.

Et ita *Iubentius Celsus*, pro *Iuventius*. Jam vero *bixit*, pro *vixit*, sexcenties notatum observavi. Sed illud non præterierim ob vitæ longioris memoriam, quod in æde D. Ceciliæ trans Tiberim legitur,

T. FIELLENIVS. IANVARIVS
SE. VIBO. FECIT. SIBI. QVI
VIXIT C. ANNIS. LXXXXVIII.

Pierius.

Arvina pingui] Ut qua quis pinguescat. Cyprianus epist. ad Donat. l. II. 'Arvina assidui nidoris moles membrorum robusta pinguescit.' Est quippe arvina pingue illud, quod inter cutem et carnem. Variant alii in explicando. Scaliger sevum esse intelligit; nam Glossar. λῖπος ἄνευ σαρκὸς, *pinguedo sine carne*. Est vero hæc sevi definitio. Adjicit, vocem esse Siculam: nam Hesych. ἀρβίνη, κρέας (melius στέαρ) σικελοί. Quod Noster per *arvinam*, Seneca in Thyeste loquens de ense, 'sordidus pacis vitio quietæ.' *Cerda.*

Subiguntque in cote securis] Observat Turneb. XXVII. 21. artifices illos, qui arma ad nitorem fricabant tergebantque, dici olim *Samiarios*: nam et in historiis hoc sensu *ferramenta samiata* reperiuntur, quia videlicet creta Samia splendor ferro conciliabatur. Samia quidem vasa in honore olim et pretio fuisse sciunt omnes. Crinitus quoque XXII. 10. 'samiata ferramenta,' in Aureliani Augusti epist. de offic. trib. mil. accipit pro mucronatis et acuminatis in spiculum: et *samium*, idem esse, quod acutum, sicuti *samiare*, acuere. Leo etiam Imperator (citante Stewechio in Vegetium) de apparatu bellico cap. 3. num. 50. 'Samiatores, id est, qui omnes acies ferreas exacuunt.' Glossar. ἀκονητὴς, *samiarius*, *acutiator*. Sed et Nonius ita ait: 'Samium, acutum. Unde et samiare dicimus acuere, quod in Samo hoc genus artis polleat.' Docte itaque Stewechius *samiare* legit in Vegetio loco jam a me adducto. Nec minus docte in Virgilio explicabis 'subigunt secures in cote,' id est, samiant. Quid vero etiam, si cotem cum dixit, *cotem Samiam* intellexit, insinuator antiquitatis, non ostentator? In exitu nobi nescires verba illa Aureliani, quæ indicat Crinitus. Ea apud Vopiscum hæc sunt: 'Arma tersa sunt, ferramenta samiata, calceamenta fortia.' Hæc sunt profecto, quæ in historiis reperiri, Turnebus notavit. Ex istis lucem do Stat. Theb. l. III. ubi in belli apparatu ita ait: 'tum fessa putri rubigine tela, Horrentesque situ gladios in sæva recurvant Vulnera, et attrito cogunt juvenescere saxo.' Cur enim in hoc saxo non potuit samiationem adumbrare, ut in cote Virgilius? Ita vero multi in Statio legunt, non *mitescere*, ut supra repræsentavi. Ad eandem rem potuit Sil. alludere l. IV. cum ait, 'saxoque exasperat ensem.' Ut et Claudian. Paneg. Stil. 2. 'Rursum cote novat nigras rubigine falces.' *Cerda.*

629 *Adeo magnæ*] Valde magnæ, ut Terentius, 'Adolescentem adeo nobilem.' *Servius.*

Quinque adeo] Numerum et magnitudinem exprimit. *Donatus.*

630 *Atina potens*] Civitas hæc est juxta Pontinas paludes: dicta *Atina* a morbis, qui Græce ἄται dicuntur, quos paludis vicinitas creat. *Serv.*

Atina potens] Arguit erroris veterem interpretem Cluver. ant. Ital. III. 8. Pomptinas quippe paludes longe remotas esse ab hoc oppido. Sita est hæc urbs apud ipsum Apen-

item in edito, et, ut Si-
oso colle sita. Ille plura.

superbum] Aut nobile: nsitum tetigit illud, quod indo a senatu auxilia posbartes sub commemoratiriorum, hoc tantum a seasum acceperunt,' 'Super-Servius.

superbum] Oppidum La-*Tivoli*. Describit eam cicuratius Cluver. ant. Ital. *meness*.

Crustumerique] Mutavit. Nam um dicitur. Cassius Hedit, Siculum quendam, nos suæ Clytemestræ condiemestrum, mox, corrupto *rustumerium* dictum. Alii crustula panis, quam Tro- fame exedisse dicuntur, i. *Servius*.

Antemnæ] Bene muranæ autem dictæ sunt, quod præterfluit, quasi ante am- s. *Idem*.

] De Antemnis consulen- ant. Ital. II. 9. *Emm*.

mina tuta, &c.] Explorato llius l. IV. etiamsi de thoseritur tegmen laterum ime, multas Passurus dextras, ta vulnera thorax.' Prollud Aristoph. in Lysist. aleis loquens, καὶ ταῦτα φέρε περὶ τὴν κεφαλήν: *fer ut tegmina*. Cerda.

capitum] Referendum ad icente Propertio III. 14. nque cavo protegit ære dem.

Umbonum cratis] Ut dicit de Lucanis, 'Qui de vimine a, recentibus detractis coglutino adolescebant.' *Ser. que salig. Umbon. cratis*] ill. ιστ'. ἤδη βαστάζουσι συρα- s δοῦρα, Ἀχθόμενοι σακέεσσι ἰτέϊνοισιν· et Eurip. in Supp. κρέων γε τοὐνθένδε ἰτέαν λαβὼν χερί· ubi clypeum, non hastam, ut quidam, elegantiores interpretantur, cum sæpe ἰτέαν χαλκόνωτον idem poëta appellet, et salicis ipsa materia lentior fragiliorque sit, quam quæ in hastarum usus accommodari possit. Sunt qui velint alludere poëtam ad γέῤῥον, ἀσπίδα περσικὴν ἐκ λύγων. Erasmus autem γέῤῥας *crates vimineas* vertit; et γέῤῥον scutum Persicum. *Saligneus* vero, et *salignus* dicitur. Cato De re rust. 'Si lapis non erit, perticis saligneis.' Ovid. 'lecto non indignanda saligno.' Ulp. l. vitem; Arb. furt. cæs. 'Sed et si quis saligneas virgas instituendi salicti causa defixerit.' Ut autem Latini Grammatici *salicem* a saliendi, hoc est, crescendi celeritate deducunt, quod sive sata, sive terræ impacta, statim surgit; ita et Græci ἰτέαν pari forma ἀπὸ τοῦ ἰέναι, τουτέστι, ταχέως αὔξεσθαι, derivant. *Germanus*.

633 *Thoracas aënos*] Quia apud majores loricæ tantum pectora tegebant; ut Statius, 'triplici servantur pectora ferro.' Pectora; nam tergo nullus metus. *Servius*.

634 *Lento ducunt argento*] Flexili argento ducunt, id est, extendunt. Est autem spondaicus et reciprocus versus. *Idem*.

635 *Vomeris*] Ecce qualis amentia universorum agrestium fuit, ut instrumenta vitæ profutura in perniciem vitæ verterent. *Donatus*.

Honos] Valerius Probus, in Artium institutis, *honos* habere ultimam natura longam tradit, hoc loco citato. *Pierius*.

636 *Requoquunt*] In codicibus aliis *recoquunt*, secunda syllaba per *c*. In Romano, *recocunt*, utraque per *c*: nam superius diximus, referente Velio Longo, *q* literam olim a multis exclusam fuisse; neque a Nigidio Figulo unquam in commentariis suis positam, teste Victorino. Præterea diximus placuisse aliis, quoties post *c*

sequeretur *u*, semper *q* adnotare, ut *mequm*, *tequm*, *sequm* scribendum procurarent. Quocirca *requoqunt* hi scriberent. *Pierius.*

637 *Classica jamque sonant*] Bene posuit amphibologiam. Nam *classicum* dicimus et tubam ipsam et sonum. *Classicum* autem est flexilis tuba. *Servius.*

Tessera signum] Symbolum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur; scilicet propter confusionem: ut fuit in exercitu Marii, 'Lar Deus;' in Syllæ, 'Apollo Delphicus;' in Cæsaris, 'Venus genitrix.' *Idem.*

Tessera] Significat nuncium gerendum significantem bellum. *Donat.*

It bello tessera] Symbolum bellicum, (σύνθημα) quod ad pugnam exeuntibus datur: quod aut *vocale* est aut *mutum*: ut in bello Cæsaris erat, 'Venus genitrix;' in Marii, 'Lar Deus;' in Syllæ, 'Apollo Delphicus.' Silius l. v. 'tacitum dat tessera signum.' Livius l. vii. 'Cæteris omnibus tesseram dari jubet.' Vide Marc. Donati dilucidat. *Taubmann.*

It bello tessera] Tessera est, (teste Vegetio ii. 7.) præceptum ducis, quo, vel ad aliquod opus, vel ad bellum movetur exercitus: vel, est tabella latiuscula, (ut Lips. Dial. v. 9.) inscripta, quam Græci uno verbo πλατεῖον, et quia e ligno erat, ξυλύφιον, appellant. *Tesserarius* dicebatur, qui distribuebat. Vide Stewechium ad Vegetium ii. 7. et iii. 5. *Emm.*

Signum] Tres sunt militares res, quæ *signi* nomine efferuntur a Poëta. Tessera, quam hic habes: deinde vocale instrumentum, ut tuba, buccina; et hanc signum vocavit supra, 'pastorale canit signum.' Tertio, vexillum: audis enim in Æn. viii. 'Ut belli signum.' Habebit Maro subscriptores. De tessera Suet. Nerone c. 9. 'Signum excubanti Tribuno dedit, optimam matrem.' De tubis Livius l. xxx. 'Tribunis edicit, ut ubi prætorio dimisso signa concinuissent.' De vexillo an signum quoque dicatur, inane est quærere. Nam quis non ita? Illud non omittendum, Cæsarem Gallic. l. ii. de pugna subitaria in Nervios, tres has res militares unica periodo inclusisse sub eodem signi nomine, quod diligenter notavit Lipsius de Milit. iv. 12. 'Cæsari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret; signum tuba dandum, acies instruenda, milites cohortandi, signum dandum.' Habes vexillum, tubam, tesseram. Nam extremum de hac capiendum; alioquin frigeret sermo. *Cerda.*

638 *Trepidus*] Festinus: more suo. *Servius.*

639 *Cogit equos*] Hæc pars apparatus non omissa Silio l. iv. 'domitat pars verbere anhelum Cornipedem in gyros, saxoque exasperat ensem.' Nec Statio Theb. iii. 'Exturbent resides frænos.' *Cerda.*

Ille frementis Ad juga cogit equos] Frementes describuntur equi in bellum euntes, ut observavit Bochart. in multis poëtis. Eum vide Histor. animal. ii. 8. *Emmeness.*

640 *Loricam induitur*] Dicimus et 'induor illa re,' et 'illam rem.' *Serv.*

Trilicem Loricam] A coagmentatione filorum loricæ bilices, trilices, quadrilices dicuntur. Adi Rob. Tit. controvers. ii. 18. *Emmeness.*

641 *Pandite nunc*] Relaturus antiquitatis memoriam invocat Musas: ne sive vera sive falsa referat, culpam habeat: et invocando proponit quid sit narraturus. *Donatus.*

Helicona, deæ] Parnassus mons Thessaliæ dividitur in Citheronem Liberi, et Heliconem Apollinis; cujus sunt Musæ. Est autem Homeri versus: Ἔσπετε νῦν μοὶ, μοῦσαι, ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι· Ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα, Ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν· Οἵτινες ἡγεμόνες δαναῶν καὶ κοίρανοι ἦσαν. *Servius.*

ma] Quis non jam de hoc Obvia ubique notitia, et unie peti potest. Tantum eligo usaniæ in Bœotic. ὁ δὲ Ἑλικὼν ν ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐν τοῖς μάλιστά γεως, καὶ δένδρων ἀνάπλεως: *montium, qui in Græcia sunt, oli bonitate, et arborum crebri-* Hæc fortasse causa, cur is Mur: nam quo illæ ventitarent, loca herbida, amœna, καὶ ε? ut Homerus loquitur duo- Iliade. *Cerda.*

e] Legitur et *monete.* Servius. *que motete*] Ita supra, 'Mas moveo.' Et Manil. l. I. na movere cantibus.' Quod epist. II. 2. 'Verba lyræ sonum.' Et Car. III. 4. 'anientes.' Aliqui legunt, 'cannonete,' fortasse, quia supra em,' 'tu, Diva, mone.' Prægatum 'movete.' Sed unde locutio? Solebant insolentes gloriari, se fontes Musarum , ut ita suo carmini gloriam nt. De istis Ausonius in , 'totamque solent haurire ien.' Et de Pollio Statius l. II. 'Altius immensa turbaus urna.' Qui modesti erant, dicebant, se libasse fontium Ideo poëma suum idem Auocat 'tenue libamen Musæ.' destia Persius, 'Nec fonte olui Caballino.' Non negat l, sed proluviem hanc negat. ëta: O Deæ, pandite Helibi Musarum fontes; movete antum leviter ad undam molo fontem turbetis, nolo imos ; satis mihi summa aqua ad notum concitata. Dixi hæc s ad auram Casauboni: nam de Virgilio. *Cerda.*

Exciti] Alias, *acciti.* Sed prieræfero, vel ex imitante Papib. l. IV. qui in simili belli n: 'Quis numerum ferri, genet robora dicto Æquarit sonans? suus excit in arma Antiquam Tyrintha Deus.' Et in VII. 'Exciverat omnem Aoniam.' Sed et Poëta supra, 'Ardet inexcita Ausonia.' Silius quoque ex eadem imitatione, 'excierint populos.' Versus jam attuli. Scio Sallustium in Jugurth. dicere, 'paucos fama cognitos accire, et ambiendo cogere homines emeritis stipendiis secum proficisci.' *Idem.*

Quæ quemque secutæ Complerint] In antiquis plerisque codicibus, *quemque* per *m*, et *complerunt.* Sed quia *floruerit* sequitur, placet, *complerint.* Taceo *compulerint:* quod alibi legitur inemendate. *Pierius.*

643 *Campos*] Præclare: campus enim de militari sæpissime. Propert. IV. 11. 'forti melius concurrere campo.' Et III. 3. 'Aut quibus in campis Mariano prælia signo.' Horat. Od. II. 9. 'Exiguis equitare campis.' De Mezentio Noster, 'Turbidus ingreditur campo.' Sed tenue hoc. *Cerda.*

Quibus Itala jam tum Floruerit] In antiquis omnibus exemplaribus, legere est, 'quibus Itala jam tum Floruerit;' pro *tantum,* quod mirifice placet; ut non modo *nunc* dicat Italiam viris florere, verum ab eo *jam* tempore florescere cœpisse. *Pierius.*

644 *Quibus arserit armis*] Aut splenduerit: aut amore flagraverit. *Serv.*

645 *Et meministis enim, divæ*] Celebrat hoc merito Scaliger, et ego alibi exorno. Mater enim Musarum fuit Mnemosyne, id est, Memoria. Habet vero nomen novem literas, pro numero filiarum. Est locus apud Maximum Tyrium dissert. 28. ad hanc rem pertinens. Omitto Græca. 'Præclarus nihilominus animus, et qui corporis sui hospitem bonum nactus est Deum, etiam hic a tumultu se vendicat; relictoque quantum in se est, corporis consortio, quæ vel vidit ibi, vel audivit, memoria ruminat. Nec aliud est, cur Mnemosynem Musarum matrem esse tradant Poëtarum fabulæ. Nihil enim aliud

Musæ sunt illis, quam scientia; chorus videlicet divinus, opusque Jovis, quas producit ordinatque Mnemosyne. Colamus Musas, colamus Mnemosynem.' Ex eadem observatione verbum hoc Musis dedit Tibul. l. IV. 'Non te deficient nostræ memorare Camœnæ.' *Cerda.*

646 *Ad nos vix, &c.*] Scal. Poët. IV. 1. Idem v. 3. de toto hoc loco ita annotat: Illa quoque in Hom. Il. II. Ἔσπετε νῦν μοι, μοῦσαι, &c. tametsi sunt magnifica, tamen horum magnitudinem non attingunt. Nec *ferream* illam *vocem*, quod Hom. fecit, hic optare sibi voluit; sed in rem potius atrocem transtulit in Sexto, de tartareis suppliciis: 'Non mihi si linguæ,' &c. Cætera vero quanto magnificentius! Nam illud quantum, 'bello exciti reges.' Majus et illud, 'quæ quemque sequutæ Complerint campos acies.' Et quam jucundum, 'Et meministis,' &c. Illud vero trepidum atque humile, ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν. Quibus adspersit floribus, 'Ad nos vix,' &c. ubi tum singula seorsum, tum simul verba omnia sunt consideranda. Id quod toto in Catalogo tibi faciendum est: atque utroque quidem. Quibus in locis tanto excedit Homeri tumultuariam illam narrationem, quanto excedit meam orationem omnium hominum cogitatio. Hæc ille. Porro hunc locum, qui expressus e Catalogo navium Homerico, defendit contra Macrob. Pontanus etiam in Antonio. *Taubmann.*

647 *Primus init bellum*] Non mirum si sacrilegus et contemptor Divum contra piam gentem prior arma susceperit. Et scienda est poëtæ affectatio. Nam ablepsiam nefas est dicere. Hic enim aliquos commemorat, quos bello non invenis. Item in sequentibus aliquos invenimus, quorum hic nullam fecit commemorationem. *Servius.*

Primus] *Primus*, quia asper: *primus*, quia contemptor eorum Deorum, quibus auctoribus Æneas ad Italiam venit, et conjugium Laviniæ factum est. *Donatus.*

Tyrrhenis asper ab oris] Oriundo Tuscus, non qui nunc de Tuscia venit, quem antea pulsum a civibus constat. *Servius.*

648 *Contemtor divum Mezentius*] In antiquis cod. *divom*. Cur vero Divum contemptor habitus sit, caussam ponit Macrobius: eum quippe Rutulis imperasse, ut sibi offerrent, quas Diis primitias offerebant. Quod vero *Divom* per *u* et *o* in antiquis codicibus habetur, non ignoro esse literatissimos viros, qui scriptionis hujusmodi rationem haud quaquam admittere voluerint, quod *Divum* ajunt per syncopam, ex dictione *Divorum*, *o* et *r* mediis literis expunctis, factum. Sed hoc nihil prohibet, quia veteres illi suo jure facerent, qui terminationem eam, quæ per *uu* geminatum esset, in omnibus formis abhorrebant: quare tam accusativo quam genitivo casu *Divom* scriptitabant. Ita *ævom*, *salvom*, *rivom*: et distinctis syllabis, *suom mareitum*, et sexcenta hujusmodi: quorum exempla ex inscriptionibus passim toto opere disposuimus. Et nos ita sæpe scribendum curavimus, quia sæpissime ita scriptum in antiquis Virgilii cod. offenderamus: et Fab. Quintilianum affirmare videbamus ad tempora usque præceptorum suorum *cervom*, et *servom*, et similia *v* et *o* literis scripta, ea adjecta ratione, quod subjecta sibi vocalis in unum sonum coalescere et confundi nequiret. *Pierius.*

Contemtor divum] Marcus Cato l. I. Orig. (ut est apud Macrob. Sat. l. III.) ait Mezentium Rutulis imperasse, ut sibi offerrent, quas Diis primitias offerebant. Et inde ait Macrob. contemptorem Divum dici a Virgilio, quod Divinos honores sibi exegisset, non (ut videbatur Aspro) quod sine respectu Deorum in homines impius fuisset. Adjicit Ma-

ex eodem Catone verba, qui-
ini metu Mezentii vovebant,
icet: 'Jupiter, si tibi magis
st, nos ea tibi dare potius
lezentio, uti nos victores fa-
statius de Capaneo Theb. l.
perum contemptor.' Ajacem
sophocles contemnentem De-
em, et respuentem auxilium
e. Multis hæc Tragicus. *Cerd.*
seque armat] Aut eorum qui
ati fuerant: sicut ejus filium.
m credibile est solum fugisse.
Statius dicit, 'Vel quos mo-
il, et hæsit Tristibus aucta
Aut certe eorum quos Turnus
. Ut Adrastus Polynici in
qui ait, 'Ne parva movens
s arma Iret.' *Servius.*
'ilius huic juxta Lausus] Co-
liquot antiqui, legunt 'filius
erat Lausus.' Aliquot alii,
unc Lausus juxta.' Alii, *huc*
lusæ quamvis ita multipliciter
, non tamen a vulgata lecti-
s est 'filius huic juxta Lau-
cedendum est. *Pierius.*
rior] Qui adspirationem in
ponunt a πολύχειρ deducunt,
rtis, ut Servius exposuit vs.
ide luculentius disputantem
um in Orthograph. et quæ
e. II. 534. *Emmeness.*
'orpore Turni] Imitatione Ho-
catalogo navium: νιρεὺς, ὃς
ις ἀνὴρ, &c. Corpus Turni
ro, sic et passim βίην ἡρα-
λειην πολυνείκους βίαν, apud
em in Phœn. et πριάμοιο δέμας·
l eundem in Iphig. μῆτερ δ'
ῆς κλυταιμνήστρης δέμας. Sic
ius de Creonte affectati regni
ν: δρῶντα γάρ νιν ὦ γύναι κα-
φα τοὐμὸν σῶμα σὺν τέχνῃ κακῇ·
ι, τέθνηκε θεῖον ἰοκάστης κάρα·
olo. σῶμα ἀνικήτου θηρὸς, Pro
: et, θησέως κάρα. Sic et Ho-
hrasi Græca *virtutem Catonis*
ro ipso Catone: et Propert.
Polymnestoris,' pro Polym-
nestore, l. III. 'Te scelus accepto Thracis Polymnestoris auro, Nutrit in hospitio non Polydore pio.' *Germ.*

651 *Lausus equum*] Laudat Lausum a fortitudine, quæ in pulchro corpore rara solet esse. *Donatus.*

Equum domitor] Ἱππόδαμος, πλήξιππος, ἱπποχάρμης, ἱπποπόλος, et ἵππων κέντωρ, poëtis passim. *Germanus.*

652 *Agyllina ex urbe*] De Cerete oppido. *Servius.*

Agyllina] Nomen oppidi *Agylla*: et sic reponendum in Solino c. 8. non *Argylla*; monuit Delrius ex m. s. In secunda vocali nihil certi video; nam modo *Agylla*, modo *Agilla*. Conditam hanc urbem a Pelasgis scribit Solin. dicto loco; et fuisse olim Lydorum sedem alii adnotarunt. Sed fuit hoc nomen vetustum urbis, nam postea Cære dicta est, et incolæ Cæretani. *Cerda.*

Urbe Agyllina] Hetruriæ oppidum, quod alio nomine *Cære*, de quo Cluver. ant. Ital. II. 408. et seqq. *Emm.*

Nequicquam] Quia in prælio periit, nec patrium recepit imperium. *Serv.*

653 *Patriis qui lætior esset Imperiis*] Dignus qui haberet imperatorem potius quam exulem patrem. *Idem.*

656 *Pulchro*] Forti: ut diximus supra. *Idem.*

Hercule pulchro] Sunt codices in quibus *Hercule forti*, legatur. Observatum vero est alibi Herculi nomen a fortitudine inditum: nam Alcides ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, hoc est, a robore atque viribus appellatus est. Puto vero ego *forti* loco hoc Servianam esse paraphrasim, qui *pulchrum* pro *forti* poni dicit. Multum præterea venustatis et decoris est in ea agnominatione: 'Satus Hercule pulchro Pulcher Aventinus:' ut id denique sit, quod Horatius ait, 'fortes creantur fortibus.' Est et *ostendit equos* in aliquot antiquis. Sed longe melius *ostentat*. Pierius.

657 *Pulcher Aventinus*] *Aventinus*, mons urbis Romæ est: quem constat

ab avibus esse nominatum: quæ de Tyberi ascendentes illic sedebant, ut in Octavo legimus, 'Dirarum nidis domus opportuna volucrum.' Quidam etiam rex Aboriginum, Aventinus nomine, illic et occisus et sepultus est: sicut etiam Albanorum rex Aventinus: cui successit Procas. Varro tamen dicit in gente populi Romani, 'Sabinos a Romulo susceptos istum accepisse montem, quem ab Avente, fluvio provinciæ suæ, appellaverunt Aventinum.' Constat tamen has varias opiniones postea secutas. Nam a principio *Aventinus*, dictus est ab Avibus, vel a rege Aboriginum: unde hunc Herculis filium constat nomen a monte accepisse, non ei præstitisse. *Servius.*

Aventinus] Lege Macrob. v. 16. ubi quæpiam de imitatione Virgilii in admiscendis fabulosis narrationibus ad vestigia Homerica. *Cerda.*

Insigne paternum] Absolute dixit. *Servius.*

Clypeoque insigne paternum] Virgilianis auspiciis Valer. Arg. l. vi. inducit Coraxen gestantem in clypeo patris Jovis insigne; nam cum præcesserit, 'Scythicis quem Jupiter oris progenuit,' subjungit: 'Cuncta phalanx insigne Jovis, cælataque gestat Tegmina, dispersos trifidis ardoribus ignes.' *Cerda.*

658 *Centum angues*] Secundum Simonidem, ut diximus supra: nam alii dicunt ix. fuisse. *Servius.*

Centum angues] Gloriæ causa hydram gestabat: sed ludibrium matris ex hoc apparebat. *Donatus.*

Centum angues, &c.] Locum Euripid. in Phœniss. unde hic sumptus, viderunt jam alii. Ait ille: Ταῖς δ' ἑβδόμαις Ἄδραστος ἐν πύλαισιν ἦν Ἑκατὸν ἐχίδναις ἀσπίδ' ἐκπληρῶν γραφῇ Ὕδρας. *Adrastus vero erat in septima porta Implens scutum pictura centum viperarum Hydræ.* Usitatum hoc Barbaris ad ferocitatem ostentandam, et terrorem ingenerandum. Sic ab Homero in thorace Agamemnonis dicuntur esse Iliad. l. xi. κυάνεοι δράκοντες τρεῖς: *tres dracones cærulei*; et postea de scuto ejusdem, κυάνεος ἐλέλικτο δράκων: *cæruleus circumvolutus erat draco.* Cui draconi dantur κεφαλαὶ τρεῖς, *tria capita.* Plutarchus de Pythiæ oraculo dat scuto Aliarti ἐπίσημον ὄφιν. Audi quæ Statius de clypeo Capanei: 'Quatuor indomitis Capaneus erepta juvencis Terga superque rigens injectu molis ahenæ Versat onus: squallet triplici ramosa corona Hydra recens obitu. Pars anguibus aspera vivis Argento cælata micat, pars arte reperta Conditur, et fulvo moriens ignescit in auro.' De scuto Hippomedontis formato ad horrorem, idem Statius Theb. l. iv. 'humeros, et pectora late Flammeus orbis habet, perfectaque vivit in auro Nox Danai: sontes Furiarum lampade nigra Quinquaginta ardent thalami: pater ipse cruentis In foribus laudatque nefas, atque inspicit enses.' Valer. Flac. l. vi. de scuto Coraxis: 'Insuper auratos collegerat ipse dracones, Matris Horæ specimen linguisque adversus uterque Congruit, et tereti serpens dat vulnera gemmæ.' Silius l. ii. de Terone: 'Centum angues idem cælatum insigne gerebat In clypeo, et sectis geminam serpentibus hydram.' *Cerda.*

Centum angues, &c.] Fabulam Lernææ serpentis habes apud Palæphatum fab. 39. et Ovid. Metam. ix. 68. ubi Nobiliss. Heinsius hunc Maronis locum restituit, et plura notanda de hujus anguis capitibus notavit. *Emmeness.*

659 *Collis Aventini silva*] In silva collis Aventini. Et dicendo *Aventini*, ostendit antea id esse nominatum. *Servius.*

Collis Aventini silva] In codicibus aliquot antiquis, *in silva*, legitur. Magis vero Virgilianum videtur absque præpositione dictum. *Pierius.*

sacerdos] Alludit ad nomen
omuli, quæ dicta est Ilia,
via. *Servius.*
Corripit Naso Fast. IV. 'Sæ-
questa est.' Maro Græcos
qui brevem syllabam faciunt
ddito jota. *Cerda.*
rtivum] Illicite conceptum:
sacerdote. Sic ait alibi,
a furta.' *Servius.*
um partu sub luminis edidit
qui plerique codices legunt,
tu; et oras, non auras, quan-
mplaria itidem vetera non
quibus 'ad sublimis edidit
ere est. Sed enim 'sub lu-
dit oras' magis omnino pla-
cretianum illud sapiat, 'Dias
oras.' Nam qui auras scrip-
te secuti sunt eorum super-
, qui *Olam*, *Aulam*, *Plostra*,
et alia eodem modo scribe-
nt. Atque ut de mutatione
aliquid ulterius referamus,
rata, ex Verrio Flacco,
to, 'piscis genus a colore
ellari, quod veteres o pro au
.' Hinc Sergium, quod an-
eis et gradibus uteretur, O-
ellatum. *Pierius.*
m] Soph. in Elect. τοὺς τὰς
λεπτομένους: *suffurantes con-*
In re simili Homer. λάθρῃ:
'. κλέπτουσα. Virg. Ge. IV.
furta.' Quem locum adi.
hæc ad tenebras quas amant,
t. Interpres Theocriti: δεῖ
πτομένοις ἔρωσι σιγῆς καὶ νυκ-
ici amores indigent silentio et
dvocatque Menandrum, qui
γὰρ δεῖ πλεῖστον ἀφροδίτης.

ixta] Μιγεῖσα Græce dixit.

Compendiose mortalem
Consequens namque fuerat,
et 'Mista Deo mortalis.'

deo mul.] Id est, Herculi
Hom. in Catal. θεὰ βροτῷ
εὐνηθεῖσα. idem alibi: θεῷ φιλότητι
μιγεῖσα Κρονιάδῃ. ita μίγνυσθαι aliis
etiam *coire* est. De congressu autem
mortalium cum substantiis divinis dis-
putat Plutarch. in Numa. *Taubm.*

Laurentia arva] Laurentum civitas
plurimum potuit. Nam omnia vicina
loca ejus imperio subjacuerunt. Un-
de nunc ait 'arva Laurentia:' cum
juxta Tyberim armenta Hercules pa-
verit. Sed secundum antiquum situm,
ante Albam et Romam, Tyberis Lau-
rentini territorii fuit. *Servius.*

662 *Geryone*] Geryones rex fuit
Hispaniæ: qui ideo trimembris fingi-
tur, quia tribus insulis præfuit, quæ
adjacent Hispaniæ, Balearicæ mino-
ri, et majori, et Ebusæ. Fingitur
etiam bicipitem canem habuisse: quia
et terrestri et navali certamine plu-
rimum potuit. Hunc Hercules vicit:
qui ideo fingitur ad eum olla ærea
transvectus, quod habuit navem for-
tem et ære munitam. Hunc Geryo-
nem alii Tartessiorum regem dicunt
fuisse, et habuisse armenta pulcher-
rima, quæ Hercules occiso eo ab-
duxit: de cujus sanguine dicitur arbor
nata, quæ Vergiliarum tempore po-
ma in modum cerasi sine ossibus ferat.
Sane sciendum declinari *hic Geryones*,
hujus Geryonæ: unde est, *Tergemini*
nece Geryonæ: ut *Anchises Anchisæ*.
Unde usurpavit Sallustius, *Geryonis*
dicens. Veniens autem Hercules, in
quadam Campaniæ civitate pompam
triumphi sui exhibuit: unde *Pompei*
dicitur civitas. Postea juxta Bajas,
caulas bubus fecit, et eas sepsit: qui
locus *Boaulia* dictus. Nam hodie
Baulæ vocantur. *Servius.*

Geryone] Scripsit jam Passerat. hic
legendum *Geryona*, ut et VIII. 'Ter-
gemini nece Geryonæ,' non Geryonis.
Fortasse, quia Lucretius l. v. 'Quid-
ve tripectora tergemini vis Geryo-
naï.' Et Plin. IV. 22. 'In hac Geryo-
nes habitasse a quibusdam existima-
tur.' Et in Epig. l. IV. Anthol. γη-
ρυόνην. et alibi, γηρυόνου, qui casus ab

γηρυόνης. Itaque vult ille inflectendum nomen per primam Græcorum. Sed recte tamen Germanus admonet Æn. VIII. reperiri in Græcis γηρυονεὺς, γηρυόνης, γηρυών. *Cerda.*

Tirynthius] A Tirynthia civitate Argis vicina, in qua nutritus est Hercules. *Servius.*

663 *Tyrrhenoque boves in flumine lavit Hiberas*] Admiratio, locorum longinquitate. *Idem.*

Boves Hiberas] In codicibus aliquot antiquis, *Iberos* virili genere legitur. Sed in usu frequentiori est per fœmininum dicere: ut, 'Reddidit una boum vocem:' et 'Abstractæque boves;' cum et tauros etiam abstraxisset. *Pierius.*

Tyrrhenoque b.] Admiratio, locorum longinquitate. Justinus l. XLIV. sub finem: 'Armenta Geryonis' (Hispani) 'quæ illis temporibus solæ opes habebantur, tantæ famæ fuere, ut Herculem ex Asia prædæ magnitudine illexerint.' *Taubmann.*

664 *Pila manu*] *Pilum* proprie est hasta Romana, ut *gesa* Gallorum, *sarissæ* Macedonum. *Servius.*

Pila] *Pilum* proprie hasta Romanorum, *Spiculum* quoque dictum: ut *Gæsum* Gallorum, *Sarissa* Germanorum. Vide Veget. I. 20. et ad eund. God. Stewech. in primis Alexandr. VI. 22. *Taubmann.*

Pila] *Pilum* Romanorum telum esse, notius pæne est, quam ut probare necesse sit: vide 14. dissertationem de telis legionum, quam, præter alias emaculatissimas curas, orbi literato reliquit Vir et genere et eruditione et omni virtutum genere admirabilis R. H. Schelius. Pili luculentiorem descriptionem memini me tradere Ge. I. 495. *Emmeness.*

Dolones] *Dolo* est flagellum, intra cujus virgam latet pugio. Aut secundum Varronem, 'Ingens contus cum ferro brevissimo.' *Dolones* autem a fallendo dicti sunt, quod decipiant ferro, cum speciem præferant ligni. Et multi volunt per teretes mucrones, *dolones* dici: per veru Sabellum, *pila* significari. *Servius.*

In bella dolones] Grammatici a *dolo* deducunt *dolones:* quod pugio in corpore teli conditus lateat. Suet. in Claudio, 'cum dolone ac venatorio cultro præstolantes.' Et Jurisconsultus l. si ex plagis ad l. Aquil. 'Flagello,' inquit, 'quod in manu habebat, in quo dolon inerat, vulnerare tabernarium cœperat.' Pollux minimum in navi velum δόλωνα vocat, ut majus ἀκάτιον, maximum ἐπίδρομον. *Germanus.*

665 *Et tereti pugnant, &c.*] Explicui integrum versum de uno tantum instrumento. Itaque, non dicit gestari teretem mucronem, et veru: sed veru, cui teres mucro, idque per hendyadem: binæ enim orationes rem unam efficiunt, ut, 'pateris libamus et auro,' id est, aureis pateris. Et in hoc ipso tractu legis, 'Centum angues, cinctamque gerit serpentibus Hydram.' Ubi sententia est, Hydram esse incinctam centum serpentibus anguineis; ut etiam Persius Sat. II. 'An quia non fibris ovium, Ergennaque jubente?' Id est, jubente Ergenna aruspice consultis fibris ovium. Etenim si teres mucro diversus esset a veru, oporteret indicare, quodnam genus teli: in nemine autem tale quidpiam reperi. Quæ locutio familiaris est Græcis, qui unam tantum orationem duplici sæpe verbo efficiunt, ut cum ait Demosth. orat. I. in Aphobum: τὴν μὲν τοίνυν προῖκα τοῦτον τὸν τρόπον εἶχε λαβών: *Dotem igitur ad hunc modum acceptam tenuit:* ubi satis, aut εἶχε, aut ἔλαβε. Deinde facit pro explicatione mea Polybii locus hic l. VI. 'Veruta partim crassiora sunt, partim tenuiora, ex firmioribus, quæ teretia sunt, trientalem habent diametron, quæ quadrata, trientale latus: tenuiora hastilibus modicis assimilantur.' Vides, ut duo genera verutorum constituat, et primum crassius,

: ut jam de hoc primo existimemus. Ideo Si- reti pugnax instare ve- im lego in Silio ad imi- pilis, non, tenui, ut in enim veru et verutum diversa forma, quod ... nuit. Sed quare hæc ... ur Sabella? Quia illis ... at Samnites, qui iidem Imo Samnites ipsi dic- ... le. Festus: 'Samnites ... pellati sunt quas Græci, ... nt, has enim ferre as- Inde sunt qui dicant, ... mines ipsos dici Samni- tes. Esse autem saunion ... ruto jam astruxit idem ... i Livius in classibus ar- ... s scribit, Dionysius σαυ- Itaque Poëta per Ve- intelligit saunia Samni- ... cuit Latinis veruta no- ... d veluti verua habeant Festus. Nonnulla ex ... it, astruit Plinii locus ... itium, quos Sabellos, et ... s dixere.' Strabo quo- ... ab exitu: Σαυνίτας, οὓς ... νίτας λέγουσι. Cur vero appellati sint Sabelli, ibi , sed multis, ideo omit-

... les] Ad genus respicit. ... cules pedes semper in- quos habuerit nobilissi- .

... onis] Præter hydram ... pellem, aliud insigne pa- ... bat. *Donatus.*

Antiqua omnia exempla- ... egunt, vel *Tegumen*, ut ... 'Consertum tegimen ... rius tamen est, 'Teg- capiti,' κατὰ συγκοπήν.

... Sustinens. Ut, 'Axem et.' *Servius.*

Retuli ad cinctionem: ... se in Æn. VIII. loquens de Evandro: 'Demissa ab læva pan- theræ terga retorquens.' Itaque idem dicit, quod Claudian. II. in Ruff. 'revocat fulvas in pectora pelles.' Nam tertio illa nihil est aliud, quam revocatio ad cinctionem. Eurip. in Herc. furen. ξανθὸν κρᾶτ' ἐπινωτίσας Δεινῷ χάσματι θηρός: *Flavum caput torquens in terga Terribili rictu feræ.* Stat. l. X. 'Tigridis exuvias in lævum torquet.' Silius l. VIII. hanc tertio- nem indicat verbo *obire*, cum ait: 'Pectora pellis obit cæsi venatibus ursi.' Hieronym. ad Lætam verbo *volito*; nam de quadam vestis in par- tem aliam rejectione: 'per humeros hyacinthina læna forte volitans.' De cujus loci lectione consule Heral. l. VII. in Arn. *Cerda.*

667 *Impexum*] In codicibus aliquot, *implexum* legitur: sed *impexum* magis receptum. *Pierius.*

Terribili impexum seta] Est hoc quod flexu alio dixit Ovid. Fast. II. 'fulvi sætis hirsuta leonis vellera.' Et Noster in Æn. VIII. 'pelle leonis.' Ubi villosus leo est cum hirsutie sæ- tarum. Possis etiam per cruditatem efferre; ut infra, 'crudus pero.' A- pollon. l. I. tauri pellem vocat, λάχνῃ μέλαν, *atram lanugine.* Pulchre dixit Quintil. 'Judicis tristem et im- pexam antiquitatem.' *Cerda.*

668 *Indutus capiti*] Circa rem Grammaticam monearis in Virgilio *capiti* non esse dativum, sed vere ab- lativum: quasi dicat, *indutus capite;* aut, *indutus in capite.* Veteres enim omnes ablativos ita finiebant. Sed de hoc jam late in Eclog. VI. ad illud, 'Serta procul capiti tantum delapsa jacebant.' Et aliquid Æn. II. ad il- lud, 'Includunt cæco lateri.' *Idem.*

Indutus capiti] De terminatione ablativi per *i* multa congessit exem- pla Sanctius in Min. p. 86. *Emmen.*

669 *Horridus*] Tremendus: non revera horribilis. *Servius.*

Herculeoque humeros innexus amic- tu] Nam Hercules λεοντῆν gerebat,

forma alia λεοντέην. Euripides in Hercule: Στολήν τε θηρὸς ἀμφέβαλλες σῷ κάρᾳ Λέοντος, ᾗπερ αὐτὸς ἐξωπλίζετο: *Ferique pelle tu leonis induis caput, fuit gestamen illud Herculis.* Nota vero *humeros* dici, quasi utrumque etiam humerum leonis pelle indutum habuisset Hercules. Sed contra est Ovid. qui in epist. Deian. 'Nempe sub his animam pestis Nemæa lacertis Edidit, unde humerus tegmina lævus habet.' Pro Virgilio est Valer. Arg. l. VIII. qui de Hercule loquens, 'aptans humeris, capitique leonem.' Ab hoc amictu dictus Hercules Epig. l. IV. λεοντόχλαινος: et alibi amictus ipse Νέμειος χλαῖνα, et χλαίνωμα λέοντος. *Cerda.*

670 *Gemini*] *Geminos* dicit vel simul natos: vel duos, ut alibi: 'Gemini a Tenedo.' *Donatus.*

Gemini fratres] An quia nati uno partu, et ideo hi duo soli relicto Tibure venerunt, ut qui majore charitate inter se utpote astricti ejusdem natalitii sorte? An vero *gemini*, id est, duo, in quo sensu frequens quoque hæc vox? Ut velis. Ego in primum inclino. Aliam rationem indicat Poëta, cur duo tantum venerint, cum ait, 'Tiburtia mœnia linquunt,' quasi aliquo dissidio distracti a fratre; nam *linquunt*, ait: sic Ge. IV. Aristæus cum querimonia, 'te matre relinquo honorem,' &c. Ideo etiam *Tiburtia*, quasi dicat, non tam sua, quam fratris, qui contemptis fratribus, a se dedit eponymiam oppido. Sed potes simpliciter capere *linquunt*, sicut Homer. Iliad. XIV. ἄστυ λίποντε: urbem linquentes, videlicet Juno et Somnus. *Cerda.*

Tum gemini fratres, &c.] De Græcia tres fratres venerunt ad Italiam, *Catillus*, *Coras*, et *Tiburtus:* ibique civitatem condidere, et fratris majoris nomine *Tybur* appellarunt. Ex iis duo nunc militatum veniunt, fratre domi relicto. Vide Turneb. XI. 26. et XXII. 3. *Taubmann.*

Tiburtia mœnia linquunt] De Græcia tres fratres venerunt ad Italiam: Catillus, Coras, Tybur vel Tyburtus. Hi simul omnes unam fecere civitatem; et eam de fratris majoris nomine *Tybur* appellaverunt: licet et alias fecerint singuli. Nunc ergo dicit duos ad bella venisse, dimisso in civitate ad custodiam Tyburto vel Tyburte. *Servius.*

671 *Tiburti*] In Romano codice, *Tyburni* legitur, quod non ignoravit Servius. Adverte vero *Tyburtia* per *i* prima syllaba, non per *y* scribi apud Græcos, et ita in plerisque veterum monumentis observavi. Est, et ubi legas, *Tiburtia limina.* Sed *mœnia* omnino agnoscitur ab eruditis: ut ad conditores fratres fratris alludatur, quorum unus tantum urbi nomen dedit. *Pierius.*

Fratris Tiburti dictam cogn. gent.] Horatius tamen *Tybur*, mœnia Catilli vocavit, ut videatur existimasse Tybur a Catillo conditum. Viri docti ex librorum veterum consensu *Tiburni fratris* legunt. *Germanus.*

Tiburti] Non dubito, quin legendum, ex vetustis codicibus, *Tyburni*, non *Tyburti;* etiamsi Turnebus utramque lectionem admittat. Sed certe falsus. Primo, quia in Horatii correctiss. codicib. Od. I. 7. legitur, 'Et præceps Anio, et Tyburni lucus, et uda Mobilibus pomaria rivis.' Deinde, quia Statius in Silv. describens Manlii Tyburtinum, ait 'illa recubat Tyburnus in umbra.' Tertio, quia Plinius XVI. 44. *Tyburno* scribit, sic enim legendum, non *Tyburto:* et Cruquius censet, et Lævinus ita vidisse in codice Plinii manuscripto testatur. *Cerda.*

672 *Catillus*] Unde mons Catilli, quem *Catelli* dicunt per corruptionem, juxta Tibur. *Servius.*

Catillus] Per duplex *l* legendum; alterum tamen abjecit Hor. Od. I. 18. 'Mœnia Catili.' An Tiburis conditor fuerit, disputat Torrentius ad su-

cum: et Cluver. Ant.
t seqq. *Emmeness.*
ijus nomine est civitas
ius.
æ] Νεφεληγενεῖς. *Ger-*

ent Centauri] Ex hac
quites eos fuisse intel-
l tamen dicturus est
ion celeresque Latini:
Coras, et virginis ala
vius.
rymque nivalem] Mon-
Idem.
rymque nivalem] Præ-
Thessaliæ conjungit:
olim sedes Centauro-
sa, Pelius, alii. Inde
I. φηρσὶν ὀρεσκῴοισι,
id est, Centauris. Et
tur Theb. XII. 'Ossæi
Othryos meminit Pto-
τοῦ δὲ Ὄθρυος ὄρους, ait
v. 8. loquens de Thes-
s Lapitharum sedes.'
I. 'nubilus Othrys.'
'Pindum et Othryn
Lapitharum originem
Ossam, quos Centau-
immorari juvat.' Le-
se in Solino, *stabulis,*
ad Virgilianum, 'Cen-
us stabulant.' Redeo.
ior mentio. Omolium
ppidum Plinius consti-
iic voci addi, ut pluri-
onem video. De for-
em vocat *nivalem,* jam
d, 'Tanainque nivalem.'

Silva locum, et magno
fragore] Cedit silva,
ulta. *Servius.*
:] Cum utique a mino-
enire debuerit. *Idem.*
et virgulta fragore] So-
ig. ὅσα δένδρων ὑπείκει,
ται. Græci autem κολο-
ie dicunt stipularum

strepitum, fascium, vel lignorum, dum trahuntur, excitato pulvere. *Germanus.*

678 *Nec Prænestinæ fundator defuit urbis*] De civitatibus totius orbis multi quidem scripserunt: ad plenum tamen Ptolemæus Græce, Latine Plinius. De Italicis etiam urbibus Hyginus plenissime scripsit, et Cato in Originibus. Apud omnes tamen, si diligenter advertas, de auctoribus conditarum urbium dissensio invenitur, adeo ut ne urbis quidem Romæ origo possit diligenter agnosci. Nam Sallustius dicit, 'Urbem Romam, sicut ego accepi, condidere atque habuere initio Trojani, et cum his Aborigines.' Alii dicunt ab Evandro: secundum quos Virgilius, 'Tunc rex Evandrus Romanæ conditor arcis.' Alii a Romulo, ut, 'En hujus, nate, auspiciis illa inclyta Roma.' Si igitur tantæ civitatis certa ratio non apparet, non mirum si in aliarum opinione dubitatur. Unde nec historicos, nec commentatores varia dicentes, imperitiæ condemnare debemus. Nam antiquitas ipsa creavit errorem: et plerique fundant, plerique augent, et ad se transferunt nomina: quam rem etiam non parvum errorem afferre manifestum est. Ut ecce Laurentum a Pico factum est: ut, 'Laurentis regia Pici.' Item a Lavinio Latini fratre et *Lavinium* dictum. Item a Latino *Laurentum.* Item a Lavinia *Laurolavinium.* *Præneste* locus est haud longe ab urbe, dictus ἀπὸ τῶν πρίνων, id est, ab ilicibus, quæ illic abundant. Ibi erant Pontifices et Dii Indigetes, sicut etiam Romæ. Erant etiam duo fratres, qui Divi appellabantur. Horum soror, dum ad focum sederet, desiliens scintilla, ejus uterum percussit; inde dicitur concepisse. Postea enixa puerum, juxta templum Jovis abjecit: quem virgines aquatum euntes juxta ignem inventum sustulerunt, qui haud

longe a fonte erat. Unde Vulcani dictus est filius. *Servius.*

681 *Cæculus*] Ideo *Cæculus*, quia oculis minoribus fuit: quam rem frequenter efficit fumus. Hic postea collecta multitudine, postquam diu latrocinatus est, Prænestinam civitatem in montibus condidit. Et cum ad ludos vicinos populos invitasset, cœpit eos hortari ut secum habitarent, et pro gloria jactare se filium esse Vulcani. Quod cum illi non crederent, invocato Vulcano, ut eum filium comprobaret, omnis illius multitudinis chorus est flamma circumdatus. Quo facto commoti omnes simul habitaverunt, et Vulcani filium esse crediderunt. Hinc est, 'Omnis quem credidit ætas.' Quasi post dubitationem: et quia sine dubio ætas varia in spectaculis fuit. *Idem.*

682 *Altum Præneste*] Cato dicit, 'Quia is locus montibus præstet, Præneste oppido nomen dedit.' Ergo *altum*, quia in montibus locatum. Dicimus autem et *hoc Præneste:* 'Quique altum Præneste viri.' Et *hæc Prænestis*, unde est, 'Cum primam aciem Præneste sub ipsa Stravi.' *Idem.*

Quique arva Gabinæ Junonis] Gabii diu in agris morati, tandem Gabios condiderunt. Unde perite *arva* dixit, non *mœnia*. Sane Juno illic religiosissime colitur. Est autem locus haud longe ab Urbe. *Idem.*

Gabinæ Junonis] Apud Gabios, Juno religiosissime colebatur; unde dicta est Gabina, quod Servius notat. Meminit hujus Deæ Silius in XII. 'nec amœna retentant Algida, nec juxta Junonis tecta Gabinæ.' Ait etiam Lilius l. III. reperiri Romæ inscriptionem Junonis Gaviæ, pro Gabinæ, more fortasse Græcorum, quibus *b* nostrum sonat v. Cerda.

683 *Gelidumque Anienem*] *Anio* fluvius haud longe ab Urbe est: sed hic euphoniam secutus est. Nam Ennius *Anienem* dixit juxta regulam. *Servius.*

Anienem] Fluvius haud longe ab Urbe. Ennius *Anienem* declinavit. Vide Charis. p. 42. *Taubmann.*

Anienem] Celebratissimus est omnium in Tiberim defluentium amnis, de quo Cluver. ant. Ital. l. II. p. 711. 712. *Emmeness.*

684 *Hernica saxa colunt*] Sabinorum lingua, saxa *Hernæ* vocantur. Quidam dux magnus Sabinos de suis locis elicuit, et habitare secum fecit saxosis in montibus. Unde dicta sunt *Hernica loca*, et populi *Hernici*. Servius.

Hernica saxa] De Hernicis populis Latio veterrimo conterminis et saxis Cluver. ant. Ital. III. 6. *Emmeness.*

Dives Anagnia] Aut fertilis: aut alludit ad historiam. Nam Antonius, Augusti sorore contempta, postquam Cleopatram duxit uxorem, monetam ejus nomine in Anagnia civitate jussit feriri. *Servius.*

Dives Anagnia] Hujus urbis hoc extat elogium in Strab. l. v. Ἀναγνία πόλις ἀξιόλογος, quasi hæc urbs præstantissima fuerit, et omni commemoratione dignissima. Hanc commemorationem Virgilius aperit vocans divitem, credo ab fertilitate. Aut (putante Servio) fit allusio ad historiam; nam Antonius in hac urbe jussit monetam fieri cum nomine Cleopatræ, cum hanc duxit, contempta Octavia. Sed ego de fertilitate capio ex adjuncto Amaseni irrigantis agros Anagnienses, aut (ut vocat Plinius) Anagninos. Juvat Silius l. VIII. qui, 'Queis putripinguis sulcaris Anagnia gleba.' Et l. XII. 'frugiferis Cerealis Anagnia glebis.' Macrobius v. 18. ait, Anagniam fuisse nobilissimam Hernicorum urbem. Incidit suspicio an legendum in Poëta *pascis*, ut fiat similis apostrophe ad urbem, et fluvium. *Cerda.*

In nonnullis codicibus, pas-
per apostrophen, ut con-
sequenti membro, 'Quos,
ater:' alii agnoscunt pas-
is.
, *Amasene pater*] Aut pas-
Antiptosis. Nam *Amase-*
luvius, qui Anagnienses
at. *Servius.*
nasene pater] De oppido
luverius consulendus l. III.
de Amaseno amne eodem
Emmeness.
Scuta. *Servius.*
clipei] Scuta majora: dicta
d celent corpus, ἀπὸ τοῦ
dem.
i currusve sonant] In anti-
ot codicibus, per *que* copu-
ion per *ve* disjunctivam
legitur: 'nec clupei cur-
ed *Currusve* receptum ma-
us.
ntis plumbi] Plumbeis mas-
bant. *Donatus.*
Liventis plumbi] Sphærulæ
e sunt. Ovid. l. VII. 'Con-
ere glandes.' Olim, ante
bardarum, apparet missas
is. *Hartung.*
Liventis plumbi spargit] In-
itores, etiamsi abstineat a
darum. Clare Propertius
IV. 3. 'Plumbea cum tortæ
pondera fundæ:' et dubio
Virgilium allusit. Lucretius
VI. dixit, 'plumbea vero
um longo cursu volvenda
Etenim telum, quod e
batur, erat glans plumbea.
at. Quæst. II. 56. 'Liques-
a glans funda.' Ovid.
h. II. 'Balearica plumbum
t.' Neque tamen semper
sed interdum lapides. Dio-
funditoribus Belearibus:
ίθους πολὺ μείζους τῶν ἄλ-
t lapides multo majores quam
Isidor. definiens ita ait:
uod ex ea fundantur lapi-
des.' Lege in Æn. IX. ad illud, 'Et media adversi liquefacto tempora plumbo Diffidit.' Dictum *liventis* ex naturali colore hujus metalli, quod lividum. Quod vero Virg. per verbum *spargit*, Statius per *pluo*, Theb. l. VIII. 'stridentia funda Saxa pluunt.' *Cerda.*

Liventis plumbi] De quo Lipsius in Poliorcet. Dial. IV. 2. et 3. et De Militia Rom. Dial. V. 19. *Taubm.*

688 *Fulvosque lupi de pelle galeros*] *Galerus* genus est pilei, quod Fronto genere neutro dicit, *hoc galerum.* *Servius.*

Fulvosque lupi de pelle galeros] Galerus genus est armaturæ, loco galeæ, ut vult Varro. Putat Junius respondere illi, quem Dionys. vocat πῖλον κωνοειδῆ, quia turbinata figura. Lazius VIII. 14. nominat 'pileos hiemales.' Puto itaque duplex esse discrimen inter galeam et galerum. Primum, galerus acuminatior et turbinatior galea. Alterum, galerus erat e pellibus ferarum, cum galea ut plurimum ex ære. Itaque, quod Herodotus ait l. VII. Thraces gestasse cassides e pelle vulpina: quod Strabo l. XI. Albanos et Hiberos pugnare galeis ferinis; et quoscunque mihi offeras, qui multi; hos (inquam) omnes possum referre ad galeros. Notat tamen acute Lipsius l. III. de Milit. Rom. velitem Romanum sæpe e lupo Romana fera, et Romuli nutrice, galeas sibi adaptasse, et eo respectum hic a Marone, ut etiam a Propert. Eleg. IV. 11. 'Et galea hirsuta compta lupina juba:' atque a Polybio scribente, ubi ait de castrametatione, in hunc modum: 'Adornatur præterea miles et simplici casside, cui lupi pellem imponunt.' Itaque non minus auctores isti alludunt ad feram Romani Imperii, quam Virg. Æn. I. ubi de Romulo ait, 'lupæ fulvo nutricis tegmine lætus.' Sed redeo ad galeros, quos dici etiam cudones, jam alii adnotarunt, ex illo

Silii, 'caput his cudone ferino stat cautum:' iterum; 'cudone comantes disjecit crines.' Cudonem enim recte nominaris pileum coriaceum, sive pellitum. His omnibus directe opponuntur λυκόποδες. Sunt hi, qui habebant amictos pedes lupinis pellibus. Horum meminit Aristophan. in Lysist. ubi vide interpretem. *Cerda.*

Galeros] De Galero, pileo facto ex pelle, Solerius p. 249. *Emmeness.*

689 *Tegmen habent capiti*] In plerisque codicibus antiquis, *habent* numero multitudinis notatum est, et quod superius adnotavimus *tegimen*, ut *regimen*. Eadem proportione hoc quoque loco scriptum inveni *tegimen* per Proceleusmaticum. Sed magis placet eruditis *tegmen* per syncopam. Sicubi enim Proceleusmaticus pes apud Virgilium invenitur, ex iis ille dictionibus constat, quæ vocalium hiatum habeant, vel ut ex figura aliqua syllabæ duæ in unam coire possint, vel ex duabus vocalibus altera consonans fieri, ut in vocabulis, *Parietibus* et *Ariete*, *i* potest in consonantem solidescere, et in *genua labant*, *u*, ut nonnulli putant, pari modo pro consonante censeri. *Pierius.*

Vestigia nuda sinistri Instituere pedis] Atqui ipse est in pugnantibus primus: sed bene nudus est, quia tegitur scuto. Dextrum autem tectum conveniebat esse, quasi ab armis remotum. *Serv.*

690 *Instituere*] Aperte ex Lucret. l. IV. 'Qui capite ipse suo instituit vestigia retro.' Bene autem advertit Gifan. dici hoc ex disciplina gladiatorum, atque esse pugilum προβολήν: sicuti 'ponere vestigia.' Cicero enim in III. in Anton. 'Ille autem ex Myrmillone dux, ex gladiatore Imperator, quas fecit strages, ubicunque posuit vestigia?' Inde de equo militari Virgilius, cum primum incipit ingredi gradibus compositis, 'vix summa vestigia ponat arena.' Et aperte de re militari Lucretius l. III. 'Te sequor, o Grajæ gentis decus, inque tuis nunc Fixa pedum pono pressis vestigia signis.' Ergo Virgilius in re quoque belli 'instituere vestigia,' signans certam militum disciplinam, et institutionem in figendis pedibus, in regendis vestigiis. Debes hæc Gifanio: et mihi Philostratum, qui in Heroicis loquens de cursu, militari exercitatione, ait, ἴχνη μεγάλα ἐντετύπωται τοῖς δρόμοις: *magna curriculis impressa vestigia sunt.* Cerda.

Pero] Rusticum calceamenti fuerat genus. *Servius.*

Crudus teg. alt. pero] *Crudum peronem* videtur dixisse, ut Apollon. ὠμοὺς ἱμάντας πυγμῆς, μύρμηκας· tum etiam *crudum*, quod sit calceus rusticus e crudo corio: πηλοβατίς, ἀρβύλη, φαικάσιον, καρβατίνη. Græci autem πεζέτερον militem altero pede nudum, altero armatum vocant: quam vocem Pollux Macedonicam esse vult; unde et socios Philippi πεζετέρους. Alii πεζαίτερον malunt. *Germanus.*

Crudus pero] Id est, dextrum pedem vestibat calceus rusticus e crudo corio. Rævardus tamen I. 8. Var. per *perones* intelligit non rusticos, cum Servio; sed cum Tertulliano, 'puros calceos,' quibus per nives, glacies, imbresque usi sint: immo et *perones* magistratuum gemmis insignitos legi annotat. *Taubmann.*

Pero] De hoc rusticorum calceamento vide Balduinum de calceo c. 17. *Emmeness.*

691 *At Messapus equum domitor*] Hic per mare ad Italiam venit. Unde Neptuni dictus est filius: quem invulnerabilem ideo dicit, quia nusquam periit nec in bello. Ignem autem ei nocere non posse propter Neptunum dicit, quia aquarum Deus est. Ab hoc Ennius dicit se originem ducere: unde nunc et cantantes inducit ejus socios, et eos comparat cycnis. *Domitor* autem *equorum*, quasi animalium quæ pater invenerat. *Servius.*

Messapus] *Mesapus* varie scribitur in codicibus antiquis, aliis *ss*, aliis *pp* geminantibus: id quia nondum a re-

teribus Grammaticis observatum, neque in marmoribus usquam a me lectum est, in medio relinquam. *Pierius.*

At Messapus] De hoc *Messapo*, qui Græcis *Anthedonius*, vide Turneb. xxii. 3. Ideo autem *Neptuni filius* dicitur; quia per mare in Italiam venit. *Equorum domitor;* quia equum Neptunus invenit. Ignis ei nocere non potest: quia parens est aquarum Deus: *invulnerabilis;* quia nusquam periit in bello. Ab hoc Ennius originem vult ducere, ut Silius l. xiv. meminit: 'Ennius antiqui Mesapi ab origine regis:' unde et *cantantes* inducit ejus socios, eosque *cygnis* comparat. *Taubmann.*

692 *Sternere*] In antiquis aliquot exemplaribus, *nec sistere* legitur. Sed *sternere* malunt omnes. *Pierius.*

693 *Jam pridem, &c.*] Habet cognationem cum hoc versu illud Æn. i. ubi Cupido, 'vivo tentat prævertere amore Jampridem resides animos, desuetaque corda.' Et illud l. vi. 'Otia qui rumpet patriæ, residesque movebit Tullus in arma viros, et jam desueta triumphis Agmina.' Ut vero Virg. 'resides populos' in re belli: ita Horat. Od. iii. 3. 'bellum resedit.' Demosthen. in Philip. de his qui otiosi ad bellum, καθημένους, id est, sedentes. *Cerda.*

694 *Agmina in arma voc. sub.*] Respexisse hic Virgilium ad militarem evocationem, non solum interpretes Donatus et Servius, sed etiam putant Briss. de Form. l. iv. et Lipsius de milit. Rom. l. i. Quod tamen vocari in dubium potest. Itaque in Virgilio subitaria est militia, non evocatio. Livius l. iii. 'Hernici et colonia Antium dare Quinctio subitarios milites, ita tum repentina auxilia vocabant, jussi.' Quid quod Virgilii militia tota est cum tumultu, ac proinde subitaria? Idem Livius: 'Senatum censere subitarios milites tumultus causa conscriptos, primo quoque tempore dimitti.' Pro illis tamen est, tum *vocat:* tum dici ea agmina *desueta bello*, quod proprium fuit Evocatorum, quod ex Dione apparet l. xlv. dicti enim sic, ὅτι πεπαυμένοι τῆς στρατιᾶς ἐπ' αὐτὴν αὖθις ἀνεκλήθησαν: *quod defuncti militia iterum ad eam revocentur.* Sed primum languidum est, cum enim vox signata sit *evoco*, sciret profecto Poëta rem ita disponere, ut signatum verbum poneret. Alterum æque est languidum; nam evocatio nunquam legitur in subitario bello, quale exhibet Virgilius; neque in multis exemplis a Lipsio congestis, tale quid invenias. Neque vero scio, cur statim dici debeat bellum Evocatorum, quod fit a desuetis, cum multa alia desiderentur. *Cerda.*

Ferrumque retractat] Id est, iterum tractat quod jam tractare desueverat: sic Horat. 'Ceæ retractes munera næniæ.' *Emmeness.*

695 *Hi Fescenninas acies*] *Fescennium* oppidum est, ubi nuptialia inventa sunt carmina. Hi autem populi ab Atheniensibus ducunt originem. *Servius.*

Fescenninas] Pulchre milites cantantes exhibiturus e Fescennio advocat, ubi carmina nuptialia inventa, ac proinde joci, cantiones, et omnis παῤῥησία ἀναιδής. Hoc oppidum ab Argivis ducit Solinus c. 8. et *Fescennium* nominat. Mirum, cum Plinius iii. 5. *Fescenniam* dicat: et huic simia illa hærere soleat. Est et discrimen alterum; nam Fescennium Plinius Etruriæ, Servius Campaniæ attribuit. Sed correctior Servius Danielis adimit hoc, quod pertinet ad Campaniam. *Cerda.*

Fescenninas] *Fescennium*, vel *Fescennia*, Thusciæ mediterraneæ oppidum, hodie *Civita Castellana:* hinc *carmina*, item *licentia Fescennina*, apud Livium. *Taubmann.*

Fescenninas] Hoc oppidum per *a* et *um* terminatur; Dionysio dicitur φασκένιον, sed mendosum putat Cluver. ant. Ital. l. ii. p. 550. ubi plura de hac urbe. De *Fescenninis versibus*,

id est, impudicis, Macrob. Saturn. II. 4. *Emmeness.*

Æquosque Faliscos] *Faliscos* Haliscus condidit. Hi autem immutato *H* in *F*, *Falisci* dicti sunt: sicut *febris* dicitur, quæ ante *hebris* dicebatur: *Formicæ*, quæ *Hormiæ* fuerunt, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς. Nam posteritas in multis nominibus *F* pro *H* posuit. *Æquos* autem dicit, id est, justos, quia populus Romanus missis decemviris, ab ipsis jura fecialia et nonnulla supplementa duodecim tabularum accepit, quas ab Atheniensibus habuerant. *Servius.*

Faliscos] De Faliscis agit Cluver. ant. Ital. l. II. p. 538. et 545. docet Soractem esse Faliscorum montem: de his urbium, populorum, montium, &c. nominibus nostrum imitatus canit Sil. Ital. l. VIII. *Emmeness.*

696 *Hi Soractis habent arces*] *Soracte*, qui est mons apud Hirpinos haud longe a Flaminia: de quo Horatius, 'Vides ut alta stet nive candidum Soracte.' *Servius.*

Arces] De hoc in XI. Posuit *arces*, pro montes. Sic de Romanis montibus: 'Septemque una sibi muro circumdedit arces.' Et Georg. IV. 'flerunt Rhodopeiæ arces.' *Cerda.*

Soractis arces] *Soracte*, mons in Faliscis vicinus Flaminiæ, in quo Apollo colebatur. V. N. Æn. XI. 785. Hor. Od. I. 9. 'Vides, ut alta stet nive candidum Soracte.' *Taubmann.*

Flaviniaque arva] Locus est in Italia, Flavinium nomine. *Servius.*

Flavinia arva] Flavinii oppidi meminit Cluver. Ital. ant. p. 550. *Emmeness.*

697 *Et Cimini cum monte lacum*] Et lacus, et mons hoc nomine appellantur. Sane hoc fabula habet: Aliquando Hercules ad hos populos venit, qui cum a singulis provocaretur ad ostendendam virtutem, defixisse dicitur vectem ferreum quo exercebatur: qui cum terræ esset affixus, et a nullo potuisset auferri, eum rogatus sustulit. Unde immensa vis aquæ secuta est, quæ Ciminum lacum fecit. *Serv.*

Cimini] Lacus et mons Cimini post Sutrium est, prope Viterbium. Lacus hodie *il Laco di Vico;* Mons etiamnum *Ciminus* vocatur. *Taubmann.*

Et Cimini cum m. l.] Ciminus mons est et lacus. Vide Cluver. ant. Ital. l. II. p. 560. et de lucis Capenis p. 547. *Emmeness.*

Lucosque Capenos] Hos dicit Cato Vejentum condidisse auxilio regis Propertii, qui eos Capenam, cum adolevissent, miserat. Unde et porta *Capena*, quæ juxta Capenos est, nomen accepit. *Servius.*

Lucosque Capenos] Ab his dicta Capena porta, quæ postea Appia, et nunc Sancti Sebastiani. Primum scribit Servius, alterum Frontinus de Aquæ ductibus, tertium Marlianus. *Cerda.*

698 *Æquati numero*] Digesti in ordinem. Hinc *sæpenumero* scripsi: hoc est, ordine, congruenter, sicut decebat, rationabiliter. *Servius.*

Ibant æquati numero] Hom. Il. Λ. Τῶν δ' ὡς ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα, Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι Κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, σμαραγεῖ δέ τε λειμών· et Apollon. l. IV. Ἠ ὅτε καλὰ νάοντος ἐπ' ὀφρύσι πακτωλοῖο Κύκνοι κινήσωσιν ἑὸν μέλος, ἀμφὶ δὲ λειμὼν Ἑρσήεις βρέμεται, ποταμοῖο δὲ καλὰ ῥέεθρα. Ut autem hic 'longa canoros Dant per colla modos,' δολιχαύχενας κύκνους Ep. Gr. ut hic Hom. δουλιχοδείρους· et ut hic *nubem volucrum*, Epigr. l. III. Ἀλκιμένης πτανῶν εἴργον ἄπωθε νέφος· et eodem libro, Οὖλον ἀνηρίθμων κεῖνο νέφος γεράνων. Facit autem ad hunc locum Virgilii, superioris illius recognitio Georg. I. 'Varias pelagi volucres, et quæ Asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.' *Asia* autem palus, et pratum *Asium*, in Lydia sunt. Nimirum et Apollonii interpres scribit,

am vocatam fuisse Asi-
τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο ἡ
ς ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, καὶ ἡ
ται. Quod autem epi-
nis a raucedine Maro,
em patrium et provin-
poëtam vult Servius;
alia rauciores sint, et
es ᾠδικώτεροι. *Germ.*
anebant] *Canere* sæpe
audare. Horat. Epod.
nentes Cæsarem.' et
rassicæ miras laudes
I. 8. 'cum canerem
l.' *Emmeness.*
ndam] Harum avium
ntendit hos inertes et
natus.
] Vide Scal. Poët. v. 8.

nubila] Pura: sed ni-
ium nubibus: nam li-
t, ut in quinto diximus,
idis in nubibus arsit
e *nubes* pro aëre acci-
Servius.
canoros Dant per colla
um Plinium, qui ait in
ia, 'cycnos ideo sua-
uia colla longa et in-
t necesse est eluctante
am et flexuosum varias
ationes.' *Idem.*
per colla modos] In lo-
o desumptis hunc nu-
v. 8. Cygnos cantare
circa horam præcipue
ur passim poëtæ. Omis-
pist. Heroid. VII. 'Sic
t, udis abjectus in her-
eandri concinit albus
rito explodit illam sen-
Var. hist. I. 14. Vide
vs. 705. notavit. *Emm.*
nis et Asia] Caystrum
ret Asiæ paludi; quam
us, *A* longa est: cum
rinciam significare vo-
significatur in Georgi-
Asia circum Dulcibus in pratis rimantur prata Caystri:' nam cum Asiam de provincia dicimus, *A* brevis est, ut, 'Postquam res Asiæ.' *Servius.*

702 *Pulsa palus*] Ita Propert. II. 26. 'Lernæ pulsa repente palus.' Et Tibull. emendante Scaligero: 'Exiguus pulsa per vada linter aqua.' *Cerda.*

704 *Misceri*] Silius l. XII. 'Miscebat primas acies.' *Idem.*

Gurgite ab alto Urgeri nubem] Eodem plane sensu Georg. I. 'urget ab alto Notus.' *Idem.*

705 *Volucrum raucarum*] *Raucum* τῶν μέσων est, sicut *grave olens.* Nam legimus, 'Graviter spirantis copia Tymbræ.' Sciendum tamen Virgilium secundum morem provinciæ suæ locutum, in qua bene canentes cycni rauciores vocantur. *Servius.*

Volucrum raucarum] Non placet Serv. Dicuntur cycni rauci, quia nihil tenue aut argutum, sed raucum quid insonant. Sed nec fortasse tale quidpiam: nihil enim canunt, necque in morte. Sed Poeta sequitur opinionem ita existimantium. Cantum illorum referendum puto ad complosionem alarum, idque ex Nazianzeno, et Dione Chrysostomo. Adjicio nunc Philostratum utrique assentientem l. I. Icon. ubi ait pictum Zephyrum venustuli adolescentis forma, qui flatum mitteret in cycnos; et addit, καὶ αἱ πτέρυγες ἥπλωνται τοῖς κύκνοις πρὸς τὸ πλήττεσθαι ὑπὸ τοῦ ἀνέμου: *Cycnis extensæ sunt alæ, ut vento feriantur.* Et loco alio ejusdem libri, ubi sermo est de Phaëtonte, loquens etiam de cycnis ait: Ζεφύρῳ τε χρήσονται πρὸς τὴν ᾠδὴν ἐλαφρῷ καὶ ἐνοδίῳ: *utentur ad cantum Zephyro levi, atque ad iter congruo.* Ejusdem est opinionis Phile in Jambis suis, ita scribens de cycnis: Ἀνίσταται γὰρ τῶν πτερῶν ἡ πυκνότης, Νευρῶν τάσιν γ' ἔντεχνον ἐκμιμουμένη, Καὶ πλῆκτρον εὐθὺς ὁ Ζέφυρος ἐπιγίνεται: *Erecta sursum namque pennarum seges, Attemperatos callide nervos refert, Quos Zephyrus im-*

pellens velut plectrum ferit. Hæc ille; tametsi addat statim, illos quoque harmoniam edere τραχήλου βαρβίτῳ, *colli barbito.* Ita quippe ille barbiton colli, ut Virg. 'dant per colla modos.' Callimachum ad alas refero, cum ait hym. Apollin. ὁ δὲ κύκνος ἐν ἠέρι καλὸν ἀείδει: *Cycnus modulatur dulciter in aëre.* Simile proditur de cicadis: tantum enim alas commovent, cum edunt argutulum illum strepitum. Sic Epigram. l. III. cicada ipsa loquens, λιγυρὰν μοῦσαν ἐνίειν ἀπὸ πτερύγων: *immittebam ab alis dulcem cantilenam.* Cerda.

Volucrum nubem] Græca ratione: ita Epigr. l. III. legitur νέφος ψαρῶν, item γεράνων, pro vi et copia. Ita apud Livium l. v. 'nubes equitum peditumque:' et Stat. 'nubes armorum.' *Taubmann.*

706 *Ecce, Sabinorum prisco de sanguine*] Usurpat hoc. Nam Clausus Sabinorum dux, post exactos reges cum quinque millibus clientum et amicorum Romam venit: et susceptus habitandam partem urbis accepit: ex quo *Claudia* et tribus est et familia nominata. *Servius.*

Ecce Sabinorum] Cum historia, quam attuli in Explicatione, consonant Liviana hæc l. I. ubi Publius Decius ita loquitur cum Appio Claudio: 'Sabinum advenam principem nobilitatis vestræ seu Ap. Clausum, seu Appium Claudium mavultis, illi antiqui patricii in suum numerum acceperunt.' Nihil clarius ad illustrationem Poëtæ, qui a Clauso nominat Claudiam gentem. Audi eundem l. IV. 'Claudiam certe gentem post Reges exactos ex Sabinis non in civitatem modo accepimus, sed etiam in patriciorum numerum.' Ratio hujus mutationis hæc est. Qui Romam commigrabant aliunde, ut Romanis gratiores essent, ac proinde jura civitatis consequerentur, aptabant sua nomina ad formam nominum quæ erant in urbe, facta aliqua literarum mutatione. Inde Lucumo ille Demarati filius, qui Romam cum Tarquiniis venit, comparato ibi domicilio, dictus est Lucius Tarquinius, non Lucumo. Sic Appius Clausus, vel potius Atta Clausus, mutatus est in Appium Claudium: et mox præcedente tempore iidem Claudii dicti quoque sunt Clodii, quod ait Suetonius: verba postea afferam. Dixi Appium Clausum dicendum Attam; nam ita nominat illum Tacit. Annal. l. XII. et Livius l. II. clare: 'Atta Clausus, cui postea Appio Claudio Romæ nomen fuit.' Quin in Vaticano reperiri codice *Attum*, sive *Attium*, jam Lipsius monuit. Credibile itaque in primo loco Livii, quem attuli, legendum esse *At.* non *Ap.* Porro ad vestigia Virgilii, et ab hoc filo historiarum Silius l. XVII. 'Hic prisca ducens Clausorum ab origine nomen Claudia.' Et Ovid. in Fast. 'Claudia Quincta genus Clauso referebat ab alto.' *Cerda.*

Prisco de sanguine] De antiquis Sabinis. *Servius.*

Prisco de sanguine] Strabo l. v. ἔστι δὲ καὶ παλαιότατον γένος οἱ Σαβῖνοι, καὶ αὐτόχθονες: *Sabini autem gens est antiquissima, et aborigenes.* Plutarchus colonos fecit Lacedæmoniorum, et huc refert Sabinorum virtutem. Verba ejus: Σαβῖνοι πολλοὶ μὲν ἦσαν, καὶ πολεμικοὶ, κώμας δὲ ᾤκουν ἀτειχίστους, ὡς προσῆκον αὐτοῖς μέγα φρονεῖν, καὶ μὴ φοβεῖσθαι Λακεδαιμονίων ἀποίκοις οὖσιν: *Sabini gens magna, et bello boni, vicos incolebant sine mœnibus, habebant ingentes animos, ut qui coloni Lacedæmoniorum.* Cur ergo antiquitas Virgiliana non referatur ad hanc originem. *Cerda.*

Magnum Agmen] Propter quinque millia clientum. *Servius.*

708 *Claudia nunc a quo*] Gentis Claudiæ, a Clauso deductæ, mentionem facit honorificam Tacit. Annal. l. XII. per multos annos, sine adoptione, suo gentili decore continuæ et nixæ, his verbis, de Claudio impera-

rictus, biennio majorem
m filio anteponit, habita
m oratione in eundem,
rto acceperat, modum.
periti nullam antehac
nter patricios Claudios
ue ab Appio Clauso con-
sse.' *Germanus.*
m extet in Vate grande
um elogium in gratiam
cipum, placitum audias
em gentis elogia. Sue-
. c. 2. 'Notissimum est
ies, excepto duntaxat P.
ates, assertoresque uni-
s, ac potentiæ patricio-
fuisse.' Apud Livium l.
laudius audit, 'Claudiæ
de ab initio nil antiquius
trum majestate fuisse,'
stea Appius firmat. Ra-
d quod Tacit. Annal. l.
ibi sermo est de adop-
: 'Adnotabant periti,
ac adoptionem inter pa-
lios reperiri, eosque ab
ontinuos duravisse.' Æs-
rvallum Consulum, et
um apparebit. Ab hac
lis ubertate Poëta sig-
diffunditur. Idem Tacit.
nctos, acceptosque Nu-
dios.' *Cerda.*
'] Hoc per verbum ἀνά-
. loquens de Evodiano,
ην ἀνῆγεν. *Idem.*
tem data Roma Sabinis]
traxit historia. Nam
um raptum, et factum
m et Titum Tatium fœ-
in urbem Sabini sunt:
, ut in omnibus essent
, excepta suffragii latio-
agistratus non creabant.

partem data Roma Sabi-
nis aliquot codicibus le-
postquam pars est data
s.' Sed *in partem* usus
etiam Poëta noster: 'In
partem prædamque.' *Pierius.*

710 *Amiterna cohors*] De Amiterno oppido. *Servius.*

Amiterna cohors] Pro oppido Amiterna. Qualis hæc urbs, et an Sabinorum sit, expedit Cluver. ant. Ital. l. II. p. 685. *Emmeness.*

Priscique Quirites] Id est, Sabini. *Prisci* autem ideo, quia post fœdus Tatii et Romuli placuit ut quasi unus de duobus fieret populus. Unde et Romani, *Quirites* dicti sunt, quod nomen Sabinorum fuerat a civitate Curibus: et Sabini a Romulo *Romani* dicti sunt. *Servius.*

Amiterna cohors, priscique Quirites] Plinius III. 12. eodem ordine, quo hic Poëta, *Sabinorum, Amiternini, Curenses.* Itaque principe loco post Sabinos constituit Amiterninos, et deinde Curenses. Atque adeo *prisci Quirites* Virgilii, sunt *Curenses* Plinii. Nam Quirites a Curibus, auctore Plutarcho, et omnibus. Cur vero Curenses vocat priscos Quirites, rationem suppeditat Strabo l. v. 'Curis, urbs quondam insignis, nunc autem viculus, e qua exciti sunt T. Tatius et Numa Pompilius, qui Romæ regnarunt.' Ergo, *prisci Quirites*, non sunt Romani, sed Curenses, qui ante Romanos, imo a quibus Romani ipsi. *Cerda.*

711 *Ereti manus omnis*] Oppidum est dictum a Junone, id est, ἥρας, quæ illic colitur. *Servius.*

Ereti, Mutuscæ] In codicibus aliquot antiquis, *Heriti.* Sed omnino ἥρητος Græce scribitur: et quamvis ἀπὸ τῆς ἥρας, in honorem cujus positum oppidum ajunt, deducatur: nusquam tamen in Græcis auctoribus adspirationem observavi, parceque in Latinis, et in antiquis Valerii Maximi codicibus, 'prope vicinum Sabinæ regionis Eretum,' scriptum est absque adspiratione, quam dictionem nonnulli ita depravarunt, ut *fretum*, scripserint. *Mutuscæ* quoque varie scribitur, sed inemendate; veluti su-

perius in plerisque codicibus, *lucosque Calenos*, pro *Capenos* invenias. *Pierius.*

Ereti manus omnis] Dictum hoc oppidum ἀπὸ τῆς Ἥρας, *a Junone*, quæ ibi culta, Servius scribit. Et Solinus c. 8. 'Heretum a Græcis, in honorem Heræ. Sic enim Græci Junonem vocant.' Strabo in Sabinis constituit: verba ejus, ἤρητον τῆς σαβίνης κώμης. Nunc vicus parvus. Græci jam Ἔρετον, jam Ἥρετον. Vicum hunc celebrem fuisse figlinis jam alii scripserunt; inde *Eretinas mentes*, pro stupidas, quasi argillaceas, et cretaceas, dictas Fulgentius observavit ex vetere scriptore et ab illo Turneb. XVI. 10. Verba antiqui scriptoris sunt: 'Averruncassit Diva tam Eretinas hominum mentes.' Hanc Divam, Junonem possum explicare, ex dictis initio hujus Notæ. Simile apud Strabonem l. II. σκαπονέως δίκην: nam fossor quoque pro stupido, ut et argillaceus. Sic Pers. Sat. 5. 'nec cum sis cetera fossor,' id est, stultus: quasi hujuscemodi operarii totius sint eruditionis expertes. Sunt, qui versum Persii ad finem Sat. 1. de Ereto capiant, 'Fregerit heminas Ereti Ædilis iniquas.' Alii *Areti* legunt. *Cerda.*

Ereti] Oppidi nomen, quod hodie *Monte Rotondo*, positum est haud procul Tiberis ripa in edito colle. Vide Cluver. ant. Ital. l. II. p. 667. *Emm.*

Oliviferæque Mutuscæ] Hæc *Trebia* postea dicta est, quam modo *Tribulam* dicunt: apud quam Hannibal delevit populum Romanum. Lucanus, 'Cannarum fuimus Trebiæque juventus.' *Servius.*

Oliviferæque Mutuscæ] Sunt Mutuscæ inter Sabinos, ut clare Plinius III. 12. et Ortelius in Indice, et alii. De toto autem Sabinorum tractu ita Strabo l. v. ἅπασα δ' αὐτῶν ἡ γῆ διαφερόντως ἐλαιόφυτός ἐστι, καὶ ἀμπελόφυτος: *ager illorum egregie olivetis, et vinetis consitus est.* Sed signate de Mutuscarum voluptatibus, deliciis, blandimentis extat Epigramma Martialis l. v. 'Humida qua gelidas submittit Trebula valles, Et viridis cancri mensibus alget ager, Rura Cleonæo nunquam temerata leone, Et domus Æolio semper amica Noto, Te Faustine vocant, longas hic exige messes Collibus, hibernum jam tibi Tybur erit.' Est videlicet Trebula eadem cum Mutuscis, tantum diversum nomen. Plinius III. 12. 'Trebulani, qui cognominantur Mutuscæi.' Errat vero insigniter καὶ ἀνοήτως Servius, cum scribit, hanc Trebulam Mutuscæam esse eam, quæ postea dicta Trebia, ubi Annibal Romanos delevit. Etenim Trebia exitialis Romanis in agro Placentino fuit, longe a Sabinis, et horum Trebula. Sunt qui nominent Mutuscas, et Mutustas. Nunc dici Trevium animadvertit Barbarus in Castig. Plinianis. Sunt qui Mutuescas, et Mutuescanos nominent, ex lapidibus. *Cerda.*

Mutuscæ] Errorem Servii confundentis oppidum Trebulam et amnem Trebiam, apud quem Hannibal exercitum Romanum memorabili prælio fudit, notavit Cluver. ant. Ital. l. II. p. 683. *Emmeness.*

712 *Qui Nomentum urbem*] Hoc ex sua persona dicit poëta. Nam adhuc civitas Nomentana non fuerat, ut in sexto ait, 'Hi tibi Nomentum et Gabios.' Item, 'Hæc tum nomina erunt, nunc sunt sine nomine terræ.' *Servius.*

Nomentum] Numerantur etiam Nomentani a Plinio inter Sabinos III. 12. Imo ait Strabo l. v. agrum Sabinum esse, qui a Tyberi usque Nomentum protenditur. Ab hoc Nomentana via, qua scilicet Nomentum itur. *Cerda.*

Nomentum] Oppidum in Sabinis. hodie *Lamentano*. Distat ab urbe M. P. X. *Taubmann.*

Nomentum] Alii Latinis, alii Sabinis adscribunt. Rationem addit Clu-

ver. ant. Ital. II. 666. Meminit etiam noster Æn. VI. 772. *Emmeness.*

Rosea rura Velini] *Velinus* lacus est circa Reate juxta agrum, qui *Rosulanus* vocatur. Varro tamen dicit lacum hunc a quodam consule in Nartem vel Naren fluvium (nam utrumque dicitur) esse diffusum: post quod tanta est ea loca secuta fertilitas, ut etiam perticæ longitudinem altitudo superarit herbarum: quinetiam quantum per diem demptum esset, tantum per noctes crescebat. Quod Virgilius ad suam provinciam transtulit, dicens, 'Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.' *Servius.*

Rosea] Sunt quidem codices, in quibus *roscida* legatur, sed *Rosea* agnoscit Servius a loci nomine: legas tamen apud Plinium, '*Sabini*, ut quidam existimavere, a religione, et cultu Deorum *Sevini* appellati: Velinos incolunt lacus Roscidis collibus:' qui dubio procul ad Virgilianum carmen respexisse videtur. 'Ρῶσος tamen agnoscunt Græci: unde *Rosius*, et *Roseus* gentile nomen. Quare Servius non imperite *Rosea* legit. *Pierius.*

Qui Rosea rura Velini] Velinus lacus, unde dicti Velini, situs est juxta Reate in agro Roseo (Servius Rosulanum vocat) hinc Poëta conjungit 'Rosea rura Velini.' Plinius XVII. 4. ita scribit: 'Cæsar Vopiscus, cum causam apud Censores ageret, campos Roseæ dixit Italiæ summum esse, in quibus perticas pridie relictas gramen operiret.' Est autem lacus Velinus, et campi Rosei, in agro Sabino, ut videas Poëtam nunquam degenerare; omnes enim Clausi Sabini comites ex agro Sabino elicit. Plinius clare III. 12. 'Sabini, ut quidam existimavere, a religione et Deorum cultu Sevini appellati: Velinos accolunt lacus Roseis campis.' Sic enim legendus locus Plinii admodum deformatus. Meminere præterea lacus Velini Columella VIII. 16. et Tacitus Annal. l. I. Prior persequens lacus piscatu nobiles; posterior loquens de conatu Tiberii volentis avertere flumina et lacus, per quos augescit Tyberis. *Cerda.*

713 *Tetricæ horrentis rupes*] *Tetricus* mons in Piceno asperrimus. Unde tristes homines, *tetricos* dicimus. *Servius.*

Tetricæ horrentis rupes] Montem hunc Sabinorum et horrore nubium, et rupium asperitate deformem esse, et inde homines dici tetricos, partim Servius, partim alii adnotarunt. Inde est, ut multi in Persio Sat. VI. legant, 'Jamne lyra, et Tetrico vivunt tibi pectine chordæ?' non *tetrico*, ut in vulgatis. Silius l. VIII. 'et a Tetrica comitantur rupe cohortes.' *Cerda.*

Tetricæ, &c. mont. Severum] Tetricus mons hodie *monte di S. Giovanni*: Severus *Monte negro* appellatur: de utroque videndus Cluver. ant. Ital. II. 692. *Emmeness.*

Montemque Severum] Proprium nomen montis est: sicut agri, *Roseus.* Servius.

Montemque Severum] Adjectivum agnoscit Marcellus cum respectu ad rupes montis Tetrici. Sed Servius, et Erythræus nomen proprium montis, et Erythæus adhuc in Sabinis. Et quidem nomina tam montis Tetrici, quam Severi, qui duo siti in Sabinis, nescio qui congruunt cum ipsis Sabinorum moribus. De quibus ita Livius loquens de Numa: 'Suopte ingenio temperatum animum virtutibus fuisse opinor magis, instructumque non tam peregrinis artibus, quam disciplina tetrica ac tristi veterum Sabinorum: quo genere nullum quondam incorruptius fuit.' Quin Passeratius ait, Furias dictas a Propertio el. IV. 12. 'turbam severam.' *Cerda.*

714 *Casperiamque colunt*] *Casperia* et *Foruli* civitates sunt. *Servius.*

Casperiamque] Ex antiquis codicibus, omnino *Casperiam* legendum, non *Casperulamque.* Pierius.

Casperiamque] Oppidum est supra Cures circa fontes amnis Himellæ. *Aspra* vulgari vocabulo dicitur: vide Cluver. Ital. ant. II. 676. De Himella, qui fluvius fluit in Tiberim infra Narem, idem p. 607. *Emmeness.*

Foruloque] In antiquis aliquot codd. *ferulos*, habes, sed inemendate: ita *Himillæ*, pro *Himellæ*. Pierius.

Flumen Himellæ] *Hymella* fluvius est: et dixit *Hymellæ flumen*, ut 'Buthroti urbem.' *Servius.*

715 *Qui Tiberim Fabarimque bibunt*] Bene *bibunt*, nam Tyberis in Tuscia oritur: sed transit etiam per Sabinos. Unde *bibunt*, non *possident* dixit. Et sciendum Turno dari auxilium a tractu Piceni, Samnii, Campaniæ, et pro parte Apuliæ: omnis vero Tuscia superior et Venetia Æneæ præstat auxilium. *Fabarim* autem quem dicit, etiam ipse per Sabinos transit, et *Farfarus* dicitur. Plautus, 'Dissipabo te tanquam folia Farfari.' Ovidius, 'Et amœnæ Farfarus umbræ.' *Servius.*

Fabarimque] *Faburum* in antiquis aliquot codicibus habetur, sed apud plures *Fabarim*, lectione auctorum consensu comprobata. *Pierius.*

Fabarimque bibunt] Servii sententiam, quod *Farfarus* etiam appelletur, confirmare videtur nomen, quod hodie ei manet *Farfa*. Vide Cluver. ant. Ital. II. 707. Negat hoc Turneb. XV. 7. Farfari meminit Ovid. Met. XIV. 330. 'Narque tulit præceps, et amœnæ Farfarus umbræ.' Quid sit *bibere Tiberim et Fabarim* dictum Ecl. I. 63. et Ecl. X. 65. *Emmeness.*

Frigida misit Nursia] Piceni civitas. *Frigida* autem, aut re vera aut certe venenosa, nocens. Gracchi namque ubique in concionibus suis *Nursinos* sceleratos appellaverunt: et scimus amare Virgilium historiarum rem per transitum tangere. *Servius.*

716 *Nursia*] Plinius III. 12. Nursinos in Sabinis numerat, ut et Ptolemæus in tabula sexta Europæ c. 1. Nunc vocari Norzan Leander scribit. Sed cur *frigida?* Quia vere frigida, ait Serv. vel quia (ait idem) venenosa, et nocens. Probat. Nam Gracchi in concionibus solebant Nursinos appellare sceleratos. Solet autem Virgilius historias attingere in transitu. Ut hanc Servii Notam capias, adi quæ ego jam late Ecl. VIII. ad illud, 'Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.' Et Ecl. IX. ad illud; 'Heu cadit in quemquam tantum scelus.' Certe in tabula Ptolemæi prope Nursiam montes sunt, in quibus ut plurimum algor, et frigus: ut jam prima Servii explicatio probari queat. Addit vim Silius, qui lib. VIII. 'nec non habitata pruinis Nursia.' *Cerda.*

Nursia] Patria Sertorii: *frigida* dicitur, ut Cluver. Ital. ant. II. 691. quia sita est inter Apennini pruinas. *Emmeness.*

Hortinæ classes] Hortini equites, qui *classes* dicuntur. Unde et eorum tubas *classica* dicimus: et partes populi *classes* vocamus, quas quinque fuisse legimus. *Servius.*

Hortinæ classes] Id est, Hortini Equites: unde et eorum tubæ dicebantur *Classica*. *Hortanum*, vel *Horti*, oppidum Thusciæ, ab amœnitate hortorum sic dictum. *Taubmann.*

Populique Latini] Qui intererant Albani montis viscerationi. *Servius.*

Populique Latini] Ait Plin. III. 12. 'Infra Sabinos Latium est.' Itaque Poëta post Sabinos infert statim Latinos, ut proximos. *Cerda.*

717 *Infaustum interluit Allia nomen*] *Allia* fluvius haud longe ab urbe est: juxta quem Galli, Brenno duce, decimoquinto calendarum Augustarum die, deleto exercitu, post triduum etiam urbem vastaverunt, excepto Capitolio. Sane *Alia* dicitur, cui propter metri necessitatem unum *l* addidit, ut *Alliæ* diceret, sicut *reliquias* et *relliquias*: unde apparet bene dixisse Lucanum: 'Quos Aliæ clades.' *Servius.*

ame infaustum interluit] Optime *infaustum no-* Allia est sermo: hic infamiam contraxit, ex Romani fœde fusi fuga- Gallis. Inde Ovidius in ppellat: ‘ Hæc erat in gravis Allia nomen.’ Et *ilem*, et Lucanus *damna-* t damnata diu Romanis Silius l. VIII. ‘ horrifi- lit Allia ripis.’ Cicero st. IX. 4. ‘ Majores nos- n diem esse voluerunt ıæ, quam urbis captæ.’ rte res omnis gesta Vi- ‘ omni divino humano- ecto, Alliensi die Ponti- num cepit.’ Verba sunt us vita cap. 7. *Cerda.*

um nomen] *Allia*, fluvius rbe Roma ad XI. lapi- ia: apud quem Romani e Brenno, fusi sunt, et apta, ad XV. Calend. lit Livius l. VI. Plutar- illo, ubi multa de in- bus agit, *diem Alliensem av* vocat: qui Homero *δυσώνυμος*. Talis erat et et Cannensis, aliique. II. ‘ cedant feralia no- Et damnata diu Roma- is.’ *Taubmann.*

Allia nomen] Cladem Al- at Livius v. 37. et seqq. Ab Allia flumine nomen nfra Farfarum est: par- at fama apud Romanos amia ingens. Ut Cluver. 708. per simplex *l* scri- Græci *ἀλία ποταμὸς, ἀλίας* Dausq. *Emmeness.*

re] In plerisque codi- is, pro *marmore*, *litore* enias. Sed in Romano, in Mediceo, et aliquot s.

] Nimbosum sidus, et m. De occasu hic audis. De ortu Æn. I. ‘ Cum subito assur- gens fluctu nimbosus Orion.’ De utroque Aristotel. Meteor. II. 5. ubi et rationem exhibet: verba ejus: *ἄκρατος δὲ καὶ χαλεπὸς ὁ Ὠρίων εἶναι δοκεῖ, καὶ δύνων καὶ ἐπιτέλλων, διὰ τὸ ἐν μεταβολῇ ὥρας συμβαίνειν τὴν δύσιν, καὶ τὴν ἀνατολὴν, θέρους, ἢ χειμῶνος· καὶ διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ἄστρου, ἡμερῶν γίγνεταί τι πλῆθος*: *Orion, et cum oritur, et cum occidit, incertus ac difficilis esse propterea videtur, quod ejus exortus, et occasus, tum, cum tempora evariant, commutanturque, ille æstate, hic hieme accidant. Idque propter sideris magnitudinem durat diebus pluribus.* Cerda.

720 *Vel cum sole novo torrentur aristæ*] Prima æstatis parte. Nam proprie Sol novus est octavo calendas Januarias: sed tunc non sunt aristæ, quas ab ariditate dictas esse constat. *Servius.*

Sole novo] Id est, prima æstatis parte. Ita Attici veteres *τὸ κέντρον χειμερινὸν* vocarunt, *νέον ἔτος*, quod inde inciperet computus anni prisci Solaris. *Novum Solem* Statius vocat etiam Kal. Januar. propter novos fasces Consulum. Vide Scalig. De Emendat. Temp. v. 12. *Taubmann.*

721 *Hermi campo*] *Hermus* Lydiæ fluvius, qui superfusus campis gignit fertilitatem. Unde arenas aureas fingitur trahere. *Servius.*

Hermi] Amnis est ‘ in sinu Smyrnæo’ secundum Melam I. 17. quem locum illustrat Vossius. Hujus etiam meminit Plin. v. 29. ‘ A Smyrna Hermus amnis campos facit, et nomini suo adoptat.’ *Emmeness.*

Lyciæ flaventibus arvis] Fertilis frugum provincia. *Servius.*

722 *Scuta sonant, pulsuque pedum tremit excita tellus*] In plerisque antiquis codicibus, scriptum inveni, veluti prius in impressis legebatur, ‘ scuta sonant pulsuque pedum conterrita tellus:’ lectionem vero illam ‘ tremit excita tellus,’ quam nuper eruditissimi viri publicarunt, in Me-

diceo, et in Porcio, tantum ex manu scriptis codicibus vidi. *Pierius.*

723 *Hinc Agamemnonius, Trojani nominis hostis*] Hunc Agamemnonis plerique comitem, plerique nothum filium volunt: qui cum venisset ad Italiam audito adventu Æneæ, in bellum ruit, non amore Turni, sed odio hostilitatis antiquæ. Unde ait, 'Trojani nominis hostis.' *Servius.*

724 *Halesus*] Fuisse hunc conditorem Faliscorum jam Turnebus astruxit XXII. 3. ex Ovid. Amor. III. 12. 'Argiva est pompæ facies, Agamemnone cæso, Et scelus, et patrias fugit Halesus opes. Jamque pererratis profugus terraque, marique, Mœnia felici condidit alta manu. Ille suos docuit Iunonia sacra Faliscos, Sint mihi, sint populo semper amica suo.' Quia vero hic ab Argis in Italiam venit, ideo Argolicum vocat Silius l. VIII. 'Nec non Argolico dilectum litus Haleso.' Solinus etiam cap. 8. 'Ab Haleso Argivo Faliscam.' *Cerd.*

Curru jungit Halesus equos] Ita maluit Poëta, quam, 'Jungit Halesus equos curru:' id quod plebejus quispiam P. fecisset. Spondeus enim disjunctus a subsequente dictione, quæ Dactylum instituit facere, moram jugandi equos nondum junctos connotat. De qua artificiosa verborum dispositione Scal. IV. 48. et Pontanus in Actio. Hic autem *Halesus* conditor fuit Faliscorum: ut docet Turn. XXII. 3. Ovid. Am. III. 12. Et *Agamemnonius* dicitur, sive quod comes, sive filius nothus Agamemnonis fuerit. *Taubmann.*

725 *Rapit populos*] Raptim adducit. Etiam Campaniæ loca commemorat. Nam Massicus mons est vitibus plenus. *Massica* autem dixit, ut *Mænala.* Servius.

Rapit populos] Silius l. VIII. 'Tellius æratas raptabat in agmina turmas.' Iterum loquens de Peligno, 'gelidoque rapit Sulmone cohortes.' Et l. XII. 'Raptum iter est, victorque moram non passus eundi.' Tacitus Annalium I. 'Expeditum exercitum in Chattos rapit.' *Cerda.*

Vertunt] Indicat arationem. Plinius XVIII. 16. 'Si evicerint herbæ, remedium unicum est aratio, sæpius vertendo, donec omnes aliæ radices intereant.' Sed de hoc jam in Georgicis. Solent Poëtæ hujusmodi catalogos virorum fortium amplificare simili opum narratione, ut quærant aliquod diverticulum, ne perpetua sit series nominum. Sic Valerius primo Argon. 'Proximus huic Butes Atticis dives ab oris, Innumeras nam claudit apes, longaque superbus Fuscat nube diem.' Dicit *nubem* de apibus, ut ante illum Virgilius. Redeo. In hac re multus est Homerus: ut enim Virg. in hoc catalogo ait venisse, qui arant montem Massicum felicem vitibus; ita ille Haliarton in sua recensione vocat ποιήενθ', *herbosam*: et Arnen πολυστάφυλον, *vitiferam*: et de Epidauro, ἀμπελόεντα, *vitibus consitam.* De Orchomeno, πολύμηλον, *pecorosum.* De Pteleo, λεχεποίην, *herbosum.* De Itone, μητέρα μήλων, *matrem ovium.* De Pyrrhaso, ἀνθεμόεντα, *floridam.* Et mille alia. Sic Statius in suo catalogo l. VII. 'Aulida qui Græcamque serunt, viridesque Platæas, Et sulco Peteona domant.' Et l. XII. in simili recensione, 'Dives, et Egaleos nemorum, Parnesque benignus. Vitibus, et pingui melior Lycabetos oliva; Venit atrox Ileus, et olentis arator Hymetti.' Et in l. IV. ubi similis recensio, 'pecorosaque Phyllos.' Iterum: 'Qui ripas Lincæe tuas, tua litora multo Vomere suspendunt.' Nonnus l. XXVI. in simili ad bellum catalogo ait relictum εὔσπορον αὔλακα γαίης: *bene seminatum sulcum terræ.* Idem.

726 *Massica*] Vinum Massicum Campaniæ multis est nobile, uni Horatio nobilissimum, adeo crebra in illo mentio hujus vini. Sat. II. 4. 'Massica si cœlo supponas vina se-

l. 1. 'veteris pocula Mas-
Id. II. 7. 'oblivioso Mas-
cum hoc vino abeunt mo-
Od. III. 21. 'Quocunque
nine Massicum Servas.'
ead. scen. ult. 'Credo
otesse te scelus Massici
rrimos quatuor Fructus
na hora.' Sed de elogio
attuli Columellæ verba
Ind, 'et Bacchi Massicus
usdem meminit Virg. Ge.
a Bacchi Massica:' ubi
care vinum excellentissi-
ξοχήν. Porro Massicum
e cum monte Gauro, et
rsa nomina Abraham. as-
lem.

nci misere patres] Isti
nes nominantur. *Servius.*
Plin. III. 5. Auruncos
ter populos Latii. Quin
lquissimos Ausones et Ser-
et ex Isacio in Lycophro-
Abraham. Ortel. Inde
e patres nominat, vel, ut
'Arunci misere senes.'
retustate alludunt verba
qui de illis, uti antiquissi-
itur lib. xxx. 'Aurunco-
rumque jamdiu leges ig-
Evandri matre abhinc sæ-
s multis.' Et de Aurun-
Livius l. VIII. signate ait,
iqua eorum.' Dignum est
r etymon Auruncorum,
cti tanquam Averrunci.
n et auruncare et averrun-
dem dixerunt: inde Au-
s, sive Averruncus est,
θεὸς ἀποτρόπαιος, malorum
abuit autem hæc gens id
nasi ἀποσπασθέντες, id est,
versi a suis sedibus, quia
πλάνητες. De hoc latius
Festum. *Cerda.*

e juxta Æquora] Ab op-
Sidicinum dicitur. *Servius.*
Sidicinum in Campania
III. 5. Alio nomine Tea-
num. Ait enim: 'Teanum Sidici-
num cognomine.' Strabo quoque σι-
δικινοῦ meminit; et Horat. epist. I. 1.
'cras ferramenta Teanum Tolletis,
fabri,' &c. Et Teani fluminis in hoc
tractu Orosius v. 18. Credo Poëtam
posuisse in carmine Sidicinos post
Auruncos, memorem historiarum.
Fuit enim acre bellum inter Aurun-
cos et Sidicinos, quod Livius scribit
l. VIII. ab eo loco: 'Inter Sidicinos
Auruncosque bellum ortum,' &c.
Subit mentem, an Sidicini dicti sint,
quasi seditiosi. Nescio an aliquis
probaturus sit conjecturam, cui certe
favet tum Livii locus l. VIII. 'Toties
jam Sidicini, aut ipsi moverant bel-
lum, aut moventibus auxilium tule-
rant, aut causa armorum fuerant;'
tum quæ de aliis populis non absimi-
lia, ut quæ nuper de Auruncis, et
quæ antea de Tetricis: et de urbe
quam θαλάμας vocat Pausanias l. III.
a susceptis ibi liberis a Tyndareo.
Hoc enim etymon ab scriptore col-
ligo. *Cerda.*

728 *Æquora*] Codices aliqui *æquora*,
non *litora*. Utrumque ad varian-
dam poësin. Nam qui de Auruncis
dixerat, *collibus altis*, de Sidicinis
proximis, *litora*, aut *æquora*, cum
clara oppositione ad colles. Silius
l. XII. *arva* nominat: 'Tum Sidi-
cina legunt pernicibus arva mani-
plis.' *Idem.*

Cales linquunt] Civitas est Campa-
niæ. Nam in Flaminia est, quæ *Cale*
dicitur. Est et in Gallia hoc nomine,
quam Sallustius captam a Perpenna
commemorat. *Servius.*

Cales] Urbs quoque Campaniæ.
Coloniam nominat Vellejus priore
volumine, quam ait deductam Sp.
Posthumio et Veturio Calvino Coss.
Hanc etiam urbem infert ex memo-
ria historiarum fidelis Vates. Hæc
enim urbs et proxima est Sidicino,
et inter utramque stricta amicitia,
fœdera. Itaque quemadmodum sedit,
utraque in Romam olim conspiravit;

sic nunc utraque in Æneam. Amat enim Virgilius similes historias in excursu indicare. Vide Livium ab eo loco l. VIII. 'Insequens annus, L. Papyrio Crasso, Cæsone Duellio Coss. Ausonum magis novo, quam magno bello fuit insignis. Ea gens Cales urbem incolebat, Sidicinis finitimis arma conjunxerat.' Hujus urbis nomen ad Calain refert Silius l. VIII. his versib. 'Nec cædit studio vicinus sanguine miles, Quem genuere Cales, non parvæ conditor urbis, Ut fama est, Calais Boreæ, quem rapta per auras Orithyia vago Geticis nutrivit in antris.' Ex Silio habes *Cales* in Virgilio esse numeri multitudinis. Sed idem Silius in singulari libro XII. ubi ait: 'Threiciamque Calem, vestras a nomine nati Orithyia domos.' *Cerda.*

Cales] De hoc oppido, sive vico, *Cagli* dicto, Cluver. ant. Ital. l. II. p. 617. cujus meminit Horat. Od. IV. 12. 'Vinum Calibus pressum.' *Emm.*

Amnisque vadosi Accola Volturni] Fluvius juxta Cumas cadit in mare. *Servius.*

729 *Volturni*] Amnis Campaniæ vulgo accolis *Volturno* et *Voltorno* dictus, de quo Cluver. ant. Ital. l. IV. p. 1093. non tantum amnem, sed et oppidum ejus nomine statuit in Campania Mela II. 4. Plin. III. 5. et Strab. l. V. *Emm.*

Saticulus asper] Populus Campaniæ asper moribus. *Servius.*

Saticulus asper] A Colonia *Saticula*, quæ a non nullis et *Satricula* appellatur. An in Campania, an in Samnio, non convenit. Adi disputantem hac de re fusius Cluver. ant. Ital. l. IV. p. 1183. *Emmeness.*

730 *Oscorumque manus*] Capuenses dicit, qui ante *Osci* appellati sunt, quod illic plurimi abundavere serpentes. *Servius.*

Oscorumque] Male in quibusdam antiquis codicibus, *Tuscorum* est. *Pierius.*

Oscorumque manus] Qui ante dicti fuerunt *Opici*, postea autem *Opsci*, vel *Obsci*, unde *Osci*; inter Ausones numerandos putat Cluver. ant. Ital. l. III. p. 1059. ubi etiam de Osca lingua. *Emmeness.*

Aclydes illis Tela] *Aclydes* sunt tela quædam antiqua, adeo ut nec usquam commemorentur in bello. Legitur tamen quod sint clavæ cubito semis factæ, eminentibus hinc et hinc acuminibus quibusdam: quæ ita in hostem jaciuntur religatæ loro vel lino, ut peractis vulneribus possint redire. Putatur tamen esse teli genus, quod per flagellum in immensum jaci potest. *Servius.*

Aclydes] *Aclydas* quidem teli genus, commentatores tradunt: de quo tamen nemo certum asseverat: in quodam vero antiquo codice legimus *Acides*: quod apud Græcos, et telum, et cuspidem significare manifestum est. Forte tamen aliquis erit, qui de *Aclyde* certius aliquid in medium ferat. Nobis enim ad plurima hujusmodi perquirenda otium non fuit. *Pierius.*

Aclydes] Quidam hæc tela dicta putant, quasi ἀκίδες, a Cuspide: Turnebus, quasi ἀγκυλίδες, cum et ἀγκύλαι Græcis *jacula* sint: et credit fuisse ansata vel amentata: et *lentum flagellum* exponit amentum loreum, quo tela alligata revocari poterant a jactu. Vide XXX. 21. Silius: 'Aclydis usus erat.' Marcellus Donatus P. Comes, l. Dilucidat. putat *aclydes* fuisse claves ferreas, cujusmodi et patrum nostrorum memoria in usu fuerint, acuminibus quibusdam circa caput circummunitas, ad casides præsertim contundendas, et disrumpendas loricas, &c. *Taubmann.*

731 *Aptare flagello*] Quo sensu? An ut summis virgis arborum flagellisque insertæ fuerint, non duris robustisque stipitibus? An *flagellum* hic, lorum et amentum? An denique loris revinctas fuisse; sic, ut missæ recipi possent et redire? Lip-

e hæret: quem vide Dial.
. 4. *Idem.*
cætra tegit] Scutum lo-
tuntur Afri et Hispani.

u tegit] In aliquot anti-
us, *levas* numero multi-
d et *levam* unitatis nu-
ur. *Cetra* quoque varie
vetustis exemplaribus.
ra, et *scetra* reperitur:
x Livio *cetra*: unde 'Ce-
' *Pierius.*
ninus enses] Affectavit
Nam consequens fuerat,
mant gladii falcati.' Fal-
ensis est *harpe*, qua usus
'Harpen alterius mon-
e rubentem.' *Servius.*
ses] Sunt enses curvi:
s: qualem Perseo tri-
e: qui etiam *falces* vo-
e *Falcarii* apud Cic. in
eb. XXVI. 28. Lucanus:
erius monstri jam cæde
Taubmann.
us] 'Αμυημόνευτος, supra:
indicti honores templis.'

] *Œbalus* filius est Telo-
hæ Sebethidis. Hæc au-
a Neapolim. Sed Telon
apud Capreas insulam
olim sitam. Filius vero
non contentus imperiis,
ampaniam, et multis po-
itis suum dilatavit impe-
us.
Sebethi amnis cursus est
m Vesuvium et Neapo-
Columella cum Neapoli
suo horto: 'Doctaque
Sebethide roscida lym-
tatius Silvar. l. I. illius
mentione Neapolis, his
At te nascentem gremio,
ecepit Parthenope, dul-
s gloria nostro Reptasti:
surgat ad æthera tellus
pulchra tumeat Sebetos alumna.' Inde quoque arrepta occasio celebrandi hujus fluminis Sincero Sannazaro, utpote Neapolitano, qui vir poëtica laude floruit præ mortalibus sui ævi. Sed quid sui ævi? Quid si Neapoli majorem gloriam Sannazarus attulit quam Statius Papinius? Non erit iniquus censor, qui hoc censeat. *Cerda.*

Sebethide nympha] A *Sebetho* amne, quia inter *Vesuvum* montem et *Neapolim* decurrens *Fiume de la Maddalena* nuncupatur: et inde Fons, qui vicatim per Neapolim labitur, omnes fere usus civibus præstans, populariter *Fornello.* Taubmann.

735 *Teleboum Capreas cum regna teneret*] Cum teneret Capreas regna Teleboum. Nam *Teleboæ* Caprearum sunt populi, quos Telon suo regebat imperio: quidam dicunt *Capreas* a Capreo, qui in illis regionibus potens fuit, nominatas. *Servius.*

Teleboum Capreas cum regna teneret] Capreæ insulæ nomen: eas Telebois habitatas fuisse docet ex Tacito Cluver. Ital. ant. l. IV. p. 1168. Hanc insulam in deliciis habuit Tiberius, ut ex Suetonio discimus. *Emmeness.*

736 *Sed non et*] In antiquis aliquot codicibus, *sed non jam* legitur. *Pierius.*

Patriis sed non et filius arvis Contentus] Quis nescit, quæ de Alexandro Scriptores, cui Philippi patris regnum visum angustum? *Cerda.*

737 *Premebat*] Vis indicatur, et credo hoc verbum duci a jure, l. XXXVIII. ff. t. 1. l. II. 'ut premeret atque oneraret libertinas personas.' Et quidem forense esse verbum satis indicat Budæus, qui καταμαρτυρῶ σοῦ reddit, *premo te meo testimonio:* et sic accipit illud Demosthenis: ὃς αὐτὸς ἑαυτοῦ καταμεμαρτύρηκε. Inde et in codicibus legas, 'priusquam accusati se criminis, quo premuntur, exuerint.' *Idem.*

738 *Sarrastis populos*] Populi Campaniæ sunt a Sarno fluvio. Conon

in eo libro quem de Italia scripsit, quosdam Pelasgos, aliosque ex Peloponneso convenas, ad eum locum Italiæ venisse dicit, cui nullum antea nomen fuerit, et flumini, quem incolerent, Sarno nomen imposuisse ex appellatione patrii fluminis, et se *Sarrhastes* appellasse: hi inter multa oppida Nuceriam condiderunt. *Servius.*

Sarrastis populos] Versum Virgilii ita reddit Silius l. VIII. 'Sarrastes etiam populos totasque videres Sarni mitis opes.' Vocat Sarnum *mitem*, quia hic fluvius non præceps, sed placidus, et utilis irrigandis agris; inde Poëta, 'et quæ rigat æquora Sarnus.' Quia fluit plano agro. Et Strabo l. v. de Vesuvio, qui Sarno imminet, *ἀγροῖς περιοικούμενον παγκάλοις*, *amœnissimis agris circumdatus.* Pari nota Plinius III. 5. 'spectante monte Vesuvio, alluente vero Sarno amne ager Nucerinus.' Rigat videlicet Sarnus agrum Nucerinum. Et quidem Nuceriam iidem Sarrastæ condidere, quod Servius testificatur. Statius quoque Silvar. l. I. voluptatem indicat eo versu, 'Nec Pompeiani placeant magis otia Sarni.' *Cerda.*

Sarnus] Vide Cluver. ant. Ital. p. 1156. *Emmeness.*

739 *Rufras Batulumque tenent*] Castella Campaniæ a Samnitibus condita. *Servius.*

Batulumque tenent atque ar. Cel.] In Romano codice, *Batalum*; et *Celemne*, pro *Celennæ* legitur: utrumque inemendate. *Pierius.*

Rufras Batulumque] Ait Serv. esse duo castella Campaniæ a Samnitibus condita. De Rufis scribit Erythr. fuisse oppidum in Campania, et nunc sine vestigiis. Quid vero si a Virgilio Silius vel contra corrigendus? Ait enim Silius l. VIII. 'Qui Batulum, Mutrasque colunt.' *Cerda.*

Arva Celennæ] Junonis locus Campaniæ est, *Celemne* locus sacer Junoni. *Servius.*

Celennæ] Agnoscit Serv. locum in Campania, cui nomen Celennæ, et sacrum Junoni. Quid si colonia Apamiensium? est enim Apamea urbs Asiæ sita ad ostia Marsiæ fluminis, quam urbem Celennas vocari tradit Plin. v. 29. *Cerda.*

740 *Et quos maliferæ despectant mœnia Abellæ*] Multi Nolam volunt intelligi: et dicunt iratum Virgilium nomen ejus mutasse propter sibi negatum hospitium: et id aperte noluisse dicere, sed ostendere per periphrasin: nam illic Punica mala nascuntur: ut nunc *Bella* pro *Nola* posuerit. Alii volunt accipi, ut sit Synalœpha, ut legatur *mœni' Abellæ.* Quidam hanc civitatem a rege Murano conditam *Mœram* nomine vocatam ferunt, sed Græcos primum eam incoluisse, quæ ab nucibus abellanis *Abella* nomen accepit. Alii quod imbelle vulgus et otiosum ibi fuerit, ideo *Abellam* appellatam: hujus cives, cum loca circa Capuam possiderent, orto tumultu interiisse, aliosque fugientes Mœranum abiisse, et ejus incolis servisse, et quod imbelliores fuerint, *Abellanos* dictos. *Servius.*

Despectant mœnia Abellæ] Antiqui omnes codices, quotquot habui, *mœnia Bellæ* legunt: quod vero et *Abellæ* legi possit rationem videris apud Servium; tum etiam apud Strabonem *Abella* legitur, ubi has hoc ordine ponit urbes, *τῆς δὲ Λατίνης ὁδοῦ καὶ ἔτι σουέσσουλα, καὶ ἀτέλλα, καὶ νῶλα, καὶ νουκερία, καὶ ἀκέραι, καὶ ἀβέλλα.* *Pierius.*

Abellæ] Est et montis nomen, et oppidi, et torrentis, in Samnitibus. Oppidum in monte situm populos despectat. Mons ipse tempestatis intemperie horridus, quasi ἄελλα dictus, &c. Etiam Erythr. mavult *Abellæ*, vel *Avellæ*: unde sint *Avellanæ nuces*: aitque apud *Nolam* hodieque urbem dici *Avellam.* Taubmannus.

Abellæ] Municipium et colonia, de

git Claver. Ital. ant. l. iv. mmenes.
s] Tela Gallica. Unde ns ritum dixit. Cateiam runt teli genus esse tale, s sunt, ex materia quam ata, cubiti longitudine, avis ferreis illigata, quam iaculantes, lineis, quibus ierant, reciprocam facie- ia autem lingua Teuthis- untur. Servius.
ateias] Quia in plerisque litera longiori forma no- ipraque aliarum fastigia ta, factum est ut in Ro- e, et quibusdam aliis, ca- catellas notatum fuerit: i longum, l literam, qua ntes utimur, esse credi- ad ideo dictum volui, quia ia manus sæpe fallat in ptione, nisi hoc adverte- t.
ritu soliti torquere cateias] rvium, et alios, qui dicunt tonico, pro Gallico. Qua- : Poëta aliter rem afferre. retationes, quæ Maroni m venam, semper respuo. s coguntur, boni iiberi esto, cateiæ Gallorum ioa et Teutonum; unde sunt esse illorum, non ho- pue in tam exigua men- rum? Quid quod Donatus illis agnoscit, et tantum sumit? Sed jam ad auc- le hoc telo. Val. Flac. :t puer e primo torquens :ias.' Silius l. iii. 'panda rmata cateia.' Nulla alia, , mentio. Inde suspecta t, quæ de hoc telo Isido- Unde enim sciunt illa? ·quidem non longe prop- em evolat, sed quo perve- perfringit.' Verba sunt ;que intelligo, quæ in illo ' quod si ab artifice mitta- redit ad eum qui misit.' Nam cur non etiam redibit, si mitta- tur ab alio quam ab artifice? Ego facile credo hæc Isidori esse de- formata, non minus quam superiora ejusdem: 'Cateia, quam Horatius caiam dicit.' Quibus jam mederi cu- rarunt et Lipsius, et Grial. Prior ita: 'Cateia quam Dorcatio cavam dicit.' Posterior vero: 'Cateia, quam Lu- cilius cælam dicit.' Vide, ut uterque suam astruat conjecturam. Ex ulti- mis Isidori verbis istis, 'Hispani, et Galli Teutonos vocant,' videlicet ca- teias, recte conjicit Grial. (nam hic Lipsium aliter corrigentem non mo- ror) esse fortasse quos Hispani di- cunt chucos, aut chucones. Ceterum qua forma Noster Teutonico ritu, ea Juvenal. Sat. x. 'Teutonico curru.' et Propertius iii. 3. 'Teutonicas opes.' Cerda.

Ritu] Id est, more, modo. Valer. Argon. l. iv. 'Cum subito Arcadio so- nuit cava fistula ritu:' videlicet, eo modo, quo solent Arcades, cœpit Mercurius modulari. Idem.

Cateias] Erant hastæ angusto et brevi ferro Germanorum et Gallorum. Alex. vi. 22. et Servius Dan. quem mihi vide. Taubmann.

742 Raptus de subere cortex] Bene Raptus: id est, raptim sublatus: quia recens suberis cortex in quamvis for- mam tota flectitur facilitate. Servius.

743 Micat æreus ensis] Livius l. iv. 'hostis urgere scutis, micare gladiis.' Sen. epist. 109. 'etiamsi circa me gladii micarent.' Cerda.

744 Montosæ Nersæ] Civitas in mon- tibus posita. Servius.

Montosæ] Non montuosæ: eam si- quidem vocem ut barbaram docti ex- plaudunt. Germanus.

Nursæ] In Romano codice, Nyrsæ per y scribitur, ut Cymarum, pro Cumarum. Sunt et plerique codices in quibus Nersæ per e scriptum est. Sed Nursæ receptum. Pierius.

Nersæ] Dubitatur an sit in Æqui- culis. Vide Cluver. ii. 785. Emmen.

745 Insignem fama] Bene fama, quia

occidetur: ut, 'Ufentemque Gyas: cadit et Tolumnius augur.' *Servius.*

Insignem] Ab hoc elogio statim ab initio Æn. VIII. 'ductores primi Messapus et Ufens.' *Cerda.*

746 *Horrida præcipue cui gens*] Æquicolam gentem dicit, et morum et vitæ qualitate præduram. Sane aliud pendet ex alio. Ideo erant horridi, quia venabantur, quia habebant duras glebas, id est, infertiles. Nam molles, feraces sunt: ut in Georgicis docet, 'Et cui putre solum, namque hoc imitatur arando.' *Servius.*

747 *Æquicola*] In plerisque veteribus codicibus, *Æquicula*, pene ultima per *u* notata est, pro *Æquicola*. Nam ea terminatio, quæ est in *ola* plerumque per *u* scribi animadverti, ut *epistula*, quod non in veteribus tantum codicibus, verum etiam in antiquis monumentis non semel observavi. *Pierius.*

Æquicula] Alii efferunt per ultimam vocalem *Æquiculas*. Horum meminit Plinius III. 12. Hos Livius *Æquos* nominat. Alii *Æquanos*. Illud de *duris glebis*, Silius l. VIII. reddit, 'rastrisque domant Æquicula rura.' Quia dura gleba, ideo domanda. *Cerda.*

748 *Armati terram exercent*] Credo allusum a poëta ad veteres historias. Ita enim sæpe a Romanis pugnatum est cum Æquis, ita sæpe illi rebellarunt, ut pene necessario cum armis esse deberent, etiam in cultu agrorum. Apud Liv. l. III. fœdus rumpunt, quod ictum erat priore anno: et l. IV. post impetratas inducias annorum octo, non multo post bellum iterum parant. Cum etiam l. V. ita deleantur, et ea cæde, 'qualis ubi ira magis quam virtute res geritur,' ait Scriptor, tamen l. VI. iterum bellum moliuntur, et vincuntur a Camillo. Demum cum l. 9. illorum oppida unum et quadraginta capiantur, diruantur, incendantur, ita ut 'nomen Æquorum prope ad internecionem deletum' esset, quis crederet, post hanc cladem illos arma capturos? tamen ecce l. X. denuo rebellant, 'cum præter animos feroces' (ait Livius) 'nihil ex antiqua fortuna haberent.' Inde jure optimo idem Scriptor l. IX. vocat illos 'veteres hostes.' Et l. IV. dicit quotannis illos bellum capessere: 'Æquorum' (ait) 'jam velut anniversariis armis assueverat civitas.' Quid ergo mirum si semper in armis essent etiam in labore agrorum? Nec mihi dubium, quin ad illorum ingenium respectum sit a Virgilio. *Idem.*

749 *Et vivere rapto*] Qui Livium legat, clare sciet Virgilium loquutum ex ingenita rapacitate Æquorum. Assueverunt enim rapinis, direptionibus, populationibus. Apud illum l. III. Æqui Hernicorum fines depopulantur, perguntque infesti in agros Romanos. Ibidem diripiunt agrum Latinum, Lanuvinum, Tusculanum, tanquam nimbus in loca omnia effusi. Sed signatissima sunt verba ejusdem scriptoris hæc eodem l. III. 'Fortuna Volscis Æquisque prædonum potius mentem, quam hostium dedit:' iterum: 'Fabio, ut Antium legiones duceret, datum; Cornelio, ut Romæ præsidio esset, ne qua pars hostium, qui Æquis mos erat, ad populandum veniret.' Jure ergo Poëta de illis, 'Convectare juvat prædas, et vivere rapto.' *Idem.*

750 *Quin et Marruvia venit de gente sacerdos*] Medea quando, relictis Colchis, Jasonem secuta est, dicitur ad Italiam pervenisse: et populos quosdam circa Fucinum ingentem lacum habitantes, qui *Marrubii* appellabantur, quasi circa mare habitantes, propter paludis magnitudinem, docuit remedia contra serpentes. Quamquam alii *Marrubios* a rege dictos velint. Hi ergo populi Medeam *Angitiam* nominaverunt ab eo quod ejus carminibus serpentes angerent. Ab his nunc Umbronem venisse dicit non regem, sed ducem. Sunt autem isti Marsorum populi. *Servius.*

i] Veteres pene omnes co-
rubia legunt per b mutam.
amen, Marula habet. Ste-
iis, quæ compilavit ex Her-
intino μαρμάβιον: sed in Sa-
:: verum auctor ille adeo
ruptus est, ut parce admo-
adhibenda fides. Pierius.
i] Plinius xi. 12. hos inter
imerat, aitque Marsos a
ortos: ob idque affuisse
tam vim contra venena et
vii. 2. Quin et Angitios
ncupatos: quod obluctan-
nt serpentes. Vide Cælium
lervium. Taubmann.
i] Caput Marsorum statuit
Iarruvium Cluv. l. iii. p.
ramque lectionem inveniri
mmeness.
de super galeam, &c.] Fron-
tus festæ olivæ. Servius.
liva].Nam ut Vates, ita et
coronati et infulati erant:
Servius exponit; 'Comp-
tus festæ olivæ.' Hic ta-
los pugnans non inducitur.

hippi] Oppidi Marsorum
eminit Plinius iii. 12. et
Quod certe non abludit a
orum Archippo. Itaque
cognitione harum historia-
am hunc vocasse Archip-
placet in Solinum Camers,
a Solino quam in Plinio
vult legi, non Archippen.
in utroque legendum Ar-
quidem in correcto Dale-
iniano codice Archippen,
onnullis Solini ita legi Ca-
ttestatur. Cerda.
| Fuisse circa lacum Fuci-
pidum constat, ex Virgilio,
ino, ad quem consule Sal-
exercit. p. 59: qua autem
haustum est, nemo facile
. Vide Cluver. Ital. ant. l.
Emmeness.
Credo allusum a Poëta ad
egatos in bello, et poëtice
missum dixisse. Cerda.

Fortissimus Umbro] Quidni a gente trahat Maro attributum? Elogium Appiani de Marsis Civil. i. est hoc, ἔστι γὰρ τὸ ἔθνος πολεμικώτατον: *est enim natio bellicosissima.* Idem.

753 *Vipereo generi*] Terrenis serpentibus. *Servius.*

Vipereo, &c.] Totum hunc locum imitatur Silius l. viii. 'Hæc bellare acies norant, ac Marsica pubes, Et bellare manu, et chelydris cantare soporem, Vipereumque herbis hebetare, et carmine dentem. Æëtæ prolem Angitiam mala gramina primam Monstravisse ferunt, tactuque domare venena.' *Cerda.*

Graviter spirantibus hydris] Aquæ serpentibus. *Graviter* autem *spirantibus*, solo nocentibus flatu. Lucanus, 'Ante venena nocent.' *Servius.*

754 *Spargere*] Conficere: ut Cicero, 'Et spargere venena didicerunt.' *Id.*

Manu] Nam in veneficiis non tantum est carmini locus, sed etiam *manui*, id est, iis quæ fiunt manus opera: ut cum adhibentur herbæ, medicamenta, etiam quædam interdum vincula. Ita Plaut. Amph. act. ii. 1. 'Nescio quid mali est mala objectum manu:' id est, nescio quis ejus mentem excantavit. Turn. iv. 15. *Taubmann.*

755 *Arte levabat*] Leviores esse faciebat, ut, 'Nostrumque leves quæcunque laborem.' *Servius.*

756 *Medicari cuspidis ictum*] Medicor illam rem, et illi rei:' sicut *modulor.* Idem.

756 *Sed non Dard.*] Ita Æneid. ix. 'Sed non augurio potuit depellere pestem.' *Taubmannus.*

757 *Evaluit*] Efficacius, quam, *valuit.* Scal. iv. 16. *Idem.*

In volnera] Antiqui plerique codices, *in volnere* legunt ablativo casu, dum vulneraretur. Idem tamen significat, *in volnera.* Pierius.

758 *Marsis*] Marsorum virtus in serpentes cui non nota? Ideo Poëta Umbroni, ut Marso, hanc communi-

cat. Potentiam Marsorum ad Circen confert Plinius VII. 2. ‘ Simile et in Italia Marsorum genus durat, quos a Circes filio ortos servant, et ideo inesse his vim naturalem eam.’ Eadem ferme scribit XXV. 2. ubi de Circæis ait, ‘ esse domitores serpentium,’ videlicet ‘ durante in Marsis a filio ejus’ (Circes) ‘ orta gente.’ et cap. 8. ‘ Gentem Marsorum serpentibus illæsam esse nihil mirum. A Circes filio hi genus ducunt, et de avita potentia deberi sibi sciunt servitium venenorum, ideo venena contemnunt.’ Firmicus (citat hunc Cælius VI. 16.) Matheseos l. IV. ‘ Marsos, qui aspides venari consueverunt.’ Agellius XVI. 11. ‘ Vi quadam genitali datum, ut serpentium virulentarum domitores sint, et incantationibus herbarumque succis faciant medelarum miracula.’ *Cerda.*

Quæsitæ montibus] Habetur in Mediceo per *in*. Sed in antiquis plerisque aliis exemplaribus legitur, *quæsitæ montibus* absque *in*. Leve hoc fortasse videbitur multis, sed iis, qui sese stilo exercere gaudent, pensitatione non injucundum. *Pierius.*

759 *Te nemus, &c.*] Hæc laudat Scal. III. 2. et IV. 29. et V. 16. *Taub.*

Anguitiæ] Antiqua aliquot exemplaria, *Argitiæ* legunt. Sed *Angitiæ* melius ex Solino, ut etiam habetur in codice Porcio. *Pierius.*

Anguitiæ] Quæ hæc, explicat Solinus c. 8. ‘ Caius Cælius Æëtæ tres filias, Angitiam, Medeam, et Circen, fuisse dicit. Circen Circæos insedisse montes, carminum maleficiis varias imaginum facies mentientem. Angitiam vicina Fucino occupavisse, ibique salubri scientia adversus morbos resistentem, cum desisset intus hominem vivere, Deam habitam. Medeam,’ &c. Et Silius: ‘ Æëtæ prolem Angitiam mala gramina primam Monstravisse ferunt.’ Servius tamen hoc nomen ad Medeam refert, non ad sororem: verba ejus: ‘ Hi ergo populi (Marsi) Medeam Angitiam nominaverunt, ab eo, quod ejus carminibus serpentes angerent.’ Notat etiam Cælius in adducto loco, ipsosmet Marsos dictos Angitios, quod obluctantes angerent serpentes. *Cerda.*

Fucinus] Hunc lacum in Lucanis ponit Vibius, sed errare eum docet Cluver. ant. Ital. l. II. p. 771. in Marsis esse testis est et Maro satis luculentus. *Emmeness.*

Vitrea unda F.] Id est, aqua pellucida clarus. Horat. Od. III. 13. ‘ O fons Blandusiæ, splendidior vitro.’ *Taub.*

760 *Liquidi flevere lacus*] Etiam alii. *Servius.*

Te liquidi flevere lacus] Moschus in Bione: Καὶ ποταμοὶ κλάοντι τὸν ἱμερόεντα Βίωνα: *Deflete fluvii mitem Bionem.* Fracast. Syphil. l. II. ita dulcissime: ‘ Te ripæ flevere Athesis, te voce vocare Auditæ per noctem umbræ, manesque Catulli, Et patrios mulcere nova dulcedine lucos.’ Sed et Statius Theb. l. X. non minus dulciter: ‘ Te nemus Œbalium, te lubrica ripa Lacænæ Virginis, et falso gurges cantatus olore Flevit, Amyclæis Triviæ lugebere Nymphis.’ Et l. XII. ‘ Arcada, quem geminæ pariter flevere cohortes.’ Valer. Arg. l. IV. ‘ Flevit Amymone, flerunt Messenides undæ.’ *Cerda.*

761 *Ibat et Hippolyti proles pulcherrima bello Virbius*] Theseus, mortua Hippolyte, Phædram, Minois et Pasiphaës filiam, superduxit novercam Hippolyto. Qui cum illam de stupro interpellantem contempsisset, falso delatus ad patrem est, quod ei vim voluisset inferre. Ille Neptunum patrem rogavit, ut se ulcisceretur: qui agitanti currum Hippolyto, immisit phocam: qua equi territi eum traxerunt. Tunc Diana, ejus castitate commota, revocavit eum in vitam per Æsculapium, filium Apollinis et Coronidis, qui natus erat exsecto matris ventre, ideo, quod, cum Apollo audisset a Corvo, ejus custode, eam adul-

terium committere, iratus Coronidem, maturo jam partu, confixit sagittis. Corvum vero nigrum fecit ex albo: et exsecto ventre Coronidis produxit *Æsculapium*, qui factus est medicinæ peritus. Hunc postea Jupiter propter revocatum Hippolytum interemit. Unde Apollo iratus ei Cyclopes fabricatores fulminum confixit sagittis: ob quām rem a Jove jussus est Admeti regis novem annis apud Amfrisum armenta pascere, divinitate deposita. Sed Diana, Hippolytum revocatum ab Inferis in Aritia, Nymphæ commendavit Ægeriæ: et eum *Virbium*, quasi bis virum, jussit vocari: cujus nunc filium cognominem dicit in bellum venire: adeo omnia ista fabulosa sunt. Nam cum castus ubique inductus sit, et qui semper solus habitaverit, habuisse tamen fingitur filium. Re vera autem, et ut supra diximus, *Virbius*, est numen conjunctum Dianæ, ut matri Deum Atys, Minervæ Erichthonius, Veneri Adonis. *Servius.*

762 *Virbius*] Παλίμψυχος, παλίμβιος. *Germanus.*

Virbius] *Virbius* Aritiæ et Virbii filius, qui antea *Hippolytus*. Fabulam narrat etiam Diodorus, et Ovid. Met. xv. 45. inprimis Euripid. in Hippolyto. Vide etiam Servium. *Taubm.*

Quam mater Aricia misit] Civitas juxta Albam. *Mater* autem propter Augustum dicit, qui fuerat ex Aricina matre progenitus: ac si diceret, Quæ tanti auctor est generis. *Servius.*

Aricia] Sæpius dictum in Romano cod. familiarem esse mutationem ex *i* in *e*: ut in veterum aliquot monumentis, *neglegentia*, in nummis *Mauretania*, et alia pleraque. Ita hoc loco et *Verbius*, et *Aretia* scriptum est; sed *Verbius*, non in hoc auctore tantum, sed in aliis quoque per *e* scriptum observavi; per *i* vero scribi debere ostendit analogia: quoniam, ut apud Adamantium est, eum virum bis factum esse memorant. Cavet vero auctor is, ne *Virvius*, litera media per *u* digammon scribatur: quoniam *bis* numerus per *b* mutam notetur, quum tamen eo loco, quod superius attigimus *Favium*, non *Fabium*, contra nostri temporis usum præcipiat scribi. Quantum vero pertinet ad urbem, in Strabonis codicibus ἀρίτια μετὰ τὸ ἄλβανον per ἰῶτα scriptum, quum ἀρήτιον τῆς τυῤῥηνικῆς χώρας per ἦτα scribatur. Non præteribo vero loco hoc, quod ad literæ mutationem attinet, observasse Quintilianum, ut *sibe*, a Messala, ita *quase*, scriptum in multorum libris, comperisseque se ex Pediano T. Livium ita his usum, qui et ipse eum sequebatur: quæ nos (ait ille) *i* litera finimus. Quid vero illud apud Verrium, qui Scipionem Africanum Pauli F. *rederguisse* per *e* literam enuntiasse dicit? Contra vero *pertisum* per *i*, cujus meminit Lucillius, cum ait, 'Quo facetior videar et scire plus quam cæteri, *pertisum* hominem, non *pertesum* dicens, ferum natura genus.' *Pierius.*

763 *Egeriæ lucis*] Nympha in Aricino nemore, quam amicam suam Numa esse fingebat, ad firmandam legum suarum auctoritatem. *Servius.*

Egeriæ lucis] Probe. Nam Egeria putata est habitasse in lucis, et fuisse lucorum Dea. Plutarchus loquens de Numa: Ὁ δὲ Νουμᾶς ἐκλιπὼν τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, ἀγραυλεῖν τὰ πολλὰ, καὶ πλανᾶσθαι μόνος ἤθελεν, ἐν ἄλσεσι θεῶν, καὶ λειμῶσιν ἱεροῖς, καὶ τόποις ἐρήμοις ποιούμενος τὴν δίαιταν: *Numa autem relicta urbana vita, rusticari sæpe, et errare solus voluit, egitque vitam in lucis Deorum, in sacris pratorum amœnitatibus, et in desertis locis, ac recessibus.* Post quæ verba statim subjicit vulgatam famam de congressu Numæ cum Egeria in desertis locis: cum qua simulavit nocturnos congressus (ait Livius) ut hoc miraculi commento melius in animos descenderet. *Cerda.*

Hymettia] In Romano codice, le-

gere est ‘ Humentia circum Litora:’ sed malunt omnes, *Hymetia* ab Atticæ monte. Sed id quoque observandum est apud Græcos geminato ττ scribi ὑμήττιος, nomenque observant τὸ υ natura producere. *Pierius.*

Hymettia circum Litora] Sunt qui *Hymettia*, legant, pro *Humentia* verum hæc lectio nulla ratione defendi posse videtur, ut me opportunissime admonuit D. Giphanius: nisi Hippolytum prætexamus Atticæ suæ memorem Atheniense quoque nomen Hymetti montis novo et mutato solo dedisse, ut supra veteres factitasse docuimus in Georg. ubi de Galeso egimus. Mavult tamen idem Giphan. doctique omnes παμψηφεὶ *humentia* retinere, etiamsi ex affinitate et quadam hujus loci cognatione cum sequente illo, ‘ Eductum Martis luco Simethia circum Flumina, pinguis ubi et placabilis ara Palici,’ per vocum ὁμοφωνίαν *Simethia* non ridicule legi posse utrobique videatur. *Germ.*

764 *Pinguis ubi et placabilis ara Dianæ*] *Pinguis* frequenti sacrificio: *placabilis* autem, ac si diceret, Non qualis ante fuit, vel illic vel apud Tauros humano gaudens cruore: quam historiam plene in secundo invenies, cum Iphigeniæ incidit commemoratio. *Servius.*

Pinguis] Respicit Græcorum πιότητα, et sacra, quæ illi vocant πίονα, καὶ παχύκνημα. Quippe ab luculenta, et frequenti victimarum mactatione, aræ dicuntur pingues, sicuti agnæ ipsæ et victimæ πίονες. *Cerda.*

Placabilis] Forsan non amplius humano sanguine gaudentis, ut quæ, auctore Euripide, θυσίαις ἥδεται βροτοκτόνοις, aut eo loco sacrificia et humanas victimas non poscentis. Hic autem versus ex Ennio est, cujus, ‘ pinguis ubi et placabilis ara Palici.’ Scilicet et Græci πίονα νηόν. *Germ.*

765 *Arte novercæ Occiderit*] Bene vim sceleris expressit sola novercæ commemoratione. *Servius.*

Arte novercæ] Βουλεύμασι μητρυιᾶς. Vide Eurip. in Hippol. *Germanus.*

Postquam arte novercæ Occiderit] Quis ignorat amorem Phædræ erga Hippolytum privignum, et hujus obitum? Omitto. Lege Muretum Var. I. 12. ubi conjungit similia novercarum exempla plura, de quibus et nos aliqua in Eclog. Sed inter omnes novercas, una Phædra decantatur tragicis Euripidi, Senecæ, aliis, ut dirissima omnium. Illam, non aliam, Poëta ἄδηλος in exemplum proponit l. I. quem et vertam: Μητρυιαὶ προγόνοισιν ἀεὶ κακὸν, οὐδὲ φιλοῦσαι Σάξουσιν. Φαίδραν γνῶθι καὶ Ἱππόλυτον: *Qualis dent miseris privignis fata novercæ Scire cupis? noscas Phædram et Hippolytum.* Est *arte novercæ*, dolo novercæ: τῇ τέχνῃ. Nam ut Græcis τέχνη est dolus, ita Latinis, *ars.* Cerda.

767 *Turbatis distractus equis*] Negabant hoc Trœcenii apud Pausan. in Corinthiac. Nam de illis, et Hippolyto loquens ita ait: ἀποθανεῖν δ' αὐτὸν οὐκ ἐθέλουσιν συρέντα ὑπὸ τῶν ἵππων: *Ajunt illum ab equis tractum non obiisse.* Adducit argumentum, οὐδὲ τὸν τάφον ἀποφαίνουσι εἰδότες, *nam nullo loco illius sepulcrum extat.* Imo de illo, τὸν δ' ἐν οὐρανῷ καλούμενον ἡνίοχον τοιοῦτον εἶναι νομίζουσιν ἐκεῖνον Ἱππόλυτον: *Veruntamen eum raptum ad cælum putant, et eum esse Hippolytum dicunt, qui auriga nunc est.* Inde lucem capit Ovidius Fast. VI. ubi loquens de Ophiucho: ‘ Surgit homo juvenis stellis afflatus avitis, Et gemino nexas porrigit angue manus. Notus amor Phædræ, nota est injuria Thesei, Devovit natum credulus ille suum.’ Verum est, induci ab Ovid. ab equis raptatum, etiamsi in cœlo constituat. Sed discrepantiæ istæ in fabulis usitatæ. *I.*

769 *Pæoniis revocatum herbis*] Aut medicinalibus: a Pæone medico Deorum, qui *Pæan*, secundum Doricos, dicitur: secundum rationem, *Pæon.* Aut re vera herbam Pæoniam dicit, cujus Creta ferax est. *Servius.*

Pæoniis revocat. herb.] Sic et Plutarch. in opusc. παιωνίοις λόγου φαρμάκοις. Æschyl. tamen in Agam. ὅτῳ δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων παιωνίων, diversa scripturæ ratione. *Germanus.*

Amore Dianæ] Amore, id est, cura. *Servius.*

770 *Umbris infernis*] His opponit *vitæ lumina*. Quæ oppositio facit, ut hic nequeat ferri lectio illa, *limina vitæ*. Quamvis aliis locis debeat agnosci. Poëtæ enim *vitæ limina* et *vitæ oras* libenter usurpant. *Cerda.*

772 *Medicinæ talis et artis*] Quæ etiam fata dissolveret. *Servius.*

773 *Phæbigenam*] Sic legit Probus. Alii legunt *Pænigenam*, matre Pœna genitum. *Servius.*

Phæbigenam] De natalibus Æsculapii locus est satis longus in Corinthiac. Pausaniæ. Lege. De lectione Poëtæ notat Lilius Synt. VII. videri interpretem Statii Theb. III. legere, *pænigenam*, quasi per pœnam matris natum. Nam ejus matrem Coronidem Apollo sagittis suis peremit, quod cum Ischi concubuisset. Tractat Pindarus late hanc fabulam Od. Pyth. III. et attingit Apollonius l. IV. Alia ratio est in Servio. Ait enim: 'Pœnigenam, Pœna matre genitum.' Mihi placita vulgaris lectio. *Cerda.*

In undas] In antiquis codicibus alibi *ad undas*, alibi *in undas* legitur. *Pierius.*

774 *Secretis recondit Sedibus*] Idem cautus in Rhea Jovis matre, quæ ablatum filium crudeli Saturno, κόλποις ἐνικάτθετο κρήτης, ait Oppian. Cyneg. l. III. 'finibus Cretæ commisit,' ut videlicet ibi esset tutus Jupiter. Idem cautus in Cerere apud Claud. Rap. lib. I. quæ timens raptus futuros: 'Commendat Siculis furtim sua pignora terris.' *Cerda.*

775 *Relegat*] Commendat ab aliis segregatum. *Servius.*

Nemorique relegat] Ut quo semper delectatus Hippolytus, imo et ubi cultus. Paus. in Corinthiac. Ἱππολύτῳ δὲ τῷ Θησέως τέμενός τε ἐπιφανέστατον ἀνεῖται, καὶ ναὸς ἐν αὐτῷ, καὶ ἄγαλμά ἐστιν ἀρχαῖον: *Hippolyto Thesei filio lucus eximia pulchritudine dedicatus est, cum templo, et prisci operis simulacro.* Et ibi Regem fuisse ibidem adnotat Paus. ait enim historiam narrans, ἐβασίλευσε. Ovid. Fast. VI. 'Lucus eum nemorisque sui Dictinna recessu Celat: Aricino Virbius ille lacu est.' Et Statius loquens de Diana Aricina Silv. lib. III. 'Jamque dies aderat profugis cum Regibus altum Fumat Aricinum Triviæ nemus, et face multa Conscius Hippolyti splendet lacus.' Porro lacus hujus, qui in Aricino nemore, meminit quoque Ovid. Metam. l. XIV. 'Quæque colunt Scythicæ stagnum nemorale Dianæ.' Ex Ovidio, et Statio habes, nemus, ubi inclusus est Hippolytus, esse Aricinum. In quo nemore ille filium habuit, qui nunc ad Latinum bellum contra Æneam; unde supra, 'quem mater Aricia misit.' *Cerda.*

776 *Solus*] In solis locis. Nam solus quomodo, qui filium dicitur suscepisse? *Servius.*

Ignobilis] Non vilis, sed ignotus: quanquam possit etiam ad illud referri, quod dicunt quibusdam artibus hominum vitam ultra fata protendi: ita tamen ut solam habeant vitæ imaginationem; videntur enim omnia facere, nec faciunt. *Idem.*

Ævum] *Ævum*, est ætas perpetua, cujus neque initium, neque extremum nascitur; sed hoc modo *ævum*, ætatem Hippolyti posuit. Veteres *ævum* etiam Deorum vitam dicebant, nam et *Virbius* inter Deos colitur. *Virbium* autem quidam Solem putant esse, cujus simulachrum non est fas attingere, propter quod nec Sol tangitur. *Idem.*

Ignobilis ævum Exigeret] Eurip. in Iphig. ὃς ἀκίνδυνον βίον ἐξεπέρασε, ἀγνὼς, ἀκλεής, hoc est, ἄγνωστος, ἀγνώριστος· et Hom. Od. Α. de Telemacho: ἀλλὰ ἕκηλος Τηλέμαχος τεμένη νέ-

μεται. *Germanus*.

777 *Versoque ubi nomine*] De re facto: ut, ' Œstrum Graii vertere vocantes.' *Servius*.

Versoque] Plerique codices antiqui, absque particula *que*, legunt *verso ubi*: in qua dictione eruditioribus auribus judicandum relinquo, quam venustius sit legere, ' solus ubi in silvis Italis ignobilis ævum Exigeret verso ubi nomine Virbius esset.' Posse vero versum ita nulla collisione consistere ostendit, quod superius legimus, ' Antiqua e cedro Italusque paterque Sabinus:' et hujusmodi pleraque apud hunc eundem poëtam. *Pierius*.

778 *Unde etiam Triviæ templo*] Exponit τὸ αἴτιον. Nam Callimachus scripsit αἴτια: in quibus etiam hoc commemorat. *Servius*.

Templo Triviæ] Plures antiqui codices habent, *Templo Triviæ*. Alii, *Triviæ templo*: quod eorum curæ commendamus, qui spondeum duobus dactylis interjectum addere carmini majestatem agnoscunt. *Pierius*.

779 *Cornipedes*] Ita in Æn vi. ' cornipedum equorum.' Et Statius l. iv. ' Cornipedem trepidos suetum prævertere cervos.' *Cerda*.

Arcentur equi] Quoniam apud quasdam gentes ad aram equo sedere permittebatur. *Servius*.

Arcentur] Neque hoc solum, sed tanquam auctores mali viginti equos Hippolytus mactandos dedicavit Æsculapio, quod tradit Pausan. Corinth. *Cerda*.

Quod litore] In codicibus aliquot antiquis, *quo litore* legitur. Neque obstat Hippolytum in Attica, non in his regionibus fuisse dilaceratum, quando Poëtis, ea concessa licentia, ut et fabulas, et historias nonnunquam ex commodo suo pervertant: placet tamen *quod*, ut sit redditio caussæ. *Pierius*.

780 *Monstris m.*] Ægeus enim agitanti currum Hippolyto, rogatu patris Thesei, immisit phocas, quibus equi territi eum distraxerunt. *Taub.*

Pavidi effudere] Græci *pavidum equum* ψοφοδεῆ vocant. Sunt qui *sternacem* dictum putant a Marone, non quod, ut cespitator, sed ut consternari et terreri facile solitus, sessorem excutiat. Grammatici tamen malunt ab *sternendo sternacem* deducere: ut ὀρθοπλῆγα, ἀναχαιτίζοντα, καὶ ἐκτραχηλιστήν. *Germanus*.

781 *Filius*] Hujus Virbii. *Taub.*

Haud secius] Non segnius patre. Dicit autem tantæ eum fuisse audaciæ, ut nec paternæ mortis terreretur exemplo. *Servius*.

Secius] In antiquis plerisque codicibus, *segnius* legitur: quam lectionem Servius agnoscit, quum dicit, non ' segnius patre.' *Pierius*.

783 *Præstanti corpore*] Laus creberrima magnorum ducum. Quia videlicet corpus primum omnium oculis subjicitur, ac proinde statim ad illius speciem animum effingimus, quando ' omnis nostra vis' (ait Sallust. in proœm.) ' in animo et corpore sita est.' Cum itaque triplex sit militaris statura; media, exilis, procera; extremam hanc videtur Poëta innuere. Hæc ab Spartiano in Hadrian. vocatur ' prolixa,' a Suetonio ' eminens,' a Livio ' eximia.' Lege Godescal. in Veg. i. 5. et Sabarum in epist. i. 2. Sidon. ubi sermo est de statura Regis Theodorici. De Trajano Plinius Paneg. et cum illo loquens: ' tu sola corporis proceritate elatior aliis, et excelsior, non de patientia nostra quendam triumphum, sed de superbia Principum egisti.' Dicit hoc, quia priores Principes advehebantur humeris hominum. Hanc in Menelao agnoscit Hom. Il. iii. qui stantibus aliis, ipse ὑπείρεχεν εὐρέας ὤμους, *eminebat latis humeris*: et in Agamemnone, nam vocat illum ἄνδρα πελώριον: et in Ajace, de quo, ἔξοχος Ἀργείων κεφαλήν. De Pyrrho, Romanorum hoste ferunt, historiæ di-

certe solitum delectori suo: 'Grandes elige, ego fortes reddam.' Hanc videtur agnoscere Claudian. in Germanis; cum ait Paneg. Stilicon. I. 'Hic Rhodani procera cohors.' De quibus et Julius Gall. l. I. 'ingenti magnitudine corporum Germanos.' Hanc Ammian. in Imperatore Gallo l. xiv. 'forma conspicuus bona, decente filo corporis, membrorumque recta compage.' *Cerda.*

784 *Vertitur*] Id est, agit. *Serv.*

Et toto vertice supra est] Statius, 'Et toto despectat corpore bellum.' *Idem.*

Toto vertice supra est] Ὑπερακρίζει Euripidi: ut suis scil. esset admirabilis, et hostibus formidolosus. Ita Statius: 'et toto despectat corpore bellum.' Repetitur Æn. IX. et XI. Hunc autem locum contra Macrob. acerrime defendit Pontanus in Antonio, pag. 150. item Scaliger v. 3. Poët. *Taubmann.*

785 *Cui triplici, &c.*] Galeam dixit eam, quam Gr. τρυφάλειαν vel τριλοφίαν vocant, quasi τρίφαλον, quæ habet tres conos et lophos, tresque cristas, veluti jubas. Hoc autem 'trium cristarum insigne' non ex Hom. sed novitium esse, atque ex Æschylo et Aristoph. sumptum docet Turnebus XXVIII. 16. Veteres variis rebus in galea usos, vel ad horrorem, vel ad ornatum, multis docent Alex. ab Alex. I. 20. et Godesc. Stewechius ad Veget. I. 20. Atque hinc morem istum fluxisse putant, quo etiamnum hodie *Insignia familiarum* exornata atque distincta videmus: cum galeis insident leones, lupi, cervi, canes, aquilæ, vultures, dracones, et aliarum bestiarum sive capita sive cornua, sive pedes: quæ tamen, quasi minus Christiana sint, improbat Lud. Vives, in suis Symbolis. *Taubmann.*

786 *Ætnæos efflantem faucibus ignis*] Nimios: quantos habet Ætna. *Serv.*

Ætnæos efflantem faucibus ignis] Comparata hæc ad horrorem. Ita de Chonodomario Ammian. l. XVI. 'vertici flammeus torulus aptabatur.' Et de Turbo eodem Virgilius, 'tremunt sub vertice cristæ Sanguineæ, clypeoque micantia fulgura mittunt.' Et de Æneæ galea, 'Ardet apex capiti, cristisque a vertice flamma Funditur, et vastos umbo vomit aureus ignes.' De Diomede Hom. Iliad. v. Δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ. *Lucebat ei ex galeaque et scuto indefessus ignis.* De eodem Ausonius in Periocha, 'vomit aurea flammas Cassis, et undantem clypeus defulgurat ignem.' De Chimæra ipsa Hesiod. Theogon. Ἡ δὲ Χίμαιραν ἔτικτε πνέουσαν ἀμαιμάκετον πῦρ, Δεινήν τε, κρατερήν τε, ποδώκεά τε: *Chimæram peperit spirantem ignem indomitum, Terribilem, magnam, celerem, fortem.* Sed redeo ad galeas. Silius l. v. de Flaminio, 'Lux galeæ:' l. x. 'galea exhorrescere flammas.' et l. IX. 'summaque in casside largus Undantes volvit flammas ad sidera vertex.' Statius Theb. l. IV. 'Flumine cristatum galeæ jubar.' Ab hoc horrore Apollon. l. II. galeas vocat δεινὸν λαμπομένας, *horribiliter micantes.* Sed et in genere universa arma sic exornantur a Poëtis. De scuto Annibalis Silius l. IV. 'radiantem tegminis orbem;' et 'magno percussit lumine campos:' iterum: 'spargentem flammas clypeum.' *Cerd.*

Ætnæos, &c.] Id est, nimios, quantos habet Ætna: vel certe *Chimæra* mons ille in Lycia ignivomus. Similem locum e Silio confert Scalig. v. 16. Arma autem Turno attribuit Argiva: ut significet Argivum fuisse; ut et duces, qui ipsum sequuntur; ut vs. 795. *Taubmann.*

787 *Tam magis illa fremens, et trist. eff. fl. Quam magis eff. cr. s. p.*] Legitur in Arte, quod *tam, magis, maxime, minus, minime,* positivo tantum jungantur: quod tamen tunc observabitur, si ponantur ad augmentum istæ particulæ: tunc enim vitiosam faciunt elocutionem. Cæterum si ad exa-

quationem positæ sint, possunt vel comparativo, vel superlativo, vel pro his gradibus ipsæ inter se jungi. Hinc ergo est, 'Tam magis illa fremens et tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.' Non enim ad prælationem positæ sunt, sed ad exæquationem. Majores enim nostri vitia non in dicto, sed in significatione esse voluerunt. Hinc est in Sallustio, 'Ita quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est.' Nam et hic exæquatio est, non comparatio. *Servius.*

Tam magis Quam magis] Sic et Lucret. l. I. 'Et quam quæque magis cohibet res intus inane, Tam magis his rebus penitus tentata labascit.' Supra autem Ge. III. alteram, ut docuimus, relativorum particulam omisit: 'Quam magis exhausto spumaverit ubere mulctra, Læta magis pressis manabunt flumina mammis.' *Germ.*

Tam magis, &c.] Aliter disposuit has particulas Plautus Pœn. 'Quam magis aspecto, tam magis est nimbata.' Et Asin. 'Quam magis te in altum capessis, tam æstus te in portum refert.' Ex Lucretio, Terentio, aliis, plura alii congesserunt. *Cerda.*

789 *At levem clypeum*] Hanc clypei descriptionem cum aliis aliorum Poëtarum comparans Scaliger, judicat in Virgilio meram esse operam, in aliis meram ostentationem. Ut in Stat. Theb. VI. 'pater ordine juncto Lævus, arundineæ recubansque sub aggere ripæ Cernitur, emissæque indulgens Inachus urnæ; Io post tergum, jam prona dolorque parentis, Spectat inoccidnis stellatum visibus Argum.' Et in Sil. de scuto Flamminii l. v. 'Tum clypeum quatit, aspersum quem cædibus olim Celticus ornarat cruor: humentique sub antro Ceu fœtum lupa permulcens puerilia membra Ingentem Assaraci cœlo nutribat alumnum.' Hos, et similes descriptores cum lego, audire videor pueros balbutientes si conferantur cum vegeta virtute Virgilii. *Idem.*

Io Auro insignibat] Hæc Inachi filia Argivorum fluminis fuit. Hanc amavit Jupiter: et dum cum ea esset, Juno supervenit. Timens ille, ne deprehenderetur, Ionem mutavit in vaccam; et eam poscenti dedit Junoni, ne pellicem confiteretur: cui Juno Argum oculatum omnibus membris Aristonidis filium custodem apposuit. Quem cum Jupiter per Mercurium interemisset, Juno eum in pavonem mutavit: Ioni vero immisit œstrum, quo diu exagitata ad Ægyptum venit, et Jovis voluntate in Isin mutata colique cœpta est. *Servius.*

790 *Insignibat*] Signo suo clarum esse faciebat, sua pictura insignem faciebat. *Idem.*

Jam setis obsita, &c.] Fortasse ex Theocrito εἰδ. XIX. Ἐν μὲν ἔην χρυσοῖο τετυγμένη Ἰνάχου Ἰὼ Εἰσέτι πόρτις ἐοῦσα, φυὴν δ' οὐκ εἶχε γυναικός: *Inerat enim ex auro facta Inachi filia Io Adhuc vitula, neque formam habebat feminæ.* Cerda.

791 *Argumentum ingens*] Aut fabula, ut Cicero, 'Argumenta erant in valvis:' aut re vera argumentum, quo se Græcum probare cupiebat. Hoc enim etiam Amata superius dixit, 'Inachus Acrisiusque patres, mediæque Micenæ.' *Servius.*

Argumentum] Hanc vocem in sermone picturæ etiam usurpat Apulejus l. v. correctoribus Lipsio et Colvio: 'Mirus prorsum magnæ artis homo, qui magnæ artis subtilitate tantum efferavit argumentum.' Alii legunt, *effigiavit argentum*, non credo inepte. Sed ego profero locum Tullii Verr. VI. 'argumenta erant in valvis.' et Propert. qui VII. 3. 'Argumenta magis sunt Mentoris addita formæ.' *Cerda.*

Argumentum] Id est, ingeniosum artificium. Cic. in Verr. 'Ex ebore diligentissime perfecta argumenta erant in valvis,' id est, emblemata. Propert. l. III. 'Argumenta magis

itoris addita formæ.' Aut gumentum, quo se Græcum cupiebat: quod et Amata *Taubmann.*

ntum] Quintil. v. 16. enars vocabuli notiones hæc reso apparet omnem ad scrilestinatam materiam ita ap-Nec mirum, cum id quoque ices vulgatum sit: unde Virgumentum ingens,' &c. ara de picturis dici ostendit II. *Emmeness.*

Ne reverti posset in forrem. *Servius.*

irg. Argus] Græcis ἄργος ὁ πολυωπός. Ab eo autem nen duxisse docet Eustath. . B. locum, δῶκε διακτόρῳ ἀρquæ postea Peloponesus a Pelope. Epig. VII. οἷα προβουκόλον Ἰναχίης. Hunc et vocat Eurip. quo etiam inclypeum Hippomedontis re-

gis narrat: eundem et μυριωπὸν Æsch. in Prom. et πανόπτην βουκόλον in Suppl. *Germanus.*

792 *Pater Inachus*] Pater non tantum ipsius Jovis: sed auctor originis Turni. *Servius.*

Urna] Fluviorum insigne. Statius Theb. II. 'pater ipse bicornis In lævum prona nixus sedet Inachus urna.' Et de Ismeno in IX. 'demissaque volvitur urna.' De Inacho, et Ius fabula, et ejus metamorphosi, nihil hic expecta. De Hermo Claud. Rap. II. 'undantem declinat prodigus urnam:' et de Rheno in Ruff. I. 'projecta torpuit urna.' Eandem dat Eridano in Cons, Hon. VI. *Cerda.*

Cælataque amnem fundens pater Inachus urna] Fluviorum Dii depinguntur simul cum urna, qua flumina effundere videbantur. Augustini consule Numismata tab. 4. numm. 8. et 16. *Emmeness.*





sequitur nimbus peditum] Hoid. IV. νέφος εἵπετο πεζῶν: *tum sequebatur.* Silius l. XII. nimbum' dixit, et l. VI. aconum.' Et Claud. de lauenæ: 'si belli nubes ingruerda.

i] Aliqui hic legunt *pilata ag*bis Joann. Passerat. in Com-Tibul. l. IV. voluntque allulud Varronis: 'duo sunt geiiqum, quadratum, quod imam jumentis incedit, ut ubi-

vis possit considere: alterum pilatum, quod sine jumentis incedit; sed inter se densum est, quo facilius per iniquiora loca tramittitur.' Sempronius quoque ita scribit: 'sive pilatim, sive passim iter facere volebant.' Citant hæc fragmenta Passerat. et Scal. uterque in Tibullum. Sed fragmenta hæc jam viderunt lucem apud Serv. Pet. Danielis in Æneid. XII. ad illud, 'pilataque plenis Agmina se fundunt portis.' *Cerda.*

794 *Totis Agmina densentur campis*]

Qui oculis poterant subjacere. *Densentur* autem, *denseo, denses* dicimus; aliter non. *Servius.*

Densantur] In antiquis codicibus, et *densantur*, et *densentur* observavi: utrumque recte, ex usu veterum. *Pierius.*

Densantur] Hic forte melius *densentur;* ita nonnulli codices: de quo jam in Georg. Et Ennius 8. Annal. 'Densentur campis horrentia tela virorum.' Sic apud Catul. de Nupt. Jul. et Manl. 'Tardat ingenuus pudor:' ubi alii, *tardet.* Et Nævius apud Nonium, *dicebo*, pro *dicam*, a verbo *diceo, dices.* Sic et *nubes*, pro *nubis*. Cerda.

Densantur] Mss. et Aldus, *densentur.* Et signate notat Servius, *denseo, es*, dici: non aliter. Docentque idem Gifanius et Lamb. non solum in Ovidio, Horat. Lucretio, Sallustio, sed et Virgilio, *densere*, non *densare*, scriptum esse, aut scribi debere. Lucret. l. I. 'quia se condenseat aër.' Horat. Od. IV. 28. 'Mixta senum ac juvenum densentur funera.' Æneid. 'unanimes densete catervas.' Ge. I. 'obtenta densentur nocte tenebræ,' &c. *Taubmann.*

Argivaque pubes] Et hoc ad generis, ut supra diximus, pertinet probationem: quod eum sequebantur Argivi. *Servius.*

795 *Auruncæ*] Fabricius pertendit scribend. *Aruncæ:* vel, ut in Mss. *Arruncæ, &c.* Taubmann.

Veteresque Sicani] Bene *veteres:* nam ubi nunc Roma est, ibi fuerunt Sicani: quos postea pepulerunt Aborigines. *Servius.*

796 *Sacranæ acies*] Dicunt quendam Corybantem venisse ad Italiam et tenuisse loca, quæ nunc vicina sunt. Ex eo populos ducentes originem, *Sacranos*, appellatos. Nam sacrati sunt Matri Deum Corybantes. Alii *Sacranas acies* Ardeatium volunt, qui aliquando cum pestilentia laborarent, ver sacrum voverunt. Unde *Sacrani*, dicti sunt. *Servius.*

Sacranæ acies] Possum putare Sacranos esse, qui insulam Sacram, alio nomine Hieram incolebant: quæ insula sita juxta Siciliam. Vide Abrahamum in Indice. Cum vero olim coloni multi ex Hispania in Siciliam migrarint, quid si a Sacranis Hispaniæ Sacra, aut Hiera? Etenim Sacranam oppidum Hispaniæ Plinius agnoscit III. 1. *Cerda.*

Sacranæ acies] Alii legunt, *Gesranæ*, alii *Serranæ*. Vide Postanum ad Macrob. Saturn. v. 15. et Brisson. de Form. l. I. qui a vere sacro dictos *Sacranos*, putat. *Emmeness.*

Picti scuta Labici] Glaucus Minois filius venit ad Italiam, et cum sibi imperium posceret, nec acciperet, ideo quod nihil præstabat, sicut ejus pater præstiterat; zonam eis transmittendo, cum antehac discincti essent, ostendit scutum, a quo et ipse *Labicus* dictus est, et ab eo populi, ἀπὸ τῆς λαβῆς, quam Latine ansam, vocamus. *Picti* autem *scuta*, id est, in bello frequenter probati. Nam apud majores virorum fortium picta erant scuta: e contra inertium et tyronum pura erant. Unde est, 'Parmaque inglorius alba,' id est, non picta. *Servius.*

Picti scuta Labici] Sic dicti ab ansis scutorum, quas λαβὰς appellant, unde etiam *Labicani* non *Lavicani* vocantur. Vide Dausq. et Scalig. animadv. ad Euseb. p. 175. *Emmeness.*

797 *Qui saltus, Tiberine, tuos*] Non originem, ut diximus supra. *Servius.*

Sacrumque Num. L. a.] Aut jam tunc *sacrum*, aut Prolepsis est. Nam consecratus est Numicus postquam inventum est illic cadaver Æneæ. *Id.*

Sacrumque Numici] Ἀναχρονισμός: nam sacratus demum est hic fluvius postquam Æneæ cadaver illic inventum est. *Taubmann.*

798 *Litus arant*] Litus fluminis: ut, 'viridique in litore conspicitur sus.' *Servius.*

Rutulosque exercent vomere collis] Ex

ito hoc loco Statius Theb. l. Doricus ordo sub armis, Qui incæe, tuas, tua litora multo suspendunt.' Manilius l. I. exercita frugibus arva.' *Cerd.*

ircæumque jugum] Circa hunc Campaniæ colebatur puer qui *Anxurus* dicebatur, qua-ξυροῦ, id est, sine novacula: rbam nunquam rasisset; et go, quæ *Feronia* dicebatur. em fons in Campania juxta am, quæ aliquando *Anxiris* . *Servius.*

mque jugum] Promontorium norum in Italia, Ptolemæo. cat Circes domum, ut ex illo Ortelius; potuisset addere m cap. 8. Inde Circæi po- quibus magna mentio apud vium, præsertim l. I. et VII. et III. 5. Nescio an apte Ger- proferat Aristotelis locum μ. ἀκουσμ. verba Aristotelis γεται δὲ περὶ Ἰταλίαν ἐν τῷ Κιρ- φάρμακόν τι φύεσθαι θανάσιμον: n *Circæo monte circa Italiam enum mortiferum.* Nam Vir- detur capiendus de loco, qui , non extra. Et cum pro- um in Latio agnoscat, ut dixi, eus, ut ex illo notat Ortelius, ensu procedit. *Cerda.*

Iupiter Anxurus arvis Præsidet] quioribus sane *Jupiter* unico ur. In Romano, et aliquot *nxirus.* In aliis plerisque, per *y*, ut Græce scribitur. *xiris* per *i* Latinum iis qui nesciebant. *Pierius.*

ter Anxurus, &c.] Colebatur, ervius, circa Circæum jugum paniæ tractum puer Jupiter, xurus dicebatur, quasi ἄνευ ia barbam nunquam rasisset, virgo, quæ Feronia diceba- b aliis autem Jupiter ipse olebatur: unde Athenis διϊπό- ituta, quæ et διάσια, et ipse ης apud Aristophan. ab aliis ζεὺς πολιεὺς dictus: quanquam Ari- stot. lib. de Mundo, ἀπὸ τῆς πόλεως ὀνομάζεσθαι, sit auctor. Fortasse in Suppl. Æsch. ad πολιὸν δία alludit, ζῆνα μέγαν σεβόντων, τὸν ξένιον δ' ὑπέρ- τατον ὃς πολιῷ νόμῳ αἶσαν ὀρθοῖ. Per- venit ad me Jovis Anxuri simulacrum cum hoc argumento et specie, ut im- berbis, et pene ephebus, solioque sub- nixus, altera manu pateram teneat, altera sceptrum, cum hac inscrip- tione, quæ simulacri oras ambitum- que ab una parte percurrit: *Jovis Anxur*, a reliqua, *C. Vibius. C. F. C.* Quod mihi simulacrum respondere vi- detur alteri, quod et Jovi dicatum est, sub imagine expressa insidentis pueri tergo Amaltheæ capræ, et cor- nu ejus sinistra comprehendentis, cum hoc elogio, *Jovi crescenti.* Re- fert autem facie altera nomisma so- lam capram sine sessore, hoc circum- jectam titulo, *Jovi conserv. aug.* Ger.

800 *Et viridi gaudens Feronia luco*] Non vacat quod addidit *viridi.* Nam cum aliquando hujus fontis lucus for- tuito arsisset incendio; et vellent in- colæ exinde transferre simulacra, sub- ito reviruit. *Servius.*

Feronia] Græcis quoque φερώνια ne- moris Dea, a ferendis fructibus; aliis αὐτόφορος, aliis φιλοστέφανος, φερσε- φόνη, aliis. *Germanus.*

Feronia] Meminit Horat. Sat. I. 5. 'Ora manusque tua lavimus, Feronia, lympha.' Ad quem locum vide Tor- rentium. *Emmeness.*

801 *Qua Saturæ jacet atra palus*] Secundum hanc lectionem revera Sa- turam paludem intelligimus, sed alii *Asturæ* legunt: quod si est, *paludem* pro flumine posuit. Nam haud longe a Tarracina oppidum est Astura, et ejusdem cognominis fluvius. *Servius.*

Saturæ palus] Cælius XIX. 25. do- cet, hanc paludem etiam *Pontinam* dictam, et olim XXIV. urbium fuisse capacem locum: in eoque agro, tes- tibus Livio, Floro, et Agellio, memo- rabilem pugnam inter Val. Corvinum

et Gallum factum esse. *Taubmann.*

802 *Quærit iter vallis*] Satis figuratis verbis expressit flumen angustum. Contra de Tyberino ait, 'In mare prorumpit.' *Servius.*

Conditur] Aliqui legunt, *volvitur*, nam de amne Horat. Ep. I. 2. 'Labitur, et labetur in omne volubilis ævum.' Et Od. IV. 14. 'volvitur Aufidus.' et IV. 1. 'aquas volubiles.' De Asopo Nonnus l. XXVII. ἴχνος ἑλίσσων, *vestigium volvens.* Sed retinenda vulgaris lectio: nam tametsi omnes fere id enuntient per verba motus, ut cum Herodotus l. I. dixit, de hac re loquens, ἐσβάλλει, et ἐξίει, et ἐκδιδοῖ, et simillimis alii; tamen et verbum *condo* cum motu, etiam in Latio est. Cæsar enim Gall. l. I. 'condi in silvas' dixit. Sed cesso. *Cerda.*

Ufens] Conjunxit Poëta loca inter se vicina, ut apparet ex verbis Plinii III. 5. 'A Circæis palus Pontina est; dein flumen Ufens, supra quod Tarracina oppidum, lingua Volscorum Anxur dictum.' Sic itaque Poëta jungit jugum Circæum, Saturam, id est, paludem Pontinam, Ufentem fluvium, Anxurem, id est, Tarracinam. Ait Servius, signari angustiam fluminis; nam 'iter quærit,' et 'conditur in mare,' cum contra de Tyberino, 'in mare prorumpit,' quo fastus fluminis indicatur. De hoc amne Claudian. Paneg. Prob. 'tardatusque suis erroribus Ufens.' Cur *tardatus erroribus?* quia 'quærit iter per valles.' Uterque enim tam Virgil. quam Claudian. indicat varios flexus hujus amnis. Quia vero 'per imas valles,' ideo *gelidus*, id est, cum algore. *Idem.*

Ufens] Fabric. docet, perpetuo scriptum esse *Oufens.* Taubmann.

803 *Hos super advenit Volsca de gente Camilla*] Prudenter post impletam commemorationem virorum, transit ad fœminas. Ita enim et de Trojanis legitur, qui ultimum Amazonum auxilium postulaverunt; quæ res ab Homero prætermissa est. Sane jam præsagium est infelicitatis futuræ, quod inter ipsa principia armantur et fœminæ. *Servius.*

Volsca de gente] De Priverno Volscorum oppido, ut, 'Priverno antiqua Metabus cum excederet urbe.' *Id.*

804 *Agmen agens*] Nam agmen ab agendo. Tacit. Ann. I. 'aguntque in primo agmine.' *Cerda.*

Florentis ære catervas] Ennius et Lucretius *florens* dicunt omne quod nitidum est: hoc est secutus Virgilius. Aliter Acyrologia est. Lucretius, 'Florebat navibus pontus.' *Serv.*

Florentis ære] Potius quam *fulgentes.* Scal. IV. 16. Sed tamen Æn. VIII. 594. dixit, 'fulgentes ære.' Ennius, ut et Lucret. auctore Servio, dixerunt *florens* omne quod nitidum. Ita hic l. V. 'Tum mare velivolum florebat navibus pandis.' l. IV. 'lumina lucernarum florentia flammis.' Ita Cato; 'mare velis florere videres.' Statius: 'florentes lumine postes.' Vide Scalig. ad Manil. p. 471. Nov. Edit. et Not. Ge. II. 6. *Taubmann.*

805 *Calathisve Minervæ*] Minerva et armorum Dea est, et lanificii: sed Camilla animum ad arma sola contulit. *Servius.*

Non illa colo calathisve Minervæ] Lanificium significari arbitror, ut illo libro VIII. 'Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerva.' Turneb. XI. 22. Lanificium Romanis, inquit Lipsius Elect. I. 17. impensæ curæ. Docent nuptiæ, in quibus sponsæ colus præferebatur cum lana: cingulum erat e lana, postes velati lana, omnia videlicet signa et indicia matronis operæ futuræ. *Pontan.*

Non illa colo calathisve Minervæ, &c.] Locus Apollonii Arg. l. I. ubi loquens de Lemniis feminis, Ταῖσι δὲ βουκολίαι τε βοῶν, χάλκειά τε δύνειν Τεύχεα, πυροφόρους τε διατμήξασθαι ἀρούρας Ῥηΐτερον πάσῃσιν Ἀθηναίης πέλεν ἔργων, Οἷς αἰεὶ τὸ πάροιθεν ὁμίλεον: *Quibus cura boum, æreaque induere Arma, fertilesque scin-*

ı, *Gratius omnibus Minervæ*
s, *Quibus semper antea incum-*
Huic Musæ etiam Silius in-
I. exornans suam poëain,
ra viri, vacuoque assueta cu-
u, *et sylvis primos dependerat*
lon calathis mollita manus,
fuso, Dictynnam, et saltus, et
mpellere planta Cornipedem,
se feras immitis amabat. De
a viragine Tecla Basil. Se-
. 1. περὶ δὲ ἱστὸν καὶ ἠλακάτην
ὤνην. et alibi: ἱστῷ δὲ μᾶλλον,
ῃ προσκαθῆσθαι, ἃ καὶ μόνα
ς εἰπεῖν, ἡ φύσις ἀπένειμεν:
potius, coloque adsidere, quæ
ra, ut ita dicam, mulieribus
ribuit. Plutarch. de Virtu-
:T. ἐν ἱστοῖς ἡσυχίαν ἄγουσα.
Camillæ laus, quæ non con-
ntis a natura sexui femineo,
id laudes virorum. Troja-
e apud Calab. l. I. Ἀλλήλας
νόσφοθι δ' εἴρια θέντο, Καὶ τα-
ργεα δ' ἐπ' ἔντεα χεῖρας ἴαλ-
rduo concitant, longe lanas ab-
calathos, et ad sæva arma ad-
tas. Cerda.
] Hi in opere lanificii. Ovid.
lasilibus calathis imposuisse
Aristoph. Lysist. vocat κα-
idem alii. *Idem.*
ve Minervæ] *Minerva* hic
:io ponitur: apud Arnob.
tiam legitur. At enim Æn.
ii tolerare colo vitam tenui-
rva,' est tenui pretio, quod
d dicitur: ut quidem Serv.
quanquam et hic lanificium
quæstuosum *Minervam* in-
ır Turneb. XI. 22. A cala-
ı et operibus, ἐργάνη *Miner-*
st, quæ ἔργα ubique dici,
pont. *Taubmann.*
rsuque pedum] Bene *pedum*
ɜ per equum ejus gloria mi-
quod ei objicitur: ' Quid
ginm, si fœmina forti Fidis
ertius.
e pedum prævertere ventos]

Theocritus Eclog. VIII. πρόσθε θέειν ἀνέμων: *ante ventos currere.* Callimach. hymno in Delum, ἀνέμοισιν ἐρίζειν: *contendere ventis.* Homer. Iliad. X. θέειν ἀνέμοισιν ὅμοιοι: *currere ventis similes.* Rursum Callimach. hymno in Dian. θάσσονας αὐράων: *auris velociores.* De equis Neoptolemi Calaber l. VIII. ἶσον δ' ἀνέμοισι φέρονται: *feruntur cum ventis pariter.* Nonnus l. XXVIII. dat cuidam cursori ποδήνεμα γούνατα: *genua quibus ventosi pedes:* et l. XXII. de Baccho ait, ἴκελος αὔραις, *similis ventis.* Manil. l. V. ' Vixque rotis levibus summum contingere campum Vincentem pedibus ventos.' Non abit ab hac hyperbole illa Statii l. I. ' Ilicet igne Jovis, lapsisque citatior astris.' Et l. III. ' non ocyus alti In terras cadit ira Jovis.' Nec illa Pind. εἰδ. Pyth. θεὸς ὃ καὶ πτερόεντ' αἰετὸν κίχε, καὶ θαλασσαῖον παραμείβεται δελφῖνα: *Deus, qui et alatum aquilam assequitur et marinum prævertit delphina.* Nota sunt quæ de Lada omnes scribunt: et quæ Plinius variis locis, præsertim VII. 20. et quæ de Scipione Silius l. VIII. ' sæpe alite planta Ilia perfossum, campi per aperta volantem Ipse pedes prævertit equum.' De filio Atalantæ Statius l. VI. ' Narratur cervas pedes inter aperta Lycæi Tollere, et omissum cursu deprendere telum.' *Cerda.*

Prævertere ventos] Euripides quoque *Achillem* vocat ἰσάνεμον, et λαιψηροδρόμον. Et *Ladas* quidam Alex. M. cursor tanta pedum velocitate memoratur, ut vestigia ejus in arena non apparerent. Porro de Cursoribus admiranda collegit Lipsius Epist. Centur. Ad Italos et Hispanos, LIX. *Taubmann.*

808 *Illa vel, &c.*] Sunt, qui hæc quatuor Carmina Virgilii non esse pertendunt: quæ tamen Quintil. VIII. 6. citat: atque ex Homeri Iliad. XX. mutuata, post Macrob. Scaliger etiam notat v. 3. quæ digna sunt ut agnoscantur. *Idem.*

Illa vel intactæ segetis, &c.] Calpurn. Eclog. IV. ‘viridi sic exultavit in arvo, Tangeret ut fragiles, sed non curvaret aristas.’ Homer. Iliad. l. XX. *Ἄκρον ἐπ’ ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων: Per summum asphodeli fructum currebant, neque frangebant.* Ab Homero Hesiodus, loquens de Iphiclo, *Ἄκρον ἐπ’ ἀνθερίκων καρπὸν θέεν, οὐδὲ κατέκλων, Ἀλλ’ ἐπὶ πυραμίνων ἀθέρων δρομάασκε πόδεσσι: Per summum fructum antherici currebat, neque frangebat, Sed per triticeas aristas currebat pedibus.* Sed Dio Chrysost. Orat. 33. loquens de equis Trojanis, ait ita fuisse veloces, *ὥστ’ ἐπ’ ἄκρων θεῖν τῶν σταχύων: ut currerent per summa spicarum.* Pessime autem illi, quibus censendi jus est, amputant a Virgilio hos quatuor versus. Ad vestigia porro Virgilii Statius sua l. VI. ‘vix campus euntem Sentit, et exilis plantis intervenit aër, Raraque non fracto vestigia pulvere pendent.’ Rem hanc ita expressit Soph. in Ant. *κοῦφον ἐξάρας πόδα: levem attollens pedem.* Statius iterum eodem lib. ‘alto per gramina sulco,’ dixit ad rem eandem. *Cerda.*

809 *Aristas*] *Aristæ* sunt primæ spicæ partes, ab eo, quod primæ arescant, dictæ. *Servius.*

810 *Fluctu suspensa tumenti*] In aliquot veteribus codicibus, legere est, *fluctus tumentis*, quod minime placet. Non sum vero nescius, esse aliquos usque adeo naris supra modum emunctæ, ut quum quatuor illos versus legunt, ‘Illa vel intactæ segetis per summa volaret Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas; Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti, Ferret iter, celeres nec tingueret æquore plantas:’ adulterinos eos judicent; ut qui a Virgiliana gravitate videantur alieni. Sed valeant tam severi Critici, quando in exemplaribus omnibus antiquis ea carmina reperiuntur: neque hyperbolica ea lascivia indecora est, præsertim in virgine laudanda, quum toleretur in Apollonio, in Polyphemi agilitate describenda, unde locum Poëta noster mutuatus est, cujus versus non apposui, quia sunt jam omnibus in promptu. *Pierius.*

811 *Tingeret*] Mergeret: ut, ‘Tingat equos.’ *Servius.*

812 *Juventus, Turbaque miratur matrum*] Ante, ornatum ejus: post, arma dicturus est. Unde hysteroproteron in respondendo esse voluerunt: ut ornatum matres, viri vero arma mirentur. Sed melior sensus est, si, sicut dictum est, accipiamus. Ea enim sexus uterque miratur, quæ sunt posita contra opinionem; ut mirentur fœminæ arma in muliere, viri ornatum in bellatrice. *Servius.*

813 *Turbaque miratur*] Ducit ab Homero Odyss. II. Ursinus: *τὸν δ’ ἄρα πάντες Λαοὶ ἐπερχόμενον θηεῦντο.* Ego ab Calab. l. I. qui simili plane ratione Penthesileam inducit adventantem ad Trojanum bellum: *ἀμφὶ δὲ Τρῶες Πάντοθεν ἐσσύμενοι, μέγ’ ἐθάμβεον, εὖτ’ ἐσίδοντο Ἄρεος ἀκαμάτοιο βαθυκνήμιδα θύγατρα: Trojani vero circum Undique irruentes, admirantur plurimum, Ut viderunt invicti Martis filiam cum altis tibialibus.* Cerda.

814 *Inhians*] Stupore quodam in ore patefacto. *Servius.*

Attonitis inhians animis] Velut ἐμβροντήτοις. Sic et absolute, ni fallor, Lucr. l. I. ‘Pascit amore avidos inhians in te, Dea, visus;’ ita ut ‘Pascit visus in te,’ accipiamus ut Maro: ‘Pascitur in magna silva,’ &c. Non autem inhians in te: cum prædæ et prædam inhiare dicamus, non in præda: et absolute alibi Maro dixerit, ‘tenuit inhians tria Cerberus ora.’ *Germanus.*

815 *Velet honos levis humeros*] Poëtice luxuriat; nihil enim aliud dicit, quam tegi humeros regia purpura, quæ in summo honore. Sed docet te loqui extra vulgus. Apollon. l. I. inducit Venerem pari ferme modo

nam ἐκ ὤμου, *ab humero*, per-:is, πῆχυν ἐπὶ σκαιὸν, *usque ad* *itum*. Cerda.
rinem, &c.] Usum fibularum aperit Ælianus Var. hist. δὲ χιτώνων τὰ περὶ τοὺς ὤμους χειρῶν οὐ συνέῤῥαπτον, ἀλλὰ πορπαῖς καὶ ἀργυροῖς συνέχεσι νον: *Tunicarum eam partem, humeris usque ad manus, non , sed continuis fibulis aureis s constringebant.* Sed latius s usus, videlicet ad conti-mnem fluxum: nam Claud. t. 'Carbaseos induta sinus i reductas Uberibus propior fibula vestes.' Inde Non-:II. fibulam vocat κληῖδα χι-*nem vestis*. De Atalanta tamorph. VIII. 'Rasilis huic mordebat fibula vestem.' ro illas capiti attribuit, ut enatas esse comas, quod s Rap. l. III. dixit, 'liber-comarum Injecta voluit enare corona.' Sed Camil-iana comas frænat fibula. item Græcorum ἄμπυκα re-Virgilianæ fibulæ. Dictus te Eustathio, διὰ τὸ ἀμπέχειν, *a cohibendis crinibus*. Sic Pallas et Diana ab Statio Theb. l. II. inducuntur cum flavo nodo in vertice. Sic sponsa apud Claudian. de VI. Cons. Hon. 'Substringitque comas gem-mis.' Et Juno apud Nonn. l. XXXII. πλοκίην κόμην, *comam implexam*. Lucan. de Phœbade l. V. 'stringit vitta co-mas.' *Idem.*

816 *Lycium pharetram*] Quasi Lyci-am. Ut legimus, 'Cretenses sagittas.' *Servius.*

Lyciam ut gerat ipsa pharetram] Sunt antiqui codices, ubi *ferat* scriptum est. Sunt qui *gerat* magis proprium velint, et alterum illud ex paraphrasi adjectum esse. Est et *ipsa* pronomen, pro *illa* in antiquioribus exemplari-bus: verum alterum hoc receptius. *Pierius.*

Ipsa] Et hoc in laude est, quod ar-ma sua ipsa portarit, et quidem tantæ molis: nempe pharetram, et hastam myrteam præfixo ferro graviorem, qua pastores solent pugnare. Vide-atur et Turnebus XXIII. 22. *Taub.*

817 *Pastoralem præfixa cuspide myr-tum*] Quia hac pugnare pastores so-lent. *Servius.*

Myrtum] Non hastam myrteam, sed ipsam myrtum. Statius, 'Ler-næam jacit ille trabem.' *Idem.*

ÆNEIDOS

LIBER VIII.

illi signum, &c.] Quemad-oëta libro VII. Æneam suum, divinis et blandientibus ele-mnibus, ad Italiam duxit; lescripsit, et catalogum co-Turni recensuit: ita dein-equitur, quantis animis at-atu in bellum utrinque itum fuerit: præcipue quid Æneas, pau-citati copiarum suarum diffidens, con-silii ceperit: et quo pacto in somnis a Tiberino rem suam edoctus sit: ne-que auxiliis solum humanis, sed ar-mis etiam divinis ornatus processe-rit. Inprimis autem admirabile est 'Clypei' illud (ut P. loquitur) 'non

enarrabile textum.' Et alioquin hic liber varietate rerum, elegantia, et eruditione certat cum reliquis, præcipue ob digressiones illas in historias, et orationes summo artificio compositas. Porro, quemadmodum Græcia, sub Agamemnone, in Trojæ exscidium conjurabat in Aulide: ita hic sub Turno Latium conjurat in Trojanorum reliquias. *Taubmann.*

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce] Apud majores nostros tria erant militiæ genera in bellis gerendis. Nam aut legitima erat militia, aut conjuratio, aut evocatio. Legitima erat militia eorum, qui singuli jurabant pro republica se esse facturos: nec discedere nisi completis stipendiis, id est, militiæ temporibus, et *sacramentum* vocabatur, ut Æn. II. 'Fas mihi Grajorum sacrata resolvere jura.' Aut certe si esset tumultus, id est, bellum Italicum vel Gallicum, in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus: quia singulos interrogare non vacabat: qui fuerat ducturus exercitum, ibat ad Capitolium, et exinde proferens duo vexilla, unum roseum, quod pedites evocabat, et unum ceruleum, quod erat equitum, (nam ceruleus color maris est, a cujus Deo equum constat inventum) dicebat, 'Qui rempublicam salvam esse vult, me sequatur.' et qui convenissent, simul jurabant, et dicebatur ista militia *conjuratio.* Alii album et roseum vexilla tradunt, et roseum bellorum, album comitiorum signum fuisse. Fiebat etiam *evocatio.* Nam ad diversa loca diversi propter cogendos mittebantur exercitus. Modo ergo duo sunt genera militiæ, *conjuratio* et *evocatio,* quippe in tumultu. Sane incongruum non est, quod signum belli, id est, vexilli elevationem Turno dat, aut quia de rege Latino dixerat supra, 'Rerumque reliquit habenas.' Aut quia Turnus furore succensus maluit ipse efficere quam jubere, ut omnes abrumpat moras: aut quia, sicut dictum est, Latinus, cui soli imperandi hoc jus erat, abstinuerat, et nemo, illo abstinente, parebat. Turnus ergo ideo hujusmodi officium arripuit, quia etsi ipse non imperabat, tamen prohiberi non poterat. *Belli* autem *signum* generaliter dixit (nam multa sunt) sed vexillum significat, quod est tractum a veli diminutione, ut *velum, vexillum.* Servius.

Ut belli signum, &c.] Vexillum imperatores habebant penes se in tabernaculo: et qui delectum olim habebant, in arce ponebant: cum prælium etiam erat committendum proponebatur tollebaturque vexillum, ut in lib. de bello Alexandrino: 'Quod ubi conspexit, celeriter vela subduci, demitti antennas jubet, et milites armari, et vexillo sublato, quo pugnandi dabat signum, quæ primæ naves sequebantur, idem ut facerent significabat.' Cæsar l. II. de Bello Gallico: 'Cæsari omnia uno tempore erant agenda, vexillum proponendum, quod erat insigne cum ad arma concurri oporteret, signum tuba dandum.' Vexillo igitur pugnandi dabatur signum, et in repentino tumultu prælii inopinati, ad arma concurrendi. Tollebat et signum, quod vexillum erat, qui rapide celeriterque milites contrahebat, ut hoc loco. Tollitur etiam signum ad præsidium comparandum et spem ostendendam confirmandosque animos: Cicero pro Marcello: 'Et his omnibus ad bene de omni Rep. sperandum, quasi signum aliquod sustulisti.' *Turnebus.*

Ab arce] Quoniam vexillum in arce poni solebat, quod esset specimen imperati exercitus. *Servius.*

Turnus] Namque Latinus sepserat se tectis, rerumque reliquerat habenas, supra VII. *Farnab.*

2 *Strepuerunt cornua*] Quæ simul sonabant: ut, 'Æreaque adsensu conspirant cornua rauco.' *Servius.*

Et rauco strepuerunt, &c.] Similes

, et plane tragicos habes in libro secundo: 'raucisono cornua cantu.' Et in Silio spirante ad Virg. 'Insonuere ssim, clamorque virorum, que simul litui, rauceque turnua, et in membris concustibus arma.' Pari fremitu iad. X. Αὐλῶν συρίγγων τ' αὐδὴν τ' ἀνθρώπων. *Cerda.*

e acris concussit equos] Hoc s pertinet. Et utrum hoc equorum perpetuum est, oncutiuntur? *Servius.*

it] Pro cursu excitavit.

pulit arma] Hoc ad pediautem sacrorum: nam is, sceperat curam, sacrarium gressus, primo ancilia compost hastam, simulacri ipns, 'Mars vigila.' Quidam equos et sua arma, de Turt: scilicet, ut cæteris esset . *Servius.*

npulit arma] Sæpius dictum ositionem *in* subsequente *p* ne codicibus antiquis, in *m* utari; id quod non in Virntum exemplaribus est, ven in Horatianis, Cæsarianis, Marcellini historiis, et aliis s, qui vel Longobardicis, generis literis notati sunt. im Tineis præpositiones fere dictionibus incolumes ha: hoc loco, *inpulit* per *n*. Nens sum Grammaticos adverscriptionis rationem reclaod illius literæ sonus ante m sonare possit, quum nesit, post eam particulam n, statim occludere labia yllaba *impu.* Sed esto vi s sonus ipsius literæ ante *p* tæ: quid obstat, ut et si ıtiatur, non tamen integra it, quum alia pleraque sint, r scribimus, aliter pronun: observat Velius Longus. Ac ne Græcorum sermonem in testimonium adducamus, qui *t* quum scribunt ante *n*: *d* tamen pronuntiant, literæ illius remollita duritie: iidem γ ante γ, κ, χ, ξ, notant. Sed enim litteræ, quæ est *n*, pro γ scripto sonum exprimunt. Noluimus nos eos superstitiosius imitari, ideoque *Angelus* non *Aggelus* scribimus, *Ancora* non *Agcyra*, *Anchises* non *Agchises*, *Phalanx* non *Phalagx*: ea enim sic Græce scribuntur, ἄγγελος, ἄγκυρα, ἀγχίσης, φάλαγξ. Sed *m* tamen aliquando quum scripsimus, alterius literæ sonum pronuntiamus, ut Quintiliano et Velio Longo testibus apparet, in *Multum ille*, et *Illum ego.* Quare me nihil offenderit, siquis in *n* etiam eandem esse rationem asseruerit, et *in* præpositionem scribendo incolumem servaverit, pronuntiationis vero leges naturæ concesserit. *Pierius.*

4 *Extemplo*] Aut subito: aut re vera ex ipso templo, id est, post divina arma commota. *Servius.*

Extemplo turbati animi] Sic apud Val. Flacc. l. VI. ubi Mars impulit, et concussit currus: 'Protinus e castris fugit sopor, excita tela, Turbati coiere duces.' Docet observantissime Godesc. quæ particulæ sequantur post *ut*, ad rem subitam explicandam. Videlicet; *Ut, extemplo. Ut, statim. Ut, continuo. Ut, confestim. Ut, repente. Ut, postea. Ut, protinus.* Vide, ut firmet bonis auctoribus. *Cerda.*

Simul] *Simul* et *omne* dicit: id est, uno tempore, omnibus in unum coëuntibus. *Donatus.*

Tumultu trepido] Festino: more suo. Non enim timere poterant, qui pericula vincebant. *Servius.*

5 *Conjurat*] Notandum de re bona conjurationem dici posse. Ergo *conjuratio τῶν μέσων* est. *Idem.*

Conjurat] Conjuratio autem totius Latii, et tumultus, id est, timor multus, et concitatio tot populorum ad laudes Æneæ pertinent. Inservit etiam Æneæ hic tumultus: ne pere-

grinus in hospites, et socius in fœderatos impius videatur, si primus bellum moveat. *Donatus.*

Conjurat] Sic Statius Achill. l. I. 'video jam mille carinis Ionium Ægæumque premi: nec sufficit, omnis Quod plaga Grajugenum tumidis conjurat Atridis.' *Emmeness.*

Juventus effera] Efferata per furiam; ut, 'arma velit poscatque simul.' *Servius.*

6 *Primi*] Utrum ordine, an dignitate? *Idem.*

Messapus et Ufens] Bona electio personarum ad delectum habendum: unus eques bonus, id est, Messapus, mittitur: alter pedes egregius. *Id.*

7 *Contemtorque deum Mezentius*] Quis enim justius, quam sacrilegus, contra pios et præpararet bellum et gereret? *Servius.*

Contemtor deum Mezent.] Magna laus Æneæ, ut Mezentius contemtor Divum aliquando invenerit quem timeret. *Donatus.*

Contemtorque deum Mezentius] Qui sibi divinos honores et primitias offerri imperavit. *Farnab.*

Cogunt] Non congregant, sed vi cogunt timidiores. In qua re etiam ipsi duces timorem suum ostendunt. *Donatus.*

Cogunt] Συνάγουσι, συναθροίζουσι, id est, in unum colligunt, ut quidem Nonius exponit: contra Donatus; invitos urgent. *Taubmann.*

8 *Vastant cultoribus agros*] Abducendo cultores, vastos et desertos efficiunt. Sallustius in Jugurtha, 'Vastus ab natura et humano cultu:' alibi, 'Quippe vasta Italia rapinis, fuga, cædibus,' hoc est, hominibus deserta. *Servius.*

Vastant] Vacuos faciunt abducendo cultores, ita vs. 571. 'viduasset civibus urbem:' Scalig. IV. 16. Atque hoc est quod ait Veget. I. 3. 'Ex agris præcipue, supplendum esse robur exercitus: armisque aptiorem esse rusticam plebem, quæ sub divo et in laboribus enutritur.' Vide et Lipsii Politic. v. 12. *Taubmann.*

Vastant cultoribus agros] Quemadmodum Virgilius hoc loco agros cultoribus vastari dicit propter militiam; sic Statio pascua dicuntur vacuari propter eandem, Achilleid. l. III. 'Dat bello pedites Ætolus, et asper Acarnan Argos agit turmas: vacuantur pascua ditis Arcadiæ.' *Emmeness.*

9 *Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem*] Diomedes postquam reperit ira Veneris a se vulneratæ, uxorem apud Argos cum Cillabaro, ut Lucilius, vel Cometa, ut plerique tradunt, turpiter vivere, noluit reverti ad patriam; vel, ut dicitur, ab adulteris proturbatus; sed tenuit partes Apuliæ: et edomita omni montis Gargani multitudine, in eodem tractu civitates plurimas condidit. Nam et Beneventum et Æquumtuticum ipse condidit, et Arpos, quæ et Argiripa dicitur, ad quam nunc Venulus mittitur: non Arpinum, quam constat esse Campaniæ: unde Cicero Arpinas. Sane sciendum Apuliam uno dictam vocabulo: sed hujus partem, quam Diomedes tenuit, Messapiam et Peucetiam a duobus fratribus dictam, qui illic imperarent; item Dauniam, a Dauno rege Apuliæ: a quo hunc Diomedem quidam hospitio receptum dicunt. Sane artificiose ad Diomedem mittitur, movenda est enim indignatio et metus Diomedi, ut subveniat Latinis contra Trojanos, vel ut eum quasi civis citius posset adducere. *Servius.*

Mittitur et magni] Magnum signum timoris, ut etiam ab externis auxilium petant. *Donatus.*

Venulus] Hunc fuisse constat Argivum. Nam Tyburs est, ut ille indicat locus, 'Prædam Tyburti ex agmine raptam, Portat ovans.' Hunc alii Lavini imperasse olim tradunt. *Servius.*

Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem, &c.] Hujus legationis me-

minit Ovidius Metam. XIV. 457. 'At Venulus magnam profugi Diomedis ad urbem Venerat: ille quidem sub Iapyge maxima Dauno Mœnia condiderat: dotaliaque arva tenebat. Sed Venulus Turni postquam mandata peregit, Auxiliumque petit, vires Ætolius heros Excusat,' &c. *Emm.*

10 *Consistere*] Jam esse conditos, id est, fundasse civitatem. Plus est enim *consistere*, quam *venisse*. Servius.

11 *Advectum Ænean*] Quasi quem antea vicerat, ne desperet de victoria. *Donatus.*

Classi] Ita frequenter veteres, non in hac sola, sed in aliis vocibus. Sic *segeti*, pro segete: *capiti*, pro capite: *ruri*, pro rure: *vesperi*, pro vespere: *Carthagini* in Plauto, pro Carthagine. Sed de hac inprimis voce jam Achilles Statius. Nam Sisenna apud Nonium, 'perpetua classi.' Catull. 'Namque ferunt olim classi cum mœnia Divæ.' Idem, 'Per medium classi barbara navis Athon.' *Cerda.*

Victosque Penatis] Ut major sit indignatio: et amat Poëta, quotiens adversum Trojanos poscuntur auxilia, Penatibus victorum crimen adscribere: ut apud Æolum, 'Ilium in Italiam portans victosque Penates.' *Servius.*

12 *Inferre*] Hic invidiam facit: ut, 'Inferretque Deos Latio;' proprie enim inferuntur Penates. *Idem.*

Regem se dicere posci] Unde illud est, 'Expectate solo Laurentum.' Et dicendo *posci*, agit subtiliter. Nam si non venit errore, sed fato, omnem sibi utique est vindicaturus Italiam, sine dubio et Diomedis imperium. *Idem.*

Regem se posci] Quasi dicat, Mentitur in hac re. *Donatus.*

13 *Multasque viro se adjungere gentis Dardanio*] Hic metum injicit, et bene non *Æneæ* dixit, sed *viro Dardanio:* ut non sit mirum si sequebantur hominem sibi cognatione sociatum: ut, 'Hinc Dardanus ortus, Huc repetit.' *Servius.*

Multasque, &c.] Adjungit hæc vera, ut etiam falsa credantur. Vult igitur inferre timorem Diomedi, ut vel sua causa pellat Æneam: sed non tantum terrorem ut desperet de victoria, si properabit. Est autem in singulis repetendum, *edoceat.* Donatus.

14 *Dardanio*] Bene ita: non, *Æneæ.* ut minus sit mirum, si sequatur hominem sibi cognatione sociatum. Unde l. III. 'Hesperia quibus idem Dardanus auctor.' Ibid. 'Hinc Dardanus ortus.' Et hoc nomen admonere etiam debuit Diomedem veteris odii in bello Trojano. *Taubmann.*

15 *Quid struat his cœptis*] Cum hæc etiam cœperit. Et participialiter dixit, ab eo quod est incipio, *cœptus* facit. Hinc est *cœptis.* Servius.

Quem, si Fortuna sequatur] Eventum pugnæ cupiat. Si eum fortuna comitetur, quem finem suæ velit esse victoriæ, ipsum melius nosse qui jam antiquus est hostis. Ergo *quem* acute pronunciandum, ut sit ordo, quem eventum pugnæ cupiat fortuna sequatur. *Idem.*

16 *Eventum pugnæ cupiat*] In aliquot antiquis codicibus, *cupiet* legitur: sed longe venustius *cupiat.* Pier.

Manifestius ipsi] Vult autem intelligi Æneam etiam contra Diomedem bella gesturum: non tantum propter præsens imperium, sed et caussa hostilitatis antiquæ. *Servius.*

Manifestius ipsi, &c.] Ut qui Trojanos prius propiusque noverat. *Farnab.*

17 *Quam Turno regi*] Rutulorum duci, aut cui jus ad regnum Laurenti. *Farnab.*

18 *Talia per Latium*] *Gerebantur*, subaudis: et est formosa Ellipsis. *Servius.*

Laomedontius heros] Virtute et calliditate Laomedonti respondens. *Don.*

Laomedontius heros] Æneas. *Farn.*

19 *Cuncta videns*] Mente pertractans. Nam non videbat. *Servius.*

Cuncta videns] Id est, nihil ex iis

quæ hostes agerent illum latuit. *Donatus.*

Curarum fluctuat æstu] His verbis futuram præoccupat comparationem, quæ est Apollonii de verbo ad verbum. *Servius.*

Curarum æstu] Propter exiguas copias suas, et tantos hostiles apparatus. *Donatus.*

Fluctuat æstu] Utrumque verbum de mari est. *Servius.*

Curarum fluctuat æstu] Pulchre Sil. l. VIII. 'undantes dolores.' Lucret. VI. 'Volvere curarum tristes in pectore fluctus.' Petron. 'in hoc dictorum æstu motus incedo.' Statius Theb. V. 'vario sic turbidus æstu Angitur.' Valer. Arg. V. 'Præcipue Æsonidem varios incerta per æstus Mens rapit undantem curis, ac multa novantem.' Catull. 'magnis curarum fluctuat undis.' Apul. l. IV. 'In cogitationis salo fluctuare.' Ammian. l. XV. 'In æstu mentis ancipiti.' Latini procul dubio a Græcis, qui pari energia. Oppian. Hal. V. *νόος δ' οἷ ἠΰτε κῦμα ἑλεῖται*: *Torquetur ei animus, tanquam fluctus.* Sophoc. in Electra, et de illa *σαλεύει*, *fluctuat.* Herodian. de Commodo, *κυμαίνουσαν οὖν ἔχων τοσαύταις φροντίσι τὴν ψυχήν*: *Habens animum tantis curis fluctuantem.* Joan. Chrysostom. hom. de Patient. *κύματα τῶν λογισμῶν.* Sic vicissim tranquillum animum dicunt *ἀκύματον*, et *ἀμύμονα*, ut qui careat fluctibus curarum. Ad eum modum, quo dixit Synes. l. de Insomn. *σχολάσασα τοῦ κατακλυσμοῦ τῶν ἀγοραίων αἰσθήσεων*: *Anima vacans forensium curarum diluvio.* Cerda.

20 *Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc*] Vel quod suis copiis bellum Itali adversus eum parabant, vel quod a Diomede vetere hoste suo auxilia postulabant. *Servius.*

Celerem] Ad corporis comparationem, quod tardum est, ut, 'Iterumque ad tarda reverti Corpora.' *Serv.*

21 *Perque omnia versat*] Sic in IV. de Didone, 'partes animum versabat in omnes.' Synes. lib. de Insomn. *οὐδὲν γὰρ οὕτως ὥσπερ πνεῦμα εὐτράπελον*: *Nihil tam est versatile quam spiritus.* Homero satis fuit Iliad. I. *διάνδιχα μερμήριξεν.* Isocrati, *δόξαν παραλλάττουσαν*, ut Virg. in IV. *alternanti.* Philo dixit, *τῆς διανοίας ἀμφικλινοῦς ἐχούσης, καὶ ἀντισπωμένης*: *variante animo, atque in utranque partem vicissim propendente.* Æschines, *ἀπόρως διακεῖσθαι.* Græci omnes *ἀπορεῖν*, *καὶ διαπορεῖν.* *Cerda.*

22 *Sicut aquæ, &c.*] Illustro hanc comparationem aliis, qui similem in suis carminibus. Incipio ab Apollonio, a quo Virg. sed cum victoria. Ille itaque Arg. III. *Ἠελίου ὥς τίς τε δόμοις ἐνιπάλλεται αἴγλη Ὕδατος ἐξανιοῦσα, τὸ δὴ νέον ἠὲ λέβητι, Ἠέ που ἐν γαυλῷ κέχυται. ἡ δ' ἔνθα, καὶ ἔνθα Ὠκείῃ στροφάλιγγι τινάσσεται ἀΐσσουσα*: *Solis veluti aliquis in ædibus resultat splendor Ex aqua exiliens quæ modo aut in lebete, Vel certe in situla infusa, huc, illucque Celeri conversione commovetur impulsu.* De Annibale Silius l. VII. 'Nulla vacant incœpta dolis, simul omnia versat, Miscetque exacuens varia ad conamina mentem. Sicut aquæ splendor radiatus lampade Solis Dissultat per tecta, vaga sub imagine vibrans Luminis, et tremula laquearia verberat umbra.' Non multum abit Claud. in descriptione orientis diei Rapt. l. II. 'Impulit Ionios præmisso lumine fluctus, Nondum pura dies, tremulis vibratur in undis Ardor, et errantes ludunt per cærula flammæ.' Credo habuit ante oculos Ovidium ita scribentem, 'Flamma nitore suo templorum verberat aurum, Et tremulum celsa spargit in æde jubar.' Valer. Arg. l. XIII. dixit, 'Stagna vaga sic luce micant, ubi Cynthia cœlo Prospicit, aut medii transit rota candida Phœbi.' De re Virgilii Sidon. ep. II. 10. 'Intus lux micat, atque bractratum Sol sic sollicitatur ad lacunar, Fulvo ut concolor erret in metallo, Distinctum vario nitore marmor Percurrit

cameram, solum, fenestras.' Lucret. l. vi. non adhibet comparationem, sed repræsentat idem cum reliquis, ita canens: 'Praterea Solis radiis jactatur aquaï Humor, et in lucem tremulo rarescit ab æstu.' *Idem.*

Tremulum lumem] Ennius in Menalippa: 'Lumine sic tremulo terra, et cava cærula candent.' Et Lucret. l. iv. 'Jamque rubrum tremulis jubar ignibus.' Et l. v. 'tremulum jubar hæsitat ignis.' Vide quæ fuse l. vii. ad illud: 'splendet tremulo sub lumine pontus.' Præclare Sidon. ii. 2. de radio Solis, 'radio peregrinante.' Nam tametsi ille de cursu Solis loquatur, sed trahi huc potest. *Idem.*

23 *Sole repercussum*] Aut vacat *re:* aut bene *repercussum;* quia primo aquam ferit, inde postea tendit ad tecta. *Servius.*

Radiantis imagine Lunæ] Negant omnes Physici lumen lunæ aliud ex se reddere: et vituperatur hoc dicto Virgilius; quod tamen tolerabile est, quia non lunam, sed imaginem dixit lunæ, quam a Sole lumen accipere manifestum est. An ideo *radiantis,* ut quoniam Luna lumen de Sole mutuatur, idem videatur etiam ipsa efficere quæ de Sole procedit. *Idem.*

Imagine lunæ] Lumen in laquearibus intelligit, lunæ imaginem exceptam, atque repercussam, inquit Jul. Scal. Poëtic. v. 6. *Farnabius.*

25 *Laquearia*] Multi *lacunaria* legunt: nam *lacus* dicitur. Unde est in Horatio, 'Nec mea renidet in domo lacunar.' Non enim a *laqueis* dicitur, sed ab eo quod sunt lacus. *Serv.*

Summique ferit laquearia tecti] Miror Servium eos non neglexisse, qui *lacunaria* legunt: quum vel ex Horatii exemplo, quod apposuit, syllabæ repugnantiam viderit, etsi multi polysyllaborum regulam usurpant. *Pier.*

Laquearia] Sic dicuntur summa ædium a variis laqueis et scalpturis, quibus polita esse solent, ut de cœlo dixit Manil. l. i. 'Hæc igitur texunt æquali sidera tractu Ignibus in varias cœlum laqueantia formas.' Non contemnendi tamen, qui ajunt, *lacum,* præter vulgarem significationem, esse etiam trabem planam in ædificiis; unde Lucill. 'resultant ædesque, lacusque.' Ergo a *lacu lacunar, lacunare, lacunarium:* et per antistœchon *laquear, laqueare.* Juvat hanc sententiam verbum rusticum, *ablaqueo,* quod non a *laqueis,* sed a *lacubus:* est enim *ablaqueare,* tanquam *ablacunare,* lacunas videlicet et fossas facere ad candices arborum. Inde 'ablaqueatæ vites' in Plin. et aliis. Ergo, si huic extremæ sententiæ adhærendum sit, in quam inclino; non tam *lacus,* aut *laqueare,* aut *lacunar* in ædibus erit trabs illa plana, ut Grammatici explicant; quam cava illa, quæ in tectis apparent, nos *bovedas* dicimus. Hoc enim magis consentaneum cum lacu, et ablaqueo. Lacus etiam in re simili, Sidonius meminit epistola secunda libr. ubi loquitur de cœnatione, quæ erat in triclinio. *Cerda.*

26 *Alituum*] Pro *alitum:* sed metri caussa, ut diximus supra, addidit syllabam. *Servius.*

Alituum] Deflexit paululum a Lucret. l. iv. 'alituum genus, atque ferarum.' Noluit hoc ultimum, quia non omnes feræ noctu dormiunt, imo multæ tunc exeunt a latebris prædam facturæ. Alius imitator incogitanter *ferarum* diceret, quia sic Lucret. Stat. Silv. i. non contentus est, nisi tria adjungeret, ut sciamus illum explorasse Lucretium et Virgilium. Versus est: 'Alituum, pecudumque mihi, durique ferarum Non renuere greges.' Et Silv. v. 'tacet omne pecus, volucresque, feræque.' Seneca Rhetor. Controv. 16. ait, Virgilium expressisse in melius versus hos Varronis, 'Desierant latrare canes, urbesque silebant, Omnia noctis erant placida composta quiete.' Vide et longam descriptionem Apollon. l. iii. ab eo versu: Νὺξ μὲν ἔπειτ' ἐπὶ γαῖαν ἄγεν κνέφας, &c.

Ceterum Latini Poëtæ *alituum*, pro *alitum*, imitatione Græcorum. Qui Homerum libarunt, sciunt esse in eo φαάνθεν, pro φάνθεν: ἀντιόωσαν, pro ἀντιῶσαν: ἑῷ, pro ᾧ: ὄρωρε, pro ὦρε: στυγέῃσι, pro στυγέῃ: ἄατος, pro ἄτος: ἀταρτηρὸς, pro ἀτηρός: τεταγὼν, pro ταγών: ἠγορόωντα, pro ἠγορῶντα: ἔεδνα, pro ἕδνα: et millena. *Cerda.*

28 *Pater*] *Pater*, hic dignitatis nomen est; sæpius tamen divinitatis. Vide quæ diximus supra ad Georg. IV. 369. *Emmeness.*

Sub ætheris axe] Id est, sub aëre. *Servius.*

Gelidique sub ætheris axe] Est hoc, quod Horat. 'sub Jove frigido;' quod omnes, *sub div*, ὕπαιθρον. *Cerda.*

29 *Turbatus pectora*] Sic supra Æn. I. 232. 'Lacrimis oculos suffusa nitentis.' ad quem locum vid. Servius. Plura vero hujus constructionis exempla si quis desiderat, adeat Vechner. Hellenolex. I. 5. in fine. *Emm.*

30 *Seramque dedit per membra quietem*] Tardam: quippe in bellicis curis. *Seram* autem pro *sero*, adverbium temporis in nomen deflexum. *Dedit* autem mire dixit: hoc est, indulsit quietem corpori suo. *Servius*

Seramque dedit per membra quietem] Stat. Theb. III. de Thydeo: 'animosaque pectora laxet Sera quies.' Nam dux et princeps esse debet vigil, et sero somnum capere. Ita de Adrasto idem Stat. l. VIII. 'sed agit miseranda potestas Invigilare malis.' Et de Annibale Sil. l. XII. 'vigil ille, nec ullam Ad requiem facilis.' Eundem Polyb. l. III. inducit vigilantem ὅλῃ τῇ νυκτὶ, *tota nocte*. Laudatur Julianus Cæsar ab Ammian. l. XXVI. quod exsurgeret, cum versabatur in bello, 'nocte dimidiata.' *Cerda.*

31 *Huic deus ipse loci*]. Cum ipse fluvius Tyberinus sit, quid ita intulit Deus fluvio? Tyberinus enim Deus genius loci. *Servius.*

Tiberinus] Bene *Tiberinus*, quia supra dixerat *deus*. Nam in sacris Tyberinus, in Cœnolexia *Tyberis*, in poëmate *Tybris* vocatur. *Idem.*

32 *Populeas, &c.*] Similis attollentis se fluminis imago placita Statio, credo ex perlustrato Virgilii loco, apud quem Vulturnus Silv. l. IV. 'Crinem mollibus impeditus ulmis Vulturnus levat ora.' Et Ismenus Theb. l. IX. 'levat aspera musco Colla, gravemque gelu crinem, ceciditque soluta Pinus adulta manu, demissaque volvitur urna.' Ut etiam Claudiano de VI. Cons. Hon. ubi de Eridano: 'ille caput placidis sublime fluentis Extulit, et totis lucem spargentia ripis Aurea roranti micuerunt cornua vultu.' Ibidem de aliis animalibus, 'frondentibus humida ripis Colla levant pulcher Ticinus, et Addua visu Cærulus, et velox Athesis.' Et de Tyberino Paneg. Olib. 'illicet herbis Pallentes thalamos, et structa cubilia musco Deserit, atque domum Nymphis commendat herilem.' Apud Sil. quoque l. IV. Juno apparet Annibali sub forma Thrasimeni lacus, 'Et madidæ frontis crines circumdata fronde Populea.' Ausonius de Mosella, 'Exeris auratæ Taurinæ frontis honorem.' *Cerda.*

Senior] Atqui ubique eum flavum dixit: sed *senior*, aut propter spumas dictum est: aut ad reverentiam pertinet. Sic Lucanus urbe Roma adhuc florente, 'Turrigero canos effundens vertice crines.' *Servius.*

Visus se attollere] Huc aspiravit Statius Theb. IV. 'Amnis adhuc imis vix truncam attollere frontem Ausus aquis.' Et Val. Arg. IV. ubi de Hyla, 'Ecce puer summa se tollere visus ab unda.' *Cerda.*

33 *Tenuis glauco velabat amictu Carbasus, et crinis umbrosa tegebat arundo*] Fluvialem aquam purificationi aptam latenter ostendit in tantum, ut etiam harundinibus, quæ fluminum germina esse non dubium est, purificatio rite celebretur. Ideo, inventa occasione, poëta ab harundinibus tectum flu-

vium inducit, ut doceat hoc etiam harundinibus in purificatione quod per aquam impleri posse, sicut in sacris traditur. Ideo et ubique fluminibus harundinem dat, ut l. x. 'Velatus harundine glauca Mincius.' et Ge. xi. 'Ripis fluvialis harundo.' Quod autem ait, *tenuis glauco velabat amictu Carbasus*, docet quædam sacra pure a linteatis debere fieri. *Carbasus* autem genus lini est: 'Linum' vero, ut ait Plinius, 'melius inrigatione fluminum quam pluvia nascitur.' Ideo et vestis linea fluminibus tanquam propria datur. *Serv.*

Tenuis glauco velabat amictu] *Glaucus* et *ceruleus* color tribuitur fluvialibus et marinis Diis, ut Virgilius hoc loco. Paterculus: 'cum ceruleatus et nudus caputque redimitus arundine, et caudam trahens, genibus innixus, Glaucum saltasset in convivio.' Nam *ceruleatum* dicit ceruleo indutum amictu: sic, quia vitreus color glauco et ceruleo proximus est, *Circe* dicitur *vitrea* Horatio od. i. 17. pro aquarum accola et maritima, et tanquam aquarum nympha, cum aquarum color vitreus sit, et nymphæ apud Maron. lanificium exerceant, Ge. iv. 'Carpebant hyali saturo fucata colore:' id est, vitri. *Turnebus.*

34 *Carbasus*] Genus est lini, *κάρπασον* Græcis: quod Pausanias l. i. negat igne consumi. E carbaso autem texebantur et tenuissima vela: Turn. xxiv. 40. De toto hoc loco vide et Servium. Nonius: 'Carbasus, pallium quo fluvii amiciuntur.' *Taub.*

Carbasus] Vestis carbasina, glauca, fluvio concolor. *Farnab.*

35 *Tum sic adfari*] Sabaudis, *visus*. Servius.

Curas his demere dictis] Habitum futuræ orationis ostendit. *Idem.*

36 *O sate gente deum*] Alibi, 'Deum certissima proles,' et 'sate sanguine divum.' Sane interdum hæc epitheta non vacant, sed vim hortandi obtinent. *Idem.*

O sate] Metaphora hæc venustissima et usitatissima. Sophoc. Ajace: *σπέρμα Λαργίου πατρός*. Pind. Od. vi. Olymp. de Hercule: *σεμνὸν θάλος Ἀλκαΐδᾶν* et Od. ix. *σπέρμα μέγιστον*. Philostrat. Imag. *ἄῤῥεν σπείρει*. Hom. Il. ii. *ὄζος Ἄρηος*. Plutar. Porciam Catonis Uticensis filiam vocat *εὐγενῆ χώραν ἐκτεκνώσασθαι*, *terram fertilem ad liberos procreandos*. Superiora sunt, *semen*, *germen*, *ramus*. Cerda.

Gente deum] Ita sæpe Æneam suum nobilitet *ἔπους* hujus Heroëm; ut, cum ait, 'Deum gens, Ænea,' 'Deum certissima proles,' et sæpe alias. Homer. de suis Heroibus: *ἴκελος θεῷ, θεοειδὴς, θεογενὴς, διογενὴς, θεοείκελος, ἀντίθεος, διοτρεφὴς, ἰσόθεος, δῖος, θεῖος, θεοῖς ἐναλίγκιος*, et alia hujusmodi. *Idem.*

Urbem Qui revehis nobis] Ut, 'Ilium in Italiam portans:' *urbem* ergo pro civibus posuit. *Servius.*

Revehis] Propter Dardanum. *Idem.*

Urbem Qui revehis] Ita Ilioneus l. vii. supra. 'Hinc Dardanus ortus huc repetit.' *Farnabius.*

37 *Æternaque Pergama servas*] Pro 'servas et æterna facis;' id est, efficis ut æterna sint. *Servius.*

38 *Exspectate solo Laurenti*] Dat adfectum etiam locis. Ut, 'Ipsæ te, Tityre, pinus, Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant.' *Idem.*

Exspectate solo Laurenti] In antiquis aliquot codicibus, *exspectate*: quamvis nonnulli adimant *s*, quum opperiri significat. *Pierius.*

Exspectate] Hæc lectio firmat illam l. vi. 'tuaque expectata parenti Vicit iter durum pietas?' Ubi tamen aliqui, *spectata*, non male ad eum modum, quo 'explorata fides,' dixit Stat. Silv. iii. Ceterum huic excursui similis ille Electræ apud Soph. ubi illa anxie expectat fratrem Orestem, *διὸς εὔφρονι βήματι μολόντα τάνδε γᾶν*: *venturum in patriam terram felici Deorum cursu.* Neque dispari affectu Antiphila apud Terent. Heautont. Act. ii.

sc. 4. 'O mi expectate Clinia, salve.' *Cerda.*

39 *Hic tibi certa domus*] Quod superius ab Apolline poposcerat, hoc nunc indicat Tyberis: ut, 'Da propriam, Tymbræe, domum, da mœnia fessis.' *Servius.*

Ne absiste] Inemendate legitur *adsiste*, in plerisque codicibus etiam antiquis: quum *absiste*, dubio procul sit legendum. Ait enim Tyberinus, Tametsi tantus bellorum motus insurgit, ne tamen animum desponde, sed quod instat, audacter exequere. *Pierius.*

40 *Tumor omnis et iræ Concessere deum*] Quidam *concessere*, pro *discessere* accipiunt. Alii ita tradunt, qui nondum concesserunt, sed utiliter dissimulant; sed aliqua hemistichia in Virgilio tam sunt sensu imminuta, quam verbis, ut ecce hoc loco. Namque non possumus intelligere quievisse omnem tumorem et iram Deorum, cum et adhuc inimica sit Juno; et ad Trojanorum perniciem addantur alia numina, ut Furia, aut Juturna. Unde mire quidam conclusit hunc versum dicens, 'Concessere Deum profugis nova mœnia Teucris.' *Concessere* ergo indulserunt vel cesserunt, id est, permiserunt; ut, 'Nec si muneribus certes concedat Iolas,' id est, permittat, indulgeat; et 'Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.' Quod si ita acceperimus, ut dicat Teucros constituere civitatem, nec ea numina, quæ irata sunt, vetant, nihil erit contrarium. Nam et ipsa Juno hoc dicit: 'Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis, Atque immota manet fatis Lavinia conjux.' Hic autem sensus, etiamsi detrahas subauditionem, potest accipi a superioribus: ut sit, 'Tumor omnis, et iræ Concessere Deum,' ut, 'Hic tibi certa domus, certique penates.' *Servius.*

Tumor omnis et iræ Concessere deum] In veteribus omnibus codicibus quot quot habui, *timor* legitur, quod pleonastice dictum esset. Effusa enim bile jecur intumescit, inde oritur excandescentia. Unde apud Horat. 'Ve meum fervens difficili bile tumet jecur.' Et alibi Virgilius, 'Tumida ex ira tunc corda residunt.' Deque Meleagro apud Ovidium est, 'Tumida frendens Mavortius ira.' Neque tamen displicet *timor*, quia Juno ea tot, quæ eventura erant, metuens, veterisque memor belli, tantas exciverat turbas. In timore præterea tumor est, ut Cornelius Fronto tradit, ut in metu motus animi, in formidine interdum ratio, in pavore nil non puerile. *Pierius.*

Tumor omnis et iræ] Salmasius hic non *timor*, quod Pierio non displicet, sed *tumor*, legit; et loci hujus auctoritate hanc vocem restituit Julio Capitolino in Pertinace c. 11. 'Sed quum Tausius quidam, unus e Tungris, in iram et tumorem milites loquendo adduxisset, hastam in pectus Pertinacis objecit.' Quo loco ante illum legebatur *timorem*; sed ut recte ibidem Vir summus, 'nunquam ira cum timore.' *Emmeness.*

41 *Concessere deum*] Vide, ut explicui. Nam Servii nugas non fero: et quis feret assutelam illam? Ejus argumento facile occurras; nam Virg. non dixit, cessasse iras omnium Deorum: et ad ejus sententiam satis est, Jovem, et alios commutatos: de quo tamen in II. 'ferus omnia Juppiter Argos Transtulit.' Hic igitur Deus jam mitis. Sic Neptunus, qui fundamenta Trojæ quassavit, postea se mitem Trojanis in naufragio præbet; et in V. etiam favet naviganti Æneæ ad preces Veneris. Cum enim alius hemistichium suppleverit, nescio cur *mire* factum dicat Servius. De imitatione breviter. Huic loco hæsit Silius l. VIII. ubi Anna apparet Annibali, excitatque ad bellum. Lege ab eo loco, 'Omnis jam placata tibi manet ira Deorum,' &c. Et postea

ipse Annibal, 'placavimus iras Cælicolum, redeunt Divi.' Inde apud eundem Paulus obtestatur Varronem temere ruentem ad bellum, hunc in modum: 'cladi parce obvius ire, Dum transit Divum furor, et consumitur ira Fortunæ.' *Cerda.*

42 *Jamque tibi, ne vana putes hæc fingere somnum*] In Romano codice, *nec vana putes* legitur, quod minime displicet. Sed et *ne* recte. *Pierius.*

Ne vana putes] Quia solent multi in somnis decipi, dat signum, quo cognoscat hoc somnium verum esse. *Donatus.*

43 *Litoreis ingens, &c.*] Licet possimus etiam de fluvio *litus* dicere; posuit tamen discretionem, ut hic, *sub ilicibus.* Paulo post, 'Viridique in litore conspicitur sus.' Hanc autem porcam, ut diximus supra, secum habuere Trojani, quam amissam in Campania invenerunt cum fœtu circa Laurentem agrum: quam ideo Æneas immolavit Junoni, quia ipsa dicitur Terra: ut est, 'conjugis in gremium lætæ descendit.' Scimus autem hoc animal inimicum esse frugibus: ut caprum vitibus, qui Libero immolatur. Alii de ea sue dicunt, habuisse eam Trojanos, et ubi primum generasset, ibi certam spem sedis concepisse. Alii in litore Laurenti inventam, quam secutos Trojanos in eum montem pervenisse, ubi postea *Alba* a colore porcæ, *Longa* a positione, sit condita. Sane et *litoreis* et *litoralibus* dicitur. *Servius.*

Litoreis ingens, &c.] Heleni idem vaticinium iisdem verbis prolatum habes l. III. *Farnab.*

44 *Triginta, &c.*] Apto hic verba Varron. de Re Rust. 'Parere tot oportet porcos, quot mammas habeat: si minus pariat, fructuariam idoneam non esse; si plures pariat, esse portentum. In quo illud antiquissimum fuisse scribitur, quod sus Lavinii Æneæ triginta porcos pepcrit albos. Itaque, quod portenderit factum XXX. annum, ut Lavinienses condiderint oppidum Albam. Hujus suis, ac porcorum etiam et nunc vestigia apparent.' Juvenal. Sat. XII. de hac sue, 'lætis Phrygibus mirabile sumen, Et nunquam visis triginta clara mamillis.' Meminit ejusdem et Tertul. l. I. contra Marcion. *Cerda.*

Triginta capitum, &c.] Porcelli 30. signant annos totidem, quibus exactis, Ascanius conditurus erat urbem, a sue alba dictam, *Albam*: 'Et stabit Alba potens, alba suis omine dicta.' Propert. IV. 1. *Farnab.*

Enixa jacebit] Participio utens tangit historiam. *Servius.*

45 *Solo recubans*] *Solo* videtur abundare. *Servius.*

Solo] Non abundat vox, o Servi, ut tibi placitum; imo necessaria est, ut notetur solum urbis condendæ. *Cerd.*

47 *Ex quo*] Qua ratiocinatione. *Ser.*

Redeuntibus annis] Ex Lucret. l. I. 'Quinetiam multis solis redeuntibus annis:' ubi docuit Lambinus expressam a poëta vim Græcæ vocis ἐνιαυτὸς, tanquam in se rediens. Quod et supra apertius Ge. II. significavit Maro: 'Atque in se sua per vestigia volvitur annus.' *Germanus.*

49 *Haud incerta cano*] Ab Plin. III. 5. Tybris dicitur 'vates, ac monitor religiosus.' Loquitur de inundationibus, quibus semper futurum aliquid nuntiabatur. *Cerda.*

Quod instat] Quod solum ex laboribus restat. Cura enim Æneæ præsentis fuerat necessitatis. *Servius.*

51 *Arcades his oris, genus a Pallante profectum*] Euander Arcas fuit, nepos Pallantis regis Arcadiæ. Hic patrem suum occidit, suadente matre Nicostrata, (quæ etiam *Carmentis* dicta est, quia carminibus vaticinabatur.) Alii ipsam Nicostratam, matrem Euandri, cum esset centum decem annorum, a filio peremptam tradunt. Constat autem Arcadas plurimum vixisse, in tantum, ut quidam usque ad trecentos annos vivendo pervenerint. Ipse autem Euander, dimissa provincia sua, exilio,

non sponte, compulsus venit ad Italiam, et pulsis Aboriginibus tenuit loca in quibus nunc Roma est, et modicum oppidum fundavit in monte Pallatino, sicut ait Varro, 'Nonne Arcades exules confugerunt in Palatium, duce Euandro?' Hic autem mons Palatinus secundum Virgilium, a Pallante avo Euandri est dictus: secundum Varronem et alios, a filia Euandri Pallantia ab Hercule vitiata, et postea illic sepulta. Alii a Pallante, qui de filia Euandri natus, et ibi sepultus est immaturæ ætatis. Alii a filio Euandri, qui post mortem patris seditione occisus est. Alii a balatu, *Ballanteum* volunt dictum. Et exinde per Antistoichon, id est, mutata litera, *Pallanteum* dictum. Sed si a balatu hoc nomen venerit, *pa* longa est: sicut eam Martialis ponit plerumque. Si autem a Pallante, *pa* brevis est, ut eam ponit ubique Virgilius, secundum suam opinionem. *Servius.*

Arcades] Brevitate utitur, ne tædio afficiat Æneam. Genus enim dicit et nomen et urbem, et spem dat auxilii ab iis, qui et ipsi hostes sint et peregrini, quos jure oderint Latini. *Donatus.*

Genus a Pallante profectum] Profectum ad has oras genus a Pallante, non a Pallante profectum. *Servius.*

52 *Qui regem Euandrum, qui signa*] Id est, qui regis Euandri signa secuti; ut, 'Sanguine placastis ventos et virgine cæsa,' pro sanguine virginis cæsæ. *Idem.*

53 *In montibus*] Ut diximus supra, est in minoribus illis collibus. An pro monte, an inter montes? *Idem.*

Posuere in montibus urbem] Pari forma Sil. l. XII. 'sedes posuere.' Et Horat. Ep. I. 10. 'Ponendæque domo quærenda est area primum.' Sic Æn. VI. 'posuit templa.' Et Juven. Sat. 12. 'pono altaria.' Hi omnes pro ædifico. Ait vero *in montibus*, quia urbs Roma sita in septem arcibus, ac proinde urbs quoque Euandri, quæ, juxta Pausaniam, pars Romæ. *Cerda.*

54 *Pallantis proavi*] Confundit nomina, ut plerumque solet: nam avus fuit. Sic et illud dixit, 'Luco tunc forte parentis Pilumni Turnus.' Et alibi, 'Pilumnusque illi quartus pater.' A quibusdam tamen hic Pallas, auctor Euandrii generis, Ægei filius fuisse dicitur, qui a fratre Theseo Athenis regno pulsus, ad Arcadiam venit, et ibi regnum tenuit: et hoc poëta quasi Romanis dicit, nam ad Æneam non pertinet. *Servius.*

Proavi] Imo *avi:* nam Euander Arcas nepos erat Pallantis Arcadiæ regis. *Taubmann.*

Pallanteum] Cecidisse in hac voce *l* alterum cum *n* ævo politiore testis mihi est locupletissimus, et instar mille scriptorum, Dionysius Halycarnasseus l. I. Παλλάντιον, ὡς ἀπὸ τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ σφῶν μητροπόλεως· νῦν μέντοι Παλάτιον ὑπὸ Ῥωμαίων λέγεται συγχέαντος τοῦ χρόνου τὴν ἀκρίβειαν, καὶ παρέχει πολλοῖς ἀτόπων ἐτυμολογιῶν ἀφορμάς: *Palantium quasi a sua in Arcadia metropoli: nunc tamen Palatium a Romanis dicitur, temporis lapsu confusa scriptionis accuratione, præbuitque hoc multis absurdarum occasionem etymologiarum.* Absurdas illas apud Festum invenies. Expressim Dionysius: Χρόνῳ δὲ ὕστερον μετέπεσε τὸ ὄνομα ἐν ἀναιρέσει γραμμάτων τοῦ τε Λ καὶ τοῦ Ν: *Procedente tempore excidit ea vox, sublatis literis L et N.* Dausquius.

55 *Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina*] *Ducunt*, aut gerunt, aut in longum trahunt. Et bene præstandorum auxiliorum exprimit caussam, ne magis Turno, quasi Græco, favere credantur. *Servius.*

Hi bellum assidue ducunt] *Ducunt*, non *gerunt*, dixit, ut ostendat belli continentiam, et usitatum exercitium belli cum vicina gente, ut Græci ἀσκεῖν πόλεμον, et ἄγειν, hoc est, πολεμοτροφεῖν, quod accedit ad illud Æschyli καπηλεύειν πόλεμον, ad quod alludens Ennius, 'Non cauponantes bellum, sed belligerantes:' Hom. ἄπρηκτον πόλεμον πολεμίζειν. *Germ.*

i junge] Legitur et fœdere
ius.
o] Pollicetur homini ig-
: ostensurum. *Donatus.*
ine ducam] Non ad natu-
eferendum est; nam ait,
sperant flexus;' sed recto
iere, quia non sunt erra-
dixit, ut, 'Tunc se ad
to fert litore portum,'
itore non recedens. Sic
c *ducam*, a litore fluvii
ntem significat. Est et
io, ut *recto flumine* edo-
ato, et in tranquillita-
intelligamus: quod eti-
nt, 'Mitis ut in morem
dæque paludis.' Ut sit
eriti temporis participi-
uod est *rego*. Servius.
ine] Alii legunt, *tecto*, sil-
t arboribus, quia Tibris
Farnab.
um remis superes subvectus
n codicibus aliquot, muta-
adversum superes remis.
sus ille syllabarum *sum*,
nolestam præ se fert as-
In aliquibus autem manu
rsus hic non habetur.

] Polyb. Hist. l. III. ποιησά-
ορείαν· ἐναντίοι τῷ ῥεύματι
ταμόν. Itaque, quod nos
mine,' ille, ἐναντίοι τῷ ῥεύ-
em præclare alio flexu, τῆς
ιάς, et ideo statim pari
e, βιάζεσθαι πρὸς τὸ ῥεῦμα,
subvectus. Cerda.
] Sidon. I. 5. 'per ostia
vectus.' Tacit. Annal. l.
ubvehebatur.' *Idem.*
] Livius l. IV. dec. 3.
dverso subvectum.' *Taub.*
age, nate dea] In Romano
uibusdam aliis, non habe-
n nonnullis altera manu
m, quum antea legere-
nate Dea. Sed omnino
agis placet. Missum fa-
cio *gnate Deum*, quod et ipsum in
veteri habetur codice. *Pierius.*

Primis] Proprium cadentibus as-
tris, cum primum nox occiderit: et
dictum juxta vulgarem opinionem,
tanquam oriente die occidant astra.
Servius.

Primisque cadentibus astris] Dictum
jam Æneid. II. Sed quid, *primis
astris?* Placeat scholion Servii. Id
est, primum cadentibus, cum primum
nox occiderit. Sed ego hic morem
aperio, quem Poëta attingit: ad
quem audiendus interpres Apollon.
τοῖς μὲν οὖν κατοιχομένοις περὶ τοῦ ἡλίου
δυσμὰς ἐναγίζομεν, τοῖς δ' οὐρανίοις ὑπὸ
τὴν ἕω τοῦ ἀνατέλλοντος ἱερεύομεν:
*Mortuis circa occasum Solis parentamus,
cœlestibus autem auroræ tempore sub
exortum Solis sacrificamus.* Ergo,
quia Junoni res sacra fieri præcipi-
tur, ideo 'cadentibus astris.' Inde
postea, 'Surgit, et ætherii spectans
orientia Solis Lumina.' *Cerda.*

60 *Junoni fer rite preces*] Sicut eti-
am Helenus monuit. Et sic *fer pre-
ces*, quemadmodum *sacra ferri* dici-
mus. *Servius.*

Junoni] Matutinum tempus con-
gruum sacrificiis ostendit. Docet
potentum iras, supplicando potius,
quam repugnando superari. *Donat.*

Junoni fer rite preces] Eodem consi-
lio adhibetur præceptum a Tybri, quo
ab Heleno in Æn. III. Vide. Est vero
ferre preces, quod in VI. *fundere preces.*
Et *ferri* dicuntur preces, quia res
sacræ. Sic ferre Diis thura, solem-
nia, piacula. Seges exemplorum, tum
in Brisson. tum in Heraldo ad l. VII.
Arnob. *Cerda.*

61 *Supplicibus supera votis*] In Roma-
no quidem codice, *votis* legitur. Sed
in plerisque aliis, *donis:* ut idem repe-
tatur, quod in Æn. III. præceptum ab
Heleno fuerat. Tametsi Ti. Donatus
votis agnoscit utroque loco. *Pierius.*

Victor honorem Persolves] Bene ei
adimit bellicam curam, promittendo
voti fore compotem. *Servius.*

Victor] Beneficiorum meorum ex voto compos. *Taubmann.*

62 *Ego sum*] Non arroganter, sed necessario laudat suum officium. *Donatus.*

Ego sum, pleno quem flumine cernis] In codicibus aliquot antiquis legere est: *ego sum, quem pleno gurgite cernis.* Sed altera lectio magis omnino recepta. *Pierius.*

Pleno flumine] Arroganter: ut et de Ismeno Stat. Theb. l. IX. 'Jamque super ripas utroque exstantior ibat Margine.' Quod in Æn. III. dixerat, 'magnoque in aggere ripas.' Et de Vulturno Sil. l. IV. 'Et ripas habitare nescientem.' Hujusmodi fluvii πληρούμενοι dicuntur ab Simocatt. VII. 17. De Tyberi, sed in tempestate, Plin. VIII. 17. 'Alveum excessit, ripis alte superfunditur, innatat campis.' Est hoc, quod de Lyco amne Curt. l. III. 'Majore vi ac mole agentem undas.' Hom. Iliad. V. πλήθοντι ποταμῷ. Plutarch. in Alexand. plenum fluvium vocat μετέωρον. *Cerda.*

63 *Stringentem ripas*] Radentem, imminuentem; nam hoc est Tyberini fluminis proprium, adeo ut ab antiquis *Rumon* dictus sit, quasi ripas ruminans et exedens: in sacris etiam *Serra* dicebatur. Unde ait nunc, 'et pinguia culta secantem:' in aliqua etiam urbis parte *Terentum* dicitur, eo quod ripas terat. Alii *Stringentem* juxta veterem morem dictum intelligunt. *Stringere* enim significare dicunt, tactu modico prætertire: ut ipse ait in X. 'Magno strinxit de corpore Turni.' *Servius.*

64 *Cæruleus Thybris*] Altus, profundus. *Idem.*

Cælo gratissimus] Pro his qui in cœlo sunt. *Idem.*

Cælo] Sic δόμοις, pro τοῖς οὖσιν ἐν τῷ δόμῳ, dictum ab Æschylo in Agam. Ursinus notat, eo versu, Δόμοις δὲ ταῦτα καὶ Κλυταιμνήστρᾳ μέλειν εἰκός; *Par est, hanc rem curæ esse domibus et Clytæmnestræ.* Ergo *cælo*, pro *cælestibus.* Cerda.

65 *Hic mihi magna domus*] Scilicet circa exitum suum: quamvis enim alibi ortus, hunc tamen locum incolo. Alii Romam dicunt. Tyberini esse domicilium, hinc dixisse 'magnam domum.' Alii ostia dicunt ab hoc, quod nos, cum per diversa discurrerimus officia, in domum nostram nos recipimus, ibique requiescimus; ut idem hic cum per reliqua spatia decurrerit, recipiat se per ostia in mare. Alii, *domum*, non Romam significare, quæ adhuc non erat, sed regionem illam, ut ostendat sibi eam domum electam, quæ ad totam gloriam perventura sit. *Servius.*

Domus] De aquis. Sic et Georg. IV. 'Jamque domum mirans genitricis, et humida regna.' Et Æneid. I. 'Nympharum domus.' Prop. I. 20. 'Grata domus Nymphis humida Thyniasin.' *Cerda.*

Celsis caput urbibus exit] De Thuscia, quam illis multum constat floruisse temporibus. Nam et Lucumones reges habebat, et maximam Italiæ superaverat partem. *Servius.*

Caput urbibus] Romam vocat Liv. l. XXI. 'Arcem et caput Italiæ.' Majore incremento Noster, ac nullo termino, præfert urbibus omnibus: nam de omnibus intelligendus. Dionys. Afer περ. Romam vocat μέγαν οἶκον ἀνάκτων, et μητέρα πασάων πολίων: *magnam domum regum, matrem omnium urbium.* Sil. l. I. 'magnanimis Romam caput urbibus alte Exerere.' Auson. Mosell. 'Caput rerum, Romam.' Sidon. I. 6. 'Domicilium legum, gymnasium literarum, curiam dignitatum, verticem mundi.' Cum illa matris appellatione, qua Dionys. illam afficit, congruunt versus isti Corippi l. I. 'Addidit antiquam tendentem brachia Romam; Exerto et nudam gestantem pectore mammam, Altricem Imperii, libertatisque parentem.' Claud. quoque Paneg.

Stil. l. III. *matrem* vocat. *Cerda.*

66 *Lacu fluvius*] Abutitur lacus nomine, ut mox, 'Quo te cunque lacus:' fluvius autem hic ipse scilicet Deus alvei. *Servius.*

Lacu] Antrum vocat Claudianus Rapt. l. III. apud quem Jupiter fluvios 'humentibus invocat antris.' Et de eodem Tyberi Sil. l. VIII. 'sacro se conjugis antro Condidit.' *Cerda.*

67 *Nox Ænean somnusque reliquit*] Ut, 'fessos cum sole reliquit:' et cito, 'orientia solis Lumina,' pro orientis solis lumina. *Servius.*

Nox Ænean somnusque reliquit] In antiquis aliquot exemplaribus, *relinquit*, per instans, ut conveniat cum *surgit*. Pierius.

Nox Ænean somnusque reliquit] Homer. Iliad. II. ἐμὲ δὲ γλυκὺς ὕπνος ἀνῆκεν: *dimisit me dulcis somnus.* Euripid. Orest. ἔβαλες ἐξ ὕπνου. Ibidem, quæ excitant a somno dixit μεταστήσουσα ὕπνου. Græci alii, ἐξυπνίζειν, διυπνίζειν, διανιστᾷν. In Platone Polit. VIII. est ἀπόσασθαι ὕπνον, cui confine διακρούεσθαι, et ἀποσείεσθαι. Quæ verba reddit Stat. Theb. l. II. per 'somnos excussit.' Quod verbi etiam est in Calpurnio, et Q. Sereno, atque aliis. Sed Virg. ideo *reliquit*, quia de placido somno: nam *excussio* de turbato, et formidoloso. Ideo minus probandus Ennius, qui in gravi somno dixit, 'Vix ægro tum corde meo me somnu reliquit.' Cum enim premimur dormientes, excutere somnum volumus: omnino ἀπώσασθαι, ἀποσείεσθαι, διακρούεσθαι. Ut vero Virg. *nox reliquit*; ita Eurip. in Herc. νὺξ ἔχει βλέφαρα: *nox habet palpebras*, pro, dormit. *Cerda.*

68 *Spectans orientia solis Lumina*] Viguit hic mos inter Gentiles, cujus etiam fit mentio Æneid. XII. 'Illi ad surgentem conversi lumina Solem.' Hunc precum ritum aliunde indicamus. Valer. Argon. III. 'Imperat hic alte Phœbi surgentis ad orbem Ferre manus, totisque simul procumbere campis.' Tertull. Apolog. 'Deinde suspicio Solem nos adorare, quod innotuerit ad Orientis regionem precari: sed et plerique vestrum affectatione aliquando et cœlestia adorandi ad Solis ortum labia vibratis.' Latin. Pacat. Paneg. Theodos. 'Nam, ut divinis rebus operantes, in eam cœli plagam ora convertimus, a qua lucis exordium est: sic ego,' &c. Apul. l. II. 'Tunc Orientem obversus, et incrementa Solis augusti tacitus imprecatus.' Dio apud Plutarch. in vita, inducitur ἀνατέλλοντι τῷ ἡλίῳ προσευξάμενος, *orientem Solem adorans.* Mos hic originem traxit ab eo, quod Vitruvius scribit IV. 5. his verbis: 'Ædes autem sacræ Deorum immortalium ad regiones, quas spectare debent, sic erunt constituendæ; uti si nulla ratio impedierit, liberaque fuerit potestas, ædis signum, quod erit in cella collocatum, spectet ad vespertinam cœli regionem; uti, qui adierint ad aram immolantes, aut sacrificia facientes, spectent ad partem cœli orientis, et simulacrum, quod erit in æde: et ita vota suscipientes contueantur ædem, et orientem cœli.' Itaque, quia qui in templis vota faciebant, conversi ad simulacra erant, ac proinde ad orientem Solem, idque ex ædium positione; factum, ut mos idem usurparetur etiam extra templa. *Cerda.*

69 *Undam de flumine palmis Sustulit*] Quia dicitur nox etiam solo somno pollnere. Unde est, 'Et noctem flumine purgat.' *Servius.*

Caris undam de flumine palmis Sustulit] In antiquis aliquot codicibus, *sustinet* legitur. Et quod subsequitur, *talis effundit*, præsenti tempore, quod in vulgatis *effudit* habetur. *Pierius.*

71 *Nymphæ*] Hic distinguendum, ut generalitatem sequatur specialitas: ut in Georgicis, 'Mater, Cyrene mater.' Nam vitiosum est post speciem genus inferre. *Servius.*

Nymphæ] Potest sic distingui: *Nymphæ Laurentes*, quoniam ipsæ in tempore fuerant necessariæ: deinde pone, *Nymphæ genus amnibus unde est*. Possumus etiam intelligere esse duplicationem. Tertia distinctio est, ut dicas, *Nymphæ*: ut generaliter proferatur: deinde ad speciem redeat et dicat, *Laurentes Nymphæ*, quæ erant præferendæ. *Donatus.*

Nymphæ Laurentes] Ex Callimacho in Hym. in Del. *νύμφαι θεσσαλίδες, ποταμοῦ γένος, εἴπατε πατρί*. *Germanus.*

Genus amnibus unde est] Quidam hic hypallagen putant; ut sit Nymphæ quæ ab amnibus genus habetis. Sane cum *unde* hodie ad locum referamus, veteres etiam personis adplicabant, ita ut ad omne genus et ad omnem numerum referrent, ut hoc loco genus fœmininum et pluralem numerum posuit, cum alibi masculinum et singularem posuerit, 'genus unde Latinum,' quod plenius in initio primi libri Æneidos dictum est. *Servius.*

72 *Tuque, o genitor cum flumine*] Sic enim vocatur in precibus, 'Adesto, Tyberine, cum tuis undis.' Tyberim vero alii a rege Aboriginum dictum volunt, qui juxta dimicans interemptus est. Alii ab eo rege, quem Glaucus Minois filius in Italia interemit. Alii, inter quos et Livius, ab Albanorum rege, qui in eum cecidit. *Idem.*

Tuque, o Thybri tuo genitor cum flumine sancto] *Tu o genitor*, distinguendum esset ex antiquis codicibus, in pronomen et adverbium vocandi. Corripereturque *tu*, ob subsequentem vocalem: quod non ideo apposui, quia lectionem hujusmodi probarem; sed, ut codicum tantum varietatem indicarem. Quidam, ut in plerisque aliis locis, *que* particulam inseruere. Hinc plerique codices habent, *tuque o Tybri, tuque o genitor*, tam imperite quam absurde. Perinde ac etiam *xancto* pro *sancto* scripsere. Nam *s* etiam simplex in *x* mutare quorundam mos fuit, ut habetur in veterum monumentis, *Cassius xecundus*, et alia quædam hujusmodi. *Pierius.*

Tuque, o Thybri tuo gen.] Ita Servius et plerique Codd. veteres: quod et Fabricius notat. Et quia ἀναφορὰ ἐκφωνητικὴ vehementior est, ideo lectio etiam probior. Formula autem invocandi erat: 'Adesto Tiberine cum tuis undis.' Vulgati: *Tuque o Tybri, tuo gen.* Quidam vett. etiam: *Tuque o Tybri, tuque o gen.* male. *Taubmann.*

Genitor] Honoris causa: vel quia subit, quod ut pater consuluerat. *Donatus.*

Cum flumine] Nihil est aliud, 'Tybris cum flumine,' quam Tybris ipse, aut flumen ipsum. Ita Silius l. VIII. 'Sed pater ingenti medios illabitur amne Albula.' Et l. IX. 'Eridanus captivo defluit alveo.' *Cerda.*

73 *Accipite Ænean*] Sapit versum Soph. Elect. Δέξασθέ μ' εὐτυχοῦντα ταῖς ὁδοῖς: *Accipite me læto successu per hasce vias.* Et Virgilium Statius Theb. l. IV. ubi precatio fit ad fluvium: 'bellis modo lætus ovantes Accipias, fessisque libens iterum hospita pandas Flumina, defensasque velis agnoscere turmas.' Bacchus apud Nonn. libr. XI. loquens cum fluvio, ἠβήτηρα δέχεσθε: *juvenem accipite;* qui videlicet juvenis natatui se committebat. Idem Nonn. l. X. Δέξο με καὶ σὺ θάλασσα, μετὰ χθόνα δέχνυσο Νηρεῦ Χειρὶ φιλοξείνῳ: *Accipe me, et tu mare, accipe me Nereu post terram Manu benigna, hospitali.* Pari gustu Propert. I. 8. 'Accipiat placidis Oricos æquoribus.' *Idem.*

Arcete periclis] Hypallage, pro a me prohibete pericula. *Servius.*

74 *Quo te cumque lacus miserantem incommoda nostra Fonte tenet*] In Romano codice, *tenent* legitur, ut *lacus* sit pluralis numeri. Non enim adhuc

m Fontem aut Lacum novit.

e cumque lacus tenet] Lacus est m latentis adhuc aquæ recep-: et dictus lacus quasi lacu-; qua erumpens aqua efficit : qui cum fluere cœpit, alve-t. Unde tria ista dixit: la-ontem, alveum. Hoc enim ocunque solo pulcherrimus Quanquam multi hoc versu sionem ejus velint significari : em hoc dixit Æneas, quia au-'Hic mihi magna domus, celsis rbibus exit.' *Servius.*

e cunque lacus] Hoc ergo nu-ondet: Ubicunque te inve-ve ex fonte nascentem, sive no collectum, sive fluentem eros exitus; venerabor te pro tuis, et semper offeram vota.

ocunque solo pulc. exis] De Hom. Od. Λ. ὃς πολὺ κάλλιστος ἐπὶ γαῖαν ἵησι. Et hæ laudes, compendiosæ, sapere mihi r versus hos, qui apud Dio-Afrum laudes ejusdem fluvii nt. Θύβρις ἐλισσόμενος καθαρὸν ἅλα βάλλει, Θύβρις ἐϋῤῥείτης βασιλεύτατος ἄλλων, Θύβρις, ὃν ἀνατέμνεται ἄνδιχα ῥόμην, τιμήεσσαν ἐμῶν μέγαν οἶκον . Ut autem hic *corniger*um, ra, *taurino cornua vultu*, de *Germanus.*

emper honore meo] Amphibo-eit. Satis autem pie *Æneas* ur, cum Tyberis verecunde rit. Ait namque, 'Mihi vic-orem Persolves.' *Servius.*

r] *Semper*, duplicatum, ple-estitorum memoriam significat *...atus.*

r honore meo, &c.] Fluvio tantarum rerum monitori pro-ur sacra. Apud Sil. l. III. ur meritis monitor Cybeleius cilicet ab Annibale, qui eti-lis sacra fecit, uni imperium

Mercurio, qui sibi indicaverat exitum Italici belli. Est etiam par Virgil. locus ejusdem Sil. l. IV. 'At Pœnus multo fluvium veneratus honore, Gramineas undis stravit socialibus aras.' Versum Virgilii mutavit Claudian. Paneg. Olibr. flexu isto, 'Semper honoratus nostris celebrabitur undis Iste dies.' *Cerda.*

Semper celebrabere donis] In plerisque codicibus antiquis, *venerabere*, specie Latino sermoni insolita: *celebrabere* autem omnino melius. *Pierius.*

77 *Corniger*] Flumina ideo cum cornibus pinguntur, sive quod mugitum boum imitatur murmur undarum: sive quod plerumque in cornuum similitudine curvatas cernimus ripas. *Servius.*

Hesperidum fluvius regnator aquarum] Bene addidit *Hesperidum*, id est, Italicarum. Nam Eridanus rex est fluminum Hesperiæ, ut, 'Fluviorum rex Eridanus.' *Fluvius* vero, vocativus antiquus est, quia apud majores in omni forma similis erat nominativo. Sed modo aliter est in secunda tantum forma: namque si proprium fuerit nomen, et *i* ante *us* habuerit, *us* perdita facit vocativum: ut *Terentius*, *Terenti*, nullo excepto: si autem appellativum sit, in *e* mittit si vocativum, ut *pius pie*, *fluvius fluvie*: excepto *filius*, nam *fili* facit. Plerumque tamen poëtæ euphoniæ causa antiquitatem sequuntur. *Idem.*

Regnator] Ut ostendat omnibus fluminibus potiorem. *Donatus.*

Regnator] Vulgo alibi est *Rex*: ita *Æn.* II. 'Regnatorem Asiæ.' Quam vocis dignitatem Scal. notat IV. 16. *Taubmann.*

78 *Adsis o tantum, et propius*] In Romano codice, et in Mediceo, *adsis o tantum* legitur. In aliis ... *adsis, et tandem propius.* ... *...entatius est, o tandem.* ...

Et propius] Legitur ... *Et, si propius, familiaria...*

significat: ut, 'et proprius res aspice nostras.' Si autem *propius*, citius significat. Cicero in Verrinis, 'Nec eo quicquam est propius factum, quam ut illud exemplum de Adriano Syracusas referretur.' Et hoc est melius: nam statim est porca conspecta, et Æneas non dubitavit de fide oraculi, sed exposcit celeritatem. *Servius.*

Adsis o tantum] De hac formula videndus Brisson. Produco imitatorem Sil. l. IV. 'Adsis, o, firmesque tuæ, Pater, alitis omen.' *Cerda.*

Tua numina] Tua oracula et promissa. *Servius.*

Tua numina] Contendit enixe Mellerus in suis Spicilegiis legendum *omina*, ex veterum more satis trito, qui omina firmari poscebant: et nihil putat obstare hiatum versus. Nam Virg. ipse, 'Credimus, an qui amant.' Agnosco formam, nec muto versum. Dicuntur enim Dii tueri, firmare, vindicare, sancire sua numina. De quo alibi. *Cerda.*

79 *Geminas*] Pro duas. *Servius.*

Geminasque leg. de cl. biremis] Notat Turneb. Advers. XXIV. 40. Poëtam posteriora tempora respexisse: necdum enim Æneæ sæcula talia invenisse navigia, quæ sequentia exhibuerint. *Germanus.*

80 *Remigioque aptat*] Id est, ad remigium, officium remigantium, alibi pro turba remigantium: ut, 'Remigium supplet.' *Servius.*

Socios simul instruit armis] *Socios* appellat classiarios istos seu epibatas. *Pontanus.*

81 *Monstrum*] Quia et subito et cum triginta porcellis est visa. *Serv.*

Monstrum] Id est, quod est contra rationem naturæ. *Donatus.*

Monstrum] Propria usus voce, a monstrando et prædivinando: ut et portentum a portendendo. Videatur Cic. de Divin. *Cerda.*

82 *Fœtu concolor albo*] Expedita locutio. *Servius.*

83 *Procubuit*] Sen. epist. [illegible] extulit flexu alio: 'Fœtus su[illegible] distinguunt feræ, et se in ali[illegible] pariter omnium sternunt.' *Ce[illegible]*

Viridique in litore] Fluviali [illegible] *Servius.*

Viridique in litore] Id est, flu[illegible] nam in III. 'Cum tibi sollicito [illegible] ad fluminis undam Litoreis in[illegible] venta sub ilicibus sus.' Nec [illegible] dari litora fluminibus, ut et ri[illegible] ri. Mitto rem tritam. *Cerda.*

Conspicitur sus] Horatius, '[illegible] ca luto sus.' Sciendum tam[illegible] esse vitiosum monosyllabo fin[illegible] sum, nisi forte ipso monosyll[illegible] nora explicentur animalia. Ut, [illegible] turient montes nascetur ri[illegible] mus.' Gratiores enim versus h[illegible] secundum Lucilium. *Servius.*

84 *Pius Æneas*] Oportun[illegible] theton, quoniam rem divina[illegible] *Idem.*

Tibi enim] Vacat *enim*, et [illegible] ad ornatum pertinet: integr[illegible] ergo *tibi*, ut ex iteratione [illegible] augmentum. Terentius, 'O [illegible] Mysis.' *Idem.*

Maxima Juno] Quæsitum e[illegible] sit Juno maxima. Nam, ut di[illegible] variæ sunt ejus potestates: ut [illegible] tis, Lucina, Matrona, Regi[illegible] dicunt Theologi ipsam esse [illegible] Deum, quæ Terra dicitur. U[illegible] tiam porca ei sacrificatur. Er[illegible] rite elegit epitheton, ut *maxi*[illegible] ceret. *Servius.*

85 *Mactat sacra*] Mactati[illegible] immolationem est: unde b[illegible] est compendio. Sane hyster[illegible] ron est in hoc versu: Prim[illegible] est, *cum grege sistit ad aram*: [illegible] *mactat*, id est, auget, perficit [illegible] sciendum sacrum proprie esse, [illegible] ad Deos pertinet, et hic brevi[illegible] tum sacrificium dixit. *Idem.*

Mactat] Prius sistit, deinde [illegible] tat. Ergo ordo est, Quam [illegible] tibi ad aras cum grege sistit, e[illegible] grege mactat: ut intelligatur

[illegible] certamine. *Donatus.*

[illegible]] Verba [illegible] [illegible] sacrorum sunt, et Bru- [illegible] observata. *Cerda.*

[illegible] grege] Ambitione Poëta tri- [illegible] gregem dixit. *Servius.*

[illegible]] Hic [illegible] ipsum [illegible] lenitum accipiendum est.

[illegible] longa est nocte] In quantum [illegible]: ut, 'Nunc hiemem inter [illegible] quam longa fovere.' *Idem.*

[illegible] longa est nocte] In codicibus antiquis, non habetur *est*, sed [illegible] paratam illam priorem lectio- [illegible] docuit Servius. *Pierius.*

[illegible] *Lenit*] Hom. Od. [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. *Germanus.*

[illegible]it, *et tacita*] In Romano co- [illegible] suo, *lenit*, unico *i*, quod [illegible] figura scribi debet, ut [illegible] accipiatur, sicuti *memor* : vel spondeus est [illegible] [illegible]. Sed magis placet *leniit*, dacty- [illegible]*ierius.*

[illegible]] Velut in alveum suum [illegible], ut Æneas, contra undas [illegible], descendentis celeritate pro- [illegible] uteretur. *Servius.*

[illegible]*itis*] Vel ad Tyberim, vel ad [illegible] referes. *Idem.*

[illegible]] Et mente et flumine, prop- [illegible] igationem. *Donatus.*

[illegible] *aquis*] Ipsius æqualita- [illegible] et post ait, 'Placido æquo- [illegible]*rvius.*

[illegible]*eret æquor aquis*] Sæpe Hom. [illegible]*llon*. ἐστόρεσε πόντον, et ἐστρω- [illegible]eo, quod est γαλήνην ἐποίησε· [illegible] admonuimus. *Germanus.*

[illegible] *ut luctamen abesset*] Nam ali- [illegible]ctantur marmore tonsæ.' Et [illegible] I. Paneg. Stilicon. 'Stag- [illegible] ctantes quaterent Saturnia re- [illegible] describit utique Poëta milites [illegible]ζοντας, et qui nullo essent [illegible] et nullo ῥοθίῳ κώπῃ, ut loqui- [illegible]stid. Orat. πρὸς τοὺς αἰτιωμ.

Ovid. Trist. IV. 3. ab [illegible] [illegible] [illegible] remis : ut etiam Auson. in Mo- sella. *Cerda.*

90 *Ergo iter inceptum celerant*] In plerisque codicibus antiquis, peragunt, legitur. Utrumque placet, sed me- lius celerant. In Mediceo, celebrant, quod cum eo quadraret, quod sequi- tur, 'rumore secundo.' Quod vero ajunt interpretes rumore secundo, id est, bona fama, nihil ad Virgilianam sententiam facere videtur. Nam ru- mor hic pro plausu ponitur. *Pierius.*

Celerant] Alii, *celebrant*. *Taubm.*

Rumore secundo] Hoc est bona fa- ma, cum neminem læderent. Aut certe dicit ante eos venisse quam fama nuntiaret esse venturos. Aut rumore pro *Rumone* posuit. Nam, ut supra diximus, Rumon dictus est, unde et ficus ruminalis ad quam ejec- ti sunt Remus et Romulus : quæ fuit ubi nunc est Lupercal in circo ; hac enim labebatur Tyberis, antequam Vertumno factis sacrificiis avertere- tur. Quamvis ficum ruminalem alii a Romulo velint dictam, quasi Romu- larem. Alii a lacte infantibus dato. Nam pars gutturis, ruma dicitur. Er- go si fuerit *Rumone secundo*, favente fluvio intelligimus. *Servius.*

Rumore secundo] Ego existimo Ma- ronem dicere Trojanos lenitate flumi- nis, et monstro albæ scrophæ exhila- ratos, lætis et secundis ominibus et acclamationibus iter inceptum ur- gere ; *rumorem* enim sic vocat hic, et omnia significat, ut apud veterem poëtam : 'Solvere imperat secundo rumore adversaque avi.' *Turnebus.*

Rumore secundo] Accipio plausum nautarum, ad eum modum, quo l. III. 'Nauticus exoritur vario certamine clamor.' Ut et Sil. l. XI. 'Nauticus implebat resonantia litora clamor.' Sic illud Ennii Annal. l. VII. 'populi rumore secundo,' accipio, læto popu- li plausu, et favore. Ita et illud Sue- vi apud Macrob. Satur. VI. 1. 'Re- deunt, referuntque petita rumore

secundo.' Et veterem Poëtam apud Tull. Divin. I. 'Solvere imperat secundo rumore, adversaque avi.' Quæ verba clare notant celeusma nauticum. Hæc simplex, et vera, ut puto, explicatio. *Cerda.*

91 *Labitur uncta vadis abies*] Descendentis celeritate prope conscendit. Statius de disco, 'similisque cadenti Crescit in adversum.' *Servius.*

Labitur uncta vadis abies] In codicibus aliquot antiquis *uda*, non *uncta*, legitur. Sed *uncta* magis proprium, quo epitheto alias etiam Poëta usus est ad pingendas naves, 'natat uncta carina.' Quod vero subjunxit, 'Undas et nemus mirari,' secundum Pythagoræ disciplinam dictum, qui putabat omnia, spiritum vegetationis habentia, posse mirari. *Pierius.*

Uncta] Forte idem apud Græcos μέλαινα, quod interpres Homer. Il. B. exponit, pice oblita, seu picata. *Hart.*

Mirantur et undæ] Laus Trojanorum per phantasiam quandam ex undarum vel nemoris admiratione veniens. *Servius.*

92 *Insuetum*] Hypallagen agnosco; fluvio enim insuetæ erant naves illæ, et arma. *Cerda.*

Fulgentia] Ita Apollon. Arg. I. in navigatione Argon. Στράπτε δ' ὑπ' ἠελίῳ φλογὶ εἴκελα νηὸς ἰούσης Τεύχεα. *Fulgebant vero a Sole instar ignis, nave eunte, Arma.* Cerda.

93 *Pictas carin.*] V. N. Æn. v. 663. *Taubmann.*

94 *Noctemque diemque fatigant*] Ut, 'Silvasque fatigant,' pro ipsi fatigantur. An deest *se*, ut sit fatigant se: an *diem fatigant*, pro occupant et consumunt? *Servius.*

95 *Superant flexus*] *Superant*, transeunt, ut 'Fontem superare Timavi.' Et hic ostendit non esse alveum fluminis rectum. Quia Tyberim libri Augurum colubrum locuntur, tanquam flexuosum. *Idem.*

Variisque teguntur Arboribus] Hoc est, 'Hunc inter fluvio Tyberinus amœno.' *Idem.*

96 *Secant placido æquore silvas*] Ostendit adeo perspicuam fuisse naturam fluminis, ut in eo apparerent imagines nemorum, quas Trojanæ naves secabant. Terentianus, 'Natura sic est fluminis, ut obvias imagines nemorum receptet in lucem suam.' *Servius.*

Secant silvas] Ut Virg. *secari silvas*, dixit, quia una cum undis viderentur secari, ita Sen. epist. 114. ex correctione Jos. Scal. 'versoque vado remigant hortos.' Sed de loco Sen. vide Lips. *Cerda.*

97 *Sol medium cæli conscenderat igneus orbem*] Alterius scilicet diei. *Servius.*

Sol medium, &c.] Ad verbum Hom. Iliad. l. VIII. ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει. Repetit Odyss. VIII. Stat. Theb. v. 'Sol operum medius summo librabat Olympo.' Claud. Rapt. III. 'Sed postquam medio Sol altior astitit orbe.' Sumpsit fortasse Claud. ab Sophoc. qui Antig. ἐν αἰθέρι Μέσῳ κατέστη λαμπρὸς ἡλίου κύκλος: *in æthere Medio adstitit splendidus Solis orbis.* Valer. Arg. III. 'Jam summus cœli Phœbus candentior arcus Vicerat, et longas medius revocaverat umbras.' Accepit Valerius ab Ovid. qui Met. XIV. 'cœli medio cum plurimus orbe Sol erat, et minimas a vertice fecerat umbras.' Pulchre Nazian. Carm. 50. Ἢ πυρόεν βάλλοντος ὑπὲρ κρατὸς ἠελίοιο. Quia videlicet tunc est Sol supra hominum capita. *Cerda.*

98 *Cum muros arcemque procul*] Palatinum vidit: nec situm præsentem considerare debemus. Tunc enim nullis obstantibus ædificiis, et Tyberi per Lupercal (ut diximus) fluente, facile mons poterat videri Palatinus. *Servius.*

Cum muros arcemque procul, ac rara domorum] In Oblongo codice pervteri, et quibusdam aliis, *arces* legitur numero multitudinis, ut referatur ad

colles septem, vel ad illud, 'Septemque una sibi muro circumdedit arces.' Nam '*rara* domorum Tecta vident, quæ nunc Romana potentia cœlo Æquavit.' Est autem pro *et rara*, in Romano codice, et in Mediceo, *ac*. Pierius.

99 *Cælo æquavit*] Pro ad cœlum extulit. *Servius*.

Quæ nunc Romana potentia, &c.] Ab hoc loco Stat. Silv. III. 'Nec mora jam Latii montes, veteresque Penates Euandri, quos mole nova Pater inclytus urbis Excolit, et summis æquat Germanicus astris.' Et Æn. II. 'æquataque machina cœlo.' In Græco Epig. πρὸς ὄλυμπον ἐμηχανέοντο κολοσσόν. Silius lib. XI. miro incremento, 'saxa impellentia cœlum.' Loquitur scilicet de Alpibus, et de iisdem in I. 'et saxa minantia cœlo.' Sed hæc obvia in Poëtis. *Cerda*.

100 *Euandrus habebat*] In Romano, et in Mediceo, *Euandrus*. Nam *Euander*, vocativi casus esse volunt, pro *Euandre*, κατὰ μετάθεσιν. Reliqui tamen codices *Euander* habent nominativo casu. Voluntque alii *Euandre* in vocativo fieri κατὰ μετάθεσιν, ut illud, 'Nam tibi Tymbre caput,' quod agnoscit Probus. Sosipater tamen Carisius ita scribit, 'Alexander, Teucer dici debet: sed et Alexandrus, et Teucrus dici possunt, ut Virgilius, Teucrus et Euandrus, secundum illam scilicet rationem, qua nomina Græca in *os* exeuntia, Latine in *us* exire Aurelio placet.' Contra quam regulam a Græcis ἄγρος, idem a nobis *ager* dicitur. Ideoque, ut in his, et cæteris consuetudo sequenda est. Sed enim super hoc latius habetur libro tertio, eo versu *Teucrus Rhœteas*. Pierius.

102 *Forte die sollemnem illo*] Εὐσυμβόλως, id est, bono omine victori Deo, Trojanis venientibus, sacra celebrabantur. Bona etiam usus est œconomia. *Servius*.

Forte die sollemnem illo] In Romano codice, *solemne* genere neutro legitur, quod minime placet. *Pierius*.

103 *Amphitryoniadæ magno divisque ferebat*] Amphitryo rex Thebanorum fuit, cujus uxorem Alcmenam Jupiter adamavit, et dum vir ejus Œcaliam civitatem oppugnat, de trinoctio facta una nocte, cum ea concubuit: quæ post duos edidit filios; unum de Jove, id est, Herculem; alterum de marito qui Iphitus appellatus est. Ergo adsumpsit epitheton Amphitryoniadæ, et satis perite ait, 'Divisque ferebat.' Nam cuivis Deo sacrificaretur, necesse erat post ipsum reliquos invocari. *Servius*.

Magno] Apparet hoc fuisse epithetum proprium Herculis. Sic infra, 'Maximus ultor.' Arnob. etiam l. I. 'Nonne ipsum Herculem magnum?' Magnitudo enim Herculei corporis celebrata omnibus, ut etiam animi. *Cerd.*

Divisque ferebat] Quidam sic intelligunt: Ergo Hercules de Divis est, ut est illud schema, 'Cœumque Iapetumque creat, sævumque Typhoëa, Et conjuratos cœlum rescindere fratres:' ergo et superiores tres conjurati: et, 'niveamque Paron sparsasque per æquor Cycladas:' ergo et illa e Cycladibus. *Servius*.

Ferebat] Verbum sacrum. Plaut. Asin. 'Tum si coronas, serta, unguenta jusseris Ancillam ferre Veneri, aut Cupidini.' *Cerda*.

104 *Ante urbem*] Secundum antiquum situm. Tunc enim brevis civitas fuerat. *Servius*.

Ante urbem] Ut sacra sæpe intra urbem, ita sæpe extra urbem, et in agris, ex religione. Sed de unis sacris Herculis extra urbem locus est insignis in Orat. Demosth. de Falsa Legat. ubi, cum dixerit coactos fuisse Athenienses alterius oratione, ἡράκλεια ἐντὸς θύειν τείχους, εἰρήνης οὔσης: *Herculis sacra intra mœnia facere, cum pax esset*, postea subjicit, ὃ καὶ θαυμάζω, εἰ μηδὲ τὸν τοὺς θεοὺς καθ' ὃ πάτριον ἦν τιμᾶσθαι ποιήσαντα, τοῦτον ἀτιμώρη-

τον ἀφήσεται: *id quod miror, si eum, per quem Deos patrio ritu colere non licuit, impune dimittetis.* Hinc colligo, non illum erraturum, qui Euandri sacra referat ad Græcum ritum. Notat vero senior Scal. Poët. III. 26. fieri sacra a Virg. Herculi extra muros, 'quia fuit pene semper peregrinus.' Scaligero accinit observatio mea ex Plutarch. ἐν ῥωμ. ubi ait, pueros juraturos per Herculem εἰς ὕπαιθρον προϊέναι: *exire sub dium.* Et ratio, quia hic Deus, οὐκ ἐπιχώριος, ἀλλὰ πόῤῥωθεν ξένος: *non indigena, sed hospes et peregrinus.* Cerda.

Luco] *Lucum* Scal. III. 89. dictum ait, quod sacrificiorum frequentia *luceat.* Taubmann.

Pallas huic filius] Pro, cum hoc. *Servius.*

Pallas huic filius una] Quod in veteribus aliquot codicibus *Pallans* scriptum inveniatur, non est præter alicujus ætatis consuetudinem. Nam præter ea, quæ alibi retulimus, in antiquis inscriptionibus observata, Romæ apud Marium Melinum, magnæ celebritatis Patricium, hospitem olim meum officiosissimum, in antiquissimi monumenti titulo, vidi *Pallans* per *n* scriptum. Est vero cippus is pulcherrime elaboratus opere Corinthio, omnium, quæ ad hanc diem viderim, lascivissimo, cujus inscriptionis verba singula in hunc modum habent,

VOLVSIAE
ARBVSCVLAE
PALLANS Q. N.
A. FRVM.
CONTVBERNALI
CARISSIMAE ET SIBI.

In cujus basi est

PERMISSV DEC.

Alibi etiam nomen id hoc pacto scriptum, in veterum monumentis observavi, præsertimque *ll* duplicato, quod jam plerique non illiterati viri simplici *l* scribere cœperunt. Sed enim non sum nescius, veteres inscriptiones hujusmodi plerumque variare, literamque ipsam *n*, non modo superaddi solitam, verum etiam, ubi ex analogiæ ratione sit adscribenda, plerumque rejici, ut alibi factum in nominibus, *infas*, et *clemes* ostendimus. Sed quamvis ita veteres scriptitaverint; Probus tamen Valerius nomen hoc in *as* terminari tradit. Et hunc locum citat, ut *as* longum ostendat. Qui si *ans* per *n* et *s* agnovisset, non hoc usus esset testimonio. Alibique errare eos dicit, qui putant *Palladis* genitivum a recto *Pallans*, per *n* literam: et *Palladis* a *Pallas*, absque *n* deduci: quas voces accentu tantum distingui monstrat, quum *Pallas* Dea, sit oxytonon: *Pallans*, heros, paroxytonon. De terminatione vero eorum nominum, quæ sunt *infas*, et *clemes*, satis est libro primo dictum. Hujusmodi vero generis est etiam *prægnas*, quod per *as* absque *n* in antiquissimo codice Terentiano scriptum in Ecyra legi eo loco, 'Nam abducta a vobis prægnas fuerat filia.' Sane apud Sosipatrum Carisium, ubi utrum *partium*, an *partum*, genitivo plurali a *pars partis*, dicendum sit, quæritur, Plinii verba referuntur, dicentis, consuetudinem jam *partium* proferre cœpisse, ut *prægnatium*, et *optimatium*: ubi videtur etiam *prægnas prægnatis*, ut *optimas optimatis*, a Plinio agnitum. Illud pro corollario addere visum est, quod in eodem codice Terentiano, qui est in bibliotheca Vaticana, qui subsequitur versus post eum, quem paulo ante citabamus, 'Neque fuisse prægnantem unquam ante hanc scivi diem:' absque dictione *prægnantem*, notatus est, ut ita legatur, 'Nam abducta a vobis prægnas fuerat filia. Neque fuisse unquam ante hanc scivi diem.' Quam lectionem ex peritis nonnulli plurimum approbarunt. Sed enim animadvertendum, non esse locum Pyrrhichio in senario versu, nisi bis absque synalœpha scandere voluerimus, primo loco Tribrachym statuentes, in hunc modum: *Neque fu-*

m an. te hanc. scivi. diem.
: in medio relinquere con-
quæ sola sibi longum ora-
iratum exposcerent, tam
d eum quoque auctorem
a temporum labefactata.

num primi, pauperque sena-
ı ostendit ætatem, et præ-
es: nam per senatum, se-
ificavit. Pauper autem,
erum retulit (centum enim
) fuerunt) aut revera Pau-
od Romani imperii osten-
nonia pro laude tunc ha-
bri veterum tradunt a ma-
rificando parsimoniam ob-
se. Servius.
natus] Et numero et opi-
e. Donatus.
s dabant] Dabant, verbo
sus est. Nam dici solebat
Da quod debes de manu
' Servius.
bant] Explicat Bris. lib. i.
ura dare, videlicet, quod
nte ipsa numinum signa
jicere;' quod Ovid. 'thura
ere;' quod Plin. xii. 14.
re.' Cerda.
e cruor] Frustra quidam
corum, sanguinem homi-
it. Nam Juvenalis ait,
et, et a magno cervix fe-
istro.' Virgilius, 'Atque
at veste cruores.' Servius.
s videre rates] Quia dixit,
ue legit de classe biremes.'

um Adlabi nemus] Hoc est,
: ut, 'hunc inter fluvio
amœno.' Et est honesta
si dicas, Inter cœnam lo-
ı, id est, per cœnam. Id.
bi nemus, et tacitis incum-
In Romano codice, et ali-
tacitos legitur, quippe vi-
men displicet tacitis remis.

cumbere remis] Pro ipsi

taciti, id est, sine celeusmate. Serv.

Tacitis incumbere remis] Hic dictum *tacitis remis*, ut l. x. 'tacitis subremigat undis.' Quia videlicet adlapsus potius fuit, quam remigatio in amne placidissimo, nullo remorum luctamine. Itaque hoc est, quod Stat. l. viii. 'ratis conticuit per fluctus:' et l. iv. 'tacitas undas:' ibid. 'pigra vado Langia tacente:' et l. xii. 'tacent sine litore fluctus.' Quod Aristid. in Ægyptiaca de aquis, ἀτρεμεῖ μένει. Quod Nonn. loquens de Nymphis l. xxii. Σιγαλέοις ἑλικηδὸν ἐμυκήσαντο ῥεέθροις: *Taciturnis volutim sonabant fluctibus.* Allusum a Virg. ad Hom. Iliad. viii. μὴ μὰν ἀσπουδεί γε νεῶν ἐπιβαῖεν ἕκηλοι: ubi ἀσπουδεὶ, et ἕκηλοι indicant rem Virgilii. Nam Hector ibi loquens eo est animo, ut putet abituros Græcos nullo navium strepitu, ut solent qui insidias per aquas struunt, quarum exemplum habes in Ammian. l. xviii. ubi loquitur de Juliano Cæsare, ad cujus imperium milites 'decurrere jubentur per flumen adeo taciti, ut etiam remi suspenderentur, ne Barbaros sonitus excitaret undarum.' *Cerda.*

110 *Consurgunt mensis*] Quidam mensas proprie Deorum tradunt, nam et ideo subjunctum, 'quos rumpere Pallas Sacra vetat.' Ne interruptione sacrificii (*rumpere* enim pro interrumpere posuit) piaculum committeretur. Unde etiam Helenus, 'Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum, Hostilis facies occurrat, et omina turbet.' Denique cum ludi Circenses Apollini celebrarentur, ut Hannibal nuntiatus est circa portam Collinam urbi ingruere; omnes raptis armis concurrerunt. Reversi postea cum piaculum formidarent, invenerunt saltantem in circo senem quendam: qui, cum interrogatus, dixisset se non interrupisse saltationem, dictum est hoc proverbium: 'salva res est, saltat senex.' *Audacem* autem dicit ubique Virgilius

quoties vult ostendere virtutem sine fortuna: unde etiam Turnum audacem vocat. *Servius.*

Consurgunt mensis] Videtur hæc vox fuisse solemnis ad hanc rem, vel ex uno Catullo, qui in Nupt. Carmine, mensarum mentione non facta, tantum, 'vesper adest, juvenes, consurgite;' id est, a mensis. *Cerda.*

Consurgunt mensis] Convivia olim rem sacram comitabantur: ad quæ adhibebantur tantum carissimi. De quo ad Plautum Milite act. III. 1. *Taubmann.*

Audax] Non temerarius, sed propria virtute confidens. *Donatus.*

Audax] Scalig. Poët. III. 26. Aspice, mihi, inquit juvenem, et fortem, et religiosum, et acrem. 'Vetat sacra rumpere.' Deinde, 'rapit telum,' non *sumit:* mox, *volat;* ipse, non alius ejus jussu. *Taubmann.*

Rumpere sacra vetat] Nam sacra, quavis ex caussa, interrumpere, piaculum erat, ne repentino quidem in urbem hostium incursu nunciato. Vide Plut. in Numa et libr. De Superstit. *Taubmann.*

112 *Et procul*] Cum assiduum bellum gererent cum gente Latina, non mirum si anxie cuncta exploraret. *Donatus.*

Juvenes, quæ caussa subegit] Succincta et plena interrogatio: cui per singula respondit Æneas. *Servius.*

O Juvenes] Oratio necessariis in tanto metu interrogationibus plena. *Donatus.*

Quæ caussa subegit Ignotas tentare vias] In antiquis aliquot exemplaribus, *quæ cura* legitur. Sed *caussa* magis placet. Ea enim ab Ænea refertur, eo versu, 'Quos illi bello profugos egere superbo.' *Pierius.*

113 *Ignotas tentare vias*] Ideo *ignotas*, quia videt eos esse peregrinos; et bene breviter; sed frequentius interrogationibus eos urget, ut, 'State viri: quæ caussa viæ, quive estis, in armis?' *Servius.*

Quo tenditis] Quia ex deflexu videbat illos velle descendere. *Don.*

114 *Qui genus*] Quo genere, et bona elocutio. *Servius.*

Qui genus] In antiquis aliquot codicibus, *qui genus* non ineleganter positum. In aliquot aliis *quis genus:* quod aliis diligentius examinandum relinquo. *Pierius.*

Qui genus] Versus pene Hom. Od. I. Τίς; πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες. Ut etiam Odyss. III. Ὦ ξεῖνοι, τίνες ἔστε; πόθεν πλεῖσθ' ὑγρὰ κέλευθα; Quem versum repetit Odyss. IX. et alias sæpe. Odyss. etiam VII. Τίς; πόθεν εἶς ἀνδρῶν; τίς τοι τάδε εἵματ' ἔδωκεν; His locis etiam institit Euripid. in Cyclop. ubi Polyphemus magna cura Græcos examinat: Θέλω δ' ἔρεσθαι· πόθεν ἐπλεύσατ' ὦ ξένοι; Ποδαποί; τίς ὑμᾶς ἐξεπαίδευσεν πόλις; Et in Hel. Ἀτὰρ τίς εἶ; πόθεν τίνος; et in Rhes. τίς; ἢ πόθεν; ἢ ποίας πάτρας; Hæc nolui reddere, ut quæ eandem contineant sententiam cum Virgiliana. Ut vero Hom. et Eurip. paria multa loca de re eadem; ita et Virg. Nam etiam in Æn. I. 'Sed vos, qui tandem? quibus aut venistis ab oris?' Iterum: 'Quis te, nate Dea, per tanta pericula casus,' &c. Et in VI. 'Sed te qui vivum casus, age, fare,' &c. *Cerd.*

Unde domo] De qua civitate? *Serv.*

Unde domo] Arripuit Hor. epist. I. 7. 'Quære, et refer, unde domo? quis?' Sil. l. X. 'ingentia bella Clusina venere domo.' Sueton. Vitell. cap. 2. 'Vitellius domo Nuceria.' Plaut. Pœn. 'domo Carthaginiensi.' Virg. VII. 'Qui Cerete domo.' In his omnibus patriam intellige, sedesque cujusque, et domicilium. Sil. l. III. 'Alpina domo,' quasi in Alpibus fuerit domicilium. Sed præclarum est Sidonii testimonium I. 11. 'Cæterum si requisisses, qui genus? unde domo? non emiuentius, quam municipaliter natus,' &c. ubi domum explicat per municipium. *Cerda.*

An arma] Tropum fecit metri

Jam consequens erat, ut *pacem*, subjungat bellum.

pi sic fatur ab alta] Sic in- m, ut simul dicat et faciat.

iferæque manu ramum præ- r] Ne moram faceret in re- quoniam Pallas prius de sierat, et ideo mox signum ndit, ut cætera Pallas secu- t. *Idem*.

olivæ] Pacis nota data huic Ovid. Metam. VI. 'oleis pa- et de Pont. I. 1. 'pacatæ ræ.' Inde Virg. in VI. illam ribuit Regi pacifico. Silius s ramum vocat, 'pacis pig- 'rudent. περ. στεφ. 'pacis ' Valerius quinto Argon. que imbellis olivæ:' et libro virgam paciferam.' Tertul- Coron. 'mitem.' Stat. l. XII. sontis olivæ.' Et Theb. II. præfatur oliva.' Polyb. l. III. spiam induxerit Barbaros s oleæ, adjicit, τοῦτο γὰρ σχε- τοῖς βαρβάροις ἐστὶ σύνθημα ὥσπερ τὸ κηρυκεῖον τοῖς Ἕλλη- *hoc fere apud omnes Barbaros ignum, ut inter Græcos cadu- erda*.

Trojugenas ac tela] Breviter quæsitis respondit: et *Tro- ad Qui genus* referendum.

ides inimica Latinis] Bona o: nam audierat, ut 'Hi ssidue ducunt cum gente Ergo 'tela inimica' ad illud 'Pacemne huc fertis, an *Idem*.

nos illi bello profugos] Sicut Et movet conciliationem similitudine fortunæ. *Idem*.

os] Ut ostendat juxta pere- mites. *Donatus*.

o] Injusto. *Servius*.

o] Quia injustum. *Donatus*.

Evandrum petimus] Hoc ad 'Quo tenditis' pertinet. *Servius*.

Ferte hæc] Hoc ad ramum pertinet. *Dicite* ad verba. Et *ferte* vobiscum et *dicite κατ' αὐτό*. *Idem*.

Dicite] Quia non solus in tanto tu- multu venerat Pallas. *Donatus*.

120 *Dardaniæ venisse duces*] In Ro- mano codice, et aliquot aliis, *duces* legitur, in nonnullis *viros*. In pleris- que vero codicibus, vel hæc vel illa dictio abrasa discernitur. Sed enim *duces* omnino magnificentius est. *Pierius*.

Dicite lectos Dardaniæ venisse duces] Et ad meritum ejus pertinet, qui fu- erat rogandus, et ad terrorem, si contrariis votis exciperentur. Et extolli debet *Dardaniæ*, quia loco laudis est positum. *Donatus*.

Socia arma rogantes] Hoc ad illud pertinet, 'quæ caussa subegit.' *Ro- gantes* autem ad id pertinet, quod a Sibylla dictum fuerat, 'Quas gentes Italum, aut quas non oraveris urbes?' *Servius*.

121 *Obstupuit tanto percussus nomine Pallas*] Ne repetam amplius *obstipuit*, eo me vertam, quod *percussus* in anti- quis codicibus habetur, a *percutio*. Quod vero isti *percellere*, unde *per- culsus*, ad animum tantum spectare dicunt, apud Ovidium quinto Meta- morphoseos legas, 'Stipite qui media positus fumabat in ara Percutit:' quod quidem nulli non videatur ad corpus pertinere. *Pierius*.

Tanto percussus nomine] Dardani scilicet commemoratione. *Tanto* au- tem, id est magnitudine nominis. *Servius*.

122 *Egredere o, quicumque es*] In Romano codice, sententia non pro- fertur per dissolutum; sed conjungi- tur cum *obstipuit*, copulativa parti- cula adjecta, hoc pacto, 'et gradere o, quicumque es, ait.' Sed enim *egredere* video magis eruditis placere. *Pierius*.

Egredere o, quicumque es, &c.] No- tetur summa civilitas, atque adeo hu-

manitas Pallantis in ignotum. Summam etiam modestiam bene nato bene instituto que adolescenti attribuit Poëta: qui patri respondendi munus reliquit. Sed videatur Scal. III. 19. De Moribus. *Taubmann.*

Quicumque es] Hoc ad nomen Æneæ pertinet. Nam esse Trojanos audierat. *Servius.*

Quicumque] Ad hominem non ad originem referas. *Donatus.*

Coramque parentem Adloquere] Codices plerique veteres *parente* legunt ablativo casu, ut sit *coram parente*. Sed mihi magis placet *parentem adloquere*, ut est in Romano codice, et aliis optimis. *Pierius.*

Coramque parentem Adloquere] Optime summum judicium servat parenti et regi. *Donatus.*

123 *Nostris succede penatibus hospes*] Mire sine patris auctoritate nihil confirmat, et tamen *hospitem* appellat. *Servius.*

124 *Excepitque manu, dextramque amplexus inhæsit*] In plerisque codicibus antiquis, *excepitque manu dextraque*: et pro *amplexus*, sunt codices in quibus *implexus* legitur: quæ lectio cum *dextra* ablativo conveniret. Sed enim *amplexus* plures fautores habet. *Pierius.*

Dextramque amplexus inhæsit] Ostendit virum et virtutis et hospitalitatis amatorem. *Servius.*

Dextramque amplexus, &c.] Nam dextra fidei nota, quem morem pene ad satietatem inculcat Maro. Ter in hoc lib. bis in IV. semel in III. et in VI. et sæpe alibi. Interpres Aristoph. ad verba hæc ἐν νεφέλ. τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιὰν ita ait: ἔθος ἦν ἐπὶ πίστει, καὶ συνθήκαις βεβαίαις τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις: *Mos fuit, dextras invicem dare fidei, et fœderibus firmandis.* Tull. Philip. XI. 'Dextræ, quæ fidei testes esse solebant.' Medea apud Sen. 'Fidemque supplex præsidis dextra petii.' *Cerda.*

Inhæsit] Quid si signatissimo hoc verbo alludit ad morem, quem Tacit. explicat Annal. l. XII. his verbis: 'Mos est Regibus, quoties in societatem coëant, implicare dextras, pollicesque inter se vincire, nodoque perstringere?' Eadem lux dari Homero potest Iliad. VI. ἐν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρί: *illique in manum hæsit*: et Apollonio Arg. I. χεῖρα δὲ χειρὶ Ἀμφιβαλών: *manui inserens summam manum*: et aliis. Observa etiam hanc manus inhæsionem factam ex more hospitalitatis, quam rem jam late Stuchius Antiq. Conv. l. I. quem adeas. *Idem.*

125 *Subeunt luco, fluviumque relinquunt*] Hypallage in sensu: et hic *subeunt* juxta veteres dativo junxit, cum alibi juxta usum præsentem accusativo junxerit, ut, 'Æneæ subiit mucronem;' sicut et *succede* veteres dativo junxerunt, quod significat penitus ingredere, uti hoc loco, 'ac nostris succede penatibus hospes.' Sallustius tamen, ut dictum est, accusativo junxit. *Servius.*

126 *Dictisque adfatur amicis*] Est hoc, quod Plut. in Lucullo προσεῖπεν ἀλλήλους φιλοφρόνως. *Cerda.*

127 *Optume Grajugenum*] Quantum ad Æneam pertinet, Græci neque boni neque meliores sunt. Ergo 'optime Grajugenum' superlativus est pro positivo. Nam *optimus malorum*, non possumus dicere. Superlativus enim suo tantum jungitur generi. Sic ergo dixit, ut Homerus, δικαιότατος κενταύρων, id est, *justissimus Centaurorum*, pro justus. Et est rhetorica persuasio, nam principium ex utriusque persona sumpsit. 'Optume Grajugenum' ad Euandrum pertinet: 'cui me fortuna precari,' ad Ænean; qui se fatetur supplicem venire. Sed quia ignotus est, et ostendere vult quod impetrare debet, ait, 'Dardanus Iliacæ primus pater urbis et auctor.' Contra quos auxilium petat, 'Gens eadem, quæ te.' Quid ipsi etiam sit utile a quo bene-

ostulatur, ‘Nos si pellant fore credunt:’ dicit enim mur, sed vos servietis possam proposuit, ‘Accipe dam:’ ad ultimum possumus beneficium: ‘Sunt nobis ello Pectora:’ nam utrum , a quo petebatur, omisit, ifestum erat posse, et ignomonstratione personæ suæ debebat. *Servius.*

Grajugenum] Notat Gifan. Lucret. pro *Graigenis*, et dici, *Grajugenas*, et *Troju-* eum modum, quo *dissupare*, *optumus:* nam aliter per *i*, esset, ut *primigenus*, *venti-* *vigenus*, *Phœbigenus.* Quæ locum Serv. scribit de re tica, falsa sunt. Vocem, etuli in explicatione ad virrimi; possit, qui velit, ad a, ad eum modum, quo Hoipe ἀγαθὸν βοὴν Μενέλαον: et ἐσθλὸν ἐνὶ προμάχοισι, loquens solo, ‘bonum inter antesignast, fortem. Utique, quod ipse ασίφρονα, ταλάφρονα, κρατερόν. a postea reddens Euander vi-ae, ait: ‘ut te fortissime Teu-Hanc explicationem inf. ag-rvius. *Cerda.*

Fortuna precari] Servavit τὸ icendo *fortuna:* et ‘cui me antiquum est: nam modo, ecari dicimus. Terentius, qui mihi sic oret.’ Item, ut vobis decet.’ Sallust. editiorem quam victoribus :’ et est Græcum; ut, εὔχεσθαι. Sane veteres et *precor precor pro illo* dicebant; in Amphitryone, ‘Noli pes-scari,’ hoc est, pro pessimo cari: aut hyperbaton est, do: tibi me fortuna vitta voluit prætendere ramos, et *Servius.*

itta comtos ramos] Ut in paione ramus olivæ cum vittis offeratur, partim fabulæ, partim naturæ efficit ratio. Nam cum de nomine Athenarum Neptunus et Minerva contenderent; et jussisset Jupiter, ut illius nomine diceretur civitas, qui munus melius obtulisset hominibus; equum Neptunus, Minerva olivam protulit, et statim vicit. Unde cum ejus ramus alicui offertur, indicat eum esse meliorem. Hinc illud proverbium, ‘Herbam do:’ id est, cedo victoriam. Quod Varro in Antiquitatis libris ponit, ‘Cum in agonibus herbam in modum palmæ dat aliquis ei, cum quo contendere non cupit, et fatetur esse meliorem.’ Vittas autem habet ramus olivæ ideo, ut inertiam et imbecillitatem offerentis ostendat. Scimus enim oves, unde lana, e qua vittæ, egere alieno semper auxilio. Aut quia et lana in tutela Minervæ sit, quæ pacis bellique sit cultrix, aut quia mite et quietum animal est ovis; cujus quietem habere debent, qui in fœdus et amicitiam coëunt. Quæritur autem quid dixerit *comptos;* sed ut crines comi dicimus cum nectuntur, ita et hic etiam ramos comptos et illigatos intellige, ut ipse, ‘tum ramum innectit olivæ.’ Ergo quod illic *innectit*, hic *comptos* dixit. *Servius.*

Et vitta comtos, &c.] Erat habitus supplicum, ‘rami oleæ compti vittis,’ id est, ornati, innexi, illigati. Æschyl. in Suppl. exhibet λευκοστεφεῖς νεοδρέπτους κλάδους: *ramos recens decerptos coronatos albo*, id est, ramos oleæ lana obvolutos. Vel, explicatore Plut. in Thes. κλάδος ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας ἐρίῳ λευκῷ κατεστεμμένος: *ramus sacræ oleæ redimitus lana alba.* Ex his itaque Plutarchi verbis explicandi omnes, quoties hanc rem attingunt non plene. Ut cum Appian. in Hispan. tantum dicit ἱκετηρίας: et Euripid. ἱκέσιοι κλάδοι: et Sophocl. Œdip. ἱκετηρίους κλάδους. Hi omnes, et reliqui, quos mihi exhibeas, capiendi de olea, et lana illi obvoluta. *Cerda.*

Voluit] Hinc eum laudat quod tantus eum vir rogare compellitur. *Serv.*

129 *Danaum quod ductor et Arcas*] Nec quod multitudinem haberes extimui: nec quod esses Arcas: ut illuc hoc tendat, 'geminis conjunctus Atridis,' id est, Agamemnoni et Menelao cognatione conjunctus. Et hoc ad laudem Euandri pertinet: qui qualitate morum non timeri meruit. *Idem.*

130 *Fores*] Pro fuisses: et notandum *fores* de præterito. *Idem.*

Geminis conjunctus Atridis] *Geminos* hic duos, aliter *gemini* uno partu editi. Quæritur sane unde Euander Atridis genere fuerit conjunctus; et quamvis Hesiodus dicat qualiter conjunctus sit Euander, tamen quidam ajunt Thestii filias Ledam et Hypermnestram fuisse, Ledæ et Tyndarei filias Clytemnestram, Helenam, et Tymandram fuisse, quam duxit uxorem Echemus Arcas, cujus filius Euander. Clytemnestram et Helenam notum est Agamemnoni et Menelao junctas fuisse. Alii ita tradunt Steropes et Atlantis filios Œnomaum et Majam fuisse; Œnomai Ippodamiam filiam, unde Atreus natus, at Majæ filius Mercurius, ex quo Arcades, de quibus Euander; quod Accius in Atreo plenius refert. Alii ita narrant, Atlas complures habuit filios, sed de Lino Pelopen genuit; is Atreum, Atreus Agamemnonem et Menelaum; Mercurius deinde est Nicostratæ pater, quæ fuit mater Euandri; Mercurium Maja filia Atlantis genuit: sic Euander Atridis conjunctus est; Trojanis autem sic jungitur, ex Electra, Atlantis filia, et Jove Dardanus nascitur; ejus filius Erichthonius; ex eo Assaracus; ex illo Capis; ex illo Anchises; ex illo Æneas. *Id.*

131 *Mea me virtus*] Hæc arrogatio ad honorem Euandri pertinet, et sane paulo adrogantius videretur virtutem suam laudasse, nisi Deorum oracula et facta conjungeret: deinde ut Euandro blandiretur; 'tua,' inquit, 'terris didita fama;' et, ut in audientis mente remaneret, in ultimo addidit, 'et fatis egere volentem.' Sed hic singula distinguenda, ut major sit enumeratio. *Idem.*

Sancta oracula divom] Tyberis scilicet, vel Apollinis; ut, 'via prima salutis, Quod minime reris, Graja pandetur ab urbe.' *Idem.*

132 *Cognatique patres*] Insinuatio Rhetorica a genealogia, et cognatione, cujus reverentia, διὰ ὁμόγνιον et γενέθλιον, genti, laribus, et familiis præfecit: ut passim apud Pindarum. *Germanus.*

Didita fama] Divulgata: ut, 'Diditur hic subito Trojana per agmina rumor.' *Servius.*

Didita fama] Præteribo quod in antiquis aliquot codicibus *debita* legitur, quum *didita* in emendatioribus habeatur: quod Servius etiam agnoscit in codicibus emendatis: dumque exponit *didita* divulgata, ut illud, 'Diditur interea Trojana per agmina murmur.' Lucretianum id quidem verbum, et in hoc significato ab utroque horum sæpissime positum. *Pier.*

Didita fama] Ut supra, 'diditur rumor:' Lucr. l. II. 'Dum facile in venas cibus omnis diditur:' vox frequens Lucretio. Et Tacit. Ann. l. XI. 'Clarum ex eo, didita per provincias fama, parare iter ad Germanicos exercitus:' ubi omnino *didita fama* legendum ex hoc Maronis loco. *Germanus.*

Didita fama] Quamvis Turnebus hoc loco, ut etiam apud Tacitum Ann. l. XI. legat *dedita*; nullum dubium tamen, quin legendum sit *didita*, quod et Servius agnoscit, dum exponit: *divulgata.* Et Pierius ita in codicibus emendatioribus haberi fatetur. Glossæ quoque Latino-Gr. *dide* exponunt: διαδὸς, μέριζε: et Glossæ Isidori: *Diditum, percrebatum, divulgatum.* Emmeness.

133 *Fatis egere volentem*] Id est,

ls fuerat, egit necessitas

Videtur alludere ad vo-
item ; ut Eurip. in He-
as: *imperans volentibus*:
πρὸς βίαν στρατηλατῶν:
ion per vim. . Cerda.
us Iliacæ primus pater
, *&c.*] Dardanus, ex Jo-
ι Atlantis filia genitus,
abire compulsus, agros
ibique Dardanum op-
ione Dardania colloca-
reddit quod ait supra,
atres.' Sed sciendum
fuisse: unum Maurum,
nus: alterum Italum,
træ; unde natus est
rtium Arcadicum, pa-
unde natus est Mercu-
nc ex nominum simili-
rrorem; et dicit Elec-
m filias fuisse Atlantis
: præter rationem ait,
;' et, 'Idem Atlas ge-
t ipse habuit etiam ho-
filias; id est, Electram
ervius.
gi perhibent] Id est, ut
ent literæ: firmius enim
orum testimonio infer-

rhibent] Ut hoc tuorum
bem. *Donatus*.
ntide cretus] Apoll. l. I.
ὶς ἠλέκτρης ἀτλαντίδος.
, τὴν σαμοθρᾴκην λέγει·
κτρα ἡ ἄτλαντος, καὶ ὠνο-
ἐγχωρίων στρατηγὶς, ἣν
ἠλεκτρυώνην καλεῖσθαι·
ῦς παῖδας· δάρδανον τὸν
κήσαντα, ὃν καὶ πολυάρχη
ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων· καὶ
ἰασίωνα ὀνομάζουσι· καὶ
ναι αὐτὸν ὑβρίζοντα ἄγαλ-
ῆς· τρίτην δὲ ἔσχεν ἁρμο-
τα κάδμος. Καὶ ἀπὸ τῆς
λεκτρίδας πύλας τῆς Θή-
—ἀθηνίων δέ φησιν ὅτι
ις ἐγένετο ἰασίων καὶ δάρ-
δανος. Germanus.

136 *Advehitur Teucros*] Et homines et regionem significat. Sane prolepsis est; nam post Dardanum Teucri appellati sunt. *Servius*.

Maxumus Atlas] In Romano codice, *maxumus Atlans*: de cujus scriptionis ratione pleraque diximus in primo Æneidos. Succurrit vero nunc marmor simili ratione inscriptum, quod elegantia ingenia subjectum hic non aspernabuntur.

ASPRENANS CALPURNIUS
TORQUATUS PATRI SUO.

Fuisse enim in hujuscemodi nomine veram lectionem *Asprenas* apud antiquiores, fatentur omnes. Tum in æde Divæ Ceciliæ trans Tyberim, *Asprenatis Cæsiani* legitur absque n obliquo casu. *Pierius*.

138 *Mercurius pater est*] Mercurius Jovis et Majæ, quæ est una de Pleiadibus, filius, auctor eloquentiæ et liræ, internuntius Deorum. Iste etiam palæstræ inventor, hoc modo esse narratur: Choricus, rex quidam Arcadiæ, filios habuit Plexippum et Enetum, et Palæstram filiam. Sed juvenes cum casu inter se haberent certamen, impressione et nisu corporum invenerunt luctamina, qui cum hoc, patre præsente, facerent, et ille re nova delectaretur, ex ea re ludus factus est, quam rem Palæstra, soror juvenum, Mercurio amanti se prodidit; qui, cum rem novam vidisset, pleniorem de industria artem homines docuit. Hoc seni juvenes a sorore proditum nuntiant; ille iratus est potius filiis, quod non tanquam furem Mercurium insequerentur; quem cum illi in monte dormientem invenissent, manus ei amputaverunt: unde et ipse Cyllenius et mons dicuntur. Namque Græce *κυλλοὺς*, aliqua mutilatos parte corporis dicunt; unde etiam hermas vocamus quosdam stimulos in modum signorum sine manibus. Mercurius vero Jovi conquestus, Choricum evisceratum in

folliculum redigi fecit; amatam vero suam Palæstram remuneratus, omne luctamen, quod corpore conficitur, palæstram vocari fecit. Alii Mercurium, quasi medicurrium a Latinis dictum volunt, quod inter cœlum et Inferos semper incurrat. Hic etiam mercimonii Deus est. Quidam hunc in petaso et in pedibus pinnas habere volunt propter orationis, cujus auctor est, velocitatem. Caduceum illi ideo adsignatur, quod fide media hostes in amicitiam conducat; quæ virga ideo serpentibus inligata est, ut sicut illi obliti veneni sui in se coëunt, ita hostes, contemptis et depositis inimicitiis, in amicitiam revertantur. *Serv.*

Candida Maja] Splendidior enim est Maja inter Pleiadas, quæ est una de Atlantidibus, id est, Pleiadibus. Non ergo *candida*, pulchra, ut *candida Dido*. Meminit autem Majam Atlantidem esse, ut, 'Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur,' et, 'Multi ante occasum Majæ cœpere,' cum vellet per Majam etiam cæteras Atlantis filias intelligi. *Idem.*

Candida Maja] Id est, pulchra; ut, *candida Dido*. Nescio enim cur Serv. obsistat huic explicationi. Vel locutus Poëta cum respectu ad Pleiadas; nam Maja est una Pleiadum, et ceteris splendidior. Vel demum *candida* est *ποτνία*, *veneranda* (explicatoribus Parrhas. in Claudian. et Erythræo in Indice), nam Aratus *ποτνία* Μαῖα dixit. *Cerda.*

139 *Cyllenæ*] Mons est Arcadiæ, ubi Maja Mercurium est enixa. *Fudit* autem non injuriose dictum est. Ut in Pisonem, 'Qui te belluam ex utero, non hominem fudit.' Sed celeritatem parientis ostendit: quod infantibus dicitur omen felicitatis adferre. Spectat etiam ad rationem physicam. Nam celer est ubique Mercurius, ut diximus supra. Ideo dicit eum etiam in ortu fuisse velocem. *Servius.*

Cyllenæ gelido conceptum in vertice fudit] In antiquis codicibus, partim *Cyllene*, partim *Cyllenæ* legitur. Et *conceptum vertice* absque *in*, quod non placet. *Pierius.*

Fudit] Pari verbo Arnob. l. III. 'Caduceator ille Cyllenius in algido fusus monte:' et l. I. 'Mercurius utero fusus Majæ.' Ad quæ loca Herald. similia aliorum. Nam Lactant. III. 17. 'Locus in quo quisque est fusus ex utero.' Et Zeno Veronens. 'Communi cum pecudibus lege fundimur a natura.' Arnob. quoque l. IV. 'Jovem ex feminæ effusum alvo.' De natalitio Mercurii in promptu est Hesiodus Theog. Ζηνὶ δ' ἄρ' Ἀτλαντὶς Μαίη τέκε φαίδιμον Ἑρμῆν: *Jovi Atlantis Maja peperit illustrem Mercurium.* Cerda.

140 *Auditis si quicquam credimus, Atlas*] In codicibus aliquot antiquis, *si cuiquam credimus*, *Atlans* legitur. Sed *quidquam* magis placet. Et *Atlas* absque *n* scribi dictum. *Pierius.*

141 *Idem Atlas*] Ne similitudine nominis falso id usurpare videretur. *Donatus.*

142 *Genus amborum*] Aut meum et tuum, aut Trojanorum et Arcadum; ergo *amborum* potest utrorumque accipi. *Servius.*

Sanguine ab uno] Scil. Atlantis: nam Electra genuit Dardanum, Maja Mercurium: et Dardanus Trojanis dedit principium; Mercurius Arcadibus. *Taubmann.*

143 *Neque prima per artem Tentamenta tui pepigi*] Cum nullo ante pactus sum, ut te, aut per artem aliquam, aut per legatos, probarem: sed intrepidum me tibi commisi. *Servius.*

Neque prima per artem, &c.] Nec sententiam tuam aliqua artis calliditate elicui. *Donatus.*

Neque prima per artem Tentamenta] Credo allusisse Maronem ad bolidum demissiones aut specilla chirurgica, quibus artifices vulnera explorant; aut etiam ad instrumenta quibus putearii et aquileges terræ naturam periclitantur, eam figentes, et depactis

ferreis, ferratisve obelis- tates ejus experiuntur; tu- meam opinionem verbo ipso uod est πηγνύειν et figere : neas dicat, nulla se πρoπα- :i voluisse, anteqnam in col- veniret cum Euandro, nec :entamenta, βασάνους, pepi- est, nullis enm specillis de- e est, explorare voluisse; re et recta eum aggredi. sint qui *Pangere tentamenta* pro componere et struere; e versus et vites. *Germ.*

ntamenta pepigi] Experi- tus sum: nam geminus est ritus ab eo quod est *pacis*- t enim et *pepigi* et *pactus placeo* et *placitus sum*. *Pago* le multi venire volunt *pe*- nam est lectum. Et altera tio, Non tentavi te quibus- tionibus, quibns crederem venturum; ut hæc fuerit ntis. Aut *non legatos*, tale dmodum in oratione ab alio initium transitur, ut, 'Me n qui feci.' Et non respon- positis; ergo illud refertur: tos misi, aut tale aliquid, :entiam compleat. *Serv.*

nta tui pepigi] In antiquis codicibus, *temptamenta* per ır: quam scribendi ratio- ter omnium fere codicum m congeriem, in aliquot rmorum inscriptionibus ob- cujusmodi ea est, 'ejus mo- partem alienare temptave- enim ubi ita scriptum in- lia quoque præter erudito- inspiciuntur. Nos itaque t scribamus, ut omnes fere oris homines hodie scribunt.

ipse, meumque Objeci caput] is aliquot codicibus *memet* De primæ vero syllabæ , vide Valerium Probum, tum a Grammaticis, *Tute- met* esse dactylum, quod ejusdem est proportionis. Missum faciam *caput* per *d*, in antiquo quodam codice pas- sim notatum. Nam de literæ illius mutatione, satis superius dictum. *Id.*

Me me] *Me me*, per Epizeuxim re- iteratur, cum impetu pronunciationis: ut Æn. IX. 'Me me, adsum qui feci.' et l. XII. 'Me me duce ferrum Cor- ripite.' *Sese* autem geminatur sine aliqua figura; ut magis exandiatur: quia *s* sibilus tantum est. *Erythr.*

145 *Objeci*] Cum periturus essem, quæ etiam tibi salutaria essent non expavi. Nam cum gente tibi inimica et crudeli bellum gero: et dicendo, *unam gentem*, extenuat timorem belli. *Donatus.*

146 *Gens eadem, quæ te*] Sic agit, ut et ipse præstare videatur. Nam et supra ait, 'Socia arma rogantes.' Et argute inseruit *eadem*, nec addidit nos. Servius.

Gens eadem] Eodem argumento Æneas utitur ad Euandrum, quo Tur- nus supra, cum mittit legatos ad Diomedem. Ait enim, 'Quid struat his cœptis, quem si fortuna sequatur, Eventum pugnæ cupiat, manifestius ipsi, Quam Turno regi, aut regi apparere Latino.' Itaque concinnus est Poëta, qui Turno et Æneæ ean- dem dat rationem; illi petenti aux- ilium ab Diomede, huic ab Euandro. Nam uterque, Quid de te fiet, si ego vincar? Putat vero præclare Ursin. adumbratam orationem Cor- cyræorum apud Thucydidem l. I. Hoc verum putabit, qui legat eam orationem: initio enim ajunt, postu- lata sua commoda esse Atheniensi- bus: in excursu addunt, Corinthios inimicos esse iisdem Atheniensibus. Signata verba: καὶ προκαταλαμβά- νοντας ἡμᾶς νῦν, ἐς τὴν ὑμετέραν ἐπιχεί- ρησιν: *dum nos primos nunc aggredi- untur, vos petunt, et invadunt*. Et ite- rum: καὶ μέγιστον ὅτι αὐτοὶ πολέμιοι ὑμῖν ἦσαν: *quod est maximum, iidem vestri sunt hostes*. Reperi ego locum

alium ejusdem Thucyd. l. III. ad rem eandem, ubi pulcherrima est hæc gnome: τὸ δὲ ἀντίπαλον δέος μόνον πιστὸν ἐς ξυμμαχίαν: *mutui metus æqualitas societatem sola facit fidelem.* Cerda.

Daunia] Rutula, a Dauno. *Serv.*

Crudeli bello] Supra, 'Bello profugos egere superbo.' *Idem.*

147 *Nihil abfore credunt*] Sic obfuturum nihil arbitrantur. *Idem.*

148 *Quin omnem*] Ut non omnem: et bene *omnem* ait, ne non solum Euandrum contemnere viderentur. *Id.*

Penitus sua sub juga] Utrum penitus sub juga mittant, an omnem penitus Hesperiam? *Idem.*

149 *Et mare, quod supra, teneant*] Hadriaticum dicit. *Idem.*

Quodque adluit infra] Tyrrhenum dicit; omne enim mare quod a Sicilia usque ad Hispaniam tendit *Inferum* appellatur; ideo quod Sol ibi ad inferiores cœli partes delapsus occidat. *Idem.*

Quodque adluit] In antiquis, *abluit;* quod non ita placet. Est enim hic *adluere*, vel *alluere*, quod frequenter utitur Plinius in hanc sententiam. *Pierius.*

150 *Accipe daque fidem*] Ab utili agit. Et hoc est quod ait in Æn. decimo, 'humanis quæ sit fiducia rebus.' *Servius.*

Accipe daque fidem] Sume auxilium et da. *Donatus.*

Accipe daque fidem] Ennius: 'Accipe daque fidem: fœdusque feri bene firmum.' Græci etiam, πίστιν διδόναι καὶ δέχεσθαι, dicunt. *Taubmann.*

Sunt nobis fortia bello Pectora] Iterum sic laudat juventutem suam, quasi præstet auxilium. *Servius.*

Sunt nobis, &c.] Prudentissime qui ab alio auxilium petit, suum promittit. Annecto verba Symmachi epist. III. 64. 'Ego in referenda vicissitudine par esse curabo: nam qui ab alio poscit, sui quoque studii frequentem operam pollicetur.' Hinc nata videtur trita sententia: 'Ab alio officia poscens, promittit sua.' *Cerda.*

Fortia pectora et animi] Nam in bello animi fortitudo et corporis robur requiritur. *Donatus.*

151 *Rebus spectata juventus*] Experimentis probata, decennali scilicet prælio. Et bene promissionem rebus confirmat et testimoniis, quæ est verbis invalida. *Servius.*

Et rebus spectata juventus] In codicibus nonnullis antiquis *e rebus* legitur. Sed enim sententia videtur *et* exposcere. *Pierius.*

Spectata] De qua jam factum est periculum. *Donatus.*

152 *Ille os oculosque loquentis*] Sufficerat ad recordationem Anchisæ vultum agnovisse: addidit, 'et totum lustrabat lumine corpus;' quod sine dubio non vacat. Nam quia Æneas in virtute sua multa prædixerat, orationem ejus voluit æstimare de corpore; et postquam fides facta est, inde cœpit, 'ut te, fortissime Teucrum, Accipio.' *Servius.*

153 *Totum lustrabat lumine corpus*] Paterna in eo lineamenta cognoscens. *Idem.*

Totum lustrabat lumine corpus] Ex Statii Musa l. VI. dices hoc idem, *permetiri alium oculis;* ait enim, 'ut sese permensi oculis.' Quod enim Virg. *totum*, ille restaurat adjuncta præpositione *per*, qua totum indicat corpus. Silius l. V. ad Nostri vestigia, 'clypeumque viri, atque immania membra Lustrabat visu.' Deficit, tum in aliis, tum in acumine: nam Virgil. ideo *lumine*, quia *lustrabat*. Consentanee enim duo lucis verba adhibentur. Homer. dixit Iliad. XVII. παπταίνων Αἴαντα μέγαν. Theocr. εἰδ. XXIV. a quo fortasse Maro: Καί μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὼ πόδε συνεχὲς εἶδεν: *Et me a capite ad pedes perpetim vidit.* Indicat vero Virg. quidpiam magnum inesse Æneæ, quem tam avide et attente Euander perlustrabat. Non aliter ac de congressu primo Scipionis atque

Annibalis scripsit Liv. l. xxx. 'Paulisper alter alterius conspectu admiratione mutua prope attoniti conticuere.' Catull. dixit, 'cupido conspexit lumine;' et 'cupide spectando.' Hunc affectum ita expressit Heliodor. l. vi. πολλοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς περισκοπεῖ: *multis oculis perlustrat*. Indicat aviditatem videntis. *Cerda*.

Lumine] Pro luminibus: id est, oculis. *Servius*.

154 *Pauca refert*] Non pauca, sed paucis: id est, breviter. Hoc vult dicere, multa eum dixisse, sed paucis. *Idem*.

Ut te] Quemadmodum: 'ut te, fortissime Teucrum.' Ad 'optime Grajugenum' reddidit, 'fortissime Teucrum.' *Idem*.

Ut te, &c.] Eurip. in Herc. ὡς ἀσμενός σ' ἐσεῖδον ἐς φάος μολών: *agnosco*, ἐπιγιγνώσκω. In quam sententiam et Menelaus Od. Δ. Pisistrato Nestoris filio respondens: ῥεῖα δ' ἀρίγνωτος γόνος ἀνέρος, ᾧ τε κρονίων Ὄλβον ἐπικλώσῃ γαμέοντί τε γεινομένῳ τε. *Germanus*.

155 *Accipio adgnoscoque libens*] In codicibus aliquot antiquis, *aspicio adgnoscoque* legitur. Sed plures omnino *accipio* habent: ut, 'Illos porticibus rex accipiebat in amplis.' *Pierius*.

Adgnosco libens] Postquam probavit ex habitu corporis vera esse quæ dicebat Æneas, per Anchisen eum laudat adulatione deposita. Sane inter *agnosco* et *cognosco* superfluo quidam volunt facere discretionem, ut cognoscamus novos, agnoscamus antiquos: sed hæc a poëtis metri necessitate variantur. Nam *agnosco* propter Synalœpham dixit. *Serv.*

156 *Vocem Anchisæ magni*] Mire, quod non fecit Ænean dicentem, qui scit Euandrum cognoscentem. *Idem*.

Hesionæ visentem regna sororis] Commemorationi necessitudinis reddit commemorationem hospitii. Sane fabula de Hesione et nota est, et aliquot locis exposita; quis enim nescit a Laomedonte mercedem Neptuno et Apollini ob muros Trojæ fabricatos negatam; cumque incursu maris civitas vexaretur, coactum Laomedontem filiam Hesionam ceto objicere, eamque ab Hercule liberatam, eversa Troja et occiso Laomedonte, propter negatum præmium, Telamoni suo comiti in matrimonium datam, ex qua natus est Teucer? quæ caussa fecit, ut Priamus, ad visenda sororis regna proficiscens, cum Salamina tenderet, et iter per Arcadiam faceret, et tunc ab Euandro esset susceptus Anchises. *Idem*.

Hesionæ visentem regna] In Romano codice Græca pronuntiatione scriptum est *Hisionæ*, prima syllaba per i, quo sono η literam pronuntiant; 'ΗΣΙΟΝΗ enim scribitur. Variatque declinatio genitivi in antiquis codicibus. Nam in aliis *Hesiones*, ut ἡσιόνης; in aliis *Hesionæ*, Latino declinatu: quin etiam *Hesione* per *e* simplex reperitur. Sed *Hesiones* omnino doctioribus placet. *Pierius*.

Visentem regna] Videre cupientem. *Servius*.

158 *Salamina*] Hanc olim dictam Halamina, quia sita in mari Ægæo, certum, et postea Salamina, more Græco. Sic Helli transiere in Sellos, Hardiæi in Sardiæos, Hamnitæ in Samnitas, Halmantica, arx literarum, in Salmanticam: et sexcenta alia. Est qui putet Salmanticam dictam, quasi αὐλὴν μαντικὴν, a trito illo antro Dæmonum. Cui minus assentio; nam hoc nuperrimum est, si comparetur cum antiquitate Salmanticæ, et fortasse fabulosum. *Cerda*.

159 *Protenus*] Uno eodemque tempore: hoc est, dum pergit, vidit Arcadiam. Nam non possumus simul intelligere; cum Salamina insula sit, Arcadia in continenti. *Servius*.

160 *Tum mihi prima genas vestibat flore juventa*] In codicibus aliquot antiquis, *vesteibat*; sive, ut Priscianus

putat, mediarum vocalium transpositione, quæ postmodum in *ei* diphthongum contrahuntur; sive magis, ex Lucillii sententia, ad *i* productam indicandam, ea diphthongus scribi solita sit. Nam in *deico*, et *ameiceis*, et *periculeis*, nulla synæresis. Sed et *juventa* varie scribitur: in nonnullis enim codicibus *juventus*, in aliis quibusdam *juventas* invenitur: de quibus alibi dictum. *Pierius.*

Tum mihi prima genas] Lucr. l. v. 'Juventas Occipit, et prima vestit lanugine malas.' Hom. Od. Λ. πρίν σφῶϊν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους Ἀνθῆσαι, πυκάσαι τε γένυν εὐανθέϊ λάχνῃ: et Pind. in Olymp. πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον: Æsch. in ἑπτά· στείχει δ' ἴουλος ἄρτι διὰ παρῃΐδων, Ὥρας φυούσης, ταρφὺς ἀντέλλουσα θρίξ. Homer. quoque χαριεστάτην vult esse ἥβην τοῦ ὑπηνήτου, ut in Protag. meminit Plato: et Græci προθήβας, primo vigore ætatis adolescentes. His autem verbis, 'vestibat genas flore,' alludit ad ἀνθερεῶνα Græcorum. *Germanus.*

Genas vestibat] Hinc vestis pro pube. Unde vesticeps, pubes; et investiceps, impubes. Investis quoque puer, imberbis Palladio. *Lanuginem* autem ipsam, *florem* Virgilius appellat. *Vestibat* vero pro *vestiebat*; nam Poëtæ metri gratia plerumque vocalem *e* abjiciunt. *Erythr.*

Vestibat] *Vestire*, tralatum ad primam barbæ lanuginem. Ita Lucr. l. v. 'Tum demum pueris ævo florente juventas Occipit, et molli vestit lanugine malas.' Hinc *vestis* pro pube, ibid. 'et impubem molli pubescere veste: Et pariter mollem malis demittere barbam.' Et noster infra, vs. 659. 'Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis.' id est, barba: ut Serv. exponit, et Scal. IV. 16. probat. Nam *vestis* generaliter omne integumentum est: ita arbores, gramen, herbæ, segetes dici possunt *vestes terræ*; ut notat Gifan. Ita Prud. 'vestem plumarum' dixit. Columella, 'ripas gramine vestitas.' Plinius, 'animal pilo vestitum.' Idem Prud. 'Unde seges late crinitis fluctuat agris, Densius et gravidis se vestiat æqnor aristis.' Hinc *investis puer* dicitur imberbis Palladio: item *vesticeps*, pubes: quanquam Gifanius illum hic intelligit, qui vestem virilem nondum sumpserat; hunc, qui sumpserat. Porro, quam lanuginem noster *florem* appellat, Lucret. 'mollem barbam,' Lucillius 'barbulam primam:' et alluditur ad Græcorum ἀνθερεῶνα, id est, *mentum*, quod a pilorum flore sic dictum putant. *Taubmann.*

Flore] Ita Pacuvius: 'Nunc primum opacat flora lanugo genas.' Idem: 'Genas lanugo flora nunc demum irrigat.' Idem: 'Nam flori crines video ut propexi jacent.' Sed hoc forte alienius, e Scalig. ad Fest. in *Genas.* Idem.

161 *Mirabarque duces Teucros*] Hos laudat: quo melior sit ille, quem præfert. *Servius.*

Mirabarque duces] Est huic sententiæ suus fundus. Solent senes laudare et admirari, quæ gesta sunt ipsis juvenibus: ea displicent, quæ tunc accidunt. Horat. epist. ad Pisos. 'Laudator temporis acti.' Exemplum hujus rei abunde extat in Nestore Homerico, in Virgiliano Evandro. *Cerda.*

162 *Cunctis altior*] Non solum ad staturam, sed ad omnia. *Servius.*

Sed cunctis altior ibat] Imitatur Maro receptam inter mortales opinionem de heroibus, quos non solum animi dotibus, sed et corporis magnitudine et præstantia homines superare cæteros persuasit sibi jam olim boni simplicioris que sæculi sanctimonia; ut quæ ex illis insignibus virtutibusque, imperia magistratusque decerneret; Indorum potissimum atque Æthiopum exemplo, qui proceritati corporis, liberalitatique, et dignitati vultus, regna deferre solerent,

ut advertit Aristot. Pol. l. vii. his: εἰ μὲν τοίνυν εἴησαν τοσοῦτον διαφέροντες ἅτεροι τῶν ἄλλων, ὅσον τοὺς θεοὺς, καὶ τοὺς ἥρωας ἡγούμεθα τῶν ἀνθρώπων διαφέρειν, εὐθὺς πρῶτον κατὰ τὸ σῶμα πολλὴν ἔχοντας ὑπερβολὴν, εἶτα κατὰ τὴν ψυχὴν, ὥστε ἀναμφισβήτητον εἶναι, καὶ φανερὰν τὴν ὑπεροχὴν τοῖς ἀρχομένοις τὴν τῶν ἀρχόντων, δῆλον ὅτι βέλτιον ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς, τοὺς μὲν ἄρχειν, τοὺς δ' ἄρχεσθαι καθάπαξ· ἐπεὶ δε τοῦτο οὐ ῥᾴδιον λαβεῖν, οὐδέ ἐστιν, ὥσπερ ἐν Ἰνδοῖς φησι Σκύλαξ, εἶναι τοὺς βασιλέας τοσοῦτον διαφέροντας τῶν ἀρχομένων, φανερὸν ὅτι διὰ πολλὰς αἰτίας ἀναγκαῖον πάντας ὁμοίως κοινωνεῖν τοῦ κατὰ μέρος ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. *Germanus.*

Cunctis altior ibat Anchises] Est hoc, quod Hom. Iliad. iii. ἔξοχος Ἀργείων. Quod Claud. Ruff. ii. 'et Principe celsior ibat.' Quod Stat. Silv. i. 'quantum Latonia Nymphas Virgo premit, quantum egomet Nereidas exsto.' *Cerda.*

163 *Juvenili ardebat amore*] Inest enim juvenibus strenuis studium adquirendarum amicitiarum. Horatius, 'Animusque virilis Quærit opes et amicitias.' *Servius.*

Juvenili ardebat amore] In Romano codice, et in quibusdam aliis, *juvenali* legitur per *a* in pene ultima, quod etiam in aliorum auctorum veteribus exemplaribus observavi. Et agnitum a Grammaticis alibi demonstravi. *Pierius.*

164 *Et dextræ conjungere dextram*] In antiquis aliquot codicibus, legere est *dextram et conjungere dextræ*. Sed quattuor syllabarum per *e* prolatarum sonus, continuatioque, exilitatem quandam præ se ferunt ad fastidium usque. *Idem.*

165 *Accessi, et cupidus Phenei*] *Phinei* multis modis corrupte legitur. Nam et *Phænei* et *Phænei* reperitur. Sed enim per *e*, *Phenei* trisyllabum omnino legendum ex probatioribus exemplaribus. Homer. οἳ Φενεόν τε νέμοντο. *Id.*

Cupidus] Ἐπιθυμῶν. *Servius.*

Phenei sub mœnia] Oppidi Arcadiæ. Hom. οἳ φένεόν τ' ἐνέμοντο, καὶ ὀρχομενὸν πολύμηλον. Nec nos debet movere, quod cum Euander de Palanteo sic dixit, 'Phenei sub mœnia;' cum sciamus poëtas vicinas omnes pro una habere civitates: sicut de Didone facit, quam nonnunquam Tyriam, aliquotiens Sidoniam vocat. *Idem.*

Phenei] Contemno notam Servii. Nam cur Poëta poneret Pheneum pro Palanteo? An ille elinguis? Itaque nulla ratio hujus conjecturæ. Pheneum fuisse oppidum in Arcadia scimus auctoritate Homer. Iliad. ii. et Plin. iv. 6. et Poëtam de illo intelligi nihil obsistit. An Euander dominus Palantei tantum? imo totius Arcadiæ. Exemplum, quo errorem suum firmat Servius, de Tyro, et Sidone, alibi everti. Sciret Poëta alia ratione versum circumflectere, et Palanteum ponere. Tu et Plinii locum alterum corrige xii. 26. ubi pro *Psophide Arcadiæ*, legendum, *Phereo Arcadiæ*, ex lib. vet. *Cerda.*

166 *Ille mihi insignem pharetram*] Jus hospitii habet inter se remunerationem: sed verecunde tacet Euander de suis muneribus. *Servius.*

Insignem pharetram] Mire munera exornat, ne videantur levia. *Donat.*

Ille mihi, &c.] Ex ritu gentium omnium, quibus in usu hospitalia munera. Notus Homer. locus Iliad. vi. ubi Œneus dat hospiti suo Bellerophonti ζωστῆρα φοίνικι φαεινόν. Contra, hic illi χρύσεον δέπας ἀμφικύπελλον: et alter Odyss. viii. Lege ab eo loco: Ἀλλ' ἄγε οἱ δῶμεν ξεινήϊον. Virtutem hanc de Atheniensibus Plutar. prædicat, de Germanis Tacitus in illorum moribus. Vide etiam eundem Annal. l. xiv. de Persis Ammian. l. xviii. de Leucanis Ælian. l. iv. per initia ab eo loco, λέγει τὶς νόμος Λευκανῶν. De Abydenis Suidas. Vide quæ de Cimone Atheniensi Cic. Off. ii. quæ de Lucullo Plut. ἐκ βιωμ. ἀποφθ. *Cerd.*

Lyciasque sagittas] Enumerando

singula, efficit ne communia et ficta videantur. *Servius.*

Insignem pharetram] Lyciam capio ex adjunctis sagittis. Itaque insignis pharetra, etiam Lycia. Vide Æn. vii. ad illud, 'Lyciamque pharetram.' Et nota varietatem poëseos: ibi celebrat pharetram Lyciam, hic sagittas Lycias; ut tu scias utramque rem commendari ab eadem provincia debere. Alia similia in hoc Vate. Pyrrha et Deucalion orbem restituerunt jactatis lapidibus: et tamen Eclog. vi. 'Hinc lapides Pyrrhæ jactos,' nulla facta mentione viri. Contra Ge. i. 'Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem,' nulla facta mentione uxoris. In hoc l. Cacum vocat jam *semihominem*, jam *semiferum*. C.

167 *Auro dedit intertextam*] Legitur et *intertexto*. Et figurate dictum est, intertextum aurum habentem. *Servius.*

Auro intertextam] In Romano codice legere est, *intertexto*. Sed *intertextam* melius. *Pierius.*

Chlamydem auro intertextam] Signatus ornatus chlamydis. Sic Æn. v. 'Victori chlamydem auratam.' Tacit. Ann. xii. 'chlamyde aurata.' Spartian. in Hadrian. 'Cum a Pharasmane ipse ingentia dona accepisset; atque inter hæc, auratas quoque chlamydes trecentas.' Sed notanda Virg. verba, quam alii *auratam chlamydem*, ipse *auro intertextam*, ut sic explicet, cur dicatur *aurata*. Ergo, non *aurata*, quia tantum ad oram cum auro, ut visum nonnullis humanioribus ævi mei principibus: sed quia *tota intertexta auro et purpura*. Bene itaque S. Isidor. loquens de paludamento, quod idem cum chlamyde, 'cocco, purpura, et auro distinctum.' *Cerda.*

168 *Frenaque bina*] Poëtice: Nam *duo* debuit dicere. *Bina* enim secundum Ciceronem non dicuntur, nisi de his quæ sunt numeri tantum pluralis. Nam Cicero per epistolam culpat filium dicens, male eum dixisse, 'Direxi literas duas:' cum *literæ*, quotiens *epistolam* significant, numeri tantum pluralis sint. Contra, *epistolas binas* non dicimus, sed *duas*. Servius.

Aurea] Poëtarum loca, qui equos ornant aureis, argenteisque illustrat Basilius in Orat. πρὸς πλουτοῦντας, etiamsi reprehendens: Χαλινοὶ, καὶ ζῶναι, καὶ περιδέῤῥαι, πάντα ἀργυρὰ, πάντα χρυσόπαστα, τάπητες ἁλουργοὶ κοσμοῦντες τοὺς ἵππους ὥσπερ νυμφίους: *Fræna, zonæ, frontalia, argentea omnia, atque aurea, tapetia purpurea equos ornantia, non aliter atque sponsos.* Apul. l. x. 'Me phaleris aureis, et fucatis ephippiis, et purpureis tapetis, et frænis argenteis, et pictilibus baltheis, et tintinnabulis perargutis exornatum.' Par splendor in istis Appiani in Mithrid. καὶ ἵππων χαλινοὶ, καὶ προστερνίδια, καὶ ἐπωμίδια πάντα ὁμοίως διάλιθα, καὶ κατάχρυσα: *Equorum fræna, pectoralia, tergoralia, omnia pariter gemmis ornata, et aurea.* Cerda.

Pallas] Nisi placeat *Pallans*, ut in plerisque veterum monumentis notatum est. Et quia nomen id *n* non recipere tradit Probus, certe geminato saltem *ll* scribendum erit. *Pier.*

169 *Juncta est mihi fœdere dextra*] Antiquis amicitiis per Anchisæ hospitium. *Servius.*

170 *Crastina*] Ad hoc exemplum Claud. Rapt. l. ii. 'Crastina puniceos cum Sol detexerit ortus.' Virg. iterum in Æn. xii. 'cum primum crastina cœlo Puniceis invecta rotis Aurora rubebit.' *Cerda.*

171 *Auxilio lætos dimittam*] Hæc sunt pauca, quibus auxilium pollicetur. *Servius.*

Auxilio lætos dimittam] In hoc etiam nomine, *auxilio* variatum. Nam sunt qui *ausilio* per *s*, sunt qui per *x*, sunt qui per utrumque *x* et *s* scribant: et superius in monumentis veterum *auxsilium* per *x* et *s* notatum observavimus. Nos *auxilium* ex usu eruditorum emendatiore scribimus. Sed illud magis me moverit, quod in

codicibus aliquot antiquis *Auxilio tutos* legitur. Sed *lætos* magis receptum. *Pierius.*

Dimittam, opibusque juvabo] Ἀποπέμψω. Plato in Hipp. Majo. τί— ἔχοντες χρήματα, καὶ σοῦ δυναμένου τὰ μέγιστα αὐτοὺς ὠφελεῖν, οὐ πλήρη σε ἀργυρίου ἀπέπεμψαν; *Germanus.*

Opibus] Id est, militibus. *Opes* antiqui vocabant milites. *Servius.*

172 *Quando huc ven. am.*] Siquidem amici venistis. Extraneos enim ad sacra non licebat adhibere. Hos autem adhibet ad sacra, quasi antiquis junctos amicitiis. Unde infert, 'et jam nunc sociorum assuescite mensis.' *Idem.*

173 *Annua, quæ differre nefas*] Anniversaria sacrificia, id est, solennia, ideo non differuntur, quia nec iterari possunt. Solenne autem hoc esse ipse ait, 'Forte die solennem illo rex Arcas honorem.' Nam calendaria, si qua fuerint ratione dilata, possunt repeti: nec piaculum eorum intermissione committitur. Sane hoc sacrum *pollutum* vocatur, quod populo annis singulis luitur. *Idem.*

Annua] Ἐνιαυτίας θυσίας. *Germ.*

Quæ differre nefas] Alludit ad antiquos Numæ sacrorum ritus, qui tam arcta religione continebantur, ut ne nuntiato quidem repentino in urbem hostium incursu rumpi aut interpellari possent. Unde et supra: 'audax quæ rumpere Pallas Sacra vetat.' Vide Plutarch. in Numa, et lib. De superstitione. *Idem.*

Faventes] Ut in sacris, *Favete linguis: favete vocibus.* Servius.

174 *Et jam nunc*] Ordo est, et jam sociorum. *Idem.*

Sociorum adsuescite mensis] Nihil magis ad societates conjungendas validum, quam eorundem sacrorum participatio: ideo invitat ad easdem sacrorum epulas, ut firmetur societas. Alludit quippe ad δοχὰς, καὶ ὑποδοχὰς, καὶ ξενικὰ συμπόσια, sive, ut Pindarus vocat, ξενίας τραπέζας. Quintil. Declam. 301. dixit 'mensæ societatem.' *Cerda.*

175 *Dapes*] Epulæ Deorum propriæ, ut Jovis cœna. *Servius.*

Dapes] Proprie, ut notatum Servio: 'Dapes epulæ Deorum propriæ, ut Jovis cœna.' Festus: 'Dapes apud antiquos dicebatur res divina.' Inde notante eodem, *daptice* pro magnifice; et *dapticum*, amplum et magnificum: nam quæ Deorum sunt, magnifica sunt. Addit idem δαὶς apud Græcos ejusdem esse potestatis, unde *daps* Latina vox. Illustro Festum ab Polluce, qui l. VI. δορπία, ἡ πρώτη τῶν Ἀπατουρίων· προσήκει δ' ἂν αὐτοῖς καὶ δαὶς, ἀφ' ἧς καὶ δαιτυμών: *Dorpia, dies prima sacrorum Apaturiorum, quibus convenit* δαὶς, *unde* δαιτυμών. Vides, ut convivium sacrorum dicat δαῖτα, et convivatorem illorum δαιτυμόνα. *Cerda.*

Sublata reponi Pocula] Quoniam metu reliquerant mensas, ideo ait *reponi.* Servius.

Sublata] Aut metus causa, aut satietate interveniente. *Donatus.*

176 *Gramineo*] Hic de gramine facto: alibi *gramineo*, pro *graminoso*, ut 'Gramineo ripæ religavit ab aggere classem.' *Servius.*

Gramineo] Suppetente quippe hanc materiam agro ipso. Sed notetur cursim, apud Græcos adhuc in ipsis tectis epulatum in gramine et herbis; nam videlicet aulæ ipsæ sub dio erant. Quod ex Homer. Athen. notat l. III. et V. Vates enim de Peleo, αὐλῆς ἐν χόρτῳ ἔχε δὲ χρύσειον ἄλεισον: *Tenebat aureum poculum aulæ in gramine.* Proprie χόρτος fœnum est. Sed et hunc morem Strabo suppetit, loquens de Gallis, καθεζόμενοι δειπνοῦσιν ἐν στιβάσι: *sedentes cibum capiunt in stramentis frondeis.* Pollux quoque inter loca, in quibus fit accubitus, στιβάδας nominat. *Cerda.*

Sedili] Bene *sedili.* Nam in templa Herculis lectisternium esse non licebat. Quamvis apud veteres omnes

sedentes vescerentur. *Servius.*

Sedili] Nam mos fuit non accumbendi, sed sedendi in his sacris: unde in VII. 'Hæc sacris sedes epulis.' *Donatus.*

Sedili] Hic tantum Macrobii nota necessaria, qui ait III. 8. non vacare vocem *sedili;* nam propria observatione cautum erat, in Herculis sacris epulari sedentes. Adducitque Cornelium Balbum *ἐξηγητικῶν* l. XVIII. ita scribentem: 'Apud aram Maximam observatum, ne lectisternium fiat.' Est autem 'ara Maxima,' Herculea. *Cerda.*

177 *Præcipuum*] Potest et præcipue accipi. *Servius.*

Præcipuumque, &c.] Od. A. *αὐτὴν δ' ἐς θρόνον εἷσεν ἄγων, ὑπὸ λῖτα πετάσσας Καλὸν, δαιδαλέον.* Et Od. Γ. *ἕλε χεῖρα καὶ ἵδρυσεν παρὰ δαιτὶ Κώεσιν ἐν μαλακοῖσι.* Et Od. Ξ. *ἐστόρεσεν δ' ἐπὶ δέρμα ἰονθάδος ἀγρίου αἰγὸς Αὐτοῦ ἐνεύναιον μέγα καὶ δασὺ, χαῖρε δ' Ὀδυσσεὺς Ὅττι μιν ὣς ὑπέδεκτο.* Sic et in epulis præcipuum honore, hoc est, discubitu honoratissimum, inter convivas dixit Tacit. Ann. l. XIX. 'Sciscitanti causam, apud Cæcinam Thuscum epulari multos, præcipuum honore Junium Blæsum nuntiatur.' *Germanus.*

Toro] Proprie; nam Latinus *torus* respondet Græcorum *στιβάδι*, quæ vox signat stramenta frondea, et graminea. Sumi autem solent epulæ super stibadibus, ut, non longe hinc, dicebam. In Anthol. l. VII. *ποτὶ δεῖπνον ἐπελθὼν, Ξυνῇ κεκλιμένην εἶδρακον ἐν στιβάδι*: *ad convivium cum irem, Vidi illam communi accumbentem in stibade.* Cerda.

Villosi pelle leonis Accipit Æneam] Aut suscipit ad sedendum: aut pascit, ut, 'Illos porticibus rex accipiebat in amplis.' Torum autem herbarum super solium fuisse intelligamus, ne sit sedili contrarium. Congrue autem de leonis pelle dicitur coopertum, quia nihil opportunius in Herculis festo. *Servius.*

Leonis] Quod conveniebat Herculis sacris. *Donatus.*

178 *Accipit et Invitat*] Verba hospitalia. *Servius.*

Solio acerno] Imitatione Apollonii: *αὐτὰρ ἐν ὑψίστῳ βασιλεὺς μόσσυν θαάσσων Ἰθείας πολέεσσι δίκας λαοῖσι δικάζει.* Nimirum heroicis temporibus reges ipsi *μόσσυνι*, hoc est, *solio ligneo*, utebantur. *Germanus.*

179 *Tum lecti juvenes*] Non vacat *lecti*. In sacris enim Herculis nec servi intererant nec liberti: adeo ut Appius, qui sacra hæc transtulit in libertos, vel, ut quidam volunt, in servos publicos, et caruerit oculis, et intra annum omnem familiam perdiderit Pinariorum. *Servius.*

Certatim] Id est, studiose. *Idem.*

Aræque sacerdos] Maximæ scilicet. Nondum enim templum Herculis fuerit: sed ara tantummodo, quam maximam dicit ex magnitudine fabricæ. *Idem.*

180 *Viscera tosta ferunt, &c.*] Solebant veteres in sacrificiis hostiæ partem conjicere in ignem, Diisque immolare, partem vero cum iis, qui sacrificio intererant, vesci, ut hoc loco Euander cum sociis: vel ad eos quoque nonnunquam, qui sacrificio non interfuissent, mittere. Et exta quidem prius comedebant quam reliquam carnem, unde et hic primo loco ministrantur. Sic Valer. Argon. l. II. 'sacris dum vincitur extis Prima fames.' Sed plenius de his disputantem vide Cl. Salmasium in Plinian. Exercitat. *Emmeness.*

Ferunt] Verbum conviviale, et hac doctrina sæpe illatum Maroni hic, et Ge. IV. et Æn. I. ac V. In Græcis vidi *φέρω, εἰσφέρω, εἰσκομίζω.* Athen. l. III. *φερέτω τράγημα*, Xenoph. Anab. VII. *τρίποδες εἰσηνέχθησαν πᾶσιν κρεῶν μεστοί.* Ath. III. *εἰσεκομίσθη ἧπατα.* *Cerda.*

181 *Dona*] Sic in re quoque frumentarea Græci, præsertim cum mentione Cereris. Isocr. Pang. loquens

de hac Dea, ait: dedisse illam mortalibus δωρεὰς διττὰς, *duplex donum*, nimirum καρποὺς, καὶ τελετὴν, *fruges, et initiationem*. Idem.

Laboratæ Cereris] Quæ eget laboris: ut, 'Mox et frumentis labor additus, ut mala culmos Esset rubigo.' Glandes enim sine ullo labore nascuntur. *Servius.*

Laboratæ Cereris] Ea forma Ovid. 'laboratæ merguntur in æquore puppes:' et Græci ἐκπονεῖν, et ἐκπονεῖσθαι: ut de effícto cane poëta Epig. l. IV. σύκωνος οὐ ῥίνῃ πεπονημένος, οὐδ' ἀπὸ μίλτου, 'Αλλ' ἀπὸ ποιμενικῆς αὐτομαθοῦς ξοΐδος. *Germanus.*

Bacchum] Caute: non pocula; nam hæc reposita jam in mensis: tantum ergo illatum vinum. *Cerda.*

Ministrant] Respondet huic διακονέω. Anacr. μέθυ μοι διακονεῖτο. Athen. l. IV. δειπνέοντων ἄνδρες μαχαιροφόροι. Pari consecutione eodem lib. ministrum mensarum vocat *diaconum*. Non abit acceptio Xenophont. qui Memor. II. *diaconum* vocat ἀγοραστὴν, id est, *obsonatorem, emptorem*. Idem.

183 *Perpetui tergo bovis*] Aut secundum Homerum intelligendum, qui dicit carnes dorsi apponi solitas honorabilioribus, ut sit sensus talis: Posuit ante eos magni bovis carnes eas, quæ apud majores in honore fuerunt: aut re vera *perpetui*; nam de hoc bove immolato Herculi, carnes carius vendebantur caussa religionis: et inde vitulus alter redimebatur, qui ex illius pretio comparatus quasi perpetuus esse videbatur. *Tergo* autem potest a parte totum intelligi, quamvis alii dicant ideo *tergo bovis*, quod ad aram maximam aliquid servari de tauro nefas est: nam et corium illius mandunt. *Servius.*

Perpetui tergo bovis] Dicit, appositum uni Æneæ (vide ut explicui) integrum tergum bovis. Hic enim Heroum honos in convivio. Athen. l. I. εἰσὶ δὲ τοῖς ἀρίστοις κατὰ δεῖπνα τιμαί. Τυδείδης γοῦν καὶ κρέασι, καὶ πλείοις δεπάεσσι τιμᾶται· καὶ Αἴας νώτοισι διηνεκέεσσι γεραίρεται: *Sunt et optimatibus in convivio honores. Diomedes enim et carnibus, et plenis poculis honoratur: et Ajax honestatur longis tergoribus.* Alludit quippe in re Diomedis ad Iliad. VIII. ubi is dicitur solitus coli a Græcis ἕδρῃ τε, κρέασίν τε, ἰδὲ πλείοις δεπάεσσι: *sede, carnibus, plenis poculis.* In re autem Ajacis ad Iliad. VII. ubi Agamemnon, Νώτοισιν δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν. Ergo, *perpetuum* Virgilii, et διηνεκὲς Homeri sibi respondent. Est enim διηνεκὲς *longum, continuum, porrectum.* Tractat et Hom. locum Dio Chrysost. Orat. II. καὶ τὸν Αἴαντα μετὰ τὴν νίκην φιλοφρονεῖται τοῖς νώτοις: *Ajacem post victoriam accipit dorso bovis.* Notat etiam Eustathius in adductum Homeri locum: νωτιαῖα κρέα παρατίθεσθαι ἔοικε τοῖς ἐν ὑπεροχῇ: *apponendas carnes ex humeris victimarum his, qui præstant dignitate.* Confirmatque ex Herodoto, qui ait, Reges solitos in convivio, θυομένων τὰ δέρματα καὶ τὰ νῶτα λαμβάνειν, καὶ πρώτους ἕζειν ἐν τῷ δείπνῳ, καὶ διπλάσια νέμειν αὐτοῖς τὰ πάντα: *accipere victimarum pelles, humeros, locum principem, dupla omnia in distributione.* Herodoti locum invenies l. VI. Neque vero turbet novitium Lectorem, integrum tergum bovis, quantus ipse est bos, appositum: nam integros boves assari solitos satis docet Athen. Coqui etiam apud Plutar. integros apros assant ad cœnam Antonii. Quin hoc ad exemplum Herculis ipsius, qui apud Philost. Imag. 2. in Thiodamante, non jam tergus, sed σιτεῖται βοῦν ὅλον, ὡς μηδὲ τὰ ὀστέα περιττὰ ἡγεῖσθαι: *totum edit bovem, adeo ut ne ossa quidem omittenda duxerit.* Quæ Virg. nominat *terga*, et Homerus νώτους, Aristoph. in Iren. ὀσφὺν, *lumbum.* Cerda.

Lustralibus extis] Aut pinguibus. Moris enim fuerat, completo lustro, pingues victimas offerre Censores. Aut certe de quinquennali bove, id

est, perfectæ ætatis: nam Homerus dicit, *πίονα, πενταέτηρον*: aut quia per quinquennium ipsis victimis urbs lustrari solebat. Alii proprie *lustralia* dicunt, quæ duabus manibus accepta in aram Pontifex vel Censor imponit, quæ non prosecantur. *Servius.*

Lustralibus extis] Multi hic mihi videntur φλυαρεῖν. Tantum illos sequor, qui 'exta lustralia' explicant, quæ lustrant, purgant, ut pars sacrorum. Itaque ἀφοσιοῦμαι illos, qui confugiunt ad bovem *πενταέτηρον, quinquennem*. Scio hunc bovem induci ab Hom. sed ad Virg. hoc nihil. Ut Virgilius, capiendus quoque Stat. Theb. II. 'lustraliaque *exta* Lacte novo perfusus edit Vulcanius ignis.' Neque enim placent, quæ ibi interpretes. Non omittenda Turnebi Nota, dici a Virg. *lustralia*, quæ ab Liv. loquente de hoc sacro, *solemnia*. Neque Colvii scribentis in Apulejum, veteribus in usu fuisse cibum, qui reliquus fuisset e sacrificio. Apul. ipse l. IX. 'Sacrificales epulas cum Sacerdotibus Deæ cœnitabat.' Horat. Serm. II. 'Vernasque procaces Pasco libatis dapibus.' Tertull. de Spect. 'Non sacrificamus, non parentamus: sed neque de sacrificato et parentato edimus.' Vescitur ergo Æneas et Trojani carnibus quæ fuerant reliquæ e sacrificio. *Cerda.*

184 *Postquam exemta fames, et amor conpressus edendi*] Postquam et necessitati satisfactum est, et voluptati. *Servius.*

Postquam exemta fames] Non libenter audiuntur sermones, nisi venter satur sit. *Donatus.*

Postquam exemta fames, &c.] Quis ignorat Homericum illud? Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. Sed ego hic adjungam, uti alii, Eurip. in Ione δείπνων δ' ὅταν λήγωσι. ibid. βορᾶς ψυχὴν ἐπλήρουν. Calab. Οἱ δ' ὅτε δὴ παύσαντο πότου δαιτός τ' ἐρατεινῆς. Ælian. Var. Hist. XII. 1. μετὰ γὰρ τὸ ἐμπλησθῆναι τροφῆς. Hippoc. lib. de flatib. βρῶσις παύει λιμὸν, δίψην ἔπαυσε πόσις. Hom. Iliad. XI. novo flexu, Αὐτὰρ ἐπεὶ τάρπημεν ἐδητύος, ἠδὲ ποτῆτος. Et Iliad. XIX. οἴνοιο κορεσσάμενος, καὶ ἐδωδῆς. Non reddidi, quia clara. Athen. l. IV. pulchre, ἤδη δ' ἡμῶν ἡδέως ἀπηλλοτριωμένων τοῦ σωφρονεῖν: *cum jam omnes suaviter alieni a temperantia essemus.* Quid Latini: Ovid. Met. IV. 'epulis functi.' Sil. l. XI. 'pulsa fames.' Valer. Arg. II. 'vincitur fames:' ut etiam Stat. Theb. I. 'victa fames.' et Achill. II. 'placata fames epulis.' *Cerda.*

Et amor conpressus edendi] Diximus in Romano codice evenire sæpius, ut dictiones, quæ per geminum *ss* scribendæ forent, per *n* et *s* notatæ sunt, ut hoc loco *comprensus*. Id, ea de caussa, factum est, quod geminandarum consonantium diversus admodum usus apud veteres fuit; quadam enim ætate multa, quæ nos unico *s* nunc scribimus, geminato illi, uti superius dictum est, scribebant, *caussa*, *imperiossus*, *formossus*, et similia. Contra fuere tempora, quibus, ut observatum a Verrio est, consonantes minime geminarentur. Ubi vero quid gemina consonante scribendum occurrisset, supra literam, quæ gemina scribenda erat, notam quandam ponere consuerant. Amplius Velius Longus Nisum auctorem citat, qui *comese* et *suese*, et alia hujusmodi simplici *s* scribenda censuerit, ea ratione, quod juxta productam vocalem consonans progredi non soleat, et præsertim quondam minime geminaverint. Quam vero notam Victorinus Sicilicon appellat, geminandis consonantibus superponi solitam hujusmodi est figura' ut alibi monuimus. Quod apud eos, qui de ponderibus et mensuris scribunt, animadverti. Posterioris inde sæculi imperitia factum est, ut crediderint notam eam compendiariæ scripturæ apicem esse, quem loco literæ *n* solemus interdum adlinere. Hinc *comprensus*

hoc loco, et in aliis codicibus, *imperiossus*, et *formonsus*, quæ nonnunquam *ss* geminato scribi consuerunt, emanasse crediderim. Quanquam in *formonsus* circumflexum accentum, aut τὴν μάκραν etiam huic errori ansam dedisse credi possit, ut alibi disputatum est. *Pierius.*

Amor edendi] A Lucret. l. vi. 'et amorem obturet edendi.' Uterque ab Hom. qui ἐδητύος ἔρον. *Cerda.*

185 *Rex Euandrus*] Aut non servavit nominis declinationem; nam *Euander* facit, sicut ipse alibi: 'Pallas Euander in ipsis;' aut Græce declinavit, ὁ Εὔανδρος. *Servius.*

Rex Euander ait] Pauci admodum codices sunt, in quibus *Euander* legatur, sed in quamplurimis, *Euandrus*, de quo superius satis dictum. Quamvis Servius in Georg. dicat nomina, quæ apud Græcos in *gros*, *tros*, *pros*, *cros*, *dros*, exeunt, apud nos in *er* terminari, et secundæ esse declinationis. Ex quibus duo tantum nomina designentur, *Codrus*, et *congrus*. Verum hæc latius ex Carisio recitavimus libro tertio. *Pierius.*

Rex Euandrus ait] Maluit hic Græcum Εὔανδρος quam Latinum *Euander*. Et *ait*, scilicet post epulas: nam nulla narratio jucunda crepante ventre. Ita Hom. Odyss. viii. post versum illum, αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος, &c. sequitur, Μοῦσ' ἄρ' ἀοιδὸν ἀνῆκεν ἀειδέμεναι κλέα ἀνδρῶν: *Musa jubet canere hinc illustria facta virorum.* Cerda.

Non hæc solemnia] Variat in uno pronomine. 'Non hæc solennia nobis, Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram.' *Servius.*

186 *Has dapes*] Dum originem sacrorum narrat, epulas etiam excusat. *Donatus.*

Hanc tanti numinis aram] Hujus aræ magnæ meminit his verbis Tacit. Ann. l. xv. 'Sed vetustissima religione, quod Servius Tullius Lunæ, et magna ara, fanumque, quæ præsenti Herculi Arcas Euander sacraverat, ædesque Statoris Jovis vota Romulo, Numæque regia, et delubrum Vestæ, cum Penatibus populi Rom. exusta.' In quam sententiam et Plutarch. ἐν ῥωμαϊκ. in cap. διατί τῷ ἡρακλεῖ γινομένης θυσίας, &c. ὡς δέ φασιν ἔνιοι, καὶ μετὰ τοῦ ἀνθρώπων ὄντος ἔτι βωμὸν ἱδρύσασθαι τὸν Εὔανδρον αὐτοῦ, καὶ θυσίαν προσαγαγεῖν. *Germanus.*

Tanti numinis] Hæc αὔξησις respicit Herculis fortitudinem: hæc enim virtus in illo præ aliis spectanda; ideo 'tantum numen.' Inde postea *servati*, ut de militari Deo. Quis enim ignorat 'servari in bello,' quid sit? ut et Græcis ζωγρεῖσθαι. Ego vero, si juvarent codices, libenter legerem, 'hanc tanti nominis aram.' Quia hæc ara dicta *Maxima* et ideo *tantum nomen*. Cerda.

187 *Vana superstitio*] *Superstitio* est timor superfluus et delirus. Aut ab aniculis dicta *superstitio*, quia multæ superstites per ætatem delirant, et stultæ sunt; aut secundum Lucretium, *Superstitio est superstantium rerum*, id est, cœlestium et divinarum, id est, quæ super nos stant, inanis et superfluus timor. *Servius.*

Vana superstitio veterumque ignara deorum] In Romano codice, et quibusdam aliis antiquis, legere est *veterumque:* et ita scriptum est in Lactantii Firmiani codicibus, ubi libro iv. locum hunc exponit in hunc modum: 'Qui novos sibi ritus assumebant, ut Deorum vice mortuos honorarent, quos ex hominibus in cœlum receptos putabant, hos superstitiosos vocabant. Eos vero, qui publicos et antiquos Deos colerent, Religiosos nominabant. Unde Virgilius, 'Vana superstitio veterumque ignara Deorum.' Alii leg. *veterumve.* Pierius.

Veterumque ignara deorum] Duo dicit, Non ideo Herculem colimus aut quia omnem religionem veram putamus, aut quia Deos ignoramus antiquos: cautum enim fuerat, et apud Athenienses et apud Romanos, ne

quis novas introduceret religiones. Unde et Socrates damnatus est: et Chaldæi vel Judæi sunt urbe depulsi. Sane quidam veteres Deos Novensiles dicunt, quibus merita virtutis dederint numinis dignitatem, Ergo ideo *vana*, quia superstitio ignara Deorum. *Servius.*

189 *Servati*] Quasi agnoscat Herculem Deum SERVATOREM, non minus ac Jupiter dictus est SERVATOR peculiari eponymia. Ergo, quia Servator aliorum Hercules, ideo Deus: nam sacra hæc instituta tantum ex memoria beneficii accepti. Hercules ipse Anthol. l. IV. ait, natum se esse σώζειν ἀγαθοὺς ἐξ ἀχέων: *ad servandos bonos ex doloribus.* videlicet unus fuit ex numero Deorum ἀλεξικάκων: et illum dictum ab Cois Ἀλέξιν Aristid. scribit. *Cerda.*

Servati facimus] Verbum *facimus* ad solemnia et dapes referendum est, hoc sensu: Ista solemnia et has dapes obimus, dum salutis adeptæ a latrone sævissimo anniversariam memoriam celebramus. Quid si exponamus *facimus* sacrificamus, cum sequatur velut per ἐπεξήγησιν, *meritosque novamus honores?* Pont.

Novamus honores] Detraxit *re*, nam *renovamus* debuit dicere. Quam particulam alibi addit: ut, 'Fata renarrabat Divum.' Aliter in Æn. quarto, 'Tecta novantem,' dixit. Quidam intelligunt proprie esse *novare*, replicando vetera quandam facere novitatem, ac per hoc excludere vetustatis injuriam. *Servius.*

190 *Jam primum saxis*] In perveteri codice *jampridem* legitur, quod nonnullis minime displicuisse animadverti. *Pierius.*

Suspensam hanc aspice rupem] Cacus, secundum fabulas, Vulcani filius fuit; ore ignem ac fumum vomens; qui vicina omnia populabatur. Veritas tamen secundum Philologos et historicos hoc habet, hunc fuisse Euandri nequissimum servum ac furem. Novimus autem malum a Græcis κακὸν dici: quem ita illo tempore Arcades appellabant. Postea, translato accentu, *Cacus* dictus est: ut Helene *Helena.* Ignem autem dictus est vomere, quod agros igne populabatur. Hunc soror sua ejusdem nominis prodidit. Unde etiam sacellum meruit, in quo ei pervigili igne, sicut Vestæ, sacrificabatur. *Servius.*

Suspensam rupem] Quasi jam jamque lapsuram. *Idem.*

Suspensam rupem] De Anagnia Silius l. XII. 'surgit suspensa trementi Dorso.' Et Statius secundo Silv. 'Litus et in terras scopulis pendentibus exit.' *Cerda.*

191 *Disjectæ procul ut moles*] In Romano codice, *dejectæ* legitur, quod non æque placet. Dicturus enim rem ab Hercule gestam, majus nescio quid ostendit, dicendo 'moles disjectas.' Loquitur vero de fragmentis illis, quæ ab Aventini vertice, et imis radicibus, avulsit Hercules, ut sibi aditum in antrum Caci patefaceret. *Pierius.*

193 *Hic spelunca fuit*] Totum hunc locum adumbrat Valer. l. IV. Lege ab eo loco, 'Litore in extremo spelunca apparuit ingens Arboribus super, et dorso contecta minanti.' Nec non Silius cum scribit l. VI. 'Intus dira domus, curvoque immanis in antro Sub terras specus, et tristes sine luce tenebræ.' Ovid. de hoc ipso Caci antro Fast. I. 'Proque domo longis spelunca recessibus ingens Abdita, vix ipsis invenienda feris.' Livius quoque *speluncam* vocat hanc domum Caci; Dionys. ἄντρον, et σπήλαιον. *Cerda.*

Recessu] A vestigiis scilicet hominum. *Servius.*

Vasto summota recessu] Uti Manil. l. I. Virgilium imitans, dixit de astris 'longo summota recessu.' Eleganter dictum a Propert. IV. 6. 'fugiens portus' ad signandum hunc recessum: et El. 10. ejusdem lib. 'Et si qua

extremis tellus se subtrahit oris.' *Cerda.*

194 *Semihominis*] Hoc est, feritate corrupti. *Servius.*

Semihominis] Id est, semiferi. Nam infra, 'villosaque setis Pectora semiferi.' Sed poëtice ista, nam Liv. tantum, 'pastor accola ejus loci, nomine Cacus, ferox viribus.' Ab Martiali Cacus, 'silvarumque terror.' Ab Propert. IV. 10. 'Incola Cacus erat metuendo raptor ab antro.' Martialis procul ab Ovid. qui Fast. I. 'Cacus Aventinæ timor, atque infamia sylvæ.' Porro hæc vocum compositio trita est. Notandus versiculus ille Nasonis, 'Semibovemque virum, semivirumque bovem.' De quo vide quæ scribit Sen. Rhet. Declam. 2. *Cerda.*

Semihominis Caci] Fabulam Caci ad amorem detorquet Plutarchus in ἐρωτικῷ· ἄξιον δὲ σαφῶς παρὰ ταῖς μούσαις μνημονεῦσαι· τὸν μὲν γὰρ ἡφαίστου παῖδα ῥωμαῖοι κάκον ἱστοροῦσι πῦρ καὶ φλόγας ἀφιέναι διὰ τοῦ στόματος ἔξω ῥεούσας, αὐτὴ δ' ἀληθῶς μεμιγμένα περὶ φθέγγεται, καὶ διὰ τῶν μελῶν ἀναφέρει τὴν ἀπὸ τῆς καρδίας θερμότητα. *Germanus.*

Facies] Pro, universus visus. *Serv.*

Facies quam dira tenebat] In Romano codice, et aliquot aliis pervetustis, *tegebat* legitur. Sed *tenebat* receptum magis. *Pierius.*

195 *Inaccessam*] Participium sine verbi origine. *Accedor* enim non dicimus: sed tale est, ut *placita, nupta, triumphata, regnata.* Et quæritur quis hoc ante Virgilium dixerit. *Servius.*

Solis inaccessam] Est hoc, quod Homer. Odyss. V. οὐδέ ποτ' ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν. Nonnus l. XXXI. ad verbum, δύσβατον. *Cerda.*

Semperque recenti Cæde, &c.] De antro Amyci paria Valer. l. IV. 'Infelix domus, et sonitu tremebunda profundi, Et varii pro rupe metus: hinc trunca rotatis Brachia rapta viris, strictoque immortua cæstu, Ossaque tetra situ, et capitum mœstissimus ordo.' Sil. l. VI. 'semesa jacebant ossa solo informi.' A Virgilio Ovidius Fast. I. de Caco, 'Ora super postes, affixaque brachia pendent, Squallidaque humanis ossibus albet humus.' Stat. Silv. II. 'atràque Caci Rura.' Præclare idem Theb. II. loquens de Sphinge, 'Monstrat silva nefas.' Nonnus etiam vagatur simili conquestione et affectu l. XX. Dionys. describens Lycurgi domum, qui hospites mactabat, hunc in modum, φονίοιο παρὰ προπύλαια Λυκούργου Ἄκρα ποδῶν, καὶ χεῖρες ἐπηώρηντο θανόντων: *homicidæ ad vestibula Lycurgi Extrema pedum, et manus pendebant occisorum.* Nec non Eurip. in Taur. ubi multa de mactatis hospitibus, et παθητικὰ omnia, ut cum ait; περὶ κίονας ναῶν αἷμα βρότειον: *humanus sanguis ad columnas templorum:* et in Alcestid. ubi sermo est de Diomede pascente equos humano sanguine: Φάτνας ἴδοις ἂν αἵμασιν πεφυρμένας: *Videbis præsepia conspersa sanguine.* Excitat et hinc affectus Opp. Cyn. II. κατὰ δὲ χθονὶ πολλὰ κέχυνται Λείψανα ποιφύσσοντα, καὶ ἀσπαίροντα φόνοισι: *humi vero multæ jacent effusæ Reliquiæ spirantes, et palpitantes cædibus.* Idem.

196 *Foribusque adfixa superbis*] In aliquot antiquis exemplaribus legere est, 'foribus suspensa superbis.' Sed *adfixa* nescio quid atrocius ostendit. In Mediceo absque particula copulativa, *foribus affixa* legitur. *Pierius.*

197 *Ora virum*] Hoc est, capita. *Servius.*

198 *Huic monstro*] Bene mutavit casum in quo inerat turpis significatio verbi, ne diceret 'huic Caco.' *Id.*

Illius atros Ore vomens ignes] Quippe filius Vulcani flammas paternas ejectabat. Geminus itaque huic loco locus Nonni l. XXIX. ubi de duobus Vulcani filiis ita ait: Ἡφαίστου δὲ τοκῆος ἐρευγομένου πυρὸς ἀτμῷ Συγγενέας σπινθῆρας ἀνηκόντιζον ὀπωπαί: *Vulcani vero patris eructantis flammas*

ignis vapore Cognatas scintillas ejaculabantur oculi. Cerda.

200 *Attulit et nobis aliquando*] Tandem aliquando et nobis subventum est. Scalig. IV. 16. *Taubmann.*

Et nobis] Sicut multis, quibus Hercules profuit monstra purgando. *Ser.*

Ætas] Beneficium temporis: ut, 'Volvenda dies en attulit ultro.' *Id.*

201 *Auxilium adventumque dei*] Hysteroproteron: ante enim *adventum*, sic *auxilium* debuit dicere. *Idem.*

Maxumus ultor] Non tantum noster: sed omnium terrarum. *Idem.*

Maxumus ultor] In codicibus nonnullis perveteribus, *maxumus heros* legitur. Sed magis placet *ultor*, quod ex iis titulis est, qui Dis adscribi soliti sunt in veterum nummis: ut, 'Jovi ultori:' et, 'Mars ultor.' Resque ipsa gesta titulum hujusmodi exposcere videtur. *Pierius.*

202 *Tergemini nece Geryonæ*] Hæc fabula dicta est illo loco, 'Postquam Laurentia victor Geryone extincto Tirynthius attigit arva.' *Servius.*

Tergemini] Pulchre Hor. Od. II. 14. 'Ter amplum Geryonem.' Uterque caute, Virg. (inquam) et Horat. in magna discrepantia. Nam Hesiod. τρικάρηνον γηρυονῆα. Æschyl. vero in Agamem. τρισώματος γηρυών. Pausan. Eliac. priorib. τρεῖς ἄνδρες γηρυόνης. Nonnus l. XXV. τρίλοφος. Notabis unice, hanc vocem *tergeminus*, cum sermo est de Geryone, de Cerbero, et de Diana, semper esse idem, quod *triplex*. De aliis vero, idem quod *multiplex*. Ut apud Tibull. l. IV. 'Mors tergemina:' apud Horat. 'tergemini honores.' Porro Talum illum immanem, quem celebrant Poëtæ, qui Argonautica scripsere, τριγίγαντα vocat Orpheus, *trigigantem*, ab paribus, credo, fabulamentis. *Cerda.*

Tergemini nece Geryona] Observavit Passeratius, legendum esse *Geryonæ*, auctore Servio ad illud e septimo Æneid. 'postquam Laurentia victor Geryona extincto Tirynthius attigit arva:' ubi male *Geryone* pro *Geryona* dicit legi. Sciendumque Servio declinari, *Geryones*, *Geryonæ* (unde est, 'Tergemini nece Geryonæ') ut *Anchises*, *Anchisæ*: unde usurpasse Sallustium *Geryonis* dicentem. Videtur autem Lucretium imitari Servius, apud quem legerat l. v. 'Quidve tripectora tergemini vis Geryonai.' Observavi tamen ego Græcis γηρυονεὺς, γηρυόνης, et γηρυὼν, όνος, variari. Cæterum de Geryone vide supra Æn. VI. Pertinent autem ad loci hujus enarrationem hæc Hæsiodi in Theog. χρυσάωρ δ' ἔτεκε τρικάρηνον γηρυονῆα, Μιχθεὶς καλλιρόῃ κούρῃ κλυτοῦ Ὠκεανοῖο. Τὸν μὲν ἄρ ἐξενάριξε βίη ἡρακληείη, Βουσὶ παρ' εἰλιπόδεσσι περιῤῥύτῳ εἰν ἐρυθείῃ, Ἤματι τῷ ὅτε περ βοῦς ἤλασεν εὐρυμετώπους Τίρυνθ' εἰς ἱερὴν, διαβὰς πόρον ὠκεανοῖο, Ὄρθόν τε κτείνας, καὶ βουκόλον εὐρυτίωνα Σταθμῷ ἐν ἠερόεντι πέρην κλυτοῦ ὠκεανοῖο. Geryonæ autem et hujus abactionis in Gorgia meminit Plato. *Germanus.*

Tergemini Geryonæ] *Trimembris* sive *tricorpor* fingitur; aut, quia tribus insulis præfuit, ut ait Servius: aut, quia tres fratres fuere tantæ concordiæ, ut uno animo omnes regi viderentur; ut tradit Justinus. *Taub.*

Spoliisque superbus] Atqui boves abduxerat: sed *spolium* est quicquid de hostibus tollitur, ut, 'Addit equos et tela quibus spoliaverat hostem.' Item, 'Postquam illum vita victor spoliavit Achilles.' Sane aliter supra, 'foribusque superbis.' *Servius.*

203 *Alcides*] Hoc primum nomen viri hujus, si credis Sex. Empyrico Matth. l. VIII. Nam postea Herculis nomen superinduxit, cum jam Deus. Proprie itaque Poëta *Alciden* nominat, et iterum postea; 'Non tulit Alcides animis:' quia in his locis de hoc viro loquitur, ut de homine. Jam ab illo loco, 'Ex illo celebratus honos,' &c. ubi Deum factum memorat, ad Herculis nomen confugit; ut cum ait: 'Et domus Herculei custos

sacri.' Iterum: 'Dixerat, ea bicolor cum populus um- Adjungo Empyrico Pindarum . VI. σεμνὸν θάλος 'Αλκαϊδᾶν: ermen Alcidarum; videlicet de e nondum Deo. Dio etiam st. Orat. 31. ἐν γοῦν θήβαις 'Αλ- νακεῖταί τις, ὃν ἡρακλέα φασὶν *Thebis Alcæus quidam consecratus m esse ajunt Herculem.* Inde Lector infinitis locis Poëtarum dabis. *Cerda.*

osque hac victor agebat] De eo- Iercule in Anth. l. IV. βόας ἐξ 'Ερυθείης. Pausan. l. IV. ad : ἐλάσαι τῶν γηρυόνου βοῶν λην. Quo verbo et Plato in τοῦ γηρυόνου ἠλάσατο τὰς βοῦς. sitio additur in Anthol. IV. ἐξελάσασθε. Oppian. Cyn. II. ἐξ 'Ερυθείης. Et Philost. vit. n. l. v. τὰς βοῦς ἐλεῖν. Dio Orat. 8. τὰς βοῦς ἀπήλασε· et 14. τὰς βόας ἀφείλετο γηρυόνου. isti loquuntur de Hercule, et vario flexu. Ovid. 'Ecce illuc Erytheïdas applicat He- Propert. IV. 10. 'Amphitryoni- jua tempestate juvencos Ege- tabulis, o Erythræa, tuis.' *Id.*

or] Perpetuo epitheto Hercu- s est, quia omnia animalia vi- od in sequentibus plenius dice- lane de Caco interempto ab le, tam Græci quam Romani tiunt. Solus Verrius Flaccus Garanum fuisse pastorem mag- virium, qui Cacum adflixit, autem magnarum virium apud s *Hercules* dictos. *Servius.*

or] Macrob. Satur. III. 6. re- rel ad victorias omnium anima- unde Romæ ædes duæ VICTO- ERCVLIS: vel ad historiam Oc- Herennii, qui fortissime contra nes pugnavit ope Herculis, at- deo huic Deo ædem sacravit nis nomine. Adducit hoc Ma- ex Masurio. P. Victor memi- rculis Victoris in foro Boario, in undecima regione. *Cerda.*

204 *Vallemque boves amnemque tenebant*] De Baulis, qui dicti veluti Boaulia, aut Boalia, corruptione vocabuli, videlicet a loco, ad quem Hercules compulit boves Geryonis ad stabulandum, lege elegantes versus Symm. Epist. I. 1. *Idem.*

205 *At furis Caci mens*] Pro ingenti scelere, *furis* nomen posuit. Capitale enim crimen apud majores fuit ante pœnam quadrupli. Sed hic quidam ab Euandro tanquam in degeneris fraude *furem* appellatum volunt. *Servius.*

At furis Caci mens effera] Non inficior in Romano codice, et quibusdam aliis recentioribus codicibus, *furiis* legi. Sed enim exemplaria pleraque vetusta, cum Mediceo et Porcio, *furis* habent, quo vocabulo quam maxima exprimitur ignominia. Neque enim ignorabat Virgilius, quam severe olim apud Veteres furtum puniri solitum esset, quamque levi de caussa, vel uno verbo furti quis argueretur. Quippe si jumentum quis aliorsum duxisset, quam quo utendum accepisset, aut longius quam quem in locum petiisset, Q. item Scævola declarante, 'Quod cui servandum datum est: si id usus est, sive quod utendum acceperit, ad aliam rem, atque adceperat, usus est, Forti se obligasse.' Multaque hujusmodi tum a Labeone, tum a Sabino examinata, quæ temporum illorum integritatem ostendant. Quare Servius pro ingenti scelere *furis* nomen positum ait. Hoc vero loco non tam epitheton illi monstro proprium est, quam etiam inservire tempori videtur. *Pier.*

Ne quid inausum Aut intractatum, &c.] Juniores *intentatum* scribunt. In Romano codice, et in Mediceo, *intractatum* legitur. Nam tractare, et contrectare, de furibus sæpe dictum observes. Solinus: 'Dum tractat etiam ea, quæ concesserant in Arcadum jura, duce Hercule oppressus est.' *Id.*

207 *Quatuor*] Arctat Ovid. Fast. I. 'De numero tauros sensit abesse duos.' Livius nihil finiens, *partem* tantum aversam ait. Dionys. *ὀλίγας τινὰς*, *paucas*. Propert. nullum assignat numerum. Ceterum origo hujus voculæ *quatuor* digna est, quæ sciatur ab magistro Jul. Scal. a quo didicisse testatur Christian. Florens in Iren. Aristoph. Veteres tantum habuerunt tres numeros, *ἓν*, *δύο*, *τρία*: postea dixerunt, *χἄτερον*, pro, *καὶ ἕτερον*: unde corrupte *quatuor*: et deinde *καὶ ἓν κε*: unde *quinque*: sic et *χἄτερα*, unde *cætera*. Cerda.

Præstanti corpore] Intellige *ἐξαιρέτους*, *ἐξόχους*, *ἐκκρίτους*, ut et postea, 'forma superante.' *Idem*.

208 *Avertit*] Erat proprium *Abegit*: sed respexit ad prædam, quæ *averti* dicitur: ut, 'raptas ad litora avertere prædas.' *Servius*.

Avertit] Præclare: nam a tergo, et per caudam. Sic *aversa vulnera*, quæ in tergo accipiuntur: et *averto* est *ὑπομάσχαλον ἐπὶ τοῦ νώτου ἵππου*, *lorum in tergo equi*; quod jam Budæus ex Græco interp. *λαλεῖται δ' ἀβέρτα ἐκ τοῦ ἀπεστράφεσθαι*. Usi alii hoc verbo, ut cum Stat. Theb. XI. 'avertit bonus error equos.' Sed cum proprietate Maronis nemo: nam eo expressit non solum furtum, sed furti modum. A Virgilio arripuit Liv. ad rem eandem: 'Aversos boves, eximium quemque pulchritudine, caudis in speluncam traxit.' Ut et Ovid. Fast. I. 'Traxerat aversos Cacus in antra ferox.' Et Prop. IV. 10. 'Aversos cauda traxit in antra boves.' Martial. aliter V. 66. 'Ducere nec rectas Cacus in antra boves.' In genere autem verbum *averto*, est, quo furtum pecorum indicatur; ut cum Catull. in Nupt. Pel. 'Colchis avertere pellem.' *Cerda*.

Forma superante] Ea facie dictum censet Turneb. XXIII. 15. qua Varro 'exsuperantes viros' dixit, id est, proceros, altissimos, vel etiam fortissimos. *Taubmann*.

209 *Atque hos*] Quotiens masculinum et fœmininum junguntur, hæc disciplina est, ut etiam si posterius est fœmininum, masculino respondeamus. *Servius*.

Ne qua for. ped. vest. rect. —— *versisque viar. indic.*] Supra Æn. V. de labyrintho: 'qua signa sequendi falleret indeprensus, et irremeabilis error.' Et Propert. de Caci furto: 'Hinc ne certa forent manifestæ signa rapinæ, Aversos cauda traxit in antra boves.' Sic et Cicero, 'exemplo,' inquit, 'furum, qui, ne deprehendantur, signa commutare solent.' Admonuit autem me P. Ronsardus, flos decusque Galliæ, hymni Homeri in Mercurium, et ipse hymno dignus, ex quo Virgilius hanc de Caco contexuit fabulam, ut Cacus ab Hercule, ita et Maro ipse a Ronsardo αὐτοφωρὶ deprehensus, qui quidem his testibus furtum indicavit, conclamavitque: *βόες ἄμβροτοι αὖλιν ἔχεσκον Τῶν τότε μαιάδος υἱὸς ἐΰσκοπος ἀργειφόντης Πεντήκοντ' ἀγέλης ἀπετάμνετο βοῦς ἐριμύκους, Πλανοδίας δ' ἤλαυνε διὰ ψαμαθώδεα χῶρον, Ἴχνη ἀποστρέψας, δολίης δ' οὐ λήθετο τέχνης, Ἀντία ποιήσας ὁπλὰς τὰς πρόσθεν ὄπισθεν, Τὰς δ' ὄπιθεν πρόσθεν, κατὰ δ' ἔμπαλιν αὐτὸς ἔβαινεν, Σάνδαλα δ' αὐτίκ' ἔριψεν ἐπὶ ψαμάθοις ἁλίῃσιν, Ἄφραστ' ἠδ' ἀνόητα διέπλεκε θαυματὰ ἔργα*. Dionysius autem Halicarn. ἀρχ. α. videri posset hunc locum Græce vertisse; ubi Caci historiam tractat: *ὀλίγας δέ τινας αὐτῶν εἰς τὸ ἄντρον, ἐν ᾧ πλησίον ὄντι ἐτύγχανε τὴν δίαιταν ποιούμενος, ἀποκρύπτεται, ἔμπαλιν τῆς κατὰ φύσιν τοῖς ζώοις πορίας, ἐπισπώμενος ἑκάστην κατ' οὐράν· τοῦτο δὲ αὐτῷ τῶν ἐλέγχων ἀφανισμὸν ἐδύνατο παρασχεῖν, ἐναντίας φανησομένης τοῖς ἴχνεσι τῆς ὁδοῦ*. *Germanus*.

Pedibus rectis] Pro *pedum rectorum*, dativus pro genitivo. *Servius*.

210 *Versisque viarum Indiciis*] Hoc est vestigiis, quod aversi trahebantur: id est, contra naturam injicientibus errorem indiciis. Ipsa (inquit) deci-

icia, quæ indicare consue-
um *indicium* ab indicando
pit. *Idem.*

occultabat opaco] Volo ob-
ationem, et miros flexus
rid. cum idem narret in
ert. et alii, jejuni sunt
d cum hoc magistro. Nam
es *rupem, molem, domum,*
eluncum, recessum, humum,
um, montem, dorsum, spe-
s, cavernas, tenebras: item
quæ his annexa ad orna-
oster, *saxo occultabat*, ita
olyphemo Odyss. IX. πέ-
θύρησιν. Cerda.

renti nulla] In Romano
liquot aliis, *quærentis* legi-
multitudinis. Non enim
st Herculem tantum quæ-
l oratio crescit ex infinito.
, *quærente* per modum con-
scriptum cum paraphrasi
um quidem structura vide-
stis. *Pierius.*

nulla, &c.] Ovid. Fast. I.
et taciti quærens vestigia
vestigia omnia foras versa
ıys. l. I. ἐναντίας φαινομέ-
τι τῆς ὁδοῦ: via erat vestigiis
Est hoc, quod Stat. Theb.
ia indeprehensa.' Alludit
cursu ille Soph. in Antig.
Polynicis nulla apparent
estigia, cum tamen sepul-
atur. Late hoc Tragicus,
. Theocrit. εἰδ. XXV. dixit,
πη ἴχνεα τοῖο φρασθῆναι
que usquam vestigia illius
leram. Cerda.
t hic *signa* pro vestigiis.

mugire boves] Nam et bru-
familiaritatis affectum ha-
latus.

essu mugire boves] Jos. Sca-
ill. Carm. 62. *Mugire, im-*
ti, eodem tempore censet,
et *pararet:* et, *quum im-*
relinqui, eodem modo dictum ait, ut apud Catull. *quum properare.* Sic Claudianus de Nupt. Honorii: 'Quum procul augeri nitor, et jucundior aër Attonitam lustrare domum.' Creberrimum apud Sallustium, Infinitivus modus pro Definito tempore. Qui hunc locum aliter accipiunt, Grammatici sunt; hoc est, ἀκανθολόγοι, Scaligero judice. *Taub.*

Omne querelis Inpleri nemus] Non, ut multi dicunt, quia consortes perdiderant: sed quia avellebantur a pascuis. Insita enim est bobus aviditas edendi. Unde est, 'Ite domum pasti, si quis pudor, ite juvenci;' vel certe propter stabulorum mutationem. *Servius.*

Omne querelis Inpleri nemus] Lucret. II. de vacca: 'Completque querelis Frondiferum nemus,' nempe μυκηθμῷ. *Germanus.*

216 *Inpleri nemus*] Pro *impletur* et *relinquitur*, infinitum pro indicativo. *Servius.*

Et colles clamore relinqui] Cum clamore: ut, 'et templum clamore petebant;' et 'Atque Ixionei vento rota constitit orbis,' id est, cum vento. Et hoc est melius: nam multi dicunt, 'Relinquebantur colles etiam a clamore:' hoc est, tantum recesserant a collibus boves, ut nec echo resultaret, scilicet ad colles jam clamore non perveniente. Quod non procedit: quia hoc sensu illud excluditur, 'Reddidit una boum vocem.' Si enim tam longe fuerunt, ut nulla ratione recedentium boum mugitus colles derelictos feriret: quemadmodum inclusi bovis est clamor auditus ab Hercule? Alii: ita inquit imago vocis evadens, tanquam relictis collibus inauditur. *Idem.*

217 *Reddidit*] Quasi inclamata. *Idem.*

Una boum] Figura Græca, μία τῶν βοῶν. *Idem.*

Reddidit una boum vocem] Apollon. l. IV. τοὺς δ' ἄμυδις βληχὴ τε δι' ἠέρος ἵκετο μήλων, Μυκηθμός τε βοῶν αὐτο-

σχεδὸν οὖατ' ἔβαλλε· et Æsch. in Suppl. *λευκόστικτον ὃς δάμαλιν ἀμπέτραις ἠλιβάτοισιν, ἀλκᾷ πίσυνος μέμυκε φράζουσα βοτῆρι μόχθους.* Vocem autem tribuit et brutis poëta, nimirum inarticulatam: sic enim definitur vox ab Aristot. l. II. De animo: *ἡ δὲ φωνὴ, ψόφος τίς ἐστιν ἐμψύχου· τῶν γὰρ ἀψύχων οὐθὲν φωνεῖ, ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα λέγεται φωνεῖν, οἷον αὐλὸς, καὶ λύρα, καὶ ὅσα τῶν ἀψύχων ἀπότασιν ἔχει, καὶ μέλος καὶ διάλεκτον· ἔοικε γὰρ ὅτι καὶ ἡ φωνὴ ταῦτα ἔχει· πολλὰ δὲ τῶν ζώων οὐκ ἔχουσι φωνὴν, οἷον τά τε ἄναιμα, καὶ τῶν ἐναίμων οἱ ἰχθύες, καὶ τοῦτ' εὐλόγως, εἴπερ ἀέρος κίνησίς ἐστιν ὁ ψόφος, ἀλλ' οἱ λεγόμενοι φωνεῖν, οἷον ἐν τῷ ἀχελώῳ ἰχθύες, ψοφοῦσι τοῖς βραγχίοις, ἤ τινι ἑτέρῳ τοιούτῳ· φωνὴ δέ ἐστι ζώου ψόφος, καὶ οὐ τῷ τυχόντι μορίῳ, ἀλλ' ἐπεὶ πᾶν ψοφεῖ τύπτοντός τινος, καί τι, καὶ ἔν τινι, τοῦτο δέ ἐστιν ἀὴρ, εὐλόγως ἂν φωνοίη ταῦτα μόνα ὅσα δέχεται τὸν ἀέρα.* Post autem paulo exactius etiam vocem definit, nec solo, ut supra, animati sono ac strepitu; sed ita: *ὥστε ἡ πληγὴ τοῦ ἀναπνεομένου ἀέρος ὑπὸ τῆς ἐν τούτοις τοῖς μορίοις ψυχῆς πρὸς τὴν καλουμένην ἀρτηρίαν, φωνή ἐστιν· οὐ γὰρ πᾶς ζώου ψόφος, φωνὴ, καθάπερ εἴπομεν· ἔστι γὰρ τῇ γλώττῃ ψοφεῖν, ὥσπερ οἱ βήττοντες, ἀλλὰ δεῖ ἔμψυχόν τε εἶναι τὸ τύπτον, καὶ μετὰ φαντασίας τινὸς, σημαντικὸς γάρ τις ψόφος ἐστὶν ἡ φωνὴ, καὶ οὐ τοῦ ἀναπνεομένου ἀέρος, ὥσπερ ἡ βήξ.* *Germanus.*

Sub antro Mugiit et Caci spem] In antiquis plerisque codicibus, *mugit* per synæresim scribitur, sive potius *I* oblongum fuerit pro gemino. *Pierius.*

218 *Mugiit*] More suo, pro *mugivit*: ut, 'Audiit et Triviæ longe lacus.' *Servius.*

Custodita fefellit] Id est, cum custodiretur fefellit. *Idem.*

Custodita] Nihil profuit custodia et astutia. *Donatus.*

219 *Exarserat*] Pro *exarsit*. Serv.

Atro felle dolor] Quo irascimur secundum Physicos, ut splene ridemus. Persius, 'sed sum petulanti splene cachinno.' *Idem.*

Exarserat felle dolor] Nempe ab atra bile *ἡράκλειον πάθος* est: quæ et *heroica*, et *sacra passio*. De qua Aristot. Probl. I. Sect. 30. Vide Gualter. et Lamb. ad illud Horat. Od. I. 15. 'meum Fervens difficili bile tumet jecur.' Simul autem verbo, *exarserat*, qualis natura sit bilis, ostendit. Sic Æn. v. 'exarsit dolor ossibus.' l. VII. 'exarsit in iras.' l. XI. 'exarsit violentia Turni.' Mirum vero, Poëtam in felle iracundiam ponere, quam rectius alii in corde. Certe Hom. interprete Cic. Tusc. III. 'Corque meum penitus turgescit tristibus iris.' Et noster etiam Æn. VI. 'tumida ex ira tum corda residunt.' *Taubmann.*

220 *Rapit arma manu, nodisque gravatum Robur*] Duo dixit, sagittas et clavam: et non vacat *que*. Nam si armorum Epexegesis est: 'nodisque gravatum Robur,' vacat *que*. *Gravatum* autem, pro *Grave* posuit. Nam *grave* est per naturam ponderosum: *gravatum*, quod oneratur extrinsecus. Sed quidam melius *gravatum*, quam *grave* dictum volunt, quasi extrinsecus nodi sint additi. *Idem.*

Rapit] Et non cepit: nec passibus, sed cursu, magis injuriam quam damnum dolens. *Donatus.*

221 *Robur*] Ita et Herculis clavam vocat Valer. Arg. I. 'Magnanimus spectat pharetras, et inutile robur.' Stat. in Silv. 'exitiale ferebat Robur.' Facit *nodosum*, ut Ovid. 'clava trinodis.' *Cerda.*

Aërii] Quasi per aërem iter caperet: hoc enim indicat Poëta. Sic apud Calab. l. XI. dicitur carpi *ἀερίη οἶμος, iter aërium*, ab his, qui Trojanos muros oppugnabant, in eosque ascendebant. *Idem.*

222 *Tum primum*] Id est, primo Herculis beneficio. *Servius.*

Tum primum, &c.] Lege Petr. Victo-

rium var, III. 5. ubi similitudo Virgiliani loci cum Platonico, de Thrasymacho, cum primum timui. Valer. Arg. l. IV. ubi ait, 'Ille dies ægros Amyci sudoribus artus Primus, et arenti cunctantem vidit hiatu.' Dicit, Amycum pugnantem cum Polluce, tum primum timoris notas dedisse, quod nunquam prius. Addit: 'Nec sua defessum noscunt loca, nec sua Regem Agmina.' Adjungo etiam, fortasse in illis *Cacum timentem* respectum ab ingenioso Poëta ad vocem Græcorum κακὸς, cui inter alia significata est etiam timor, et ignavia in bello. Unde Hom. synonymicῶς κακὸν καὶ ἄναλκιν: et Græci alii sæpe κακότητα pro ignavia. *Cerda.*

Timentem] Hoc tria signa ostendunt: Oculi, qui omnes animi motus indicant. Cursus celerior solito: et in speluncam, non in loca aperta, se contulit. *Donatus.*

223 *Turbatumque oculis*] Ea parte turbatum, quæ proditrix mentis est. Alii *oculi* legunt, et accipiunt a superioribus, 'videre turbatum oculi.' *Ser.*

Ilicet] Potest *ilicet* accipi pro *igitur*, aut *continuo*. Idem.

Fugit ilicet ocior Euro] Anth. l. I. Ζεφύρου ἐλαφρότερος. Nonnus l. XXI. dixit πτερὸν εὔρου. Eurip. in Aulid. Achillem facit ἰσάνεμον ποδοῖν, *pedibus parem ventis.* Silius l. X. 'Hæmonio Borea, pennaque citatior ibat:' et l. III. 'velocior Euris.' Stat. Theb. VI. 'volat ocior Euro.' Sed signatius omnibus Virgilius *fugit*, non *volat;* locutus enim ex natura timoris; dicente Homero Iliad. XI. φύζα φόβου κρυόεντος ἑταίρη: *fuga frigidi metus socia.* Et Eurip. in Ione, fugam vocat πτερόεσσαν, ab timentium alis: et Thoanti in Taur. dat ὠκὺν πόδα ἶσον πτεροῖς: *pedem celerem similem alis.* Cerd.

224 *Pedibus timor addidit alas*] Et Hom. φύζα φόβου κρυόεντος ἑταίρη. Φέβεσθαι etiam Græci fugere a timore dicunt. Euripides quoque pari metaphora in Suppl. φόβος με ἀναπτεροῖ dixisse videtur. *Germanus.*

225 *Ruptis*] Nam celeritas solvere prohibuit. *Donatus.*

226 *Dejecit saxum*] Hoc machinamento adjicit Poëta animum ad artificiata illa, quibus fores præcludebantur, de quibus fuse Vitruv. Cyrillus in Michæam dixit, ἐπεκύλισε τῷ στόματι (τοῦ σπηλαίου) λίθον: *advolvit lapidem ori speluncæ.* Cerda.

Arte paterna] Perseverat in fabula. Sane aliter *ferro*, aliter *arte.* Serv.

227 *Emuniit*] Ysteroproteron; fulsit ut muniti essent: et *emuniit* sicut *mugiit*, pro *mugivit* et *emunivit.* Id.

Obice postes] *Hanc obicem* dicimus, ut, 'Ecce maris magna claudit nos obice pontus.' Dubitant enim nonnulli utrum masculinum sit. *Idem.*

Emuniit objice postes] In antiquis codicibus, *obice* unico *i*, de quo plura Gellius. *Pierius.*

Objice] Ov. Fast. I. in hac eadem re: 'Ille aditum fracti præstruxerat objice montis, Vix juga movissent quinque bis illud onus.' *Cerda.*

228 *Tirynthius*] A Tirynthia, ubi natus est, civitate, ut diximus supra; et est versus hypermetrus. *Servius.*

Omnemque accessum lustrans] In plerisque codicibus antiquis, non est versus hypermeter, sed *omnem accessum* legitur: magis tamen placet, 'omnemque Accessum lustrans.' *Pierius.*

229 *Accessum lustrans huc or. fer. et illuc*] Theocr. in Herc. λεοντοφ. πάντη δ' ὄσσε φέρων —— ὄρος τανύφυλλον ἐρευνῶν. Et Eurip. in Phœn. ὄμμα πανταχοῦ διοιστέον, κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο. et Theocr. de leone omnia oculis collustrante, περιγληνώμενος ὄσσοις. Hunc etiam actum, hancque contentionem oculorum ad observandum, Homer. Od. M. ita expressit: ἔκαμον δέ μοι ὄσσε Πάντη παπταίνοντι πρὸς ἠεροειδέα πέτρην. *Germanus.*

Accessum lustrans] Sil. l. XII. de Annibale hærente prope Neapolim, 'Nunc aditus lustrat, clausas nunc cuspide pulsat Infesta portas, frui-

turque timore caventum.' Pari imagine Ovid. Trist. IV. 1. 'Sævus anhelanti mœnia lustrat equo.' Virg. infr. 'Lustrat Aventini montem.' In his omnibus locutio ducitur a re venatoria. Qualem Soph. expressit in Ajace per initia, ubi Ulyssem inducit κυνηγετοῦντα: et Ajacis ipsius μετρούμενον ἴχνη νεοχάραχθ', *metientem vestigia recens impressa:* et postea Ulysses ipse κεῖνον ἰχνεύω: et de se κυκλοῦν: est enim et hoc proprium venatorum. Ideo Sil. l. XII. 'Lustrat inops animi, rimatur et omnia circum.' Ubi *rimari* et *lustrare circum*, est κυκλοῦν, venatorium. Et quidem verbum *lustro* clare nos ducit ad ferarum lustra. Nam lustrare est, quod statim idem Ulysses persistens in re eadem, Εὐθέως δ' ἐγὼ κατ' ἴχνος ἀΐσσω: *Ego vero statim persequor vestigia.* Cerda.

230 *Dentibus infrendens*] Proprie *infrendens* est, inter se comprimens dentes, nam et *frendere* significat dentibus frangere; unde et *nefrendes* infantes, quia nondum habent dentes; et Varro *frenos* hinc putat dictos: *frendere* ergo quomodo frangere? ut *fresa faba*, fracta. *Servius.*

Dentibus infrendens] Nota irati hominis. De Hormisda Rege Persarum Simocatta IV. 1. ὁ δὲ βασιλεὺς χαλεπαίνων τε, καὶ τετριγὼς τοὺς ὀδόντας: *Rex autem furens, et infrendens dentibus.* Est hoc ferme quod de irato leone Theocritus εἰδ. XXV. Λαμυροὺς δὲ χανὼν ὑπέδειξεν ὀδόντας: *hians terribiles ostendit dentes.* Claudianus, ut notet mitem Manlium, neque iracundum esse, ait: 'nec dentibus unquam Instrepit horrendum.' Adduco alterum Simocattæ locum, qui dentes, et manus conjungit IV. 4. ὁρῶ γὰρ ὑμᾶς ἐπεντρυφῶντας τοῖς ἀδικήμασι, καὶ κροτοῦντας τὼ χεῖρε, τοῖς ὀδοῦσι δὲ τετριγότας: *Video vos gaudentes aliorum injuriis, pulsantes manibus, frendentes dentibus.* Cerda.

231 *Aventini montem*] Ut 'fontem Timavi, Buthroti urbem.' *Servius.*

232 *Ter fessus valle resedit*] Egens consilii. Sallustius, 'Fessus in Pamphiliam se receperat.' Nam *corpore fatigatum* dicimus, *animo* vero *fessum:* quamvis hoc sæpe confudit auctoritas. Sane quidam sic distinguunt, 'ter saxea tentat Limina,' et subjungunt, 'nequicquam ter,' ac post, 'fessus valle resedit,' ut semel sederit. *Idem.*

233 *Stabat acuta silex*] Pene omnes hunc *silicem* dixerunt. Nam et Varro et Lucretius ita dixerunt. Tanta tamen est Virgilii auctoritas, ut persuadeat nobis etiam *hanc silicem* dici. *Idem.*

Stabat acuta silex] Non solum virtus, sed etiam prudentia Herculis ostenditur. *Donatus.*

Stabat acuta silex] Ad totum hunc locum, qui de virtute Herculis disturbantis, convellentisque scopulos, allusum a Silio l. III. his versibus: 'Primus inexpertas adiit Tirynthius arces. Scindentem nubes frangentemque ardua montis Spectarent Superi: longisque ab origine sæclis Intemerata gradu magna vi saxa domantem.' *Cerda.*

Præcisis saxis] Sil. l. III. vocat 'inaccessos aditus.' Alii 'prærupta loca.' Homero sunt προβλῆτες ἀκταὶ Odyss. l. XIII. Plutarch. in Anton. similem locum vocat ἄβατον, καὶ ἀπροσπέλαστον: et in Agide χαλεπὴν καὶ δυσπρόσοδον. Simocatta V. 4. ἀπρόσιτον. Polyb. l. III. ἐρυμνότητας, καὶ τραχύτητας. Iosephus Bell. l. I. πετρώδη, καὶ δύσβατα χωρία. Hippoc. sect. 3. χώρην ὀρεινὴν, τρηχεῖην, ὑψηλήν. Basilius Seleuciens. τόπον οὐκ εὐπίδρομον. *Idem.*

234 *Dorso*] Quid frequentius hac locutione? Eurip. Iphig. in Taur. χθονὸς νῶτα. Idem in Elect. et Plato etiam in Phæd. νῶτον οὐρανοῦ dixere. Pind. νῶτα αἰθέρος. Huic elegantiæ vicinæ aliæ. Neque enim solum Græci νῶτον de hac re, id est, *dorsum*, aut *humerum:* Eurip. Elect. γῆς οὐ-

χένα. Herodot. αὐχὴν τῆς χώρης. Simocatta I. 12. ὄρους αὐχένα. Pollux etiam l. I. partem clavi nautici vocat αὐχένα. De altero Apollon. ῥάχιν σπηλαίου. Herodot. ῥάχις τοῦ οὔρεος. In Epig. ῥάχις γῆς. De tertio, certum est juga montium dici δειρίδας ἀπὸ τῆς δειρῆς. *Idem.*

Altissima visu] Nota Græcorum ἀκρωνύχια, *cacumina* vocari posse, quæ εἰς μέγιστον ὕψος ἐκτείνεται, *in maximam extenduntur altitudinem.* Pulchre Stat. Theb. III. 'audaci seductus in æthera dorso.' *Idem.*

235 *Dirarum volucrum*] Modo *dirarum*, non mali ominis dicit, ut sunt bubones: sed quæ humanis cadaveribus vescebantur. Dixit enim, 'foribusque adfixa superbis Ora virum, tristi pendebant pallida tabo.' *Serv.*

Domus] Ita Stat. l. v. nidum vocat 'querulam domum,' et in IX. nidum Halcyonum, 'fluctivagam domum.' Sed hoc jam ex Græcis et Latinis illustravi Ge. II. ad illud, 'Antiquasque domos avium.' *Cerda.*

237 *Dexter*] Hoc est, a dextra parte consistens. *Servius.*

Nitens concussit] Ovid. in re eadem, 'Nititur hic humeris, cœlum quoque sederat illis, Et vastum motu collabefactat onus.' Par ejus virtus prædicatur a Propert. IV. 10. 'Ille humeris postes concussit opacos.' *Cerda.*

Concussit] Solvit, impulit. Satis signatis usus est verbis. *Servius.*

238 *Radicibus*] Pari tralatione Claud. Eutrop. II. 'Concurrere freti fauces radice revulsa.' Et Stat. l. v. 'Ortygiam abruptam radicibus.' In Græco Epig. Anthol. l. IV. saxa, quibus constructus pons Caligulæ, dicuntur καταῤῥιζοῦσθαι. Virg. fortasse a Lucret. qui l. III. 'Scilicet avolsis radicibus.' Notetur duplex locutio. Prima Hom. Iliad. XX. a quo radices montis dicuntur πόδες, *pedes.* Altera Opp. qui id nominis traduxit ad mare. Nam Hal. I. dixit ῥίζαν ἁλὸς, *radices maris:* ut et IV. ῥίζας ἁλός. *Cerda.*

Inde] Potest esse ordinis, non loci, ut dicat *inde*, pro, *deinde.* Idem.

239 *Inpulsu quo maximus insonat æther*] In antiquis aliquot, *intonat* habetur. Sed *insonat* in pluribus. *Pierius.*

Insonat] Vide uti a Vitruv. v. 8. distinguantur τόποι κατηχοῦντες, περιηχοῦντες, ἀντηχοῦντες, συνηχοῦντες, id est, *loci dissonantes, circumsonantes, resonantes, consonantes.* Poëtæ tamen liberi sunt in enuntianda hac vocis et Echus responsione. Quod vel ab uno Claud. satis disces. Ille Ruff. II. 'Nemus resonat clamore,' 'tonat Ossa,' 'geminatur fragor, pulso Olympo.' et Eutrop. II. 'Athos responsat,' 'nemus remugit,' 'Rhodope ingeminat.' De VI. Cons. Hon. 'fragor reboat,' 'Echo intonat.' Paneg. Olib. 'resultant colles.' Tertull. de Pœn. dixit, 'dissiliunt montes.' Quod cognatum Virg. 'qui dissultant ripæ.' Josephus Bell. VII. 11. συνήχει ὄρη. Cedren. συνεπηχέντων τῶν ὀρέων. Apollon. l. IV. Φθογγῇ ἀποτρομέουσιν ἂν οὔρεα τηλόθι βῆσσαι. Soph. Antig. dixit βρέμουσιν ἀντιπλῆγες ἀκταί. Sil. l. IX. *mugitum* in re simili. Addit Virg. mira αὔξήσει insonuisse ætherem. Basil. Seleuciens. l. I. locutus est ut Poëtæ; nam de simili strepitu βοῆς εἰς αὐτὸν τὸν αἰθέρα φθασάσης. Ovid. de ipso loquens Caco in avulso scopulo, 'fragor æthera terruit ipsum.' Non insulse in Virg. legi posset, 'intonat æther,' tum ex multis aliis, tum ex Appian. qui Civil. I. ait tantum fuisse strepitum ὡς γενομένης βροντῆς: *ac si factum esset tonitru.* Cer.

Æther] De etymo hujus varie. Aristot. ab æterno, et irrequieto ambitu. Quasi ἀεὶ θεων. Alii quasi ἀεὶ θέρειν, καὶ θερμαίνειν, quod semper calefiat. *Idem.*

240 *Refluitque exterritus amnis*] Rem naturæ vertit in fabulam, cum ruina rupis in se recurrere necesse sit im-

petum fluminis. *Servius.*

Refluit] Ita sup. 'refluens unda substitit.' Ovid. de Istro, 'in caput vertet iter.' Stat. Theb. IV. 'refluus Nilus.' Plin. II. 303. 'amnes retro fluere.' Græci rem hanc dicunt *παλίῤῥοιαν*. Homer. Iliad. XVIII. *ἀψοῤῥόου ὠκεανοῖο*. Eurip. in Med. *ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί*. *Cerda.*

241 *At specus*] In hoc loco spelunca significat longitudinem et interiores recessus: *Regia*, latitudinem: *Cavernæ*, coarctas angustias. Fuit spelunca, sed pro qualitate personæ dicta est regia. *Cavernas* autem dixit patuisse, id est, non solum latas partes sed angustas. *Regia:* quia ibi tyrannidem agitaret. *Donatus.*

At specus, &c.] Versus hic factus ad imitationem Enniani illius Ann. XVI. 'Tum cava sub montem late specus intu' patebat. Patuit vero specus ad dejectum scopulum. Habes hujus rei imaginem in expugnatione quapiam apud Ammian. l. XX. 'Turri collapsa, cum patuisset iter in urbem.' *Cerda.*

At specus, et Caci] Haud dubie hi sex consequentes ex ordine versus ducti sunt ex illis Hom. Il. Υ. *ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων ἀϊδωνεὺς, Δείσας δ' ἐκ θρόνου ἆλτο, καὶ ἴαχε μή οἱ ὕπερθε Γαῖαν ἀναῤῥήξειε ποσειδάων ἐνοσίχθων, Οἰκία δὲ θνητοῖσι, καὶ ἀθανάτοισι φανείη σμερδαλέ' εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ.* Quod autem, 'trepident inmisso lumine manes,' dixit, alludere videtur ad *ζῶα νυκτίνομα·* quæ cur lucem gravate sustineant, et ad illam conniveant, hæc est Plutarchi *αἰτιολογία*, Symp. *α.* probl. *η.* *ἡ γὰρ ὄψις*, inquit, *αὐτῶν ὑπὸ τοῦ μεθημερινοῦ φωτὸς, ἀδρανὴς οὖσα, κατακλύζεται, καὶ κρατεῖται, μὴ δυναμένη πρὸς πολὺ καὶ ἰσχυρὸν ἀσθενοῦς κεράννυσθαι, πρὸς δὲ τὸ ἀμαυρὸν καὶ λεπτὸν, οἷον ἀστέρος φῶς, αὐγὴν διαρκῆ καὶ σύμμετρον ἐξίησιν, ὥστε κοινωνεῖν, καὶ συνεργεῖσθαί τὴν αἴσθησιν.* Vide in idem argumentum Aristot. De animo lib. III. cujus est hoc quoque Metaph. Δ. *ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ φέγγος ἔχει μεθημέραν, οὕτω καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὁ νοῦς πρὸς τὰ τῇ φύσει φανερώτατα πάντων.* *Germanus.*

Ingens Regia] Regia, sicut Cacus putabat. Sic est et illud dictum, 'illa se jactet in aula Æolus.' *Servius.*

242 *Penitus patuere cavernæ*] Admissum lumen est usque ad secreta speluncæ. Cavernas autem speluncæ per Tapinosim dixit. Sane veteres loca concava, vel si quid incurvum fuisset, *cavernas* appellabant. *Idem.*

Umbrosæ penitus patuere cavernæ] Ad gustum hunc Claud. Stilic. II. 'penetrale profundum Panditur et sedes, ævique arcana patescunt.' *Cerda.*

243 *Non secus, ac si*] De consecratione harum vocum vide Godesc. lib. de Ling. Lat. *Cerda.*

Si qua vi] Terræ hiatus non nisi ex terræ motu fit, qui quoniam aut motu aquæ inferioris nascitur, aut crebris tonitribus, aut de concavis terris erumpentibus ventis; ideo ait, 'si qua vi.' Quod autem dicit: 'Infernas reseret sedes,' notandum est etiam de impossibilibus fieri posse comparationem. *Servius.*

Dehiscens] Græci omnes *διαῤῥαγεῖν*. *Cerda.*

244 *Infernas reseret sedes, et regna recludat*] In codicibus aliquot antiquis, *reserat* et *recludit* legitur, præsenti tempore. Sed altera lectio cultior ab eruditorum collegio judicatur. *Pierius.*

245 *Diis invisa*] Superis scilicet. *Servius.*

Diis invisa] Inimicitiæ quidem inter *θεοὺς οὐρανίους* et *καταχθονίους*. Pluto apud Stat. l. VIII. 'Quæ superum labes inimicum impegit Averno Æthera? quis rupit tenebras?' Hom. Iliad. XX. ait de Diis cœlestibus *στυγέουσι* videlicet *οἰκία* Plutonis, ubi odium vides: et de Cerbero Sen. 'diem invisum expuit.' *Cerda.*

Barathrum] Quid proprie sit, aperit interpres Aristoph. in Plut. *τὸ βά-*

βάραθρον, χάσμα τι φρεατῶδες καὶ σκοτεινὸν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἐν ᾧ τοὺς κακούργους ἔβαλλον: *Barathrum, hiatus in Attica tenebrosus, et instar putei, quem in locum nocentes deturbabantur.* Idem.

246 *Trepident inmisso lumine*] Lucanus, 'Et subito periere die.' *Serv.*

Trepident inmisso lumine Manes] In Romano codice, *trepidentque* legitur, quod et versum et sententiam replet, et numerosius sonat. *Pierius.*

Trepident inmisso lumine Manes] Vicinum hoc Notæ superiori. Timent enim manes cœli lucem. Inde minæ Magæ apud Lucanum libro sexto: 'tibi, pessime mundi Arbiter, immittam ruptis Titana cavernis, Et subito feriere die.' Inde etiam apud Sen. in Fur. horror Cerberi ad visam lucem. Lege et Claud. etiam de horrore equorum Plutonis ad visum Solem. Pluto apud Stat. l. VIII. 'jucundaque offensus luce.' Claud. Rapt. I. de extremo malo, 'Titania pubes Vidisset cœleste jubar.' Propertius de re Caci loquens IV. 10. 'Atque uni Stygias hominum junxisse tenebras.' *Cerda.*

247 *Insperata deprensum in luce repente*] Lucan. l. VI. 'Et subito feriere die.' De Cerbero Sen. 'Nitor percussit oculos lucis ignotæ.' *Idem.*

Deprensum in luce] In codicibus aliquot antiquis, non habetur *in*. Pier.

248 *Saxo*] Ita vocat montis illius specum. Sic et Hom. Il. XII. πέτρην de monte. Et Epigram. III. de scopulo maris πρὸς πέτρῃσι: et l. I. scopulum, ubi aves nidificant, πέτρον. Cicero Tuscul. II. reddens versus Æschyli, 'ex sublimi vertice saxi.' ubi per *saxum* intelligit montem Œtam. Sic capi potest illud Æn. II. 'Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.' Id est, de montis vertice. *Cerda.*

Insueta rudentem] Clamantem. Abusive dictum est, sicut supra de leonibus: 'et sera sub nocte rudentum.' Nam *rudere* proprie asinorum est. Persius, 'Findor ut Arcadiæ pecuaria rudere dicas.' Aut ideo *rudentem*, quia supra ait, 'semihominis Caci.' *Servius.*

Insueta rudentem] Sunt codices antiqui, in quibus 'insueta paventem' scriptum est: sed *rudentem* magis tumultum auget. *Pierius.*

Insueta rudentem] De Caco Propert. IV. 10. 'Per tria partitos qui dabat ora sonos.' *Cerda.*

249 *Telis premit*] Omne quod jaci potest *telum* vocatur; dictum ἀπὸ τοῦ τηλόθεν. Unde addidit, 'omniaque arma Advocat.' *Servius.*

Telis premit] Sagittis fortasse, quod supra indicavi. Liv. ait, Cacum ictum fuisse clava. Accepit, credo, ab Ovid. qui, 'Occupat Alcides, adductaque clava trinodis Ter, quater, adversi cædit in ora viri.' Dionys. quoque, Ἡρακλῆς αὐτὸν τῷ ῥοπάλῳ κτείνει: *Hercules illum clava interficit.* Sed Virg. quidem contra Cacum *omnia arma advocat*, et conficit ferum *telis*, id est, sagittis: *ramis*, id est, clava: 'vastis molaribus,' id est, saxis grandibus. *Cerda.*

250 *Ramis*] *Ramus* hoc loco est clava Herculea: etenim Hercules cepit contra Cacum 'robur nodis gravatum,' et frustra certe cepit, nisi hic interpreteris de eo robore, aut clava. Etenim si Propertio libro quarto el. 10. licuit dicere: 'Mænalio jacuit pulsus tria tempora ramo Cacus:' si Propertio (inquam) licuit dicere *ramum Mænalium* pro clava Herculanea, cur non Virgilio *ramos* pro clava tricuspide? Orpheus in Hymno Herculis, loquens cum illo, Ἐξέλασον δὲ κακὰς ἄτας, κλάδον ἐν χερὶ πάλλων: *Expelle mala nocumenta, vibrans ramum manu.* Lib. IV. Anth. clava Herculis dicitur ὄζος θηρολέτης, 'ramus feras conficiens:' et adhuc πτόρθος μέγας, *ramus magnus.* Pausan. Corinth. ait *clavam* Herculis *repullulasse*, ῥόπαλον ἀνεβλάστησε: hoc autem proprium est rami. Vides uti clava Herculanea, clare nominetur *ramus*. Virgilius voluit *ramis* in plurali, quia integra ar-

bor gestata Herculi, cum omnibus ramalibus et radicibus, quod satis indicat Theocr. εἰδ. xxv. ait enim; Εὑρὼν, σὺν πυκινῇσιν ὁλοσχερὲς ἔσπασα ῥίζῃς: *Cum invenissem, una cum densis integram avulsi radicibus.* Ab his, quæ dicta in hac Nota, sciat juventus, unde gestamen hoc Herculis dictum sit *clava:* non certe aliunde, quam a *ramo*, aut *ligno*. Non itaque probe Isidor. dixit, clavam Herculis dictam a clavis ferreis. Nihil in ea clava ferreum fuit, sed quia tota e ligno, ideo clava. Sed, quando sum in clava Herculanea, dicam duo. Primum de materia. Virg. cum nominarit *robur*, videtur inclinare in roboream. Sed veritas est, eam fuisse ex oleastro: nam Theocrit. εἰδ. xxv. eam vocat ἀγριέλαιον, id est, *silvestrem oleam;* atque etiam κότινον, *oleastrum*, quod idem. Pausan. etiam l. II. ita scribit: τὸν δὲ ἡρακλέα λέγουσιν ἀνευρόντα τὸν πρὸς τῇ Σαρονίδι κότινον, ἀπὸ τούτου τεμεῖν ῥόπαλον: *Ferunt Herculem abscidisse clavam ab oleastro, quem ad paludem Saronidem invenerit.* Unde cum Apollon. Arg. IV. hanc clavam vocat ὄζον ἐλαίης, *ramum oleæ*, explicandus est, ἀγριελαίης: et Virg. qui *robur* dixit, capiendus tantum de firmitate. Alterum est de loco, ubi inventa hæc clava. Vidisti in Pausan. ad paludem Saronidem. Prop. indicat inventam in Mænalo, qui mons in Arcadia; nam vocat ‘ramum Mænalium.’ Apollodorus tamen l. I. loquens de Hercule, ῥόπαλον αὐτὸς ἔτεμεν ἐκ Νεμέας: *clavam ipse excidit e Nemea silva:* hæc autem in Achaia fuit. *Id.*

Vastis molaribus] Asperrimis saxis, non unde molæ fiunt: et secundum Homerum dixit: μυλοειδεῖ πέτρῳ. Aut certe magnis et molis convenientibus. *Servius.*

251 *Fuga jam super ulla pericli*] In plerisque codicibus antiquis, non habetur *est* verbum. Id vero me nihil offendit adjectum. *Pierius.*

Fuga jam super ulla pericli] Τὸ *est*, Fabric. e Mss. omittit. *Super* valeat *superest:* quomodo Æn. VII. ‘si qua super fortuna laborum.’ Silius: ‘Haud illi comitum super unus.’ *Taubmann.*

Fuga pericli] Similis locus Catulli: ‘Nulla fugæ ratio, nulla est spes, omnia muta, Omnia sunt deserta, ostentant omnia lethum.’ Enrip. quoque in Alcest. οὐδ' ἔστι κακῶν ἄκος οὐδέν. A quo proculdubio Opp. Hal. II. ἀλλ' οὔτι κακῶν ἄκος, οὐδ' ἀλεωρή. *Cerda.*

252 *Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)*] Consuetudine sua usus est, ut, cum aliquid contra naturam factum infert, prædicet unde incredibile videatur, ut ‘Nascenti cui tres animas Feronia mater, Horrendum dictu dederat.’ Et *mirabile dictu*, Parenthesis. *Servius.*

Faucibus ingentem fumum, &c.] Lucretius l. I. ‘Faucibus eruptos iterum ut vis evomat ignes.’ *Ursinus.*

Faucibus ingentem fumum] Ita de Caco Ovid. ‘Prima movet Cacus collata prælia dextra, Remque ferox saxis stipitibusque gerit. Queis ubi nil agitur, patrias male fortis ad artes Confugit, et flammas ore sonante vomit: Quas quoties spirat, spirare Typhoëa credas, Et rapidum Ætnæo fulgur ab igne jaci.’ Porro de isto fumante et flammato anhelitu Sil. XII. ‘Stygios exhalat in aëra flatus:’ et de Japeto, ‘fumantem, ejectantem ore flammas, anhelantem igni, et sulphure.’ Taurum Cretæ spirantem flammas πυρίπνοον vocat Poëta quidam Anth. l. IV. et III. hic ignitus flatus dicitur ἄσθμα πυρός. *Cerda.*

253 *Involvitque domum caligine cæca*] Quam multis rem eandem! Hic vides: ‘Evomit fumum ingentem, involvit domum cæca caligine, eripit prospectum oculis, glomerat noctem fumiferam, commiscet igne tenebras, fumus plurimus agit undam, æstuat specus atra nebula, vomit in tenebris vana incendia.’ Et nota, illum abstinuisse a verbis *spiro* et *exhalo*, quia jam Ge. I. ‘tauri spirantes naribus ignem:’ et ibid. ‘quæ tenuem exhalat nebulam:’

et a *subtexo*, quia jam Æn. III. 'Cœlum subtexere fumo.' Demum ab aliis, quæ eodem lib. intulit, loquens de Encelado, et Ætna. Et (quod miror) a verbo *eructo*, quod videbatur unice dandum Caco ἐρεύγοντι fumum e faucibus. *Idem.*

255 *Fumiferam noctem*] Non est noctis epitheton, sed quam Cacus fumum evomens faciebat. *Servius.*

Commixtis igne tenebris] Utrumque enim evomebat. *Idem.*

256 *Non tulit*] Non sustinuit. *Id.*

Animis] Pro ira, unde iracundos dicimus *animosos*. Servius.

Seque ipse per ignem] Tanto ad ultionem fervore properans, Caci contempsit incendia, nam intrepidus se per ea jecit, nec ipsam loci altitudinem metuens. *Donatus.*

Per ignem] Per eam rem, unde ille sperabat auxilium. *Servius.*

257 *Qua plurimus undam Fumus agit*] In antiquis aliquot codic. *quo*. Pier.

Undam] Datur hæc fumo, et igni, ut Ge. II. 'Undantem Ætnam:' et alias. Hic notetur locus Tertul. Apolog. 'Lucernis vestibula enubilabant:' et Pers. Sat. V. 'nebulam vomuere lucernæ.' Ita enim nebula datur lucernis, ut unda ignibus. Utrunque enim aqueum. *Cerda.*

Undam] Vaporem torrentis ritu exundantem. Nam *undam* pro copia et affluentia varie usurpari, docet Gifan. Collectan. Lucret. *Taubmann.*

259 *Incendia vana*] Vana quantum ad Herculem pertinet. *Servius.*

Incendia vana] Vel, quia frustraneum hoc munimen contra Herculem: vel potius, quia vere vana, ut in quibus fumi multum, ignis parum. *Cerda.*

In nodum complexus] Id est, ligat complexu, et nodo brachiorum. Nonn. l. XXI. γυιαλκέϊ δεσμῷ: 'Valido membrorum vinculo.' Lucan. l. IV. 'Herculeos nodos' dixit. Ambros. de Virginit. 'matrem stringentem nodo manus.' Itaque nodus præclare ad signandam strictionem. Sen. in Furen. 'arctos nodos' de serpentibus; ut etiam de iisdem Æn. II. 'divellere nodos:' et Theoc. εἰδ. XXIV. δεσμὸν etiam de serpentibus. Et non dubium quin Virg. alluserit ad *Herculaneum nodum*. Hos nodos brachiorum Herculis Sil. l. III. *nexum* vocat, 'nexuque elisa leonis Ora.' Cic. Tusc. II. ait leonem extinctum *pressu* Herculis. Stat. Theb. II. *attritu*. Eurip. in Hercul. βραχίονος ἀγχόναισιν. Itaque *nodos* illos vocabis *nexum*, *pressum*, *attritum*, ἀγχόνην. Lucanus l. IV. copiosus est in explicandis his amplexibus Herculis, loquens de Antæo. Signatiora sunt; 'alligat terga, arctat medium compressis ilibus, hæret pressis membris, stringit pectora.' Pulchre certe Ovid. Met. IX. *forcipem* vocat, cum ait, 'ceu guttura forcipe pressus.' *Idem.*

260 *Corripit in nodum complexus*] Manibus complexus constrictum tenet. *In nodum* autem valet, in nodi modum. Turneb. XIX. 29. et XIV. 40. Alluditur fortasse ad *Herculaneum nodum*, qui arctissimus erat: Gr. λυγισμός. *Taubmann.*

Complexus] Respondere videtur Græcorum τῷ ἀγκὰς ἑλών. Est enim, ut Eustathius interpretatur, ἀγκὰς περιπλεχθῆναι. Nam, ut ipse inquit, ἀγκὰς ἀλλήλων λαμβάνειν λέγονται οἱ παλαίοντες παρ' Ὁμήρῳ. *Germanus.*

Angit inhærens Elisos oculos, &c.] *Angit guttur*, bene dicimus; *angit oculos*, non procedit. Ergo *angit* ad unam rem pertinet: ut, 'Disce puer virtutem ex me, verumque laborem, Fortunam ex aliis.' Nam fortuna non discitur. Unde multi *elidens* legunt, et integer sensus est. Nam *elisos* solœcophanes est: ut sit ita, 'Angit guttur, et elisos oculos facit.' *Serv.*

Angit] Videlicet gutture; vel ex verbo *ango*, ut Græci ἄγχω. Itaque presso gutture, oculos Caco elisit. Sic Nonnus l. XXV. ait datam necem leoni ab Hercule ἀσίδηρον, *sine ferro*, tantum λέοντι βραχίονα λοξὸν ἑλίξας, cir-

cumdans brachium leoni. Itaque hoc est, quod de Hercule Epig. l. IV. *ἀγχόμενος παλάμαις.* Et de Antæo ibid. *ἔχει πεπονημένον ἐκ παλαμᾶν*: et de leone Dio Chrys. Orat. 64. *ἄγξας ἔπνιξε*: et quod Stat. Theb. IV. 'rabidi cum colla minantia monstri Angeret, et tumidos animam angustaret in artus.' *Cerda.*

261 *Et siccum sanguine guttur*] Per hoc jam exanime cadaver ostenditur. *Servius.*

Siccum sanguine guttur] Ita in Æn. IX. 'Et siccæ sanguine fauces.' *Cerd.*

262 *Foribus domus atra revolsis*] In codicibus aliquot, *reclusis* legitur: quod est admodum leve tanto in conatu. Quare magis placet *revolsis*, ut in Romano et aliquot aliis probatioribus habetur. *Pierius.*

263 *Abjurataeque rapinæ*] *Abjurare* est rem creditam negare perjurio: sed hoc isti loco non congruit. Unde modo *abjuratas rapinas* contra jus retentas intelligamus. Alii *abjuratas*, abductas atque alieni juris factas, alii fraude et furto abductas tradunt. *Servius.*

Abjuratæ rapinæ] More Græcorum, qui ἀπομνῦναι καὶ ἀπόμνυσθαι, τὸ ἀποφατικῶς ὀμνῦναι, ἤγουν ἐνόρκως ἀποφάσκειν· ἐπομνῦναι δὲ τὸ καταφατικῶς ὀμνῦναι. Vide Eustath. *Germanus.*

Abjurataeque rapinæ] Dionys. historiam narrans de juramento tacet: tantum ait, rogatum Cacum respondisse, boves a se non visas. Virgilius perjurium addit ad augendum crimen, ad eum modum, quo Symm. epist. II. 86. 'Partem pretii emptor abjurat.' Et Claud. Hon. VI. 'Abjurata palam Libyæ possederat arva.' Notat Collect. Symb. ex Scipione Gentili, esse *abjuratum*, quod emptum est, et non solutum, imo abnegatum. Et has ipsas boves Plato in Protag. vocat ἀπριάτους. *Cerda.*

264 *Cœlo ostenduntur*] Aspirat huc Stat. Theb. I. de Œdip. deformato ab oculis erutis: 'Tum vacuos orbes, crudum et miserabile vitæ Supplicium, ostentat cœlo, manibusque cruentis Pulsat inane solum.' *Idem.*

Pedibusque, &c.] Juvenal. Sat. V. 'Duceris planta, velut ictus ab Hercule Cacus, Et ponere foras.' Erasm. Chil. II. Cent. 1. c. 18. ait, *pedibus trahi*, dici de victis, sumpta locutione vel ab historia Vulcani, quem Jupiter dejecit de cœlo ποδὸς τεταγών: vel ab Hectoris, quem illigatum pedibus equi raptarunt. Hinc itaque lux Virgilio, et Juvenali. *Idem.*

Informe cadaver] *Informe*, magnum, cujus formam non sit facile complecti: et *cadaver* est corpus nondum sepultum: dictum *cadaver*, quod careat honore sepulturæ. *Servius.*

265 *Nequeunt expleri corda tuendo Terribilis oculos*] Non poterant homines, videndo cadaver, sua corda satiare. *Tuendo* autem pro *intuendo*. Id.

Nequeunt expleri corda tuendo] Stat. Theb. I. perpetuus Virg. imitator, 'juvat ire, et visere juxta Liventes in morte oculos, uterique nefandam Proluviem, et crasso squallentia pectora tabo.' Et post pauca: 'nequit iram explere potestas.' Latet et in Virg. Homeri imitatio Il. XXII. ubi Græci, interfecto Hectore, currunt visuri illum, admirantur ejus staturam, et speciem. Valer. l. IV. 'Ipse etiam expleri victor nequit.' *Cerda.*

266 *Terribilis oculos*] Hanc notam deformitatis post mortem dat Stat. Capaneo, et Suetonius Neroni. Prior Theb. XI. 'Iste jacet latera complexus fragmina turris, Torvus adhuc visu.' Posterior c. 29. Principem mortuum exhibet exstantibus, 'rigentibusque oculis, usque ad horrorem formidinemque visentium.' Iterum Stat. Theb. III. 'Servantem vultus, et torvum in morte peracta.' Lucan. l. V. 'Torquet adhuc oculos.' Ovidius Met. VIII. 'Immanemque feram multa tellure jacentem Mirantes spectant, neque adhuc contingere tutum esse putant.' Claud. Rapt. III. 'et

adhuc crudele minantur Affixæ facies truncis.' Florus l. I. 'Relictæ in vultibus minæ, et in ipsa morte ira vivebat.' Sallust. de Catil. interfecto: 'Ferociamque animi, quam habuerat vivus, in vultu retinens.' Poëta hanc terribilitatem unis oculis attribuit, ut in quibus sedes irarum. De oculis enim Joan. Chrys. Orat. Pelagiæ Virg. δριμὺ καὶ φοβερόν: aciem illorum πικρὸν καὶ ἄκρατον vocat Plut. in Sylla. Eurip. Phœniss. ὄμμασι γοργός. *Cerda.*

Villosaque setis, &c.] Hoc Homerus ad virilitatem,fortitudinemque retulit, Il. Δ. ἐν δέ οἱ ἦτορ Στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν Sophocl. in Trachin. Nessum δασύστερνον vocat: et ut hic 'Cacum semiferum,' ita et eadem fabula Nessum ipsum θῆρα. *German.*

267 *Semiferi*] Bene *semiferi*, cum supra semihominis. *Servius.*

268 *Lætique minores*] Nove et satis licenter *minores* dixit, cum ab ipso Euandro Herculem constet esse susceptum; et *minores* non dicamus, nisi quotiens graduum deficit nomen, ut puta, filius, nepos, pronepos, abnepos. Ubi isti gradus defecerint, merito jam dicimus *minores:* sicut etiam *majores* dicimus post patris, avi, proavi, abavi, atavique vocabulum. Ergo *minores* accipimus pro deinceps; vel certe *minores*, cum quibus vivit, quia ipsum constat esse longævum; nam post ait, 'O mihi præteritos referat si Juppiter annos.' *Servius.*

Minores] Loquitur Virg. cum respectu ad reliquam ætatem, et ideo probe *minores*. Hoc novum in Poëtis non est. Itaque non discedit Poëta a significato hujus vocis. Proprie enim *minores*, qui ultra trinepotes: sicuti *majores*, qui ultra tritavum. Sic, cum postea dicit, 'domus Pinaria,' loquitur procul dubio cum respectu ad ætatem posteram, sicut et Liv. Nam clarum est, assumptum ab Hercule unum e Pinariis, ut unum quoque e Potitiis; non totam Pinariorum familiam. Quod efficax argumentum contra Servium. *Cerda.*

269 *Primusque Potitius auctor, Et domus Herculei custos Pinaria sacri*] Apud majores nostros raro advenæ suscipiebantur, nisi haberent jus hospitii. Incertum enim erat, quo animo venirent. Unde etiam Hercules primum ab Euandro non est susceptus: postea vero, cum se et Jovis filium dixisset, et morte Caci virtutem suam probasset, et susceptus, et pro numine habitus est. Denique ara est ei maxima consecrata, quod Herculi Delphicus Apollo in Italia fore prædixerat. Cum ergo de suo armento ad sua sacrificia boves dedisset, inventi sunt duo senes, vel, ut quidam tradunt, ab Euandro dati, Pinarius et Potitius: quibus, qualiter se coli vellet, ostendit: scilicet ut mane et vespere ei sacrificaretur. Perfecto itaque matutino sacrificio, cum circa solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior advenit; Pinarius postea, extis jam redditis. Unde iratus Hercules, statuit ut Pinariorum familia tantum ministra esset epulantibus Potitiis et complentibus sacra. Unde et *Pinarii* dicti sunt ἀπὸ τῆς πείνας, id est, a fame. Nam senem illum Pinarium constat alio nomine nuncupatum. Hinc est quod paulo post Potitii tantum facit commemorationem: ut, 'primusque Potitius ibat.' Quod autem dicit, *Domus Herculei custos Pinaria sacri*, non est contrarium: nam *custos* est ministra, ut in undecimo, 'At Triviæ custos jam dudum in montibus Opis Alta sedet,' id est, ministra. Alii *custos Pinaria sacri* dicunt, quod cum ara maxima vicino incendio conflagraret, a Pinariis liberata sit, et ideo *custos sacri*. *Auctor* vero *Potitius* quare? num quod sine familia Potitiorum sacra ista non fiebant, donec illos Appius Clodius corrupit pecunia, ut servos publicos hoc sacrum docerent; propter quod dicitur et ipse mox cæcus fac-

tus, et Potitiorum familia intra breve tempus extincta? Quidam tradunt ideo *custos*, quod Potitii sacra publica servis publicis prodiderint; et quamvis tradatur eos ideo ad sacra Herculis non admitti, quod serius venerint; et ideo *custos*, quoniam nec prodendi habuerint facultatem; et id quasi religiose dictum est, quod ignorantiæ eventus attulerat; tamen habent Ciceronem auctorem, qui in De domo sua, Pinarium Nattam appellans, sic dicit, 'Quem ego tamen credo, sic est ortus ab illis, quos memoriæ proditum est ab ipso Hercule, perfuncto laboribus, sacra didicisse.' Quidam etiam tradunt ideo Potitiis ab Hercule sacra commissa, quod cum ipse Hercules rem divinam faciebat, ipsum Herculem fortuito invocasset Potitius: fertur tunc Herculem, accepto omine divinitatis, rejecto Pinario, perpetuæ epulationis sacrum Potitio tradidisse, a quo videbatur consecratus; et *Potitius* dici, quod eorum auctor epulis sacris potitus sit; *Pinarius* quod eis, sicut dictum est, fames epularum sacrarum indicta sit: hoc enim eis Hercules dixisse dicitur, ὑμεῖς δὲ πεινάσετε. *Servius.*

Primusque Potitius auctor] Ex eo Livii, ubi de ara Herculis agit: 'Forte ita evenit, ut Potitii ad tempus præsto essent, iisque exta potirentur, Pinarii ad cæteram dapem venirent:' infert Nannius Potitios a potiendo, Pinarios ἀπὸ τοῦ πεινᾷν dictos: quod certe ex illo Plutarchi ἐν ῥωμαϊκοῖς approbo. διατί, δυοῖν βωμῶν ἡρακλέους ὄντων, οὐ μεταλαμβάνουσι γυναῖκες, οὐδὲ γεύονται τῶν ἐπὶ τοῦ μείζονος θυομένων; πότερον ὅτι τῶν ἱερῶν αἱ περὶ τὴν καρμένταν ὑστέρησαν, ὑστέρησε δὲ καὶ τὸ πειναρίων γένος, ὅθεν εἰργόμενοι τῆς θοίνης, ἑστιωμένων τῶν ἄλλων, πεινάριοι προσηγορεύθησαν, ἢ διὰ τὰ μυθολογούμενα περὶ τοῦ χιτῶνος, καὶ τῆς δηϊανείρας. *Germanus.*

270 *Et domus Herculei custos, &c.*] Asper κατὰ διαστολὴν, inquit, Potitiorum, qui ab Appio Claudio præmio corrupti, sacra servis publicis prodiderunt. Sed Veratius Pontificalis, in eo libro, quem fecit *de Supplicationibus*, ita ait: Pinariis, qui novissimi comeso prandio venissent, cum jam manus prausores lavarent, præcepisse Herculem, ne quid postea ipsi, aut progenies ipsorum ex decima gustarent, sacranda sibi: sed ministrandi tantummodo caussa, non ad epulas convenirent. Quasi ministrantes ergo *sacri custodes* vocari: ut ipse Virgil. Æn. XI. 'At triviæ custos jam dudum in montibus Opis,' id est, ministra. Nisi forte custodem dixit eam, quæ se prohibuerit et continuerit a sacris, ut ipse Ge. IV. 'Et custos furum atque avium cum falce saligna Hellespontiaci servet tutela Priapi.' Hic utique custodem prohibitorem avium furumque significat: Macrob. Saturnal. III. 8. *Pontanus.*

Domus Pinaria] A Pino, secundum quosdam, filio Numæ Pompilii, ut docet Plutarch. in Numa. *Germanus.*

271 *Luco*] Templum enim nondum habuerat Hercules: sed aram tantummodo, ut diximus supra. *Servius.*

Maxima] Ingens enim est ara Herculis, sicut videmus hodieque post januas Circi maximi. Alii *maximam* ideo dicunt, quia illo tempore omnibus erat honore potior; quam sibi Hercules, postquam se a matre Euandri Jovis filium esse et immortalem futurum cognovit, statuit. *Idem.*

Quæ maxima semper] Hæc est illa ara, quæ in Herculis honorem extructa, de qua Propert. IV. 19. 'Maxima quo gregibus devota est ara repertis.' Sed præstat audire verba Livii, quæ ore Euandri ad Herculem: 'Jove nate, Hercules, salve, te mihi mater veridica interpres Deum auctorum cœlestium numerum cecinit, tibique aram hic dicatum iri, quam opulentissima in terris gens MAXIMAM vocet, tuoque ritu colat. Dextra Hercules data, accipere se omen, impleturum-

ta, ara condita, atque dicata
Iabes aram maximam a Livio.
em, cur ita dicta, quam ille
exhibet Dionys. quia videlicet
ras multas haberet in Italia
es (adeo ut rarus esset locus,
non coleretur) hæc inter cete-
eratione erat præcipua. Nam
rationes fiebant per eam, con-
esque, quibus voluissent plu-
firmitatis inesse. Dionys. ᾧ δὲ
ἐφ' οὗ τὰς δεκάτας ἐπέθυσε ἠρα-
αλεῖται μὲν ὑπὸ ῥωμαίων Μέγισ-
τα, *ubi decimas sacrificavit Her-
icatur a Romanis Maxima*. No-
Ovidium et Tacitum oppositos
Nam ille Fast. I. 'Constituit-
i, quæ Maxima dicitur, aram;
i pars vobis de bove nomen
Ubi vides, Herculem sibi
atuisse. Scriptor vero Annal.
Magna ara, fanumque, quæ
ti Herculi Arcas Euander sa-
it.' Sed utrumque esse verum
, cum uterque operam dederit
is. *Cerda.*

Erit quæ maxima] Repetitio
d honorem et potestatem per-
Servius.

quæ maxima semper] Eadem
tione Propert. IV. 10. 'Maxi-
e gregibus devota est ara re-
Ara per has, inquit, maxima
anus.' *Cerda.*

In munere] Non tam in officio,
in honore hic accipiendum.

munere] *Munus* dicitur cura
ujusque rei perficiendæ impo-
m necessitate faciendi. *Do-*

Porgite dextris] Præbete invi-
cula: et est Homeri, τοὺς μὲν
πέεσσι κυπέλλοις υἷες ἀχαιῶν
τ' ἄλλοθεν ἄλλος. Id est, pro-
mutuo. An divisæ sunt per-
t, 'Cingite fronde comas,' ad
s referatur; 'pocula porgite,'
stros? *Servius.*

a porgite dextris] In codicibus
aliquot antiquis, *spargite* legitur: sed
porgite magis receptum. *Pierius.*

Porgite] Stat. Silv. II. *porxit*. Sil.
IX. *porgebat*. Val. Arg. II. 'porgens
carchesia.' Fest. *expergere* pro *ex-
porrigere*. Titinnius (citante Nonnio)
'exporge frontem.' Par illud apud
Varr. Rust. II. 1. *subduxe*: et Teren.
Adelph. *produxe*. Horat. Sat. I. 9.
surrexe: et Sat. II. 3. *surpite*: et Od.
IV. 13. *surpuerat*; quod acceptum a
Lucret. qui *surpere*. Plaut. Asin.
'surruit pallam,' pro *surripuit*. Et
Heraldus in Arnob. agnoscit *surgere*,
pro *surrigere*. Porro, sciri velim,
verbum *porrigo* esse conviviale, quod
apparet ex Virg. hic, et Valerio jam
adducto; et Ovid. Art. II. 'pocula
porrige.' Itaque respondebit τοῖς ἐκ-
τείνειν, ἐπιβάλλειν, ὀρέγειν, quæ variis
locis Athen. attribuit convivantibus:
et τῷ προτείνειν, quo usus Plut. in vita
Alex. φιάλην προτείνειν. *Cerda.*

275 *Communemque vocate Deum*] Aut
quia Argivus est Hercules; ut supra
dixit Æneas, tam Græcos quam Tro-
janos de uno sanguinis fonte descen-
dere: aut *communem Deum* dixit,
inter Deos atque homines; unde me-
dius fidius dictus. Aut utriusque na-
turæ medium, id est, inter morta-
litatem et divinitatem. Sunt enim
numina aliqua tantum cœlestia, ali-
qua tantum terrestria, aliqua media;
quos Deos Apulejus *Medioximos* vo-
cat; hoc est, qui ex hominibus Dii
fiunt. Alii *communem Deum* ideo dic-
tum volunt, quia secundum pontifi-
calem ritum idem est Hercules, qui
et Mars. Nam et stellam, Chaldæis
dicentibus, unam habere dicuntur, et
novimus, 'Martem communem' dici:
Cicero, 'Martemque communem.'
Virgilius, 'et Dis communibus aras.'
Item paulo post, dat Salios Herculi,
quos Martis esse non dubium est.
Alii *communem*, humanum, beneficum,
φιλάνθρωπον, unde et *communes homines*
dicimus. Varro dicit 'Deos alios
esse qui ab initio certi et sempiterni

sunt, alios qui immortales ex hominibus facti sunt;' et de his ipsis alios esse privatos, alios communes: *privatos*, quos unaquæque gens colit; ut nos Faunum; Thebani Amfiaraum; Lacedæmonii Tindareum: *communes*, quos universi; ut Castorem, Pollucem, Liberum, Herculem. *Servius.*

Communemque vocate deum] Ut per conjunctionem fœderum se Trojanis commixtum ostenderet, vel quia supra ostendit Æneas Trojæ et Arcadiæ populos iisdem parentibus genitos. *Donatus.*

Date vina] Quia tantum Diis superis vina libari decebat. *Servius.*

Date vina] Respuo Servianam commentationem hanc: 'Date vina: quia tantum Diis Superis vina libari decebat:' nam apud Apollon. l. II. Iason, cum primum Colchos appulit, vinum fudit, non solum in honorem Telluris, ac Deorum Patriorum, sed etiam ψυχαῖς καμόντων ἡρώων: *animabus mortuorum Heroum.* Apud Plaut. etiam Lar Familiaris ait: 'Huic filia una est: ea mihi quotidie Aut thure, aut vino, aut aliqui semper supplicat.' Atqui Lares esse, quos Dionys. l. IV. vocat τοὺς κατ' οἰκίαν ἥρωας, certum est, id est, *Heroës domorum.* Inde illos Priscian. interpretatur θεοὺς κατοικιδίους, quia præsunt domibus. Intelligebant vero Gentiles per θεοὺς ἥρωας, *animas defunctorum*, qui domos olim habitassent, et mortui tueri easdem crederentur. *Cerda.*

Date vina volentes] Vel quia obsequia non accipiuntur, nisi plena voluntate fuerint persoluta: vel quia inimicus aliquando Trojæ Hercules fuit. *Donatus.*

276 *Herculea populus*] Herculi consecrata: qui cum ad Inferos descendens fatigaretur labore, dicitur de hac arbore corona facta caput velasse: unde foliorum pars temporibus cohærens, et capiti, abluit sudorem: pars vero exterior propter Inferorum colorem nigra permansit. Et honeste ait, 'pependit populus,' id est, corona de populo. Atqui lauro coronari solebant, qui apud aram maximam sacra faciebant; sed hoc post urbem conditam cœpit fieri, neque alia fronde circumdat caput prætor Urbanus, qui Græco ritu sacrificat. Sed Poëta ad illud tempus retulit, quo Euander apud aram maximam sacra celebravit. Varro enim, Rerum humanarum lib. docet in Aventino institutum Lauretum, de quo proximo monte decerpta laurus sumebatur ad sacra; quam visipse dixerit, 'Populus Alcidæ gratissima.' *Servius.*

Herculea] Nam populus Herculi sacra: ut Ge. II. 66. 'Herculeæque arbos umbrosa coronæ.' *Bicolor* dicitur, quia cum Hercules ab Inferis rediret, hanc primam arborem dicitur contemplatus esse, et se inde coronasse, conveniente colore arboris illi eventui, quo a tenebris in lucem commeavit. Ovid. et *olea bicolor.* Taubmann.

Bicolor populus] Poëta capiendus, non de corona facta ex utraque populo, alba et nigra, sed tantum de alba. Roges: si *alba* tantum, qui *bicolor?* Audi Ovidium, qui de olea, 'Ponitur hic bicolor sinceræ bacca Minervæ.' Atqui olea non alba et nigra. Ergo ut Ovid. oleam vocat *bicolorem*, ita Maro populum. Et uterque capiendus de discrimine illo, quod est inter utramque faciem. Ita Petron. 'olivas in altera parte albas, in altera nigras.' Stat. præclare Silv. II. notans hoc discrimen dixit 'discolor umbra populus.' Ut Virg. Æn. VI. 'Discolor unde auri per ramos aura refulsit:' videlicet color dissidens in uno eodemque loco. In Pers. Sat. III. 'bicolor membrana' est, introrsum candida, extrorsum purpurea, aut lutea. Itaque, una et eadem membrana dicitur *bicolor*: quia Tibull. III. 2. 'Lutea sed niveum involvat membrana libellum.' Aut purpuream, quia Martial. XI. 5. 'Et

ırpureis dat tertia nomina fas- Juvat etiam Servius, qui de le: 'Cum ad Inferos descen- fatigaretur labore, dicitur de rbore corona facta caput ve- unde foliorum pars tempori- hærens, et capiti, abluit sudo- pars vero exterior, propter rum colorem, nigra permansit.' m Virgilii *bicolor*, idem est, Ovid. Met. x. 'acerque colori- par.' *Cerda.*

Rependit] Non hoc referas ad ntes lemniscos; nam nulli in rona: tantum est honesta, et a locutio. *Idem.*

Sacer inplevit dextram scyphus] ır in libris antiquis Herculem liam ingens ligneum poculum ıse, quo utebatur in sacris: ne carie consumeretur, pice m servabatur, cujus magnitudi- ıt religionem simul significat lo, 'Inplevit dextram sacer ıs.' Scypho prætor in anno vino libabat, neque hoc sine fiebant. Possumus et illud ac- , quod inter munera Deorum pocula sunt. Sallustius, 'Hi qui secundum pocula et alias ncas, Diis sacrata instrumenta tio mereantur.' *Servius.*

sacer inplevit dextram scyphus] ideo posuit, quia quibus sacro- ura est, habent dicata numini- ısa, quibus obsequia divina per- t. *Donatus.*

sacer inplevit dextram scyphus] licibus aliquot antiquis, legere et dextram implevit sanctus us.' Sed vulgata lectio recep- *Pierius.*

phus] Proprie: nam *scyphus* vas erculis. Plutar. in vita Alex. em, σκύφον Ἡρακλέους, *scyphum lis.* Sen. in Epist. 'Alexan- intemperantia bibendi, et ille ılaneus ac fatalis scyphus per- ' Stesichorus loquens de Her- Σκύφιον δὲ λαβὼν δέπας ἔμμετρον ὡς τριλάγηνον Πῖεν ἐπισχόμενος, τό ῥά οἱ παρέθηκε Φόλος κεράσας: *Scyphum accepit, vas plenum, capaxque trium lagenarum, Bibit, exhausitque; quod et Pholus miscuit et præbuit.* Apud Eurip. Alcest. ipsemet Hercules meminit sui σκύφου. Affertur vero scyphus, quia, ut dicebam, vas capacissimum, et in secunda mensa et libationibus res fiebat poculis largissimis. *Cerda.*

279 *In mensam læti libant*] Hoc est, *date vina volentes.* Quæritur sane cur in mensam et non in aram libaverint? Sed apud antiquos inter vasorum supellectilem, etiam mensam cum aris mos erat consecrari, quo die templum consecrabatur; unde bene ait, 'In mensam læti libant,' quam constabat cum ara maxima dedicatam, ut alibi, 'Mensæque Deorum.' *Serv.*

Læti libant] Hoc est, *læti libant*, quod est *et volentis:* qui enim sacra numinibus solvit, nec invitus debet esse nec tristis. *Donatus.*

In mensam læti libant] Videlicet effusa aliqua parte vini e patera in mensam. Ex eodem more in Æn. I. dixit, 'in mensam laticum libavit honorem.' Et Sil. l. xi. 'ante omnes ductor honori Nominis auguste libat carchesia ritu. Cætera quem sequitur, Bacchique ex more liquorem Irrorat mensis turba.' Sed quæ ratio hujus moris? Quia veteribus mensa pro ara fuit, et sacrum quiddam. Inde, sicut Diis libabatur, ita et mensæ: ut apte hic Servius. Vide Scal. in Festum, et Lips. Antiq. Lect. l. III. Oppugnat posterior, imo ridet Macrobium interpretantem Virgilium, Sat. III. 11. secus, ac par est. Non ego moror Nascimbænum, atque Hortensium hærentes Macrobio. Porro mori huic annexus cottabus. Vel enim in mensam aliquid vini effundebatur, vel in pavimentum: si in mensam, dicebatur σπένδειν, et λείβειν, si in pavimentum, κοτταβίζειν. *Cerda.*

280 *Devexo Olympo*] Inclinato in noctem cœlo. *Servius.*

282 *Pellibus in morem cincti*] Aut in morem Herculis: aut certe secundum morem sacerdotum: aut quia Pan Deus Arcadiæ pelleus sit, unde Euander. *Idem.*

Pellibus in morem cincti] Hunc morem peto ab Eurip. Bacch. ubi in re sacra loquens de duobus senibus bacchantibus, *Θύρσους ἀνάπτειν, καὶ νεβρῶν δορὰς ἔχειν, Στεφανοῦν τε κρᾶτα κισσίνοις βλαστήμασι*: *Thyrsos ligare, et agnorum pelles habere, Et coronare caput hederaceis germinibus.* Sil. etiam l. III. sacra exhibet cum cinctione nebridis. Ergo, ut Bacchi ministri incincti nebride, ita credamus Sacerdotes Herculis usos λεοντῇ in ejus sacris: et *cincti* ait; nam hic habitus sacrorum. Stat. Silv. v. 'Verbera succincti formidavere Luperci.' *Cerd.*

Flammasque ferebant] In codicibus aliquot antiquis, *flammam* numero unitatis. *Pierius.*

Flammasque ferebant] Hæ quoque ex more sacrorum. Curt. de Alexandro l. III. 'Multis collucentibus facibus, patrio more, sacrificium Diis præsidibus loci fecit.' Ovid. Fast. III. 'Sæpe potens voti frontem redimita coronis, Fœmina lucentes portat ab urbe faces.' Stat. Theb. II. 'Centum ibi virgineis votæ Calidonides aris Actæas tibi rite faces, et ab arbore castra Nectent purpureas niveo discrimine vittas.' Apul. lib. extremo in re sacra: 'Ad manum dextram gerebat flammis adultam facem.' *Cerda.*

283 *Instaurant*] Integrant, et renovant. Varr. *Instaurare, quasi instar novare.* Itaque cautior Virgilius Valerio Arg. l. v. nam hic absolute, 'instaurant mensas.' Sed Virg. secundis tantum attribuit. Esse vero verbum sacrorum, liquidum ex Livio, qui sæpe attribuit sacris ludis, videlicet libris XXIX. XXXI. XXXVII. et sæpe alibi, ut et Tacitus. *Idem.*

Et mensæ grata secundæ Dona ferunt] Quia, ut dixi, una carnis fuerat, altera pomorum; *mensæ* autem *secundæ* quæ sunt alioquin gratæ. *Servius.*

Mensæ secundæ] Secundæ mensæ mentio sparsa apud plures scriptores. Sed præsertim videndus Ath. l. XIV. Græci nominant *δευτέρας τραπέζας*: et Ath. explicat verbo *ἐπιδειπνῆσαι*: quasi *iterum cœnare.* Inde est, ut etiam dicantur *ἐπιδειπνίδες*, quæ vox usurpata Martiali Epig. XI. 32. et *τράπεζαι ἐπιδόρπιαι*, et *ἐπιδορπίσματα*, atque etiam *ἐπιφορήματα.* Ab Platone (teste Athen.) dicuntur *ἐπιτραπεζώματα.* Natæ omnes istæ voces ab secundo loco, quo illatæ hæ mensæ. Intelligebant vero antiqui *secundæ mensæ* nomine cibos omnes delicatiores ex saccaro, aut melle (verius ex melle tantum; nam saccarum non ita in usu veterum) qui post quietem inferebantur ad gulam de novo excitandam; tum etiam omnis generis poma. Dulcia illa Græci vocant *τραγάλια, πέμματα, τραγήματα*, Latini *bellaria.* Ath. observat, adeo gratas fuisse mensas secundas, ut a nonnullis non *τράπεζαι δεύτεραι*, sed absolute *τράπεζαι* dicerentur *κατ' ἐξοχὴν*, ut quæ sua suavitate tantum dici mensæ mererentur. Vide et de secundis mensis Plutar. in Cleomene. Ab uno, quod sciam, Martiali fit mentio tertiæ etiam mensæ: in loco enim advocato, ita ait: 'Has prima feret, alterave cœna, Has cœna tibi tertia reponet.' *Cerda.*

284 *Cumulantque oneratis lancibus aras*] Id est, reddunt exta. *Servius.*

285 *Salii*] *Salii* sunt, qui tripudiantes aras circumibant. Saltabant autem ritu veteri armati, post victoriam Tiburtinorum de Volscis. Sunt autem Salii Martis et Herculis; quoniam Chaldæi stellam Martis Herculem dicunt; quos Varro sequitur; et Tiburtes Salios etiam dicaverant. Quidam hos a saltu appellatos tradunt, quos alii a Numa institutos, ut arma ancilia portantes saltarent. Ex-

saltu appellati; horum Iostilius addidit: nam duo a Saliorum, sicut in Salia-uinibus invenitur, Collini, les, a Numa instituti; ab ro Pavorii et Pallorii in-bnerunt sane et Tusculani Romanos. Alii dicunt ndam Arcadem fuisse, qui actus hunc ludum in sacris nonnulli tamen hos a stitutos volunt, qui Samo-Diis sacra persolverent. iam dicunt Salios a Morrio tanorum institutos, ut Ale-ii filius eorum carmine lau-ai ejusdem regis familiæ nus fuit. *Idem.*

caliger ad Catull. Omnes lii et saltatores, qui ad can-iam in sacris ludunt, *Salii* *ali* dicuntur: ut hic *Salii* sunt ludii ad sacra Her-ites. Qui enim primi ἐνόπ-ν, doctore Ænea, in Italia *Salii* dicti sunt. Quare c argutatur Macrobius, om quærit quare Salios attribuit Virgilius potius ti. Itaque recte ὑμνῳδὸς ttur a vetere Glossario: rgil. dixit 'Salios ad can-'popert. 'Pastor ad bacu-ἐξοχὴν autem Ludii Martis *alii*, et Mars ipse *Salisub-* Hæc ille. Vide et Turneb. Servium Dan. Fuere au-m duo chori: *senum*, qui ce laudes Herculis exse-: *juvenum*, qui gestu cor-ejus monstrabant. Lace-ero tres erant chori: pue-enum, senum. De quibus Lycurgo. Ejusmodi autem θυσιῶν ἡρακλέους axamenta De quibus Festus, et in ger. Series autem Labo-olis affabre sculpta est in yali apud Calabr. l. VI.

286 *Populeis, &c.*] Arbore quippe Herculea. Stat. Silv. III. de hoc Deo, 'Populeaque movens albantia tem-pora silva.' Inde Claud. dicturus laudes Herculis: 'Pone habitum, quo mollis amas, et frondis amatæ Linque nemus, mollique exsutus tem-pora lauro, Populea mecum carmen luctare sub umbra.' Theocrit. in Pharm. λεύκαν, id est, *populum*, dicit esse ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος, *Herculis sacram plantam*. Quin nulla alia ratio, cur magni Heroës (ut apud Horat. Od. II. 3. Teucer) populeas gestarent coronas, quam ad imitationem fortis-simi Herois. Ergo, ut Bassarides, Satyri, Sileni ministri Bacchi coro-nabantur hedera, corymbis, pampy-nis: ut Gratiæ apud Martian. l. II. rosis; nam illæ ministræ Veneris, et rosa ipsa est Veneris; ut Cyrenenses (quod est apud Macrob. I. 7.) ficis, cum sacrum faciunt Saturno, quia ficus Saturni est: ita pari consecu-tione ministri Herculis populo Her-culea. Tertull. vero complectitur omnes arbores sacras Herculi, in libr. de Cor. 'Hercules nunc populum capite præfert, nunc oleastrum, nunc apium.' *Cerda.*

Evincti tempora ramis] In codicibus aliquot antiquis, *et vincti* legitur, quod nôn ita placet. *Pierius.*

287 *Hic juvenum chorus, ille senum*] Neque quidem placet, quod in non-nullis codicibus *atque senum* legitur, admissa Servii distinctione. *Idem.*

288 *Laudes Herculeas, et facta fe-runt*] Senes tantum voce laudes Her-culis exsequebantur: Juvenes et ges-tu corporis ejus facta monstrabant. Unde ibi immorandum est, 'Hic ju-venum chorus;' ut Salii juvenibus conveniunt, carmina ad senes perti-nent. Et bene *Senes* facta Herculis canunt, quorum ætas scire et inter-esse gestis Herculis potuit, ante-quam hic ab hominibus transiret ad Deos. Sane quæritur cur huic Deo operto capite sacrum fiat. Legitur

enim in libris antiquioribus his verbis, 'Mihi detecto vertice cuncti Sacrificant.' Id facit observatio ne quis in æde Herculis ejus habitum imitaretur. Signum enim ejus operto capite est. Constat autem ante adventum Æneæ in Italiam, aram Herculi consecratam, ab Ænea vero morem operiendorum capitum inductum, sicut ait, 'purpureo adopertus amictu.' *Serv.*

Ferunt] Alii, *ferant*, quod præfero. *Cerda.*

Prima novercæ Monstra] Bene, *Prima:* nam et alia omnia Junonis insidiis pertulit. Fabula autem hoc habet; Hercules natus est cum Iphiclo Amphitryonis filio: sed cum Juno duos serpentes immisisset Herculi, Iphiclus de cunis terrore lapsus suo vagitu excitavit parentes: qui cum surrexissent, viderunt Herculem angentem manibus angues immissos ei novercalibus odiis. *Servius.*

Novercæ Monstra] Claud. de laudibus Herculis: 'datur inde novercæ Materies, gravibusque odiis augmenta ministrat, Quod vinci cœpisse pudet: mox improba binos In tua membra jubet, dum nasceris, ire dracones.' Pind. etiam Nem. I. loquens de Junone, πέμπε δράκοντας. *Cerda.*

Novercæ Monstra] Plaut. Amphitr. v. 1. Theocrit. in *Herculisco*. Mart. l. XIV. 'Elidit geminos infans, nec respicit, angues.' *Taubmann.*

Prima novercæ Monstra, &c.] Totidem fere verbis Statius Silv. III. 48. in Herc. Surrent. 'cum prima novercæ Monstra manu premeres, atque exanimata doleres.' Sidon. Epithal. Polem. 'Parvulus, hic gemino cinctus serpente novercæ Inscius arridet monstris, ludumque putando, Insidias, dum nescit, amat: vultuque dolentis Extingui deflet, quos ipse interficit, angues.' *Elidere* autem hoc loco est *suffocare* vel *occidere*, ut Nonius exponit. *Emmeness.*

289 *Eliserit*] Præfocaverit. Et hunc versum junge; unum est enim, *monstra* et *angues*. Servius.

Disjecerit urbe] In vetustis aliquot codicibus, *dejecerit* legitur. Sed majorem vim et impetum ostendit *disjecerit*. Pierius.

Disjecerit urbis] Legendum hic *disjecerit*, non *dejecerit:* et sic quoque partim ex veteribus libris, partim scriptorum auctoritate scribit apud Ovidium Nicolaus Heinsius Met. XII. 209. 'Nam certe valuit, vel cum Lyrnesia primus Mœnia disjeci:' ad quem locum eum vide. *Emmeness.*

291 *Trojamque*] Ut supra diximus, Trojam Hercules evertit propter negatos sibi a Laomedonte equos divino semine procreatos, et Esionæ nuptias, quam a ceto liberaverat, necato patre ejus Laomedonte. Sane Critici frustra culpant Virgil. quod, præsentibus Trojanis, Trojæ laudari introduxit excidium, non respicientes quia hoc ratio fecit hymnorum, quibus aliquid subtrahere sacrilegium est. Alii magis hoc in solatium Æneæ cantatum posse accipi tradunt: nam quod Herculi datur, Græcis aufertur, et potest obliteratus dolor videri præteritus, quando ad fatalem terram perventum est; sicut alibi ait Æneas, 'illic fas regna resurgere Trojæ,' ut ibi jam dixerat, 'salve fatis mihi debita tellus:' quia expectatus venerat solo Laurenti arvisque Latinis. *Servius.*

Trojamque] Hom. Il. v. loquens de Hercule: Ἰλίου ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ' ἀγυιάς: *Ilii civitatem diripuit; viduavit vias.* Calab. etiam l. I. ait, expugnatam a Græcis Trojam, ἅμ' Ἡρακλῆϊ δαΐφρονι: *una cum forti Hercule.* Cerda.

Œchaliamque] *Œchalia* civitas in Eubœa insula fuit, cujus Eurytus rex Iolem filiam Herculi denegavit, victori certamine sagittarum ante promissam, ideo quod eum fuerat filius dehortatus, dicens ab Hercule et Megæram uxorem, et ex ea filios inter-

emptos, quod factum fuerat Junonis instinctu. Unde iratus Hercules propter nuptias sibi denegatas, eversa civitate, interemit Eurytum et Iolem sustulit. *Servius.*

Œchaliam] Ovid. Epist. 'Gratulor Œchaliam titulis accedere nostris.' Et de Pont. IV. 'Alcides capta traxit ab Œchalia' (laudem.) *Cerda.*

Ut duros mille labores] In Romano codice, *et duros*, quod non æque placet. *Pierius.*

Duros mille labores] A qualitate, *duros*; a quantitate, *mille*. Taubmann.

Mille] Pro multis. *Servius.*

292 *Rege sub Eurystheo*] Hujus asperrima imperia sustinuerat Hercules voluntate Junonis. Nam hoc est quod dicit, 'Fatis Junonis,' id est, voluntate: vel certe responsis, quæ Eurystheo in Herculem dederat: et quidam bono auspicio, 'Fatis Junonis,' positum volunt; hoc est, quam etiam Trojani gravem sustinent, ut Dei jubentur exemplo, qui tam multis ejus instinctu subjacuerit ærumnis: virtute tamen ad divinitatem pervenerit. *Idem.*

Fatis] Horat. 'fatalem laborem' dixit de Hercule Epist. II. 1. *Cerda.*

293 *Nubigenas*] De Ixione et Nube procreatos Centauros, superius diximus. Pindarus, ipsum, cum equas pasceret, incestasse eas, inde Centauros natos, dicit. *Servius.*

Nubigenas] De pugna Herculis contra Centauros pulchrum est Græcum Epig. l. IV. in Herculem vino captum. Οὗτος ὁ νῦν ὕπνῳ βεβαρημένος, ἠδὲ κυπέλλῳ, Κενταύρους νήφων οἰνοβαρεῖς ὄλεσεν: *Qui nunc est gravis somno et vino, Sobrius vicit ebrios Centauros.* Pausan. Heliac. prior. modum pugnæ adjungit; ait enim Herculem τοξεύοντα Κενταύρους: et in Lacon. meminit pugnæ singularis Herculis cum Orejo Centauro. *Cerda.*

Nubigenas] De Ixione et Nube procreatos. Etiam Æn. VII. 685. 'nubigenas Centauros dixit.' Ov. Met. XII. Fab. 5. 'ardescunt germani cæde bimembres.' *Taubmann.*

Bimembris] Mitto Stat. qui *bimembres* cum Poëta libris I. et XII. Silium l. III. Claudianum Ruff. VII. Cornificium indicatum a Macrob. VI. 5. et adduco aliorum flexus. Cic. Tusc. II. 'biformato impetu Centaurorum.' Manil. l. I. 'Mistas equo:' iterum; 'tergo pectus commissus equino.' Claud. Ruff. I. 'cognatis aptavit equis.' Stat. Theb. l. IV. 'duplex Hylæus.' Cic. ex Soph. Tusc. II. 'bicorporem manum,' id est, exercitum bicorporeorum. Demum Manil. de Capricorno, 'duplici formatus imagine.' Notetur locus Stat. Theb. l. IX. qui Centauris dat duplicem animam, equi unam, hominis alteram. *Cerda.*

294 *Hylæumque Pholumque*] Hylæum Theseus occidit. Pholus vero Herculem suscepit hospitio, eo tempore, quo ad pugnandos Centauros esset profectus. Lucanus: 'Hospes et Alcidæ magni Phole.' Unde apparet per poëticam licentiam nomina esse pro nominibus posita. Alii Pholum non abhorrere a vera historia tradunt; Pholus enim, dum miratur sagittas Herculis, quibus tot Centauros interfecerat, una ex illis in pedem ejus decidit, cujus vulnere sanari non potuit. *Servius.*

Cresia mactas Prodigia, &c.] *Mactas*, bene ad leonem, quem interemit, refertur. Nam Cretensem taurum non mactavit: sed cum eum incolumem ad Eurystheum perduxisset, ille eum, licet flammas vomuisse dictus sit, inlectus pulchritudine, in Atticam regionem reliquit: qui cum Marathonem vastaret, a Theseo postea occisus est. Uno tamen verbo utrumque sæpe concluditur, aliquotiens una pars, ut: 'Disce puer virtutem ex me, verumque laborem, Fortunam ex aliis.' Alii *mactas*, ad Centauros sicut ad Leonem referri volunt. *Idem.*

Cresia Prodigia] Sic et Theoc. eid. XXV. leonem Nemæum vocat τέρας:

et eundem Panasis, *βεμβινήταιο πελώρου.* Taurus ideo prodigiosus, quia flammivomus. Lib. IV. Epig. inter labores Herculis: Ἐκ Κρήτης δὲ πυρίπνοον ταῦρον. Fuit vero hic taurus in urbe Cnosso. Paus. Heliac. priorib. inter labores Herculis, *καὶ τὸν ἐν Κνωσσῷ ταῦρον.* Sed Poëta generatim Cretam maluit. Servius verba Poëtæ refert ad leonem, non ad taurum, *ἀτόπως.* Ratio illius, quam omitto, nulla est: nam fabulæ liberæ sunt. Neque etiam quadrant Cressia prodigia cum leone Nemæo ex distantia locorum. Præterea, Marathonius taurus, quem Theseus interfecit, nihil ad Cretam. Est enim Maratho in Achaia. Itaque, alius est taurus Herculis, alius Thesei: ille in Creta interfectus, hic in Attica; quod clare scribit Isocrat. attingens res Thesei in encomio Helenæ. *Cerda.*

295 *Prodigia*] Hanc vocem duci a verbo *prodico*, certum ab Tullio de Nat. II. ubi ait: 'Ostendi, monstrari, portendi, prodici: ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur:' Itaque legendum in Tullio *prodici*, non *prædici*. Idem.

Nemea sub rupe] Nemea silva est vicina Thebis, in qua Hercules interemit leonem, qui Luinæ filius et invulnerabilis dictus est. *Nemeæ* autem anapæstus est. Nam et *Ne*, et *me* breves sunt. *Servius.*

Nemea sub rupe leonem] In Romano codice, *Nemea* legitur. Sed enim Servius *Nemeæ* legendum ostendit, quia *Nemeæus* derivativum sit: Apud Græcos tamen utrunque reperitur *ὁ νέμεος, καὶ ὁ νεμεαῖος*, ut observatum a Grammaticis. Est etiam in Romano codice, *semensa*, pro *semesa* errore illo familiari. *Pierius.*

Leonem] Hunc leonem a Chimæra uno partu editum et Sphingem auctor est Hesiod. *ἡ δ' ἄρα σφίγγ' ὀλοὴν τέκε καδμείοισιν ὄλεθρον, Ὄρθῳ ὑποδμηθεῖσα, νεμειαῖόν τε λέοντα, Τόν ῥ' Ἥρη θρέψασα, Διὸς κυδρὴ παράκοιτις, Γούνοισιν κατένασσε νεμείης πῆμ' ἀνθρώποις, Ἔνθ' ἄρ' ὅγ' οἰκείων ἐλεφαίρετο φῦλ' ἀνθρώπων, Κοιρανέων τρητοῖο νεμείης—ἀλλά ἑ ἲς ἐδάμασσε βίης ἡρακληείης.* *Germanus.*

Nemea sub rupe leonem] Ferunt fabulæ, latuisse leonem hunc in antro. Ergo, *sub rupe*, id est, in antro rupis. Stat. Silv. l. III. 'et formidatus Nemees ager;' quia ab antro leo excurreret in vicina arva, et l. IV. 'Nemees frondentis alumnus.' Sen. in Fur. 'Nemeæ timor:' et in Œt. 'Nemæi mali: Nemæa pestis.' Pind. quoque huic feræ dat *ἄλσος*. Sicut Euripid. in Furent. *Διὸς ἄλσος ἠρήμωσε λέοντος.* Paus. Heliac. prior. *τὸν λέοντα ἐν Νεμέᾳ.* Theoc. εἰδ. XXV. *Νεμέου θηρός.* Hesiod. Theog. *Νεμειαῖον λέοντα.* Sed quidem Val. pro interprete Virg. est; nam quod hic *sub rupe*, ille clare *antrum*, cum ait l. VIII. 'Talis ab Inachiis Nemeæ Tirynthius antris.' Atque etiam Pausan. Corinth. ubi ait, videri suo adhuc ævo Nemei leonis *σπήλαιον*, *antrum*: et Theocrit. εἰδ. XXV. ubi, *Θηρίον, αἰνολέοντα, κακὸν τέρας ἀγροιώταις, Κοίλην αὖλιν ἔχοντα Διὸς Νεμέοιο παρ' ἄλσος*: *Feram, sævum leonem, malum monstrum agricolis. Cavum domicilium habentem in nemore Jovis Nemæi.* Digna sunt, quæ legantur duo Epigrammata Anthol. l. v. Initium primi *μηκέτι ταυροβόροιο.* Alterius: *ἐκ Νεμέης ἀλέων.* *Cerda.*

296 *Stygii tremuere lacus*] Id est, Inferni, quo tempore descendit ad rapiendum Cerberum. *Servius.*

Tremuere lacus] *Tremor* aquarum est. Græci illis dant *ταραχήν*: et Hom. *ταράσσεται πόντος*: et Ov. in Can. epist. 'Ut mare fit tremulum, tenui cum stringitur aura.' Ergo, Virgil. ita aquis dedit humanum affectum, ut non recederet a proprietate illarum. *Cerda.*

Janitor Orci] Multus est in his Sen. in Furente. In Poëta est *ἐξήγησις*. Nam ideo *lacus tremuere*, quia Cerberus. Pausan. in Hel. prior. *τὸν κύνα τοῦ ᾅδου*, inter labores Herculis reponit. Et in Arcad. loquens de Eu-

rystheo ex vet. Poëta: Εἰπέ μιν εἰς Ἀΐδαο πυλάρταο προὔπεμψεν Ἐξ Ἐρέβευς ἄξοντα κύνα στυγεροῦ Ἀΐδαο: *Tunc, ipsum indomiti demisit in atria Ditis, Colla canis traheret furvi quo Regis ab aula.* Idem.

297 *Ossa super recubans*] Aut ad terrorem dictum est: aut certe illud est quod supra diximus Cerberum esse terram, quæ corpora sepulta consumit. Nam inde *Cerberus* dictus est quasi κρεοβόρος. Alii pueriliter volunt a Cerbero Amphiarai ossa consumi, qui hiatu terræ secundum fabulas descendit ad Inferos. *Servius.*

Ossa super recubans semesa] De Cerbero similiter Statius Theb. l. III. 'Illos ut cæco recubans in limine sensit Cerberus, atque omnes capitum subrexit hiatus, Sævus et intranti populo: jam nigra tumebat Colla minax, jam sparsa solo turbaverat ossa.' Ut autem hoc loco 'semesa ossa,' sic apud Sil. l. VI. 'semesa jacebant Ossa solo informi:' et *semesa viscera* apud Ovid. Met. VI. 664. 'si possit, reserato pectore, diras Egerere inde dapes, semesaque viscera gestit.' qui locus e vett. Codd. nitori pristino est restitutus ab Nicolao Heinsio; nam ante eum perperam legebatur: 'demersa viscera.' *Emmeness.*

Semesa cruento] *Semensum* non dicimus, sicut nec *ensum*: nam *esum* facit et *comesum*. Servius.

298 *Nec te ullæ facies*] *Facies*, id est, species, more suo, vel periculorum vices multæ, ut, 'Nova mi facies,' &c. 'Quæ scelerum facies;' subauditur tamen *terruere*. Idem.

Ullæ facies] Quæ stabulantur in aditu Inferorum, Æn. VI. Vel, periculorum vices. *Taubmann.*

Non terruit ipse Typhoëus Arduus, arma tenens] Et hoc poëtice. Nam si interemit Centauros, quemadmodum etiam Gigantum interfuit prælio, qui ante innumeros annos fuisse dicuntur? Ergo *Non terruit*, pro *non terreret* vel *terruisset*, ut sit, 'Nec te Typhoëus ipse terreret.' *Servius.*

Typhoëus] Ὁ τυφωεύς. De formatione talium vide Indicem Erythr. *Taubmann.*

299 *Non te rationis egentem*] Liptotes figura. Nam minus dixit, et plus intelligimus: hoc enim dicit, Prudentissimum te non circumvenit. *Servius.*

Rationis egentem] Ab Lucret. credo, qui l. IV. 'præstat rationis egentem.' Ab his alii. Nam Manil. l. II. 'rationis eget.' Stat. Theb. l. III. 'rationis egebit:' et l. I. flexu alio, 'rationis inops.' Hom. ἀμηχανῶν. Vulgus Græcorum, ἀπορίαν, διαπορίαν. Statius transfert ad res alias, ut cum ait l. V. 'egentem sanguinis ensem:' et I. 'nec stirpis egemus,' id est, sumus nobiles. Cui in V. opponit directe, 'Obscurum proavis, et priscæ lucis egentem.' *Cerda.*

Rationis egentem] Consternatum, de statu mentis dejectum, et consilii inopem, ἀμηχανοῦντα, q. d. *Hydra* λέρνας μυριόκρανος te non expavefecit, neque consternavit: ut notat Turneb. XXIV. 26. et 40. *Taubmann.*

300 *Lernæus anguis*] Id est, Hydra. *Servius.*

Lernæus] Ab palude, ubi hic anguis. Eurip. in Herc. ὕδραν ἕλειον, quasi dicas *hydram palustrem.* Cerda.

Turba capitum] Et est talis figura, qualis 'Munera nec sperno,' aliis amphibolia videtur; *Si: non te Lernæus turba egentem capitum anguis, remanet rationis egentem ordinaveris remanet Lernæus t. c. c. a. sic est, non eguisti ratione cum te Lernæus anguis circumstetit capitum turba. Præter hæc quæ Herculem hoc loco Poëta fecisse memoravit, alia facta Herculis hæc sunt: superatus aper Erymanthius; post cerva; item Stymfalides aves, quæ alumnæ Martis fuisse dicuntur, quæ hoc periculum regionibus inrogabant, quod cum essent plurimæ volantes, tantum plumarum de se emittebant, ut homines et animalia necarent, agros et

semina omnia cooperirent. Inde ab Augea Elidensium rege rogatus, bovilia, quæ stercore animalium congesto, pestilentiam tam suis quam viciuis regionibus creaverant, immisso Alfeo flumine, repurgavit, et regionibus salubritate reddita, ipsum regem, negata sibi mercede, interemit; inde equos Diomedis Thracis, qui humanis carnibus vescebantur, abduxit; inde ad Hippolytæ cingulum petendum perrexit, eamque, ablato cingulo, superavit. Ad Geryonem autem, sicut jam supra dictum est, navi ænea navigavit, tergo leonis velificans, ibique primum Orthrum canem, Echidnes filium, peremit; deinde Eurytiona pastorem, Martis filium; novissime Geryonem, cujus abduxit armenta. Item ad Hesperidas perrexit, et Antheum filium terræ victum luctatione necavit. Inde in Ægypto Busiridem necavit, qui advenientes hospites immolare consueverat; post Promethe-um Jovis imperio in Caucaso monte religatum, occisa sagittis aquila, liberavit: Achelonm etiam fluvium, qui se propter Deianiram Œnei filiam certando cum Hercule in formas varias commutabat, mutatum in taurum, avulso ab illo cornu, victoria cedere compulit: post Lycum regem, qui, se apud Inferos constituto, Megaram uxorem ejus tentaverat, reversus peremit, propter cujus necem Juno ei insaniam misit, et uxorem necavit ac filios, qui post receptam sanitatem cum expiationem parricidii ab Apolline petisset, nec ab eo responsa meruisset, ira concitus cortinam ipsam et tripodem Apollinis sustulit; ob quod iratus Jupiter, eum Omfalæ servire præcepit. Cujus finis humanitatis talis fuit: cum Deianiram conjugem per fluvium, in quo Nessus Centauros commeantes transvehebat, etiam Hercules transvehere vellet, ausus est Nessus occulte Deianiaram de stupro interpellare; quod cum Hercules agnovisset, Nessum peremit, sed Nessus moriens Deianiram monuit, ut sanguinem istum exceptum servaret, et si quando advertisset Herculem altera fœmina delectari, sanguine ipso vestem illitam marito daret, per quam vindicari posset. Sed Deianira, cum audisset maritum Iolen Euriti Œcaliensis amare filiam, vestem tinctam Nessi sanguine, Lichæ servo dedit ad eam perferendam, qui cum Herculi in Œta occurrisset, munus uxoris tradidit; quam cum ille Jovi sacrificaturus induisset, tanto corporis ardore correptus est, ut, non invento remedio, pyram construi juberet, donatisque Philoctetæ sagittis, peteret ab eo, ut cremaretur; quo facto, inter Deos relatus est. *Servius.*

Turba capitum] In Græco Epig. l. IV. πουλυκάρηνον ὕδρῃ: et in alio, πολυαύχενον ὕδρην. Eurip. in Herc. μυριόκρανον, et παλιμβλαστῆ ὕδραν. Plato in Euthydemo, et Pausan. Corint. de eadem, πολλὰς κεφαλάς. Horat. Od. IV. 4. hanc numerositatem expressit verbo *crevit:* ut etiam Ovid. 'nec profuit hydræ Crescere.' Idem statim aliter, 'geminasque resumere vires.' Sen. Œt. 'Hydram centum anguibus:' et in Furen. 'numerosum malum.' Arnob. l. I. 'multiplicium capitum superavit, compescuitque natrices.' Mart. IX. 104. 'fœcundam hydram.' Propert. usus numero multitudinis II. 24. 'Lernæas hydras.' Euripid. in Hercul. certo, sed magno numero, ἑκατογκεφάλου ὕδρας, ubi dat centum capita; explica, multa: nam idem in Bacch. πολύκρανος δράκων. His omnibus nescio quid altius 'turba capitum.' Ait Paus. Corinth. ex quopiam, vere huic monstro unum caput fuisse; sed a Pisandro Poëta data multa capita, quo et fera terribilior, et carmina sua plus dignitatis habere viderentur. Et quidem Aratus Phænom. tantum dixit, ὕδρης κεφαλή. *Cerda.*

Circumstetit] Quia *turba.* Idem omnino, quod Sen. Œt. 'Centum anguibus vallatus.' Et est sensus: Non te

premi sivisti, non es pavefactus. *Id.*

301 *Salve*] Hic *Salve* sic dictum est ut alibi, *Sis felix.* Hic divus fidius solus dicitur, quod solus fidem fecit se Jovis filium. *Servius.*

Vera Jovis proles] Nullus enim humano sanguine procreatus tanta perficeret. *Idem.*

Decus addite divis] Eodem plane sensu Horat. Od. II. 19. de Ariadna relata in cœlum, 'Fas et beatæ conjugis additum Stellis honorem.' Eadem phrasi Stat. Theb. III. 'decus addere.' Val. Arg. IV. de Iside, 'jam Divis addita.' Auson. Mosell. 'magnoque honor additus amni.' Notat Germ. Herculem ab Luciano dici *μέτοικον*, id est, *παρέγγραπτον*, quasi cooptatum in Deorum numerum. *Cerda.*

302 *Dexter adi*] Id est, propitius. *Servius.*

Dexter adi] Cur Poëta *dexter?* quia dextra omnia propitia et fausta. Interpres Aristophanis in Equit. ad verba illa, *καὶ τῶν θεατῶν ὅστις ἐστὶ δεξιὸς*, explicat, *δεξιὸς, ἀγαθὸς, εὔνους ἡμῖν*: *Dexter, bonus, benevolus nobis.* Sic Juvenal. Sat. x. 'dextro Jove.' Ovid. Trist. v. 4. 'dextro Apolline.' Plut. in vita Arati, *Ἀπόλλωνα ὑπερδέξιον*. Et uni imprimis Herculi datum hoc: nam Virgil. hic, 'dexter adi.' Pers. Sat. II. 'Dextro Hercule.' Horat. Sat. II. 6. 'Amico Hercule.' Contra Dii sinistri, aut lævi, de quibus locutus Arnob. l. IV. 'Dii lævi sinistrarum regionum sunt præsides, et inimici partium dexterarum:' et Virg. 'Numina læva.' *Cerda.*

Pede secundo] Omine prospero. *Servius.*

Pede secundo] Omine prospero: ita Æn. x. 'Phrygibusque adsis pede, diva, secundo.' *Taubmann.*

303 *Super omnia Caci, &c.*] Id est, hoc factum laudant ultra omnia. Et sic est dictum, ut est, 'Et te super omnia dona Unum oro.' Et bene quantum ad ipsos pertinet, rem majorem et sibi utiliorem servare post omnia: quia ita sæpe fit, ut ea, quæ in præsenti aguntur, fabulis omnibus postea addantur, et quæ expetierant potiora videantur ignotis, et fides habeatur illis quæ audierant, et his quæ viderant. *Servius.*

305 *Consonat omne nemus strepitu*] Adnecto his Pind. Olymp. x. *ἀείδετο δὲ πᾶν τέμενος τερπναῖσι θαλίαις, τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον*: *Personat totum nemus jucundis conviviis, laudatorium in modum*: et Pyth. I. *πάντα δὲ χοροὶ παρθένων, λυρᾶν τε βοαὶ, καναχαί τ' αὐλῶν δονέονται*: *Chori virginum circumquaque, lyrarumque clamores, et strepitus tibiarum volutantur*: et Calabrum, qui l. IV. post celebratum convivium Deorum ita canit: *ἐπετέρπετο δ' οὔρεα πάντα, Καὶ ποταμοὶ, καὶ θῆρες, ἰαίνετο δ' ἄφθιτος αἰθὴρ, Ἄντρα τε χείρωνος περικαλλέα, &c.*: *lætabantur montes omnes, Et fluvii, et feræ, exultabat et immortalis æther, Atque etiam perpulchra Chironis antra.* Cerda.

Collesque resultant] Ammian. l. XIX. 'Resultabant altrinsecus exortis clamoribus colles.' Indicatur hoc verbo, quid sit Echo; est enim vocis resultantia. Plato in Phædro: *καὶ οἷον πνεῦμα, ἤ τις ἠχὼ ἀπὸ λείων τε καὶ στερεῶν ἁλλομένη, πάλιν, ὅθεν ὡρμήθη, φέρεται*: *Ac veluti aër et Echo a levibus solidisque repulsa corporibus, eodem, unde venerunt, iterum reflectuntur.* Idem.

306 *Divinis rebus Perfectis*] Forte ab Lucret. l. I. 'solemni more sacrorum Perfecto.' Simile et Theocritus εἰδ. XXV. *Τὼ δ' εἰς ἄστυ, λιπόντε κατ' αὐτόθι πίονας ἀγροὺς, Ἐστιχέτην*: *Illi vero in urbem, relictis ibi agris pinguibus, Ibant.* Idem.

307 *Obsitus ævo*] Ætate involutus, ut Terentius ait, 'Annis pannisque obsitus.' Nonnulli *obsitum*, quasi insitum et obsessum et possessum tradunt. *Servius.*

309 *Varioque viam sermone levabant*] Sermocinando enim viæ tædium tol-

litur, et tempus fallitur. Sen. de Brevit. vitæ c. 9. ‘ Sermo, lectio, aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit: pervenisse se ante sciunt quam appropinquasse.’ Publ. Syrus: ‘ Comes facundus in via pro vehiculo est.’ Apul. Met. l. I. ‘ Simul jugi, quod insurgimus, asperitudinem fabularum lepida jucunditas levigabit:’ et noster supra Ecl. IX. 64. ‘ Cantantes licet usque (minus via lædat) eamus:’ ad quem locum vide quæ diximus. *Emmeness.*

310 *Facilesque oculos fert omnia circum*] Physici dicunt ex vino mobiliores oculos fieri. Plautus, ‘ Faciles oculos habet:’ id est, mobiles vino. Hoc etiam Mecænas in Symposio, ubi Virgilius et Horatius interfuerunt, cum ex persona Messalæ de vino loqueretur, ait: ‘ Idem humor ministrat faciles oculos, pulcriora reddit omnia, et dulcis juventæ reducit bona.’ *Servius.*

Facilesque oculos] Verus et proprius habitus hospitis qui omnia avide lustrat. Apage hinc Servianum commentum de ebrietate. Quod dico de habitu hospitum, propius ad rem. Silius l. XII. de Annibale capto deliciis Bajarum, ‘ Stagnorum, terræque simul miracula lustrat.’ Et de eodem ingrediente Capuam l. XI. ‘ Exin victor ovans sedato pectore tandem Spectandis urbis tectis, templisque serenos Lætos circumfert oculos, et singula discit.’ Cæterum ab Nostro Manil. l. I. ‘ Circumfert tacitos oculos, vultumque per orbem.’ Quæ de oculorum mobilitate scripsit Cælius III. 28. cuivis in promptu sunt. Sed cur ibi desideratur Aristot. qui Problem. sect. VII. quæst. 8. εὐκινητότατον ὁ ὀφθαλμός: *oculus res mobilissima.* In Græco etiam Epig. est πολυστρέπτους ὀπωπάς. Et Nonn. lib. XIX. dixit, ὀφθαλμοὺς ἐλέλιξεν ἀλήμονας: *vibravit vagos oculos:* et l. X. στροφάδας ὀπωπὰς, quasi *versatiles.* Euripid. Elect. ὄμμασι τροπαίοις, *oculis versatilibus.* His omnibus oppone ἀπλανὲς ὄμμα, ut loquitur Nonnus libro trigesimo primo. *Cerda.*

311 *Capiturque locis*] Delectatur, id est, uno loco diutius retinetur. *Servius.*

312 *Exquiritque*] Ita garrulæ ætati gratam præbet occasionem plura fabulandi. Vide Macrob. VII. 2. *Taub.*

313 *Romanæ conditor arcis*] Conditor Pallantei, ubi nunc palatium est: quod non est re vera arx, sed tenet omnium rerum principatum. Et hic subtiliter videtur significare, Romam initium ab Euandro ducere. *Servius.*

Romanæ conditor arcis] Propter Palatium, ubi regiam suam Euander condidit. Rem aperient verba Dionys. l. I. Omitto enim alios. Ergo ille: ‘ Faunus Arcadas, quorum numerus erat exiguus, magna cum humanitate excepit, ipsisque de suo agro dedit, quantum voluerunt. Arcades vero, ut Themis divino furore correpta ipsos monuerat, collem a Tyberi non longe distantem delegerunt, qui nunc fere in ipso urbis Romæ meditullio est situs. Atque juxta collem istum ædificarunt parvum pagum, quem temporis progressu ad tantam magnitudinem fata provectura erant, quantam nulla alia urbs, aut Græca aut barbara, esset adeptura.’ Et paullo post: ‘ Nunc Palatium a Romanis dicitur.’ Tu Justinum leges l. XLIII. *Cerda.*

314 *Hæc nemora indigenæ Fauni*] *Indigenæ*, id est, inde geniti, αὐτόχθονες. Et sciendum secundum Hesiodi Theogoniam primo Deos genitos; inde hemitheos; post heroas; inde homines innocentes; ultimo sceleratos: quem et hic nunc ordinem servat. Sane sicut supra dictum est, Faunus Pici filius dicitur, qui a fando, quod futura prædiceret, *Faunus* appellatus est, quorum etiam responsa ferebantur. Hic Faunus habuisse filiam dicitur Omam, castitate et disciplinis omnibus eruditam, quam qui-

dam, quod nomine dici prohibitum fuerat, Bonam Deam appellatam volunt. Hos Faunos etiam *fatuos* dicunt, quod per stuporem divina pronuntient: quidam *Faunum* appellatum volunt eum, quem nos *propitium* dicimus. *Servius.*

Indigenæ] Id est, *αὐτόχθονες, αὐθιγενεῖς*, terrigenæ sive *aborigines*, qui non sunt e stirpe adventitia: quales se censebant Athenienses, Arcades, Thessali, &c. Vide Turn. VII. 14. et XIII. 8. *Taubmann.*

Nymphæ] Dryadas capio, quæ semper mistæ Faunis et Satyris. De iisdem cape Statium Theb. VI. ubi in luco quodam constituit, 'Nymphas, Faunorumque greges.' Sic Ge. I. 'Ferte simul Faunique pedem, Dryadesque puellæ.' Versus ipse factus ad imitationem Lucret. l. IV. 'Hæc loca Capripedes Satyros, Nymphasque tenere Finitimi memorant.' *Cer.*

Gensque virum] Agrestes hic divinitus describuntur, ait Scaliger III. 2. cum enim primum in cavis arboribus et speluncis habitarent, sobolemque ibi educerent, dicti sunt inde procreati. Vide Adag. 'E quercu genitus:' et Lucr. l. V. *Taubmann.*

315 *Truncis, et duro robore nati*] Hoc figmentum ortum est ex antiqua hominum habitatione, qui ante factas domos, aut in cavis arboribus, aut in speluncis manebant: qui cum exinde egrederentur, aut suam educerent sobolem, dicti sunt inde procreati. *Servius.*

316 *Quis neque mos, neque cultus erat*] Id est, nullam sui curam habebant. Alii ad animum referunt, ut Sallustius, 'Indocti incultique.' Alii ad morem, hoc est, qui neque legibus aut imperio cujusquam regebantur; quia mos est lex quædam vivendi, nullo vinculo adstricta; hoc est, lex non scripta. Sed hic *cultum*, legem, imperium, dictum volunt: alii *mores* pro legibus; veluti, 'Moresque viris et mœnia ponet,' et 'Veterisque Dei se more tenentem.' *Idem.*

Quis neque mos, &c.] De hoc ævo Manilius l. I. 'Nam rudis ante illos nullo discrimine vitæ In speciem conversa operum ratione carebat.' *Cerd.*

Nec jungere] In aliquot antiquis, *neque* particula ea ter repetita: 'queis neque mos, neque cultus erat, neque jungere tauros.' Sunt tamen qui *nec* monosyllabum tertio loco malint. *Pierius.*

317 *Componere opes*] Reservare, ordinare. *Servius.*

Componere opes] Est, quod Ovid. ait, 'nec quærere norant, nec parta tueri:' h. e. in diem vivebant. *Taub.*

Parcere parto] De die, inquit, vivebant, nec inventa servabant. *Serv.*

318 *Rami, atque asper victu venatus alebat*] Cognato quodammodo victu alebantur: aut venatu montium, aut arborum ramis: hinc enim ali debent ex arboribus nati. *Idem.*

Sed rami] Ita in ævo rudi, de quo Max. Tyr. dissert. XI. *αἱ τροφαὶ τοῖς ἀνθρώποις φηγοὶ καὶ ὄγχναι· καὶ διὰ τοῦτο ἐπεφημίσθη φέρειν ἡ γῆ τοὺς καρποὺς αὐτομάτως*: *Victus erant fagi et pyri: inde ortum, ut terra diceretur ferre sponte sua fruges.* Ovid. 'Contentique cibis, nullo cogente, creatis, Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant, Cornaque, et in duris hærentia mora rubetis, Et quæ deciderant patula Jovis arbore glandes.' *Cerda.*

Venatus alebant] Non minus cibo hoc, quam superiore, explicata ævi illius ruditas: ut ab Ammian. l. XIV. 'Victus universis caro ferina est, lactisque abundans copia, qua sustentantur, et herbæ multiplices: et, si quæ alites capi per aucupium possunt.' *Idem.*

319 *Primus*] Quasi et alius venerit e cœlo, sed primus in Italiam venit. *Servius.*

Ab æthcrio venit Saturnus Olympo] Hoc dicit secundum poëticum morem. Nam Saturnus rex fuit Cretæ, quem Jupiter filius bello pepulit.

Hic fugiens ab Jano rege, qui urbem habuit ubi nunc Janiculum est, susceptus est, qui regnabat in Italia: quem cum docuisset usum vinearum et falcis, et humaniorem victum, in partem est admissus imperii, et sibi oppidum fecit sub clivo Capitolino, ubi nunc ejus ædes videtur, qui postea suum repetivit imperium. Ex hoc et Saturnalia, ut essent memoralia vitæ quam Saturnus docuerat, qua die simili et promiscuo victu utuntur servi et liberi. Ideo autem in æde ipsius ærarium Saturni, quod ibi potissimum pecunia servaretur, eo quod illi maxime credatur. *Idem.*

Olympo] Immo e Creta venit: sed ob vitæ integritatem dictus est cœlo descendisse. Vide Lactant. I. 13. *Taubmann.*

320 *Arma Jovis fugiens*] Adduco verba Ennii in Euemero: ‘Post hæc deinde Saturno data est sors, ut caveret, ne filius eum regno expelleret. Ille, elevandæ sortis, atque effugiendi periculi gratia, insidiatus est Jovi, ut eum necaret. Juppiter, cognitis insidiis, regnum sibi denuo vindicavit, ac fugavit Saturnum. Qui, cum jactatus esset per omnes terras, persequentibus armatis, quos ad eum comprehendendum, vel necandum, Juppiter miserat, vix in Italia locum, in quo lateret, invenit.’ Janus apud Ovid. ‘Hac ego Saturnum memini tellure receptum.’ Saturnus ipse apud Prudent. ‘Sum Deus, advenio fugiens, præbete latebras, Occultate senem, gnati feritate tyranni Dejectum solio.’ *Cerda.*

321 *Is genus indocile*] Pro *indoctum.* Nam *indocile* est quod penitus non potest doceri: *indoctum*, quòd nondum didicit. Hos autem dicit esse compositos: unde apparet quia *indocile* dixit pro *indoctum.* Hoc autem est quod dicit Cicero in primo Rhetoricorum, ‘Feros adhuc homines magni cujusdam viri oratione compositos.’ *Servius.*

Dispersum montibus altis] Fuit hæc vita mortalium ante urbes conditas. Hom. interp. in Iliad. XXIII. *οἱ παλαιοὶ νομαδικῷ χρῶντο βίῳ, οἰκίας μηδέπω κτώμενοι*: *utebantur veteres erratili vita, cum carebant domibus.* Quod vero Virgil. prædicat de Saturno, hoc Pausan. de Phoroneo Inachi filio Corinth. qui *ἀνθρώπους συνήγαγε πρῶτος ἐς κοινὸν, σποράδας τέως καὶ ἐφ' ἑκάστοτε οἰκοῦντας*: *dispersos ante homines, et seorsum habitantes, in unum locum compulit.* Et de Theseo in Attic. qui Athenienses *ἤγαγεν ἐς μίαν πόλιν.* Et quidem de Theseo etiam Plutarch. *Cerda.*

322 *Legesque dedit*] Atqui dixit, ‘haud vinclo, nec legibus æquam:’ sed intelligimus Saturnum dedisse leges, quibus adeo obtemperaverunt, ut jam ita per naturam sine legibus viverent. Hunc sane Deum et leges recipere et legibus præesse docet antiquitas; nam ideo et acceptæ a populo leges in ærario claudebantur, quoniam ærarium Saturno dicatum erat, ut hodieque ærarium Saturni dicitur. *Servius.*

Latiumque vocari Maluit] Bene *Maluit.* Nam et *Saturnia* dicta est: ut, ‘et nomen posuit Saturnia tellus.’ Et Virgilius *Latium* vult dici, quod illic Saturnus latuit fugiens Jovem. Fabula nota est, quod Saturnus filios suos de Ope genitos voraverit, cum audisset a filio se regno esse pellendum; et quod ei uxor, nato Jove, lapidem pro infante obtulerit devorandum. Varro autem *Latium* dici putat, ‘quod latet Italia inter juga Alpium et Apennini.’ Quidam ferunt a Latino dictum *Latium*, alii ipsum *Latinum*, a Latio. *Idem.*

324 *Aureaque, ut perhibent, illo sub rege fuerunt*] Veteres codices fere omnes legunt ‘aurea quæ perhibent:’ nempe, sæcula fuere sub illo rege, quæ perhibent aurea. In aliquot vero codicibus, quod non ita placet, legere est ‘aureaque perhibent illo

isse Sæcula.' Sed vulgata ...aque, ut perhibent, magis ...ibus adridet. *Pierius.*

...ut perhibent] Fabric. e Mss. ...æ perh. Quomodo aliquo...citat Helenius. *Taubm.*

...cula] Constare hæc sæcula ...netallo' dixit Claud. vi. ...aurum indicantur ævi hujus ... Symmach. cum blandi...ncipum x. 21. 'Credimus ...remotis, ad regnum suum ...tutes. In ditionibus par... senatu ordo retinebitur: ...entabit opulentia semper ...a temporibus.' Loquitur ...am respectu ad ævum au...o hæ virtutes. *Cerda.*

...placida populos in pace rege...erito aurea sæcula crede...rvius.

Est hoc prope singulare ...tæ aureæ. Nam de hoc ... 'Mollia securæ perage...entes.' De eodem Auctor ...humanum genus Non bel...on tubæ fremitus truces, ... gentes.' Et Claud. de ...d. 'Nonne vides ut nos... Clementia tristes Obtun...?' Iterum: 'Exultat cum ...s.' Arat. Phænom. inter ...ujus: Οὔπω λευγαλέου τότε ...ντο, Οὐδὲ διακρίσιος περι...ὲ κυδοιμοῦ: *Nondum perni...litem noverant, Nec discep...ntentiosam, nec seditionem.*

...lor ætas] Vitiosa, quæ de...veteres mores. In omni ...o corpore inest pessimus ...alludit ad naturam metal...m cernimus discolorem: ...ito; supra enim dixerat ...cula:' ideo nunc dixit ...lor,' id est, aurea et fer... Hesiodus dicit. Sane *deco...is* ante hunc? *Servius.*

...ætas] Unum est causa alte...ætas *decolor*, id est, vitiato colore, quia *deterior*, id est, detrito colore. Sic Ovid. Trist. l. iv. 'Decolor ipse suo sanguine Rhenus erat.' Id est, vitiato erat colore Rhenus. Detritio autem maxime colorem vitiat ac deformat. Itaque *decolor*, non est sine colore, sicuti neque ἄχροος Græcis: sed tam Græcus quam Latinus explicat sua voce deperditum et deformatum colorem. Ita Hippoc. lib. de Aër. Loc. et Aq. conjungit synonymice ἀχρόους καὶ ἀῤῥώστους, *decolores et infirmos* homines. Ovid. Pont. iii. 2. 'Araque, quæ fuerat natura candida saxi, Decolor affuso tincta cruore rubet.' *Cerda.*

Decolor ætas] Sic Ovidius Heroid. Epist. ix. 3. 'Fama Pelasgiadas subito pervenit in urbes Decolor et factis inficianda tuis:' et Jul. Capitolinus: 'decolorare famam.' Sil. Ital. l. xi. 'patrias paullatim decolor artes Exuit.' *Emmeness.*

327 *Belli rabies*] Contra Pacem ævi aurei. Eleganter vero *rabies* de bello. Claud. iii. Hon. 'Martis rabies.' Sil. l. v. 'belli rabiem.' Ammian. l. xvi. 'Barbara feritate certaminum rabiem undique concitante:' et l. i. 'subcrescentis rabiem belli.' Horat. Od. i. 15. 'jam galeam Pallas, et ægida, Currusque et rabiem parat.' *Cerda.*

328 *Tum manus Ausonia, &c.*] Omnes terræ habitatores, aut indigenæ, aut advenæ, aut convenæ, aut incolæ sunt. *Indigenæ* sunt inde geniti, ut idem de Faunis dixit: *advenæ* de uno loco venientes; ut Saturnus: *convenæ* de diversis; ut Ausones et Sicani: quamvis quidam *Ausones* cognominatos ab Ausone Ulyxis et Circes filio dicant. Sicani autem, secundum nonnullos, populi sunt Hispaniæ, a fluvio Sicori dicti. Lucanus: 'Hesperios inter Sicoris non ultimus amnis.' Hi, duce Siculo, venerunt ad Italiam, et eam tenuerunt, exclusis Aboriginibus. Mox ipsi pulsi ab illis, quos ante pepulerant, insulam

vicinam Italiæ occupaverunt: et eam Sicaniam a gentis nomine, Siciliam vero a ducis nomine, dixerunt: quanquam Thucydides dicat de Sicilia Italum regem venisse, et ab eo esse Italiam appellatam. Alii sic distinguunt *Sicanæ*, et subjungunt, *Sæpius et nomen posuit Saturnia tellus.* Semel enim Sicani ex Hispania in Italiam venisse dicuntur; at Italia plura nomina habuit; dicta est enim Hesperia, Ausonia, Saturnia, Vitalia. *Servius.*

Tum manus Ausonia et gentes] In Romano codice *Ausonia*. Ausoniam vero putat Verrius dictam ab Ausonio rege, Ulyssis filio, ex Calypso; qui primus partem eam tenuerit, ubi Beneventum et Cales: deinde paulatim sic dicta sit tota Italia, quæ ab Alpibus includitur. Quod vero paulo infra, non procedere ait Servius, quod a Livio traditum est, 'Tybrin dictum ab Albano rege Tyberino,' suppetias Livio fert Varro, dum is quoque 'Tybrin a Tyberino Silvio, Albanorum rege, quod is in eo extinctus sit,' dictum asserit. Alii leg. 'Tum manus Ausoniæ.' *Pierius.*

Et gentes venere Sicanæ] De his alibi dictum. At Dionysius tradit, Arcades omnium Græcorum primos, Ionio emenso, in Italiam colonos misisse. Hinc ajunt Œnotrum cum Aboriginibus, XVII ætates ante excidium Iliense, cum Peucetio fratre, classe in Italiam transmisisse. Junioris Lycaonis is fuit filius, quintus a Phoroneo, qui omnium primus in Peloponneso regnarit, ut quidam prodidere. *Hort.*

Sicanæ] De Sicanis Myrsilus Lesb. de Orig. Italiæ: 'Italiam coluere Græci, Arcades, Veneti, Ligures, Ardeates, Rutuli, Siculi.' Marlian. in Topograph. I. 9. 'Urbem Romam in Occidenti ad Tyberim conditam centum et viginti stadiis a mari distantem Siculos primum inhabitasse constat.' *Cerda.*

329 *Et nomen posuit*] Deposuit. Etenim, ut in primo dictum est, pro temporum et locorum diversis rationibus, a novis colonis aut regibus, a quibus invicem pulsi fuere, nomen mutatum fuit, Italia, Œnotria, Ausonia, Hesperia, Saturnia, &c. *Hort.*

330 *Inmani corpore Thybris*] Hic Tuscorum rex fuit, qui juxta hunc fluvium pugnans cecidit: et ei nomen imposuit; vel, ut quidam volunt, a Glauco Minois regis filio occisus est. Alii volunt istum ipsum regem latrocinatum esse circa hujus fluminis ripas: et transeuntibus crebras injurias intulisse. Unde Tybris quasi ὕβρις dictus est, ἀπὸ τῆς ὕβρεως, id est, ab injuria. Nam amabant majores, ubi aspiratio erat, θ ponere. Alii Tyberim Jani et Camasenæ filium ibi in bello periisse tradunt: Varro Tyberim a Tyberino quodam rege Latinorum, quod ibi interierit, dictum tradit. Alii, ut supra diximus, volunt eos, qui de Sicilia venerunt, Tybrin dixisse a similitudine fossæ Syracusanæ, quam fecerunt per injuriam Afri et Athenienses juxta civitatis murum. Nam quod Livius dicit, ab Albano rege Tyberino Tybrin dictum, non procedit: ideo quia etiam ante Albam Tybris dictus invenitur. Sed hic Alexandrum sequitur, qui dicit Tyberinum Capeti filium venantem, in hunc fluvium cecidisse, et fluvio nomen dedisse. Nam et a Pontificibus indigitari solet. *Servius.*

Thybris] Duo dicit, et vocatum fluvium prius Albulam, et deinde a Tybri rege Tybrim. Messala Corvinus in lib. de progenie Augusti: 'Tyberinus in Albula flumine demersus mutavit fluvio nomen, Tyberi deinceps nuncupato.' Dionys. Antiq. l. I. eadem; tantum addit, immersum regem prælio juxta commisso. Eadem Cato de Originib. adjicit, nomen Albulæ datum huic fluvio ab Ianigenis. Demum id ipsum Sextus

s, Plin. III. 5. Ovid. Fast. Varro Ling. Lat. l. IV. qui am fuisse sepulcrum Tyberida.
ost *Itali*] Etiam Euander se icit. *Servius.*
bula nomen] Antiquum hoc colore habuit. *Idem.*
e pulsum patria] Aut, ut dixia, propter patricidium: aut culorum necessitate compul-lem.
sum] Non sua culpa patria sed fatorum, demonstrat: ipse dicit, sunt insuperabilia.

que extrema sequentem] Id est, extrema pelagi actum: aut, t quidam, 'per pelagus ex-quentem:' at *Pelagi* adver-, aut pro *in pelago*, aut 'pe-cula.' *Servius.*
que extrema] Me navigatio-longinquas et ultimas terras omo parantem: ut *pelagi ex-*idiamus extremas et longis-motas ejus partes. XXIV. 40. s.
*Fortuna omnipotens, et ineluctabi*m] Secundum Stoicos locu-qui nasci et mori fatis dant; omnia, fortunæ. Nam vitæ incerta sunt omnia: unde *et* ut quasi plenum ostenderet Nam nihil tam contrarium quam casus: sed secundum dixit. Alii 'fortuna omni-propter fugam et exilium: abile fatum,' idcirco, ut se et parricidii crimine purga-rvius.
na omnipotens] Erat hic seges ma evagandi: sed ego tan-sdam veluti auctorum notu-rtuna a Tullio pro Marcel. 'rerum omnium domina.' A l. πάντα κυβερνῶν, στρέφων, σώ-*bernans omnia, rotans, servans.* ; II. 7. *Numen.* Ab Horat. 35. *Dina.* Ab Actio apud Non. *domina.* Sen. Agam. 'Regum casus fortuna rotat.' Vide an *omnipotens*, quæ humana omnia ludibunde. Nam apud Horat. ludit 'insolentem ludum.' Græcus Poëta de illa, μερόπων τυραννεῖ. Aristotel. dixit, mortalia omnia esse τύχης παίγνιον, *ludibrium fortunæ.* Ab illo accepit Simocatta, qui Hist. IV. 13. Alexandrum Mag. vocat τύχης παίγνιον. Curt. l. III. 'omni ratione potentior fortuna.' Sallust. Jugurth. de illa, *regit.* Sic et Græci βασίλειαν vocant, et βασιλεύουσαν. Plutar. de audien. Poët. illi dat δύναμιν ἰσχυράν. *Cerda.*

Ineluctabile fatum]. Hoc etiam illustro brevibus Notulis. Hom. Odyss. οὐ θεῶν τρέπεται νόος. Nonnus l. XXV. ἀτρέπτου λίνα μοίρης. Eurip. Alcest. τύχα δυσπάλαιστος. Pausan. Attic. ἀλλ' οὐδεὶς πόρος ἐστὶν ἀνθρώπῳ παραβῆναι τὸ καθῆκον ἐκ τοῦ θεοῦ. Plutar. de consol. ad Apoll. ταῖς μοίραν οὐκ ἔστιν ἐκφυγεῖν. Soph. Elect. ἀνήνυτον οἶτον κακῶν: et Antig. μοιριδία δύνασις δεινά. Pind. Olymp. I. ait ἄταν vinci non posse. Calab. de Jove l. XI. οὐ γάρ τι μετατρέπεται νόος αἰνός. Nonn. l. XL. ἀκαμπέα νήματα μοίρης. Max. Tyr. dissert. 30. ἄτρεπτον ἐπικεκλωσμένον. Plutar. de Poët. audien. ἀφύλακτον: et in vita Lysand. ἀφευκτὸν τὸ πεπρωμένον Aristid. Hymn. in Jovem, ἄφυκτος εἱμαρμένη. Joseph. Bell. Judaici, VII. 8. eandem εἱμαρμένην vocat ἀμήχανον, et quam nemo potest διαφυγεῖν: et cap. 10. ἄφυκτον οὖσαν, scilicet εἱμαρμένην. Majore incremento loquitur cap. 12. οὐ δυνατὸν ἀνθρώποις τὸ χρεὼν διαφυγεῖν, οὐδὲ προορωμένοις. Ait, videlicet, non posse homines effugere fatum, etiamsi præviderint, et providerint. Itaque nulla satis providentia. Latinos nolui in hac Nota, quia nullus finis. *Cerda.*

335 *Matrisque*] Q. d. Non solum, Fortuna impulit, Fatum protrusit, Apollo præcepit, sed et mater mea, quæ Dea et vates fatidica est, jussit. *Taubmann.*

Egere] Coëgerunt, ut quasi ostendat initium. *Servius.*

336 *Carmentis nymphæ monita*] Matris Euandri, quæ Nicostrate dicta est. Sed ideo *Carmentis* appellata a suis, quod divinatione fata caneret; nam antique vates *Carmentes* dicebantur; unde etiam librarios, qui eorum dicta perscriberent, *Carmentarios* nuncupatos. Alii hujus comites Porrimam et Postvortam tradunt, quia vatibus et præterita et futura sunt nota. Alii etiam Tyburtem dictam. *Nymphæ* autem, maritæ dicit: nam Græce νύμφη, Latine *sponsa* dicitur. Hæc autem non vere Nympha fuit, sed vaticinatrix. Alii *Nympham* ideo dictam, quoniam qui res Arcadum scripserunt, tradunt sex fœminas ibi fuisse, quæ *Nymphæ* vocarentur, in queis et *Carmentem*: proprio ergo vocabulo, non epitheto poëtico, usus est. *Idem.*

Carmentis nymphæ] Etymon hujus vocis consectatur Plutarch. ἐν ῥωμαϊκ. τὴν δὲ καρμένταν, οἶμαι, εὐάνδρου μητέρα λέγουσιν οὖσαν, ἐλθεῖν εἰς ἰταλίαν ὀνομαζομένην θέμιν· ὡς δ' ἔνιοι, νικοστράτην, ἐμμέτρους δὲ χρησμοὺς ᾄδουσαν, ὑπὸ τῶν λατίνων καρμένταν ὀνομάζεσθαι· τὰ γὰρ ἔπη κάρμινα καλοῦσιν· οἱ δὲ μοῖραν ἡγοῦνται τὴν καρμένταν εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο θύειν αὐτῇ τὰς μητέρας. Ἔστι δὲ τοῦ ὀνόματος τὸ ἔτυμον, ἐστερημένη νοῦ, διὰ τὰς θεοφορήσεις· ὅθεν οὐ τὰ κάρμινα τῇ καρμέντῃ τοὔνομα παρέσχεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπ' ἐκείνης ἐκλήθη, διὰ τὸ τοὺς χρησμοὺς ἐν ἔπεσι καὶ μέτροις ἐνθουσιῶσαν ᾄδειν: nimirum Carmentam, ut mente carentem, ut insanam vatem Sibyllam, et Cassandram furentem, Maro supra. *Germanus.*

Auctor] Scilicet oraculorum. *Serv.*

337 *Monstrat et aram*] Aut quam Euander matri fecit extinctæ: aut *aram* pro monumento: aut ideo *aram*, quia ibi sepulta est, et post excessum dea credita. Hæc ara juxta portam, quæ primo a Carmente *Carmentalis* dicta est: post *Scelerata*, a Fabiis ccc. sex, qui, per ipsam in bellum profecti, non sunt reversi. *Idem.*

338 *Carmentalem portam*] Plutarch. in Cam. καρμεντὶς πύλη et καρμεντάλια in Romu. quæ mulieres agitabant, quod putarent καρμένταν μοῖραν εἶναι κυρίαν τῆς ἀνθρώπων γενέσεως. *Germanus.*

340 *Vatis fatidicæ*] Bene addidit *fatidicæ*: nam *vatem* et poëtam possumus intelligere. Ut solum, plenum non erat. Ergo tale est, ut illud in Sallustio, 'In tugurio mulieris ancillæ.' Non quia mulieris, statim et ancillæ; si autem ancillæ, statim et mulieris. *Servius.*

Cecinit quæ prima] Quia postea etiam Sibylla. *Servius.*

Cecinit quæ prima] Magnum argumentum quod Dea fuerit et fatidica: cum prima cecinerit Æneadas futuros magnos, et Pallanteum futurum nobile. *Donatus.*

341 *Nobile Pallanteum*] Futurum scilicet, sicut et *Æneadas:* ad sequens enim Romanorum retulit tempus. *Servius.*

Et nobile Pallanteum] In Romano codice, legitur *nomine:* veluti dixerat 'Carmentalem Romano nomine portam.' Sed omnino *nobile* magis placet, ob antiqua tot eo de loco monumenta. *Pierius.*

342 *Lucum*] Qui postea a Romulo asyli nomen accepit. *Donatus.*

Asylum Rettulit] Postquam Hercules migravit e terris, nepotes ejus, timentes insidias eorum quos avus adflixerat Athenis, sibi primi Asylum, hoc est, templum misericordiæ, collocarunt, unde nullus posset abduci: quod etiam Statius dicit, ut, 'Herculeos fama fundasse nepotes.' Ideo ergo ait, 'Quem Romulus acer Asylum.' *Servius.*

343 *Rettulit*] Hoc est, fecit ad imitationem Atheniensis Asyli: quod ideo Romulus fecit, ut haberet advenas plures, quibus conderet Romam. Juvenalis, 'Et tamen ut longe repe-

tam, longeque revolvam Nomen, ab infami gentem deducis Asylo.' Sane hoc non ad Euandri personam adplicatur, quod ipse Æneæ retulerit. *Id.*

Gelida monstrat sub rupe Lupercal] Sub monte Palatino est quædam spelunca, in qua de capro *luebatur*, id est, sacrificabatur: unde *Lupercal* dictum nonnulli putant. Alii quod illic lupa Remum et Romulum nutrierit. Alii (quod et Virgilius) locum esse hunc sacratum Pani, Deo Arcadiæ: cui etiam mons Lycæus in Arcadia est consecratus; et dictus *Lycæus*, quod λύκους, h. e. lupos, non sinat in oves sævire. Ergo ideo et Euander Deo gentis suæ sacravit locum, et nominavit *Lupercal*, quod præsidio ipsius numinis, lupi a pecudibus arcerentur. Sunt qui dicant hunc Panem: alii Deum bellicosum: alii Liberum patrem; eo quod capro ei fit divina res, qui est hostia Liberi propria. In hujus similitudinem intecti cultores ejus, cui Lupercalia instituta sunt, quia Deus pastoralis est: nam Remum et Romulum ante urbem conditam Lupercalia celebrasse, quod quodam tempore nuntiatum illis sit latrones pecus illorum abigere, illos togis positis cucurrisse, cæsisque obviis, pecus recuperasse, id in morem versum ut hodieque nudi currant. Nonnulli propter sterilitatem hoc sacrum dicunt a Romulo constitutum, ideoque et puellæ de loro capri cæduntur, ut careant sterilitate et fœcundæ sint: nam pellem ipsam capri veteres *februum* vocabant. *Idem.*

Lupercal] Unde *luperci* et *lupercalia* dicuntur. *Donatus.*

344 *Parrhasio dictum Panos de more Lycæi*] Ordo est, 'Monstrat Lupercal Panos Lycæi dictum de more Parrhasio:' id est, ostendit Lupercal Panos Lycæi dicatum ex more Arcadico. Nam *Parrhasia* Arcadia est. *Servius.*

Dictum] Dicatum, consecratum. *Id.*

Panos Lycæi] *Hujus Panos*, genitivus est Græcus: et *Panos Lycæi* sic dictum est ut 'Iovis Olympici, Apollinis Delfici.' *Idem.*

Panos Lycæi] Sophocl. in Elect. τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ ἀγορὰ λύκειος· et Æsch. in ἑπτά· καὶ σὺ λύκει' ἄναξ, λύκειος γενοῦ στρατῷ δαΐῳ· quamvis alii ad Apollinem referri malint, qui et λύκειος dicebatur a poëtis, et Æschylo in Agam. ὀτοτοῖ λύκει' ἄπολλον, sub persona Cassandræ, διὰ τὸ ἐν λυκίᾳ τῇ πόλει τιμᾶσθαι αὐτὸν, ἢ διὰ τὸ λύκον αὐτῷ ἱερὸν εἶναι, ἢ, ὅ γε κρεῖττον, διὰ τὸ λυκόφως ποιεῖν τῆς νυκτὸς ὑποχωρούσης· quamvis et fortasse ad Panem illud Æschyli, in ἑπτὰ, referri satius sit, cum pauculis post versibus, invocata quoque Diana, Apollinem disertis verbis inclamet chorus: ὦ φίλ' ἄπολλον, κόναβος ἐν πύλαις, &c. quod alioqui superfluum videretur, si tam vicinis et propinquis clausulis bis eundem Deum appellaret. Non omittendum autem sæpe Jovis Lycæi a Pindaro mentionem fieri, ut eo loco, ὅσα τ' ἀρκάσ' ἀνάσσων μαρτυρήσει λυκαίου βωμοῦ ἄναξ· ubi sola diphthongi differentia in penultima hæc vox distinguitur. *Germanus.*

345 *Sacri monstrat nemus Argileti*] *Sacri*, execrabilis. Sane Argiletum, quasi *argilletum*, multi volunt a pingui terra: alii a fabula. Nam Euander Argum quendam suscepit hospitio, qui cum de ejus cogitaret interitu, ut ipse regnaret, Euandro hoc non sciente socii intellexerunt, et Argum necarunt. Cui Euander et sepulcrum fecit, et locum sacravit: non quod ille merebatur, sed hospitalitatis caussa. Bene autem in hac re Euander immoratur, et docet caussas ne apud hospitem veniat in suspicionem. Ergo *Argiletum* ab Argo illic sacrato et sepulto. Alii Argum occisum dicunt ab ipso Euandro, auxiliante sibi Hercule, quod is ex hospite factus esset inimicus. Alii Danaën cum duobus filiis Argo et Argeo, quos de

Fineo habuit, venisse in Italiam, et locum, ubi nunc Roma est, tenuisse; ibique Argum Aboriginum insidiis interfectum loco nomen dedisse. Alii Argiletanam portam appellari, quod eam Cassius Argillas sive fecerit sive refecerit, quod ibi Cassius, post Argillus, bello Punico primo sit interfectus ob turbulentam et seditiosam naturam. Alii quod Argillus senator post Cannense prælium suaserit a Pœnis pacem postulari, ideo in senatu carptum, domumque ejus dirutam, et locum *Argiletum* appellatum. Quidam dicunt, cum Capitolii, ubi nunc est, fundamenta jacerentur, caput humanum, quod *Oli* diceretur, inventum; quo omine sollicitatos conditores, misisse ad Tusciam ad aruspicem illius temporis nominatum, qui jam indicaverat Argo filio suo, tributum fataliter esse, ut is locus orbi imperaret, in quo illud caput esset inventum. Obvii igitur Argo hi qui missi erant, ubinam esset pater interrogaverunt; qui cognita causa itineris eorum, omne responsum patris prodidit, monuitque ut caverent, ne ab eo interrogatione deciperentur. Sed cum legati ad eum pervenissent, et de significatione inventi capitis quærerent, volens ille dominatum orbis patriæ suæ potius adscribere, interrogavit *anne hic*, suum locum ostendens, *invenissent*: illis negantibus, suspicatus proditum esse responsum, quæsivit an quenquam obvium fecissent: illis simpliciter confitentibus occurrisse sibi juvenem, tunc aruspex, conscenso equo, sequutus Argum occidit eo loco ubi nunc Roma est, a cujus cæde *Argiletum*: quamvis hæc historia etiam de alio nomine sæpe celebrata sit. *Servius.*

Argileti] Varr. Ling. Lat. l. IV. '*Argilethum* sunt qui scripserunt ab Argo, seu quod is huc venit, ibique sepultus sit: alii ab *argilla*, quod ibi hoc genus terræ.' De duplici loco ita dicto, disertim Fab. Pictor de Orig. Italiæ l. I. 'Subsidens septem collibus campus Argens dictus est ab Argo Euandri hospite, et comitibus Argivi Herculis, qui ad Euandrum venerunt, et in Saturnia subsederunt. Hinc extrema Argiletha dicuntur. Superior Argilethus dicitur in principio vici Thusci sub Cælicolo, inter circum Maximum et Aventinum, ubi lethum Argi simul et sepulcrum est. Imus vero Argilethus est, ubi Janus Quadrifrons, qui et Vertumnus, in fine vici Thusci, ad radices Capitolii in foro Boario, ubi Saturniæ vestigia.' Ab Argiletho *tabernæ* illæ *Argilethanæ* celebratæ Martiali. *Cerda.*

346 *Testatur locum*] Jurat non sua culpa jura hospitii esse violata; vel in testimonium ducit nomen loci, vel detestatur. *Servius.*

Et letum docet hospitis Argi] In codicibus aliquot legere est, *et mortem docet*. Sed magis placet *letum*, ut perstet in nominis adlusione de Argileto. Quamvis non ignoro esse, qui ab *Argolo* quodam, viro non ignobili, qui fuerit ibi sepultus, locum dictum velint. Alii ab *argilla*, quod ibi id genus terræ affatim fuerit. *Pierius.*

Letum Argi] Conjunxit carmine superiore *Argilethum*, dissolvit in hoc, 'lethum doeet hospitis Argi.' Ita dissolvit Mart. l. I. 'Argi nempe soles subire lethum.' Et l. II. 'Argique lethum multus obsidet sutor.' *Cerda.*

Argi] Qui ex hospite factus est inimicus: unde non erat pudendum, si hospitem talem interemisset, qui hospitalis religionis oblitus fuisset. *Donatus.*

347 *Tarpejam sedem*] Prolepsis: duo hæc enim nomina postea monti indita sunt. *Servius.*

Ducit] Ostendendo, non autem ambulando: nam senex ardua non ascendisset vespertino tempore. *Don.*

Aurea nunc] *Nunc* ad utrumque per-

tinet, et ad *aurea* et ad *Tarpejam sedem.* Nam Tarpeja sedes dicta est a Tarpeja virgine: cum enim Romulus contra Sabinos bella tractaret, et Tarpejo cuidam dedisset arcem tuendam, filia ejus Tarpeja aquatum profecta in hostes incidit: quam cum hortarentur ad proditionem arcis, illa pro præmio poposcit ornatum manuum sinistrarum, id est, armillas. Facta itaque arcis proditione, hostes ingeniosa morte promissa solverunt. Nam scuta, id est, sinistrarum manuum ornatum, super illam jacientes, eam vita privarunt; quæ illic sepulta, Tarpejæ sedi nomen imposuit. *Serv.*

Aurea nunc, olim, &c.] Eodem hoc argumento pene Propert. lib. suum IV. inchoavit sub his verbis: 'Hoc quodcunque vides, hospes, qua maxima Roma est, Ante Phrygem Æneam collis et herba fuit.' Tale quid et apud Nasonem Met. VIII. de Philemonis tugurio in templum verso: 'Illa vetus, dominis etiam casa parva duobus Vertitur in templum: furcas subiere columnæ, Stramina flavescunt, aurataque tecta videntur, Cælatæque fores, adopertaque marmore tellus.' *Germanus.*

Aurea nunc] Vere, *aurea:* nam, ut cætera sileam, in solam inaurationem Capitolii supra *duodecim millia talentorum* impensa sunt, quæ nobis sunt *septuagesies bis centena millia Philippæorum*, sive, *septem milliones*, et quod excedit. De quo vide mihi J. Lipsium Admirandis Rom. III. 5. item Propert. IV. 1. *Taubmann.*

349 *Relligio*] Id est, metus, ab eo quod mentem relliget, dicta religio. *Servius.*

Jam tum relligio pavidos, &c.] Jam tum, hoc est, quum esset locus ille humilis atque desertus, jam habuit numen, eratque illic, quod terreret accedentes, et his incuteret horrorem, maxime rusticanis, qui pavore naturali omnia metuunt, et universa formidant. *Donatus.*

350 *Dira*] Magna, admirabilis: ut, 'An sua cuique Deus fit dira cupido?' *Servius.*

Dira religio] Δεισιδαιμονία. *Religio* sæpissime est horror, qui nos quasi ligatos tenet. Vide Herald. ad Arnob. *Taubmann.*

350 *Jam tum silvam*] In Romano, *silvas.* In quibusdam aliis, *jam jam silvam.* Sed *jam tum* magis omnino placet. *Pierius.*

Saxum] Sic appellatur Capitolium. *Servius.*

Saxum] Tarpejum. *Taubmann.*

351 *Hoc nemus*] Bene ubique *Nemus* dixit, nam tunc ædificia non erant. *Servius.*

352 *Quis Deus*] Dubitando *quis Deus*, adfirmat Deum esse. *Idem.*

Habitat deus] Nihil dici signatius poterat. Designat enim *ναὸν*, id est, *templum*, quod dictum *παρὰ τὸ ναίειν*, *ab habitando*. Sic passim apud Græcos *οἶκοι θεῶν* pro templis, et Latini *domum* dicunt, et *ædem*. Itaque præclare Arnob. l. VI. 'Apollo hic habitat, in hoc manet Hercules, illo Summanus.' Iterum de re consimili loquens: 'Si simulacra hæc omnia Superorum sunt imagines Numinum, ergo et in cœlo habitare dicendus est Deus talis,' &c. Claud. de VI. Cons. Hon. loquens de monte Palatino, 'Exultatque habitante Deo.' Signate Eurip. Hecub. Ἅδης ἔκιωται, ab domo. Sed *οἶκον* etiam pro templo accipit Cyrillus Alex. in c. I Mich. numer. 4. unde et *κατοικεῖν* de Deo cum scribit, *κατοικεῖ μὲν οὖν ὁ ὕψιστος οὐκ ἐν γε τοῖς ἐκ λίθων ναοῖς, ἢ χειροποιήτοῖς τεμένεσι*: *Habitat igitur altissimus non in templis lapideis, aut lucis manu factis.* Et Servator Christus Matth. XXIII. Ὁ ὀμόσας ἐν τῷ ναῷ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν τῷ κατοικοῦντι αὐτόν. *Cerda.*

Ipsum Credunt se vidisse Jovem] In hoc scilicet nemore. Sane ad illud alludit, quod primi dicuntur Jovi templa et rem divinam fecisse: Æacus enim primus in Arcadia templum

constituisse dicitur: nec enim longe sunt a monte Olympico; unde eos dicit Jovem vidisse: et quod ipsi sunt προσέληνοι, id est, ante Lunam creati, ut ait Statius, 'Arcades astris, Lunaque priores:' licet dicat Sallust. Cretenses primos invenisse religionem: unde apud eos natus fingitur Jupiter. *Servius.*

Arcades ipsum Cred. se vid. Jovem] Consentit cum Servio Arcades προσελήνους vocante locus ille Apollonii l. IV. οἷοι δ' ἔσαν ἀρκάδες ἀπιδανῆες, Ἀρκάδες, οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται Ζώειν φηγὸν ἔδοντες ἐν οὔρεσιν. Ubi interpres: ἀριστοτέλης ἐν τῇ τεγεατῶν πολιτείᾳ φησὶν, ὅτι βάρβαροι τὴν ἀρκαδίαν ᾤκησαν, οἵτινες ἐξεβλήθησαν ὑπὸ τῶν ἀρκάδων ἐπιθεμένων αὐτοῖς, πρὸ τοῦ ἐπιτεῖλαι τὴν σελήνην,' διὸ καὶ κατωνομάσθησαν προσέληνοι· τινὲς δέ φασιν ἐνδυμίωνα εὑρηκέναι τὰς περιόδους, καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τῆς σελήνης, ὅθεν καὶ προσελήνους τοὺς ἀρκάδας κληθῆναι, ἀρκὰς γὰρ ὁ ἐνδυμίων. *Germanus.*

353 *Nigrantem*] *Nigrantem* vocat, quam Hom. κυανέην, et tempestates cientem. Notetur etiam, Poëtam hujus vocis, qua tamen crebro utitur, primam, nisi hic, semper extendere: quamvis in *Niger* pr. brevis sit natura. *Taubmann.*

354 *Ægida concuteret*] Hic distinguendum: nam ægida, id est, pellem Amaltheæ capræ, a qua nutritus est, in sinistra Jupiter tenet. Sane Græci poëtæ turbines et procellas καταίγιδας appellant, quod hæc mota faciat tempestates. Ergo *Nigrantem*, tempestatem commoventem. *Servius.*

Ægida concuteret] De Ægide obvia notitia. Omitto. Attende strepitum verborum, quibus fulminantem Jovem notat, ut Sil. l. XII. 'Ægida turbato quatientem in prælia mundo.' Iterum de eodem: 'Ægida commoveat nimbos, flammasque vomentem.' Præclare ista Poëtæ. Minutius quippe distribuens, ita ait: 'Juppiter, cum Hammon dicitur, habet cornua: et, cum Capitolinus, tum gerit fulmina: et cum Latiaris, cruore perfunditur.' Vide, ut Jovi obsidenti Capitolium dentur fulmina. Nam poëtæ in mentione Jovis Capitolini inducunt fulmina et tonitrua, ut Martialis Epig. LIX. et Prop. l. IV. 'Tarpejusque Pater nuda de rupe tonabat.' *Cerda.*

Dextra, nimbosque cieret] Et de dextra fulmina commoveret: nam modo *nimbos* pro fulminibus posuit, quæ dextra jacit. Ægidis autem concussio commovet pluvias. Ergo 'Concuteret ægida,' atque per eam nimbos moveret. *Servius.*

355 *Disjectis oppida muris*] Unum Jani, aliud Saturni, jam tunc vetusta. *Idem.*

356 *Monumenta virorum*] Hoc sermone ostendit etiam Saturnum virum fuisse. *Idem.*

357 *Hanc Janus pater*] Janus in Janiculo habitavit, qui quod una navi exul venit, in pecunia ejus ex una parte Jani caput, ex altera navis signata est. *Idem.*

Hanc Janus, &c.] Vide Macrob. I. 7. et Varr. De Ling. Lat. l. IV. et ibidem Scaligerum. *Janiculum* autem erat oppidum in regione transtiberina. *Taubmann.*

Janus pater] Servii sententiam, 'in Jani pecunia ab una parte navim fuisse signatam, quoniam navi exul venerat,' destruit Macrob. Sat. I. 7. ubi de Jano loquens, sic ait: 'Servavit et in hoc Saturni reverentiam, ut, quoniam ille navi fuerat advectus, ex una quidem parte sui capitis effigies, ex altera navis exprimeretur, quo Saturni memoriam in posteros propagaret.' Ergo non *quia Janus exul venerat*, ut vult Servius, sed *Saturnus.* Verum felicius navis hujus symbolum, quia, ut Plutarchus in Ῥωμαικοῖς, etiam Janus, Euander, et Æneas mari in Italiam venerunt, de arca Noë interpretatur Samuel Bochartus Phaleg. I. 1. Ipsum vero nummum, qui æneus est, et quem mihi suppeditavit V. Cl.

Theodor. Ryckius, J. U. D. et Hist. ac Eloq. Professor, hic subjicio. *Em.*





Hanc Saturnus condidit arcem] In codicibus aliquot antiquis, *arcem*, non *urbem*, legas: quod est historiæ propius: nisi *urbem* dictum sit ad amplitionem et honestiorem rei nuncupationem: sive ad id respexerit, quod Roma inde *κατ' ἐξοχὴν urbs* appellata est. *Pierius.*

358 *Janiculum huic, &c.*] Arnob. l. I. 'Janus Janiculi conditor, et civitatis Saturniæ Saturnus auctor.' Minutius: 'Itaque latebram suam, quod tuto latuisset, vocari maluit Latium, et urbem Saturniam de suo nomine: et Janiculum Janus ad memoriam uterque posteritati reliquerunt.' Janiculum trans Tyberim situm Dionys. scribit l. v. Appian. Civ. I. id nomen tribuit colli uni ex septem Romanis, τὸν λόφον τὸν καλούμενον Ἰάνουκλον. De alteroita legitur in fragmentis Origin. quæ exstant Catonis nomine: 'a quo Saturnia olim, ubi nunc Capitolium, et ab ea late Saturnia terra.' Itaque, urbicula hæc Saturnia est, quæ deinde dicta Capitolium, consentiente etiam Dionys. qui l. II. per initia: 'Ad collem alterum, qui nunc Romæ habitatur, tum Saturnium ab incolis, nunc a Romanis Capitolinm appellatum.' Sed redeo ad verba Catonis, in quibus ille primo allusit ad versum Ennii, 'Saturnius illi Nomen erat; de quo late Saturnia terra.' Deinde ex ejus verbis videtur posse intelligi, nomen hoc datum proximo oppido, et hinc in Italiam reliquam manasse. *Cerda.*

359 *Dictis*] Dubium est, nomen sit *dictis*, an participium. *Servius.*

Ad tecta subibant] *Ad tecta subibant*, inquit, non *tecta subibant*, ut ingredi; sed jam ut propiores fieri viderentur. *Donatus.*

Tecta] Nullum cadit temere Virgilio verbum. Noluit *domum*, *ædes*, aut aliud simile, sed *tecta*, ut meram paupertatem exprimeret, quasi nihil aliud esset in eo tugurio, quam tectum, et tota regia tantum non sub dio esset. Infra quoque, 'angusti subter fastigia tecti:' quia 'res inopes Euandrus habebat.' et hic, 'Pauperis Euandri.' Iterum, 'Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma.' *Cerda.*

360 *Passimque armenta videbant*] Quæ post mortem Caci passim nullo timore vagabantur. *Servius.*

361 *Romanoque foro*] Romanum forum est, ubi nunc rostra sunt. Sed et hic prolepsin fecit, nam postea sic dictum est. *Idem.*

Lautis mugire Carinis] Carinæ sunt ædificia facta in carinarum modum, quæ erant circa templum Telluris. *Lautas* autem dixit, aut propter elegantiam ædificiorum, aut propter Augustum, qui natus est Curiis veteribus, et nutritus in lautis Carinis. Alii dicunt Carinas montem nominatum, quod ager suburbanus ante portas Curiis erat. Alii *lauta loca* legatorum,

quæ in ea regione instructa accipere consueverant. Alii quod ibi Sabini nobiles habitaverint, quorum genus invidere et carinare solebat. *Carinare* autem est obtrectare. Ennius, ' Contra carinantes, verba atque obscœna profatus.' Alibi, ' Neque me decet hanc carinantibus edere chartis.' Alii, quod Romani Sabinis instantibus fugientes, eruptione aquæ ferventis et ipsi liberati, et hostes ab insequendo repressi; aut quia calida aqua lavandis vulneribus apta fuit, locus *Lautulus* appellatus est. *Idem.*

Lautis mugire Carinis] In Romano codice legitur, *cavernis*, errore fœdo. *Pierius.*

Rom. for. et laut. mug. Carinis] Hor. Epist. I. 7. ' Atque Foro nimium distare Carinas Jam grandis natu queritur.' In ea autem urbis regione, Pompeji Magni domus fuit, quæ occupata ab Antonio, occasionem joco et cavillo Sexti Pompeji dedit in Antonium, exceptum cœna cum Cæsare a Pompejo ipso in navi, professo, se in *carinis* suis tum demum cœnam dare: de quo vide Plutarch. in Anton. et Paterc. *Germanus.*

362 *Ad sedes*] Palatium. *Taub.*

Hæc limina victor Alcides subiit, &c.] Virg. hic jus pontificale quibusdam videtur subtiliter tangere: domus enim in qua Pontifex habitat, Regia dicitur, quod in ea Rex sacrificulus habitare consuesset, sicut Flaminia, domus in qua Flamen habitat, dicebatur; quod hic ostendit ex persona Euandri, quem facit orantem, ut Æneas suam ingrederetur domum, non utique profanam, sed sacratam, scilicet quæ fuerit hospitium Herculis, illis versibus: ' hæc, inquit, limina victor Alcides subiit, hæc illum regia cepit;' quem etiam honore divinæ dignationis sociat, adjiciens: ' Aude, hospes, contemnere opes, et te quoque dignum Finge Deo:' hæc enim dicendo quid aliud agit, quam ut sacratæ religionis usum tribuat antistiti et divina communia; utpote quem etiam Pontificali honore nuncupaverat, dicens: ' Maxime Teucrorum ductor;' neque enim quia ductor eo maximus, sed quia maximus eo omnia regit. Regiæ autem verius meminit dicendo, ' Tecta subibant Pauperis Euandri, Romanoque foro:' quis enim ignorat regiam, ubi Numa habitaverit, in radicibus Palatii, finibusque Romani fori esse? Victor autem Alcides subiit *εὐσυμβόλως*, id est bonum Æneæ omen ostenditur; Varro enim Divinarum l. IV. victorem Herculem putat dictum, quod omne genus animalium decies vicerit. Sed Romæ victoris Herculis ædes duæ sunt; una ad portam trigeminam, altera ad forum boarium, cujus commenti causa hæc exponitur: Marcus Octavius Eserninus in prima adolescentia tibicen, postquam arti suæ diffisus est, mercaturam instituit: bene re gesta, decimam Herculi dicavit; postea cum navigans hoc idem ageret, a prædonibus circumventus fortissime pugnavit, et victor recessit: quem in somnis Hercules docuit sua opera servatum: cui Octavius, impetrato a magistratibus loco, ædem cum signo sacravit, et *Victorem* incisis literis appellavit. Ergo Virgilium non tantum ad victoriam præsentem *victorem* dixisse, sed occulte perpetuo ejus Epitheto usum debemus accipere; quippe quem Romæ sub hoc nomine sacratum coli videbat: nam supra ait, ' Taurosque hac victor agebat,' cum de pugna ejus alia loqueretur. Sane hic *subiit* juxta usum præsentem accusativo junxit, cum antiquo more alibi dativo junxerit, ut ' Progressi subeunt luco.' *Servius.*

Victor Alcides] De duabus Herculis Victoris ædibus Romæ, quarum hic mentionem facit Servius, vid. Salmas. Plinian. Exercitat. p. 10. *Emm.*

363 *Regia*] Quæcunque domus, modo a rege habitetur, *regia* jure dicitur. *Donatus.*

Cepit] Mire dixit: ut alibi, 'Nec te Troja capit.' *Servius.*

364 *Aude, hospes, contemnere opes*] Bene *Aude*, quasi rem arduam et difficilem; tanquam virtute opus sit animi et ad expellendum amorem divitiarum. *Idem.*

Aude, hospes] Multum tribuit Æneæ, cum Herculi comparet. *Donatus.*

Aude] In animum tuum, quasi rem arduam, fortiter inducito ac sustineto, ut ait Turn. XXI. 8. quomodo Gr. τολμᾷν usurpant. Martial. XII. 6. 'sed tu sub principe duro Temporibusque malis ausus es esse bonus.' Horat. Epist. II. 2. 'audebit verba movere loco.' Nempe qui συμπλοκὴν et ἀλληλουχίαν Virtutem constituerunt, partem quoque μεγαλοψυχίας in contemptu divitiarum posuerunt; ut μικροψυχίας, in cupidine earum: unde dixit, *Aude.* Taubmann.

Te dignum Finge Deo] Compone te et forma in similitudinem Numinis: quod juxta sectam Cynicam hospes Herculis suadet. Sane quidam *Deo* pro immortalite dictum volunt. *Serv.*

Te dignum finge Deo] *Finge*, præsta, forma, redde, ut supra de lupa, 'alternos fingere lingua:' ut et Valerius 'solidam virtutem nasci magis' dixit, 'quam fingi.' *Deo* autem *Hercule* accipio. *Germanus.*

365 *Non asper*] Non aspernator, id est, fastidiosus. *Servius.*

Rebusque veni non asper egenis] Ne asper venias, inquit, aut offensus ex eo, quod ingrederis pauperis domum: ego enim, si copiosus non sum, nec abundans pro merito tuo, non sum tamen mendicus aut miser. Quapropter, quum dicimus, *rebusque veni non asper egenis*, non bis debemus accipere, ut sit, Non asper veni usurus rebus egenis. *Donatus.*

366 *Angusti subter fastigia tecti, &c.*] Ex contrarietate quæsitus ornatus; ait enim, 'Angusti tecti subter fastigia ingentem Ænean duxit.' *Serv.*

Angusti subter fastigia tecti Ingentem Ænean duxit] In codicibus aliquot antiquis, *subeunt* legitur. Sed *subter* lectio castior videtur: aliter *Ingentem Ænean duxit*, imperfecta erit oratio. *Pierius.*

Angusti subter fastigia tecti, &c.] Præclare ingens hospes Æneas succedit subter angustum tectum. Ita Sidon. III. 2. 'Parva tuguria magnus hospes implesti.' Sed quidem Sidon. a Plin. accepit, qui Paneg. Trajani, 'quod denique tectum magnus hospes impleveris.' Præclare Paulin. de Sancto Martino, 'Succedens humili tecto celsissimus hospes.' Estque hoc fere illud, quod Claud. de Bell. Get. 'stat pallidus hospite magno Pastor.' Ovid. Met. VIII. de Diis, 'Summissoque humiles intrarunt vertice postes.' Itaque fuit necessarium, ut capita demitterent ingentes ipsi præ tecti angustia. *Cerda.*

368 *Effultum*] Sicut supra dictum est, apud veteres dicebatur super quod unusquisque jacuisset. *Serv.*

Pelle Libystidis ursæ] Species pro genere: nam cujuslibet feræ possumus accipere. Ideo dicit *Libystidis*, ut ex pretio bestiæ aliquid gratiæ potuisset ipsis stratis accedere. *Id.*

Pelle Libystidis ursæ] Ut ex pretio bestiæ aliquid gratiæ illi strato adderet. *Donatus.*

Libystidis ursæ] Vide quæ de vocis hujus orthographia Pierius, supra Æn. V. 37. quæque ad illum locum de ursis Africanis Cerda: et locum quem nos ibi citavimus. *Emmeness.*

369 *Nox fuscis tellurem amplectitur alis*] Passim, ut supra, νὺξ μελανόπτερος: et sæpe apud Hom. μέλαινα, et ἐρεβεννή· et Eurip. μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων. *Germanus.*

Fuscis] Cornelius Fronto ait: 'Fusco album opponitur, nigro candidum.' Præclare ergo *fuscus color* in exitu diei, qui in ortu est *albus.* Nam de oriente luce proferri *albente die, cælo,* &c. non, *cælo candido*, quis est qui ignoret? Ab eodem Frontone illustro

Ovid. Met. xi. canentem, 'Candida de nigris, et de candentibus atra.' ubi *candida nigris* opponit. A Virgilio corrigendus Tibullus ii. 1. ubi de Somno, 'fulvis circumdatus alis,' legendum, *fuscis*. Cerda.

Amplectitur] Ita Stat. Theb. xi. 'Nox favet, et grata profugos amplectitur.' Et l. i. 'Nox quæ terrarum cælique amplexa labores.' *Id.*

Alis] Alæ nocti dantur. Eur. Orest. ubi nox invocatur, μόλε, μόλε κατάπτερος: *veni, veni pennigera*. Ennius Annal. xvi. 'Nox quando mediis signis præcincta volabat.' Stat. Theb. ii. loquens de nocte, 'volat umbra.' *Idem.*

370 *Exterrita mater*] Ideo territa, quia mater. *Servius.*

Tumultu] Gallicus tumultus. *Id.*

372 *Volcanum adloquitur*] Tantum habens spei, quantum uxor de viro concipere debet: et tantum desperationis, quantum odium inter vitricum et privignum esse consuevit. Ergo illum fraude adoritur. *Donat.*

Thalamo] Ut inter secreta lectuli extorqueret, quod ille nollet. *Idem.*

Thalamo] Id est, in thalamo. Observata Poëtæ occasio aptissima huic sermoni. Nam in thalamo, id est, in loco dicato amoribus, quid non uxor consequeretur? Hæc sunt illa tempora, quæ Æn. iv. dicuntur *mollissima*, et *molles aditus*. Unice quadrant in hunc locum versus Lucret. l. i. ubi monens Venerem, quo puncto temporis debeat petere pacem a Marte, ita ait: 'Hunc tu, Diva, tuo recubantem corpore sancto Circumfusa super, suaves ex ore loquelas Funde, petens placidam Romanis inclyta pacem.' Observandum itaque, qua occasione Principem adeas, aliquid petiturus. Martialis volebat librum suum tradi Domitiano, cum lætus esset post epulas, non matutino tempore. Hoc idem vult caveri libris suis Ovid. Trist. i. 'si cuncta videbis mitia,' &c. et Pont. l. ii. 'Cumque serenus erit, vultusque remiserit illos, Qui secum terras imperiumque movent.' Sed aurei sunt versus Horat. epist. i. 13. petentis a Vinnio, videat qua occasione Cæsarem pro se adeat: 'Si validus, si lætus erit, si denique poscet; Ne studio nostri pecces, odiumque libellis Sedulus importes, opera vehemente minister.' *Cerda.*

Aureo] Similis sæpe nitor in Poëtis omnibus, et in uno Homero sæpissime, in cujus paginis frequentissime de Deorum ornatu, quorum sedes, cubicula, currus, thalamus; aurea, argentea, nitida omnia. Euripid. Phœniss. Palladem vocat χρυσάσπιδα. Convivia Deorum apud Calab. l. iv. χρυσείοις κανέοισι. Callimachus in Hymno dat Apollini indumentum, fibulam, arcum, pharetram, lyram, calceos, omnia χρύσεα. Deorum 'aurea barba' celebratur. Vide Sueton. Calig. c. 52. *Idem.*

373 *Dictis divinum adspirat amorem*] Id est, dictis suis addit venustatem, ut amabiliter ejus audiatur oratio. Sane Venus petitura pro filio de adulterio procreato, orationem suam ingenti arte composuit: quod etiam Vulcanus ipse testatur dicens, 'quid caussas petis ex alto?' Non enim aperta est petitio ejus: sed longo proœmio perversum amorem arte circumvenit. Præsentem ergo quæstionem hanc, quæ nascitur ex petitione Veneris impudica, solvimus his modis: primo quod Vulcanum amore circumvenit; nam et post completam orationem statim eum complectitur et molli amplexu fovet: deinde nacta est ejus occasionem temporis, quo Marti arma faciebat, quem fuisse sciebat adulterum; per quod datur intelligi, Vulcanum jam omnem suspicionem et iram, quam habuit circa Venerem, deposuisse; adeo ut arma etiam ipsi fabricaret adultero: præterea Vulcanum uxorium fuisse testantur, et ipse Virgilius dicens, 'Tunc pater æterno fatur devinctus amore;'

et Statius, ubi Martem Venus adloquitur: ut, 'At non eadem Vulcania nobis Obsequia, et læsi servit tamen ira mariti.' Nam quod dicit Donatus, potuisse fieri, ut cum Anchisa concumberet Venus ante quam Vulcano nuberet, non procedit. Constat enim a principio Venerem uxorem fuisse Vulcani. Sane divinum τὸ θεῖον debemus accipere. *Servius.*

Divinum] Quem humanis pectoribus dono inserere consuevit. Nam amor, qui est ex voluntate nostra, humanus est. *Donatus.*

Divinum amorem] Hunc locum frustra suggillat Euangelus apud Macrob. Sat. I. 24. quem tuetur Pontanus in *Antonio.* Taubmann.

Aspirat amorem] In aliquot codicibus antiquis, *inspirat.* Sed et *adspirat* invenitur, quod nonnullis placet. *Pierius.*

374 *Dum bello Argolici, &c.*] *Dum*, postquam. Sane hæc oratio rhetorica suasio est; nam principium a verecundia sumpsit, dicendo enim nunquam se molestam antea fuisse, ostendit impetrare debere; præsertim ex eo, quod non timuerit petere. 'Nunc Jovis imperio Rutulorum constitit oris: Ergo eadem supplex venio.' Hæc non tantum rogandi, sed etiam impetrandi vim habent, verso tamen ordine; nam primo arma petit, deinde adjuvat exemplo dicendo, 'te filia Nerei,' &c. deinde causam 'Aspice qui coëant populi.' Ipsum enim *populi* multitudinem significat, et quasi non impugnet, sed impugnetur Æneas, ita pathos fecit, dicens, 'In me excidiumque meorum:' nam quod a principio arma petit, hæc ratio est, quod rem nec magnam nec difficilem Vulcano petebat, ideo et statim posuit; nam ubi majus aliquid est, ante causa dicenda est, ut præmollitis animis, tunc quod petitur, suggeratur. *Servius.*

Dum bello Argolici] Diutius immoratur Homerus, quam hic Virgilius Il. Ξ. cum Junonem inducit κεκαλλωπισμένην, varioque ornatu et mundo muliebri instructam, uxoriis illecebris mariti animum tentantem et periclitantem. *Germanus.*

Dum bello Argolici vastabant Pergama reges Debita] Frustra in Virgilian. Lection. contendit H. Stephanus Servium hic pro *bello* legisse *fato*, quia *debita* exponit: 'fataliter ad exitium destinata.' Nam præterquam quod Pierius nullam ex vett. codd. lectionis hujus mentionem faciat, Servius similiter infra ad vs. 410. ubi de fato ne verbum quidem, 'cui tolerare vitam impositum' exponit: 'cui hæc est fataliter data necessitas.' Sed τὸ *debita* hoc significat, ut ex Servio hic, et ad vs. 398. patet: in quo loco ad verba, 'nec fata vetabant Stare,' commentatur: 'atqui supra ait debita.' *Emmeness.*

375 *Debita*] Fataliter ad exitium destinata. *Servius.*

Casurasque inimicis ignibus arces] Causa cur non petierit. *Idem.*

376 *Miseris*] Atqui honestum est miseris subvenire: sed hoc dicit, Cur te fatigarem pro hominibus fati necessitate perituris? *Servius.*

Non arma rogari] Argute hic in principio *arma* nominat, ut jam intelligatur quid petitura sit. *Idem.*

377 *Artis opisque tuæ*] Duo duobus reddit, *opis, arma:* aut certe idem valet *opis* quod *artis;* hinc opifices. *Idem.*

Artis opisve tuæ] In antiquis aliquot codicibus, *opusve*, ut sit, *Arma opusve artis tuæ.* Nam non tam armorum præsidium, quam etiam artificii visendam pulchritudinem admirabitur Poëta, in armis ipsis. Est etiam *opisque* legere. *Pierius.*

378 *Incassumve tuos*] Ordo est, Tuosve labores incassum exercere volui. *Servius.*

379 *Priami deberem plurima natis*] Scimus quod Paridi tantum debuit; sed hoc honestius ad aliarum comme-

morationem personarum adduci potest, ne ex turpi caussa Paridi debuisse videatur, et simul, ut quidam tradunt, pulchritudinis suæ Vulcanum admoneret, hoc est, Formæ judicio Jovis conjugem vici. *Idem.*

Priami natis] De Creusa maxime intelligit: laborat autem ut verecunde videatur petere, ne mariti auxilium inaniter rogaret in rebus, quæ removeri non possent. *Donatus.*

380 *Æneæ flevissem sæpe laborem*] Bene post Pergama, post Trojanos, post Priami liberos, cum excusatione fit Æneæ commemoratio: dicit enim, se ejus infelicitate commotam, ut illud causas habeat, hoc miseratione consistat. *Servius.*

381 *Jovis imperio*] Id est, nunc vero: et subdistingue, nunc autem Jovis imperio, ne videatur impudens, si aliena regna deposceret: et hoc latenter dicere videtur, Fave huic, cui etiam Jupiter favet. *Idem.*

Nunc Jovis imperiis Rutulorum constitit oris] In Oblongo codice, et quibusdam aliis antiquis, *imperio* unitatis numero legitur, quod etiam apud Servium advertas. Missum vero faciam, quod in plerisque codicibus et hic et alibi *Rutilorum* secunda syllaba per *i* notatur. *Pierius.*

382 *Eadem*] Quæ tunc scilicet silui, quæ nihil petii. *Servius.*

Supplex venio] Allusum ad ἱκέτας, sic enim dicti supplices, παρὰ τὸ ἵκεσθαι, quod venirent. Inde apud Curt. l. IV. 'Si veneris supplex, et matrem, et conjugem, et liberos recepturum te esse promitto.' Itaque *venire supplicem*, est ἵκεσθαι ἱκέτην: qua forma, *furere furorem*, *sævire sævitiam*, &c. Sed carent Latini simili paronomasia. Barbare diceres *venientem venire*, id est, esse supplicem: sed culte *supplicem venire*. Sic in Æn. XI. 'en supplex venio.' Stat. Theb. I. 'supplex advenio.' Arnob. l. I. 'supplices irent.' Inde Tertull. de idololat. 'De adversaria officina in domum Dei venire,' id est, venire supplicem. *Cerda.*

Sanctum mihi numen] Si *sanctum* simpliciter accipiatur, leve est nomen. Ergo *sanctum*, ut *leges sanctas* dicimus, id est, firmas, a sanciendo. *Servius.*

383 *Arma rogo*] Hic distinguendum, ut cui petat non dicat; sed relinquat intelligi, ne fœde apud maritum et amorem suum circa Anchisen memoret et susceptum de adulterio filium. *Idem.*

Genetrix nato: te filia Nerei] Hoc est, soles hoc præstare matribus; et dicit Thetidem quæ Achilli arma impetravit: et bonis utitur comparationibus dicendo *filia Nerei*, cum ipsa Jovis sit filia. Item uxor *Tithonia*, cum sit ipsa Vulcani. *Neri*, autem, pro Nerei. Omnia enim quæ in *eus* exeunt hodie, apud majores in *es* exibant: ut *Nereus Neres: Tydeus Tydes*: et genitivum in *eis* mittebant, ut, *Tydeis*, *Nereis*. Sed quia plerumque *s* supra in Latinitate detrahitur, remanebat *ei*. Hinc est *filia Nerei*, *Immitis Achillei*. Item, in Sallustio, 'Ad bellum Persei Macedonicum.' *Idem.*

Genetrix nato] Majorem miserationem movet nominibus necessitudinum, quam movisset nominibus propriis. *Donatus.*

Genetrix] Ex antiquioribus codicib. scribendum *genetrix* media syllaba per *e*, ut alibi monuimus. *Pier.*

Te filia Nerei] In codicibus aliquot antiquis, *Neri* legitur. In nonnullis, *Neres*. Super quo declinatu multa Servius memorat. Priscianus vero in hujusmodi nominibus positum ait dativum pro genitivo. Quare *Nerei* scribendum erit. Sed *Neri* pronuntiare non incongruum, facta synæresi in *ει* Græcam diphthongum. *Idem.*

384 *Tithonia conjux*] Aurora pro Memnone. *Servius.*

Tithonia conjux] Nimirum et Quin-

tus Calaber l. II. de pugna Achillis et Memnonis, τύπτον ἀσπίδας, ἃς Ἥφαιστος ὑπ' ἀμβροσίῃ κάμε τέχνῃ. *Germ.*

385 *Aspice, qui coëant populi*] Τὸ αἴτιον: ut præsentem ostenderet necessitatem: dicendo autem *populi*, phantasiam fecit. *Servius.*

Clausis Ferrum acuant portis] Ut ostenderet festinationem: dixit enim superius, 'Quinque adeo magnæ positis incudibus urbes Tela novant.' *Idem.*

386 *In me*] Artificiose arma petit etiam sibi profutura: Nisi enim subvenis, iterum vulnerabor: nam a Græcis fuerat vulnerata. Unde est, 'Equidem credo mea vulnera restant.' *Idem.*

In me] Junxit personam suam, ut magis moveret. *Donatus.*

387 *Niveis*] Ad exemplum fortasse Homeri, qui suam Junonem sæpissime λευκώλενον. A quo etiam Arnob. l. IV. loquens de Junone, 'Ulnarum nivei, marmoreique candores.' Calp. Flacc. Declam. 2. 'nivea membra.' Nonnus l. XXXI. Dionys. χιονέησι παρήϊσι. Eurip. in Aul. λευκὴν δέρην. Tale illud Horat. 'brachia candidæ Cervici juvenis dabat.' *Cerda.*

388 *Cunctantem*] Scilicet de promissione, quam per amplexum suum immisso amore persolvit. *Servius.*

Cunctantem amplexu molli fovet] In Servii verbis aliquid desideratur: et ut illi etiam suppetias feramus, Nonius Marcellus locum hunc exponens ait *cunctantem, dubitantem*. Quare ita etiam apud Servium legendum crediderim: '*Cunctantem*, dubitantem scilicet de promissione.' Deest enim *dubitantem* in Servianis scriptis. *Pier.*

Cunctantem amplexu molli fovet] Videtur hic locus simile aliquid habere cum illo Homeri Il. A. quando Jovem cunctantem inducit in responso faciendo ad Thetidis postulata: τὴν δ' οὔτι προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς, Ἀλλ' ἀκέων δὴν ἧστο· Θέτις δ' ὡς ἥψατο γούνων, Ὡς ἔχετ' ἐμπεφυυῖα, καὶ ἤρετο δεύτερον αὖθις. Ut autem hic, *hinc atque hinc diva lacertis*, Epig. νύμφη Νυμφίον ἀμφιχυθεῖσα περίπλοκον ἥδέϊ δεσμῷ. *Germanus.*

Cunctantem amplexu molli fovet] Sic apud Apul. Met. l. v. 'His verbis et amplexibus mollibus decantatus maritus, lacrymasque ejus suis crinibus detergens, facturum spopondit.' *Em.*

389 *Accepit solitam flammam*] Vel quasi maritus, vel alludit ad rem naturalem. Namque ideo Vulcanus maritus fingitur Veneris, quod Venereum officium non nisi calore consistit. Unde est, 'Frigidus in Venerem senior.' *Servius.*

Accepit solitam flammam] Ostendit plus profuisse, loci, temporis, et personæ observationem quam verba. *Donatus.*

Flammam] Omnia explicant vim amoris, *flammæ, medullæ, ossa*. Horat. de amore, *torret*. Noster de Didone, *ardet*. Ab Apollon. l. III. amor dicitur οὖλος, *ferus*. Quia videlicet, ὑπὸ κραδίῃ εἰλυμένος αἴθετο λάθρῃ: *sub corde tectus occulte ardebat*: et sup. dixerat, βέλος δ' ἐνεδαίετο κούρῃ: *sagitta ardebat in virgine*: quæ ὑπὸ κραδίῃ. *Cerda.*

Accepit solitam flammam: notusque medullas Intravit calor, &c.] Similis amoris descriptio occurrit apud Stat. Achill. II. 104. 'nullo temeratus pectora motu Diriguit totisque novum bibit ossibus ignem. Nec latet haustus amor; sed fax vibrata medullis In vultus atque ora redit, lucemque genarum Tingit, et impulsam tenui sudore pererrat.' et statim: 'Sic variis manifesta notis, palletque, rubetque Flamma recens.' *Emmeness.*

390 *Labefacta per ossa cucurrit*] Si ossa labefecit, quanto magis animum? *Servius.*

Et labefacta per ossa cucurrit] In plerisque codicibus antiquis, *calefacta* legi, sed *labefacta* Servius agnoscit. Quæ phrasis Catulliana est, 'Non si illam raræ labefactes munere vestis.' *Pierius.*

391 *Atque olim*] Fere, ut solet: nam non est adverbium temporis. *Servius.*

Atque olim] *Wie bisweilen.* Est enim *olim* adverb. omnium horarum. V. N. Plaut. Mil. I. 1. *Taubmann.*

Rupta] Hoc Græci ῥήγνυσθαι. Iliad. XVI. ὑπεῤῥάγη αἰθήρ: et Plut. in caus. Phys. πυρὶ κεραυνίῳ ῥαγέντι: et in Lucul. ἀέρος ἀποῤῥαγέντος. Sic et Stat. Theb. I. 'rumpitur æther.' et VII. 'fulmina rupta.' Manil. l. I. 'cœlum fulmine ruptum.' Ex Musa Virg. Petronius: 'Vix dum finierat, cum fulgure rupta corusco Intremuit nubes, elisosque abscidit ignes.' *Cer.*

392 *Ignea rima micans*] Id est, fulmen, cujus naturam expressit. Namque nubes vento coactæ plerumque rumpuntur, et ex se fulmen emittunt. Quamvis philosophi fulgura et tonitrua simul exprimi dicant. Sed illud celerius videtur, quia clarum est, tonitrua autem ad aures tardius pervenire. Alii *rima micans*, fulgetram dicunt: ex hoc ad velocitatem amoris, qui momento Vulcanum percussit. *S.*

Ignea rima] A Virgil. clare Plin. II. 43. 'coruscare igneas nubium rimas.' Manil. l. I. mutavit in verbum, 'Dum nova per cæcam rimantur lumina noctem.' Circumscripsit, credo, idem has igneas rimas per *tenues flammas.* Hinc etiam colorem traxit Sidon. I. 11. 'dedit hiantis interregni rima fulgorem.' Pulchro flexu Val. Arg. IV. 'noctem lux dirimit.' *Cer.*

Percurrit lumine nimbos] Ab Lucret. qui l. V. 'et magnum percurrunt murmura cœlum.' Ab utroque Propert. II. 16. 'Vidistin' toto sonitus percurrere cœlo?' Noster maluit *nimbos* signate et proprie, non cœlum: nam fulmina generantur in nubibus. Itaque Manil. l. I. 'fabricantes fulmina nubes.' *Idem.*

393 *Sensit læta dolis et formæ conscia conjunx*] Intellexit se sola pulchritudine pervertisse mentem mariti. Alii duabus rebus Venerem volunt maritum adgressum, dolis et pulchritudine; et volunt melius, 'dolis et formæ conscia,' quam læta; et *formæ* melius dativo casu quam genitivo. *Servius.*

Sensit læta dolis, &c.] Sapor Homericus Il. XIV. Τὴν δὲ δολοφρονέουσα προσηύδα πότνια Ἥρη. Et Virgilianus in Lucano l. X. 'Quem formæ confisa suæ Cleopatra, sine ullis Tristis adit lacrymis simulatum compta dolorem.' *Cerda.*

394 *Pater*] Qui loco patris Æneæ esset profuturus. *Donatus.*

Æterno amore] Turn. XIII. 8. explicat magno atque immenso, quia Curt. l. IV. 'Ablue corpus illuvie æternisque sordibus squallidum.' Possis etiam ita Lucretium, qui l. I. de Marte amante Venerem, ad quem certe aspiravit Virg. 'in gremium qui sæpe tuum se Rejicit, æterno devinctus vulnere amoris.' *Cerda.*

Devinctus] Hoc sermone ostendit eum posse cuncta concedere. *Serv.*

Æterno devinctus amore] In Romano codice, et in quibusdam aliis perveteribus, *devinctus* legitur, quod amoris proprium est, et vinculum in mysticis significationibus amorem denotat. Neminem enim facilius ad te trahas, et arbitrio colligaris tuo, quam amantem. Poëtæ vero passim amoris laqueos et retia decantarunt; ut sæpe apud Lucretium: 'Nam vitare plagas in Amoris ne jaciamur, Non ita difficile est, quam captum retibus ipsis Exire, et validos Veneris perrumpere nodos.' *Pierius.*

Æterno devinctus amore] V. Codd. *devictus amore*, quomodo etiam malit Gifanius, ad illud Lucr. l. I. 'æterno devinctus vulnere amoris.' *Taubm.*

395 *Quid caussas petis ex alto*] Mirum: et hoc libenter et solide promittentis; et utitur argumentatione longe repetita. Est autem de usu dictum, Cicero primo libro ad Brutum, 'Si Pompejus non ex alto peteret, et multis verbis me jam horta-

retur.' *Servius.*

Quid caussas] Ita loquitur, quasi non ipse esset, qui paulo ante cunctabatur. *Donatus.*

Ex alto] Longa circuitione verborum. *Idem.*

Quid caussas petis ex alto? fiducia cessit Quo tibi, diva, mei] Legitur utroque loco, *quid*, ut repetitio sit, 'quid caussas petis ex alto? fiducia cessit quid tibi, diva, mei?' Sed *quo* adverbium secundo loco magis placet. Illud autem, quod est *ex alto* Servius exponit, 'argumentatione longe repetita.' Nonius, 'ex vetusto et antiquo' interpretatur. *Pierius.*

Quid caussas petis ex alto] Actius armorum judicio, ut suggessit mihi D. Giphanius, 'Cur cætera tam ex alto appetissis dissidia Agamemnon?' *Germanus.*

397 *Tum quoque*] Sicut nunc: et *tum quoque* bis audiendum. *Servius.*

Teucros armare] Per *Teucros* Ænean debemus accipere, quia Venus ante ait, 'Arma rogo;' et subjungendo 'Genetrix nato,' per similitudinem significat Ænean. Ergo Poëta aliud dicendo, aliud dedit intelligi. Sane *fuisset*, in proximo repetitum, decorem addidit. *Idem.*

398 *Nec pater omnipotens*] Notandum, quod hic Iovem a fatis separet, cum alibi jungat, ut, 'Sic fata Deum rex Sortitur.' Sed hanc imminentium malorum dilationem Etrusci libri, primo loco a Jove dicunt posse impetrari, postea fatis: unde et hic sic ait, 'Nec pater omnipotens, nec fata vetabant.' *Idem.*

Nec pater omnipotens] Non posse penitus subverti, sed posse differri fata, ostendit Poëta. *Donatus.*

Nec fata vetabant Stare] Atqui supra ait, *debita*. Sed sciendum secundum aruspicinæ libros et sacra Acherontia, quæ Tages composuisse dicitur, fata decem annis quadam ratione differri: quod nunc dicit Vulcanus potuisse fieri. Ergo non est contrarium: nam fata differuntur tantum, nunquam penitus immutantur: quod etiam Juno dicit, ut, 'Atque immota manet fatis Lavinia conjux; At trahere, atque moram tantis licet addere rebus.' *Servius.*

400 *Si bellare paras*] Quia dixerat, 'In me excidiumque meorum.' Quidam hunc sensum illi jungunt, 'absiste precando Viribus indubitare tuis:' cætera enim per parenthesin dicta sunt. *Idem.*

Si bellare paras] Non dubium, quin hæc respiciant Homericam Venerem, quæ inter arma, ut Juno et Pallas. De armata Venere exstat Epigram. Leonidæ Anthol. l. IV. Ἄρεος ἔντεα ταῦτα τίνος χάριν ὦ Κυθέρεια Ἐνδέδυσαι, κενεὸν τοῦτο φέρουσα βάρος; Αὐτὸν Ἄρη γυμνὴ γὰρ ἀφώπλισας· εἰ δὲ λέλειπται Καὶ θεὸς, ἀνθρώποις ὅπλα μάτην ἐπάγεις: *Cujus* (obsecro) *gratia, o Venus, Martis arma hæc Induisti, ferens inane hoc pondus? Nuda enim cum esses Martem ipsum vicisti. Si itaque victus Deus, frustra in homines arma geris.* Cerda.

401 *Quicquid in arte mea possum promittere curæ*] Quicquid in me curæ est, id est, officii et sollicitudinis. *Servius.*

402 *Ferro*] Ad robur pertinet. *Don.*

Liquido electro] Aut liquefacto aut puro: et secundum Plinium in naturali historia, sunt tria electri genera: unum ex arboribus, quod succinum dicitur: aliud quod naturaliter invenitur: tertium quod fit de tribus partibus auri et una argenti: quas partes etiam si naturam resolvas, invenies manifestas. Unde errant qui dicunt melius esse naturale. Electri autem natura probatur veneno; quo recepto, et stridorem emittit, et varios ad similitudinem arcus cœlestis reddit colores. Et ad lumina in convivio clarius auro et argento lucet. *Servius.*

Liquidove potest electro] Potest omnino in codicibus aliquot anti... reperitur. Et in aliquot etiam ...

ultimæ literæ abrasæ sunt. In Romano tamen, et in quibusdam aliis codicibus, ipsa vetustate venerabilibus, *potest* habetur. Quod magis placet, ut duo declinemus evitanda: *potestur* illud post Lucretiana tempora jam obsoletum, et primam in dictione *electro* correptam, quæ natura longa est: ut, 'sudant electra myricæ,' ἤλεκτρον enim Græce per η vocalem, omnium porro consensu longam, scribitur. *Pierius.*

Liquidove potest electro] Διαφεγγεῖ ἠλέκτρῳ. Pollicetur e ferri electrique temperatura, arma firma et splendida. Est autem *electrum* auri argentique mixtura quædam, ut Plinio et Pausaniæ videtur, quinta argenti portione commista. Tertull. Advers. Hermogen. c. 25. 'Electrum ex auro et argento fœderatum.' Utitur et infra, vs. 624. et in Ceiri: 'Dives coralio fragili, ac electro lacrimoso:' ita enim ibi Josephus Scaliger restituit. Servius tria genera electri facit: quem vide. Cæterum variat hic lectio. Politianus quidem Miscell. c. 71. et Fabricius et H. Stephanus in Schediasmat. Virgil. et plusculi Codd. MSS. hanc propugnant. Contra Erythræus, auctoritate Nonii, Prisciani, et vett. quorundam Codicum, legit: 'liquidove potestur electro.' proque ista lectione tanquam pro aris et focis pugnat: quæ quidem nec Lambino nec Pimpontio improbata fuit. Neque obstare ajunt modulum Syllabæ in ἠλέκτρῳ: cum Latinis nulla sit religio, interdum a quantitate Græcorum discedere. Esse etiam, qui Creticum hic agnoscant. Ajunt præterea, Poëtam de industria antiquum sermonem dedisse Vulcano; exemplo Jovis et Junonis, quorum ille *fuat*, hæc *confieri* Æn. x. et iv. dixerit, &c. *Taubmann.*

Electro] Ad pulchritudinem. Sed armorum splendor vehementer arcet hostes. *Donatus.*

403 *Animæque valent*] Fabrica Vulcani duobus constat, ventis et flatu: hic ergo *animæ* pro spiritu quo fabriles folles inflari solent, id est, venti, ἀπὸ τῶν ἀνέμων. Horatius, 'Impellant animæ lintea Thraciæ.' Unde *anima* dicitur, quæ secundum aliquos ventus est: ut, 'Atque in ventos vita recessit.' *Servius.*

Animæ] Venti, quibus ignis animatur. *Donatus.*

Animæ] Venti, quibus ignis e follibus animatur. *Animæ* enim ventis attributæ sunt. Arnobius: 'Nunquid suas animas exspiraverunt venti?' Lucret. l. v. 'ventorum secundas animas' dixit. Hinc perbelle 'venti inanimes exspirare,' ab Apul. dicuntur: nec abit fortasse alterum Arnobii: 'Emortuis flaminibus neque cælum coarctatur in nubila.' Vide J. Meurs. Crit. Arnob. I. 2. *Taubmann.*

Absiste precando] Hac forma Liv. 'absistere obsidendo.' Ut vero cum infinito, 'absiste indubitare,' ita in vi. 'absiste moveri.' Phæd. in fabell. 'timere absistite.' *Cerda.*

404 *Viribus indubitare tuis*] Id est dubitare; nam *in* vacat; et hoc dicit, Precum nimietas postulationis significat dubitationem. Sane *indubitare* quis ante hunc? *Servius.*

Viribus indubitare tuis] Desine, me rogando, ostendere, te diffidere tuæ apud me auctoritati. Non enim verum est (ait Scalig. iv. 16.) quod dixit Servius, *in* vacare. Auget enim, ut *infractum*. Quærit tamen Servius, quis ante Virgil. ita locutus sit. *Taub.*

Ea verba locutus] Quidam humiliter dictum accipiunt. *Servius.*

405 *Optatos dedit amplexus*] Quales hi essent, explicat Claud. Magn. 'Cytherea maritum Sponte rapit, cælique toros imitata priores Pectora lascivo flatu Mavortia nectit.' Lege Agell. ix. 10. *Cerda.*

Placidum] In Æn. iv. 'placidam quietem.' A Bacchilide, somnus μελίφρων. Cum toto hoc Virgilii cursu consentaneus locus Statii Theb. iii.

Martem supplex aggredi-
ncitur lenocinio sermonis,
i in amplexus ruit. *Idem.*
ugis infusus gremio] Hoc
concubuit, et sic quievit.
ro et Carminius propter
:ephaton, *infusum* legunt,
us, Dormiit cum conjuge
id est, petiit soporem in-
m conjugis e gremio. Alii
unt, ut significetur coisse
c sopitos, et volunt esse
coitus, nam *infusum gremio*
iil esse dicunt: multi au-
haton accipiunt; ne duo
deantur, *placidum* et *infu-*
figurate accipiunt *placidum*
, pro eo, quod est placi-
ris. *Servius.*
infusus gremio] Sunt codi-
um veteres, in quibus *infu-*
r, quod non æque placet.

Bene: quem scil. amoris
efecerat. Ita Ge. II. de
io: 'fœcundis imbribus
iugis in gremium lætæ de-
Taubmann.

Intelligimus *gremium*, non
entis sinum, verum etiam
omini ad requiem præsti-
i: ita alibi,' Et fotum gre-
ollit in altos,' &c. *Donatus.*
bra] Potest ambiguum vi-
ini an Veneris. *Servius.*
, *ubi*] Scalig. Poët. II. 6.
aubmann.
prima quies medio jam noc-
&c.] Similiter supra Æn.
Tempus erat, quo prima
talibus ægris Incipit, et
m gratissima serpit.' Ad
um vide quæ de noctis et
ione Servius. Addo hic
n De die natali in fine cap.
Emmeness.
uies, &c.] Ita vocat som-
i ad mediam noctem. De
: Ammian. l. XVI. solitum
um esset in bello, 'nocte
dimidiata.' Integram noctem suis militibus dormire non permittebat Annibal, de quo Sil. l. XII. 'Pœnus ut ad somnos vix totam cursibus actæ Indulsit pubi noctem.' Est in Stat. Theb. I. 'vix lucis spatio, vix noctis abactæ.' *Cerda.*

408 *Curriculo*] Tempore modo: alias loco, alias officio. Cicero in oratore, pro loci spatio: 'Hæc sunt curricula ac spacia multiplicium variorumque verborum.' Et multi sic distinguunt: 'Inde ubi prima quies, medio jam noctis abactæ, Curriculo expulerat somnum, cum fœmina primam, Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerva impositum:' nam, 'quies curriculo expulerat somnum cum pene,' nihil est: quid enim est quies, nisi somnus? aut ut sit aliquid, non est abstemia matrona illa dum surgit, quia festinat maxime: aut 'tolerare colo vitam, tenuique Minerva Impositum:' et hic distinguitur; quid enim est 'Impositum cinerem?' cum illud sit pulchrius, cui castitas imposuit lanificio tolerare vitam, ut sequatur, 'cinerem et sopitos suscitat ignes,' ut alibi, 'et sopitas ignibus aras Excitat.' *Servius.*

Cum femina primum, Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva] Quia sequitur inferius, 'Haud secus ignipotens,' crediderunt nonnulli *ceu fœmina* legendum. Sed enim codices plerique veteres, cum iis qui apud me sunt, *cum*, non *ceu* legunt: spectat enim comparatio ad tempus etiam antelucanum, quod et Volcanalia nuncupant: quare addit, 'nec tempore segnior illo.' Sed hoc utcunque placeat, non laboro. Quod vero super, 'tenuique Minerva,' tam multa congerantur ab interpretibus, in loci hujus expositionem excogitata, aliter nonnulli codices admodum antiqui legunt, ubi 'calathisque Minervæ' habetur. Sed enim 'tenuique Minerva' in Romano codice est, in Mediceo, et aliis quibusdam; eamque lectio-

nem agnoscunt Arus. Messus, et Priscianus. *Pierius.*

Quum femina] Ita MSS. et H. Steph. et Turneb. leg. quod et Fabric. probat, et Interpres Terentii. Porro hanc mire elegantem ethopœiam et œconomiam in femina paupere et industria notat et Scalig. III. 2. *Taubm.*

Cum femina] Petita proculdubio comparatio ab Apollon. Arg. III. ubi postquam descripsit sollicitos Medeæ amores, continuo subjicit: Ὡς δὲ γυνὴ μαλερῷ πυρὶ κάρφεα χεύατο δαλῷ Χερνῆτις, τῇπερ ταλασήϊα ἔργα μέμηλεν, Ὥς κεν ὑπωρόφιον νύκτωρ σέλας ἐντύναιτο Ἄγχι μάλ' ἐγρομένη· τὸ δ' ἀθέσφατον ἐξ ὀλίγοιο Δαλοῦ ἀνεγρόμενον σὺν κάρφεα πάντ' ἀμαθύνει: *Non aliter quam mulier candenti ab igne stipulas injicit titioni Paupercula, cui lanaria res curæ est, Ut familiarem noctu ignem excitare possit Ocyus surgens: illeque plurimus ex parvo Torre suscitatus stipulas omnes consumit.* Ita et Terent. Heaut. II. 3. inducit pudicam feminam, occupatam 'ad lanam, texentem telam studiose.' *Cerda.*

409 *Colo*] Hunc sequimur: nam *hujus coli* dicimus, non ut Statius, *hujus colus.* Servius.

Tenuique Minerva] Non filo tenui, id est, subtili artificio, sed parvo pretio lanificii, id est, tenuiter et exiliter victum præbente. Et alii hic distinguunt, et subaudiunt *mos est*, aut, *placet:* ut sit sensus, 'Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerva mos est,' vel 'placet:' et sic inferunt: 'Impositum cinerem et sopitos suscitat ignes.' Ut contra Horatius, 'Incedis per ignes suppositos cineri doloso.' Alii sic legunt, *tenuique Minerva Impositum:* quasi fato datum, hoc est, cui hæc est fataliter data necessitas. *Servius.*

Tolerare colo vitam, &c.] Mulier, quæ vitam lana et colo sustinet, χερνῆτις dicitur ab Apollon. superiore Nota, atque etiam ab Hom. Il. XII. versibus huc aptandis, ut quos potuit Virg. respicere. Ἀλλ' ἔχον, ὥστε τάλαντα γυνὴ χερνῆτις ἀληθὴς, Ἥτε σταθμὸν ἔχουσα, καὶ εἴριον ἀμφὶς ἀνέλκει Ἰσάζουσ', ἵνα παισὶν ἀεικέα μισθὸν ἄρηται: *Sed habebant se, ut mulier pauper et justa lances tenens, Quæ pondus habet, et lanam utrinque appendit Exæquans, ut liberis tenuem mercedem ferat:* ubi γυνὴ χερνῆτις est mulier quæ nendo victum quæritat, ἀπὸ τῆς χειρὸς, et τοῦ νεῖν. Pollux enim, νεῖν, κλώθειν, et στρέφειν æquabiliter dixit de lanificio. Itaque, χερνῆτις est in femina, quod in viro χειρόβιος. Suid. χειρόβιοι, οἱ ἐκ χειρῶν ζῶντες, καὶ ταῖς τέχναις προσκαθήμενοι. *Cerda.*

Tolerare] Hoc verbo tenuitas et parsimonia Lucretio sæpius notatur. Ita Gr. διακαρτερεῖν est se quoquo modo sustentare. Ita Cæsar, 'equos exiguo pabulo et corpora militum radicibus quibusdam tolerari,' dixit. Sic 'tenuis Minerva' hic merito dicitur ars lanificii, quæ non valde quæstuosa est, ut notat Turneb. XI. 22. et XXVI. 30. Græcis etiam ταλασία, *lanificium* est: a τλάω, suffero et exantlo labores. Terent. Andr. 'Primum hæc vitam parce ac duriter Agebat, lana ac tela victum quæritans.' *Taubmann.*

410 *Cinerem et sopitos*] Τὸ *et* ἐπεξηγητικῶς. *Cinerem*, qui sunt ignes sopiti, ἀναζωπυρεῖ. *Idem.*

411 *Noctem addens operi*] Per transitum ostendit noctem esse partem diei. *Servius.*

Noctem addens operi] Annectit German. illud Julii Civil. III. 'Quo properans noctem diei conjunxerat, neque iter intermiserat.' Et quidem in re Virg. Apollon. Arg. IV. κλωστῆρα γυνὴ ταλαεργὸς ἑλίσσει Ἐννυχίη: *Mulier fusum versat laboriosa ac nocturna.* Cerda.

Famulas] Pro manibus accipiamus, quibus vice famularum utuntur pauperiores, quibus ad comparandas famulas pecunia non est. *Donatus.*

412 *Exercet penso*] Fatigat. Te-

rentius, 'Primo hæc vitam parce ac duriter agebat.' Hinc ergo traxit Virgilius ut diceret, 'castum ut servare cubile Conjugis;' id est, ne cogatur propter paupertatem pudorem deserere. *Servius.*

Castum ut servare cubile possit] Vult Serv. sententiam ductam ab illo Terent. 'Primo hæc vitam parce ac duriter agebat.' Nam similiter Virg. repræsentat in sua femina tenuem vitam ad servandam castitatem. Sed Germano visum, sumi ab Eurip. qui in Helen. ἀκέραιον ὡς σώσαιμι Μενέλεω λέχος: *purum ut servarem Menelai lectum.* Apud eundem Clytæmnestra ad Agamemnonem, σώζουσα λέκτρον. Et quidem Juven. Sat. VI. lanificium castis feminis attribuit. Ejus versus sunt: 'Præstabat castas humilis fortuna Latinas Quondam, nec vitiis contingi parva sinebant Tecta, labor, somnique breves, et vellere Thusco Vexatæ duræque manus.' *Cerda.*

413 *Parvos educere natos*] Vidisti jam in præmissis: ἵνα παισὶν ἀεικέα μισθὸν ἄρηται. Apollon. l. IV. inducit feminam insudantem lanificio, quod habeat ὀρφανὰ τέκνα, *viduos liberos*, marito mortuo. *Idem.*

414 *Ignipotens*] Vulcanus, ut diximus, ignis est: et dictus Vulcanus quasi Volicanus, quod per aërem volet. Ignis enim e nubibus nascitur. Unde etiam Homerus dicit eum de aëre præcipitatum in terras, quod omne fulmen de aëre cadit: quod quia crebro in Lemnum insulam jacitur, ideo in eam dicitur cecidisse Vulcanus. Claudus autem dicitur, quia per naturam nunquam rectus est ignis. *Servius.*

Ignipotens] Ut dicitur Mulciber a mulcendo ferro, ita Ignipotens a domando illo; potens enim ignis in duram materiam. *Cerda.*

Nec tempore segnior illo] Bene comparationis similitudini duo reddidit, festinationem et industriam. *Servius.*

415 *Mollibus e stratis*] Lucret. l. IV. 'lecti mollia strata.' Hom. Odyss. XX. ἐν λέκτροισι μαλακοῖσι. Sed cum Virg. *surgit*, respectum ad illud Odyss. XXIII. ὦρτο δ' Ὀδυσσεὺς Εὐνῆς ἐκ μαλακῆς: *surrexit Ulysses ex molli cubili.* Cerda.

Opera ad fabrilia surgit] Dura: et ex contrariis epithetis fecit ornatum, dicens, 'Mollibus e stratis surrexit ad opera fabrilia.' *Servius.*

416 *Insula Sicanium juxta latus Æoliamque Erigitur Liparen*] Physiologia est cur Vulcanus in his locis officinam habere fingatur inter Ætnam et Liparen: scilicet propter ignem et ventos, quæ apta sunt fabris. *Æoliam* autem *Liparen* ideo, quia una est de illis septem insulis, quibus Æolus imperavit. *Idem.*

Insula Sicanium, &c.] Ptolemæo et Abrahamo ipsissima est *Hiera*, quæ hodie *Vulcania*, et a Plinio *Therasia* etiam dicitur. Verba ejus III. 9. 'Inter hanc (Liparen) et Siciliam altera, antea Therasia appellata, nunc Hiera, quia sacra Vulcano est, colle in ea nocturnas evomente flammas.' Itaque ideo *Hiera*, quia Vulcano ἱερά. Sumpsit Plin. ab Aristot. Met. II. 8. ubi ait, hanc insulam unam esse ex Æoliis, et solitam in ea intumescere partem terræ, quo tumore disrupta, ἐξῆλθε πνεῦμα πολὺ, καὶ τὸν φέψαλον καὶ τὸν τέφραν ἀνήνεγκε: *multum spiritus prodiit, qui scintillam cineremque sustulit.* Et addit: καὶ τήν τε Λιπαραίων πόλιν, οὖσαν οὐ πόῤῥω, πᾶσαν κατετέφρωσε: *Urbem Liparæorum vicinam universam cinere obruit.* Hæc ergo ratio, cur ea insula dicatur officina Vulcani. De altera etiam Hiera, quæ sita ad Lilybæum, vide Indicem Abrahami. *Cerda.*

Insula Sicanium, &c.] J. C. Scalig. V. 3. cum officina Vulcani Homerica, quam ille Iliad. XVIII. stultissime (ut ait) in cælo facit, componit nostram, eamque *cælestem* vocat: cum divinis sit descripta verbis; Homerica vero plebejis. Una autem Vulcaniarum

insularum nomine *Hiera* describitur, quæ sacra Vulcano est, colle inibi nocturnas evomente flammas. Turneb. xxvi. Alii eam intelligunt, quam vulgus hodieque *Bulcam* vocat. *Taub.*

417 *Fumantibus ardua saxis*] De his locis, (Lemno inquam,) ubi etiam Vulcani officina, Valer. Arg. II. 'Ventum erat ad rupem, cujus pendentia nigris Fumant saxa jugis, coquiturque vaporibus aër.' Ait *ardua*, quod in Æn. VI. dixerat, 'Cyclopum educta caminis.' Et Eurip. in Elect. Κυκλώπειά τ' οὐράνια τείχεα: *Cyclopea aëria mœnia*. Cerda.

418 *Quam subter specus*] In vetustis aliquot exemplaribus, *quam subtus* habetur. *Pierius.*

Cyclopum exesa caminis] *Exesa* ad usum caminorum, qui sunt Cyclopum: an *caminis exesa*, pro ignibus exesa? *Servius.*

Cyclopum] Ex veterum opinione. Plin. VII. 56. 'Fabricam ferrariam invenere Cyclopes.' *Cerda.*

419 *Antra Ætnæa tonant*] Magnitudinem ictuum ostendit, quibus etiam vicini montes resultabant: aut certe *Ætnæa* quasi Ætnæ dixit. *Servius.*

Antra Ætnæa] Cave fallaris; non in Ætna officina Vulcani, sed in Hiera, ut explicui: nam Ætna in ipsa est Sicilia; Hiera extra illam. Igitur *antra Ætnæa*, vel ex necessitate, cum Ætna Siciliæ, ad eum modum quo Sidonius ad Felicem, 'Vulcanium Lipare.' et inf. 'Ætnæi Cyclopes.' et Callimach. Hymn. Dianæ Cyclopas Vulcani ministros constituit νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ: vel potius 'antra Ætnæa,' id est, vasta et magna. Quicquid enim magnum, dictum olim *Ætnæum*. Cerda.

Tonant] Nam ictus malleorum in incudibus instar tonitrui. Stat. Silv. III. 'Non tam grande sonat (lego, *tonat*) motis incudibus Ætna, Cum Brontes, Steropesque ferit; nec major ab antris Lemniacis fragor est, ubi flammeus Ægida cælat Mulciber.' Nam Valer. Arg. IV. 'Et tonat afflicta semper domus ignea massa.' Scio in aliis esse *sono*; nam Callimach. Hym. Dian. loquens de Cyclopib. ἀϋτὸν ἄκμονος ἠχήσαντος, *strepitum sonantis incudis*: et Oppian. Hal. V. ἄκμοσι δυσκελάδοις. Sed cum Stat. videatur pergere ad Virg. placuit legere *tonat*, non *sonat*. Apollon. l. IV. de incudibus Vulcani ferreis hoc flexu, στιβαρῇσιν ἀράσσονται τυπίδεσσιν: *durissimis tunduntur malleis*. Iterum: σιδηρείων τυπίδων. Claud. III. Hon. 'Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis:' et Eutrop. II. 'multisque gemunt incudibus æra.' Sic Virg. statim *gemitum*. Cerda.

420 *Auditi referunt gemitum*] Et hoc breviter significavit, id est, referentes gemitus audiuntur; non enim prius audiuntur, et postea referunt gemitus: potest et bis intelligi, audire eos primum cum eduntur, postea per Echo cum venerunt in eos locos, ex quibus repulsi vocis imaginem referunt. *Servius.*

421 *Stricturæ Chalybum*] *Strictura* est terra ferri in massam coacta. Chalybes autem proprie populi sunt, apud quos nascitur ferrum: ut ipse, 'At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus Castorea.' unde modo *Chalybum* posuit *stricturas*, pro ferri massis. *Idem.*

Stricturæ Chalybum] 'Strictura,' inquit Servius, 'est terra ferri in massam coacta.' Nonius Marcellus locum hunc citat, exponitque, 'Stricturæ sunt scintillæ.' *A stringenda* vero *acie* vocabulum *stricturis* impositum ait Plinius libro XXXIV. *Pierius.*

Stricturæ, &c.] Vel scintillas erumpentes. Nam Nonius: 'Stricturæ dicuntur proprie scintillæ, quæ de ferro ferventi exeunt.' Rutilius Itiner. I. 'Non Biturix largo potior strictura camino.' Dicitur certe strictura etiam extra ignem. Nam Plin. XXXIV. 14. 'Stricturæ vocantur hæ

omnes, quod non in aliis metallis, a stringenda acie vocabulo imposito.' Corrige Plinium ab Isidoro, 'stringendo apte vocabulo imposito.' Persius etiam 'venas ferri stringere' dixit Sat. II. Demum Glossæ: *stricturæ, μέταλλον*. Sed mitto rem Grammaticam. Velim notes locum Nonni l. XXII. in quo multa similitudo cum Virgiliano: Ὡς δ' ὅτε χαλκείων τις ἐπ' ἄκμοσι χαλκὸν ἐλαύνων Ἀκαμάτῳ ῥαιστῆρι περίβρομον ἦχον ἰάλλει Τύπτων γείτονα μύδρον· ἀποθρώσκουσι δὲ πολλοὶ Ἀλλόμενοι σπινθῆρες ἀρασσομένοιο σιδήρου, Ἠέρα θερμαίνοντες: *Ut vero cum faber quispiam in incude ferrum tenuans Indefesso malleo igne stridentem sonitum emittit Percutiens vicinam massam candentem: exsiliunt vero multæ Salientes scintillæ pulsati ferri, Quæ aërem calefaciunt.* Cerda.

Anhelat] Ita Claud. Rapt. I. de Phlegethonte ignito amne, 'Verticibus anhelat.' Pulchre Stat. Theb. IX. 'omnis anhelat Unda nefas.' Et Epig. l. III. ἆσθμα πυρὸς, *ignis anhelitum*. Pers. Sat. V. 'anhelanti coquitur dum massa camino.' *Idem.*

423 *Hoc tunc*] Id est, huc tunc: et *hoc* pro *huc* posuit, secundum antiquum morem. Nam antea *hoc*, adverbium loci fuit, quod nunc abolevit. Nam crebro in antiquis lectionibus invenitur, sicut in epistolis probat Verrius Flaccus, exemplis, auctoritate, ratione; dicens in adverbiis pro *u*, *o* plerunque majores ponere consuetos: et sic pro *huc*, *hoc* veteres dicere solebant: sicut pro *illic*, *illo* dicimus. Unde etiam *hoc*, *o* longum esse apparet, sicut *illo*, quod pro *illuc* ponitur. *Servius.*

Huc tunc ignipotens] *Huc* quidem in plerisque vulgatis codicibus habetur: sed plerique veteres *hoc* legunt, quod Servius agnoscit pro *huc* positum. Circumfertur vero Epitaphium, quod extat Capuæ, in quo de more hujusmodi scriptum sit: INFERRI HOC NON LICET NISI QVORVM NOMINA SCRIPTA SVNT ET QVIBVS CAVERO. *Pierius.*

Hoc] Notat Serv. dictum olim *hoc* pro *huc*, et *illo* pro *illuc*. In inscriptionibus *hoc* frequentissimum: in quibus sæpe *consoles*, *faciondum*, *Hercoli*, *moltati sont*, pro, *consules*, *faciundum*, *Herculi*, *multati sunt*. Consule inscriptiones Smettii et Gruteri. Sed quidem in libro Colatii scriptum hoc loco *huc*, non *hoc*, attestatur Ursinus. *Cerda.*

424 *Ferrum exercebant*] Œconomia. *Servius.*

Ferrum exercebant] Ita Thetis apud Hom. Il. XVIII. Vulcanum adiret: Τὸν δ' εὗρ' ἱδρώοντα, ἑλισσόμενον περὶ φύσας: *Hunc invenit sudantem, motantem se circa folles.* Et nota voculam *ferrum*. Itaque mirum quod scribit Pausan. Corinth. ubi ait, juxta templum Cephissi esse caput Medusæ λίθου, *e lapide:* et tamen adjicit, Κυκλώπων φασὶν εἶναι καὶ τοῦτο ἔργον: *Dictum opus hoc esse Cyclopum.* Ibidem quoque meminit muri facti a Cyclopibus. Itaque illi fuere opifices in duplici distinctissima materia. *Cerda.*

425 *Brontesque*, *&c.*] Quid facturi sint ex nominibus docet. Nam *Brontes* a tonitru dictus est, ἀπὸ τῆς βροντῆς. *Steropes*, a fulgetra, ἀπὸ τῆς στεροπῆς. *Pyracmon* vero, qui nunquam a calenti incude discedit, ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ ἄκμονος. Nam πῦρ ignis est, ἄκμων incus. *Servius.*

Nudus membra] Per hunc etiam cæteros nudos fuisse significat. *Idem.*

426 *Informatum*] In quandam formam designatum et compositum. Dicit autem in fulmine partem non perfectam, partem jam politam fuisse. *Idem.*

Informatum] Κέραυνον ὑποτετυπωμένον, prima et rudi quadam forma fulmini inducta. *Informare* enim et *deformare* pictoriæ aut statuariæ sunt vocabula. Et *informatio*, σκιαγρ[illegible] est. *Taubmann.*

Manibus] Deest *in*, ut sit, in [illegible]bus. *Servius.*

427 *Toto genitor quæ plurima ca*

Toto cœlo, id est, ab omni parte cœli. Num dicunt physici de sexdecim partibus cœli jaci fulmina. *Quæ* autem, pro qualia: ut, 'Hunc ego te, Euryale, aspicio?' id est, talem. Ergo hoc dicit, Faciebant fulmen in eorum similitudinem, quæ Jupiter jacit toto cœlo, hoc est, diversis partibus cœli, scilicet sexdecim. *Idem.*

Toto gen. quæ, &c.] Respondet illi Gr. οἷά τε πολλά. Neque vero semper casus ad canonem Grammat. casui responderet: ita hic, *Fulmen, quæ.* Taubmann.

428 *Dejicit*] Quibusdam videtur humiliter dictum: alii *de* pro valde accipiunt; sicut diximus *deamo* pro valde amo. *Servius.*

Dejicit] Antiqua aliquot exemplaria *deicit*, unico *i*, legunt; longe vero plura *dejecit*, pene ultima correpta: eaque dictio præsenti tempore pluribus locis ita scripta, *dejecio dejecis*, non *dejicio*, scribi aliquando solitum ostendit: ac de mutatione quidem literæ *i* in *e*, satis superius disputatum. Hoc vero loco Non. Marcellus *dejicit, mittit* interpretatur. *Pierius.*

Pars inperfecta manebat] Apollonius Arg. l. I. unum radium defuisse ait: at noster sic divinitus: itaque addit, 'Fulgores nunc terrificos sonitumque metumque Miscebant operi:' et alia incomparabilia. Philosophice etiam tria fulmini attribuit pro substantia; *imbrem, nubem, ignem:* id est, aquam, aërem, ignem. Non enim excuti potest, nisi a frigido et humido fulmen, quod calidum et siccum est: neque sine impetu erit, et loco; idcirco *aërem* dedit. Addit præterea τὰ ἴδια, *fulgores*, id est, ἀστραπάς: eosque *terrificos, &c.* Scalig. Poët. v. 6. et 3. *Taub.*

429 *Tris imbris torti radios, tris nubis aquosæ Addiderant, &c.*] Constricti et coacti in grandinem. Statius, 'sicco quos asper hiatu Præsolidat Boreas.' Et sciendum, hoc eum velle ostendere, toto anno jaci fulmen; nam per has periphrases, tempora ostendit anni totius, quæ et quatuor esse et ternos menses habere manifestum est. Unde dicit, *Tris imbris torti radios;* hoc est, grandinis, quæ abundat per hiemem: *Tris nubis aquosæ;* hoc est, veris, quo tempore nimiæ sunt pluviæ: ut, 'et ruit imbriferum ver.' *Rutuli tris ignis;* hoc est, æstatis. *Et alitis austri;* id est, autumni, quo ventorum crebra sunt flamina. Et prudenter his omnibus naturam exprimit fulminis: quod necesse est ut per nubes nascatur et ventos: nam alibi ait, 'Fulminis adflavit ventis et contigit igni.' Et bene in materiam fulminis vertit ea ex quibus fulmen nascitur; nubem, imbrem, ventum: nam, ut physici volunt, cum nubes ventis vehementer agitatæ sunt, sic incalescunt ut accendantur. Sane fulmen triplici præditum potestate est: est ostentatorium, peremptorium, præsagum: ostentatorium est, quo terror incutitur, ut,'Fulgores nunc horrificos, sonitumque metumque.' At cum dicit, 'flammisque sequacibus iras,' peremptorium docet. Præsagi autem sic meminit, 'Tertius ille hominum Divumque interpres Asylas, Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent, Et linguæ volucrum, et præsagi fulminis ignes.' Nonnulli vero manubias fulminis his numinibus, id est, Iovi, Iunoni, Marti, et Austro vento adserunt attributas; quod hoc loco ostendunt: nam cum dicit, 'Tris imbris torti radios,' Iovem significasse intelligitur; cum vero, 'tris nubis aquosæ,' Iunonem intelligit; cum, 'rutuli tris ignis,' Martem; et sic adjectum 'alitis Austri,' venti. Alii ideo ternorum radiorum volunt mentionem factam, quia fulmen trisulcum est: aut enim afflat, aut incendit, aut dissipat. et 'imbris torti radios,' pro, tortos radios; *torti* autem, elementis; et hoc verbo frequenter utitur, quotiens vim aliquam vult exprimere, ut, 'Torquet

aquosam hyemem:' et, 'an te, genitor, cum fulmina torques.' *Servius.*

Tris imbris, &c.] Multa hic Serv. quæ mihi vehementer displicent; et quæ scribit Julius Scal. tractans hunc locum, etiam respuo. Ego puto, illam esse veram sententiam, quæ majore consecutione adhæret verbis Poëtæ, ac proinde sic explico. Solent torqueri fulmina, vel *grandinante cælo,* vel *ruentibus magnis pluviis,* vel *aëre æstuante,* vel *ventis flantibus.* Grandinem intelligo per *imbrem tortum,* in quo tantum consentio cum Servio: nam, quæ de hieme ait, omnino errat: pluviam immensam, per *aquosam nubem:* æstuantem aërem, per *ignem:* flatus ventorum agnosco in *Austro;* hic enim ventus præ aliis positus κατ' ἐξοχὴν, nam eo flante, pertinaciores esse solent tempestates. Ergo, compingit Poëta hoc Jovis fulmen, formatque illud partibus, ut det huic Deo fulmen, quod jaculetur hac quadruplici tempestatum opportunitate. Unicuique autem parti assignat tres cuspides, ut omnes sint duodecim, hoc typo, quem tibi ex antiquis marmoribus subjicio.



Si quis quærat, cur Poëtæ semper faciant radium Jovis trisculum, intelligat nullam esse aliam rationem, quam celeritatem cadentis fulminis una cum vibratione: ita enim celeriter rotatur, ut triplex in aëre appareat vibratio: sic Poëtæ linguas serpentum dicunt trisulcas. Si quis rationes alias quærat, adeat quæ scripsit Hadr. Junius Animadvers. v. 19. Qui volunt novem tantum cuspides dari a Virg. huic fulmini, videntur non satis consequenter loqui. *Cerda.*

Imbris torti] Accipio de grandine, secutus Servium, et vim vocis. Lapides enim dicuntur torqueri, ut et tela omnia. Hor. Epist. II. 2. 'torquet nunc lapidem.' Atqui Claud. Cons. Manl. grandinem vocat saxa, eo versu, 'Quis trahat imbriferas nubes? qui saxa creentur Grandinis? unde rigor nivibus.' Itaque *tortus imber,* erit imber saxeus qui torquetur. Quod Soph. Antig. πυρὶ παλτῷ, a vibratione, qua fulmen torquetur. Et Pind. Pyth. I. αἰχματὰν κεραυνόν: nam cuspidata quoque torquentur; sic de telo, hasta, sagittis aliis. *Idem.*

Nubis aquosæ] Alibi: 'Torquet aquosam hiemem.' Ad hoc fortasse genus fulminis alludit Calab. l. IV. ubi Juppiter vocatur ἀργικεραύνος: quasi 'qui utatur albente fulmine.' *Id.*

430 *Addiderant*] A Virg. Ovid. Met. l. III. nam in fabrica fulminis, 'Est aliud levius fulmen, cui dextra Cyclopum Sævitiæ flammæque minus, minus addidit iræ.' *Cerda.*

Rutuli] Claud. Cons. Manl. 'quæ flamma per auras Excutiat rutilos tractus?' Valer. Arg. VII. 'rutilique a fulminis æstu.' Pind. Olymp. IX. Jovem vocat *φοινικοστερόπαν*, *rubentem fulmine*. De eodem Hor. 'rubente dextera.' *Idem.*

Alitis austri] Obvium hoc. Græci *ἀνέμους πτερόεντας*. *Idem.*

431 *Fulgores nunc terrificos*] Quas fulgetras dicunt. *Servius.*

Fulgores nunc terrificos] In Romano et omnibus fere aliis veteribus codicibus, *horrificos* legere est. Et ubi inferius habetur, *Ægidaque horrificam:* iidem omnes, quotquot viderim, codices, *horriferam* legunt uno consensu. *Pierius.*

Fulgores] Græcis *ἀστραπαί*, a verbo *fulgere*, quod Glossæ etiam *ἀστράπτειν* exponunt. Sed de hoc verbo vid. Salmasius ad Solinum p. 1135. *Emm.*

Sonitumque metumque] Non quem habeant, sed quem inferant, et per *sonitum* tonitrua ostendit: per *metum*, fulgetras. Et hunc ordinem sic posuit ut hominibus videtur. Nam revera prior est conlisio nubium, unde ignis emanat. Nos autem ideo prius fulgetras videmus quam tonitrua audimus, quia velocior oculorum, quam aurium sensus. *Servius.*

Sonitum] Propter tonitrum, nam semper comes fulminum. Ita infra in hoc lib. volens signare tonitrum, 'cum sonitu venit.' Claud. Stil. II. 'sonoro Concutiens tonitru.' Et hic sonitus a concussione. Nonn. l. X. *βροντῆς κτύπον*. Et Hom. sæpe, *ἐλέλιξεν Ὄλυμπον*. Et Manil. l. I. 'Nubila cur toto quaterentur pulsu fragore.' *Cerda.*

432 *Miscebant*] Sic Epigr. l. IV. in Herc. *λύσιππος χαλκῷ δ' ἐγκατέμιξ' ὀδύνην·* et eodem in Medeam: *οἶκτον ὁμοῦ καὶ λύσσαν ἐτήτυμον ἄθεος ἀνὴρ Μαρμάρῳ ἐγκατέμιξε.* *Germanus.*

Sequacibus] Persecutricibus, quoniam rapax natura ignis est; et ordo est, 'Irasque flammis sequacibus.' *Servius.*

433 *Currumque rotasque*] Nova locutio, 'currum et rotas instabant:' nec nos moveat, quod in domo Vulcani Marti currus fabricatur; eo enim absente fabricabatur. *Idem.*

Marti currum] Hunc Deum usum in bellis curru Poëtæ passim clamant. Ita illum Homerus sæpe, et Il. XV. etiam equos jungit hic Deus *δειμόν τε, φόβον τε*. et Od. VI. *χρυσήνιος* dicitur: ab Auctore Hymnorum *βρισάρματος·* et ibi dicitur sedere *ὑπερ-άντυγος*. Latinos quid numerem? Silius l. III. et IV. Stat. Theb. III. Claud. Eutrop. II. omnes illi dant currus. Alii etiam qui passim obvii. *Cerda.*

434 *Instabant*] Callimach. Hymn. Dian. de iisdem Cyclopib. *ἐπείγετο γὰρ μέγα ἔργον*: *Urgebat ipsos opus magnum.* Idem.

Instabant] Eodem modo voce hac etiam utitur supra Æn. II. 244. 'Instamus tamen inmemores cæcique furore:' et Ge. III. 109. 'illi instant verbere torto, Et proni dant lora.' Hinc *institores* dicuntur, qui tabernæ aut negotiatorio præponuntur, ut etiam servi pecuniis dandis præpositi: item, quibus vestiarii, aut lintearii dant vestes linteaque circumferenda ac distrahenda; quia instant, hoc est, merces ac negotia aliena urgent. Græcis: *ἐπιστάται, ἀπὸ τοῦ ἐφίστασθαι*. Sed hæc et plura vide apud Gerard. Joan. Vossium in Etymol. voce *institores*. Emmeneas.

435 *Ægidaque horriferam*] Ægis proprie est munimentum pectoris æreum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum si in pectore numinis fuerit, *Ægis* vocatur: si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis videmus, *lorica* di-

Servius.

tæ] Vel concitatæ et iratæ, ·antis. Nam timuit Homœo-, et fecit supinam significa- Alii ad fabulam referunt, itur in bello Gigantum arma ıse turbata; ut quasi ipsa paret, cujus dicti nullus auc-nitur idoneus. *Idem.*

dæ] Ad bella concitatæ. vs. 4. plo turbati animi:' Turneb. 19. et Servius Dan. vel etiam , id est, terribilis: ut notat s ad illud Silii ix. 'obliqua ens Lumina, turbato supera-rgona vultu.' quod Græci P. γοργότερον γοργοῦς ποτεδέρκετο. s enim γοργὸς hic est: hinc et ορyὼ vocant quod Attici μορ-iculamentum puerorum. *Taub-*

dis arma] Non solius. Itaque riptum est ab Aristide orat. ac Dea: Καὶ γάρ τοι μόνη μὲν δα δ' αἰῶνος φορεῖ, μόνη δὲ τοῖς pὸς ὅπλοις εἰς τὸν ὁμηρικὸν πόλε-ιεῖται: *Sola Ægidem fert perpe-æternis armis in Homerico bello ıatur.* Male (inquam) ut li-Homero Iliad. xv. 306. ἦρχε ετωρ, &c. Sed et Junoni datam jam indicavi supra. Verum ecipue gestata a Pallade, sed sola: et quia præcipue, ideo lutarch. in Themist. habetur ınum ἀπολέσθαι τὸ γοργόνειον θεοῦ τοῦ ἀγάλματος: *desiderari ab simulacro Deæ*, id est, Pal-ıam de illa est sermo. Nec dabatur Diis aliis, sed etiam itur a Principibus. Nam apud in Rhes. Gorgon. gestatur ς ἱππικοῖσι πρόσδετος illigata *frontibus.* Cerda.

Squamis serpentum auroque poli- Ægida horriferam aureis squa-rpentum certatim polibant. ınt revera de corio serpen-ære cum arma esse levigata.

Squamis serpent.] Politianus Miscell. c. 47. scribit, etiamnum Romæ simulacrum Palladis videri Ægida gestans squamoso draconum corio circumtectam: plane ut hic describitur. *Taubmann.*

Auroque polibant] Ab Paus. Attic. exhibetur Μεδούσης τῆς γοργόνος ἐπίχρυσος κεφαλή: *inauratum caput Medusæ Gorgonis.* Ab eodem Hel. prior ἀσπὶς χρυσῆ Μέδουσαν τὴν γοργόνα ἔχουσα ἐπειργασμένην: *clypeus aureus, in quo caput Medusæ Gorgonis.* Cerda.

Polibant] In aliquot antiquis, *poliebant*: de qua scribendi ratione, satis superius disputatum est. *Pierius.*

437 *Connexosque anguis*] Gorgonis scilicet capiti. *Servius.*

Connexosque anguis] Ita caput Gorgonis ab omnibus. Sil. l. ix. 'Sibilaque horrificis torquet serpentibus Ægis.' Nonnus l. xxv. loquens de Perseo volante cum capite Medusæ, δρακοντείης τρομέων συριγμὸν ἐθείρης: *tremens sibilum serpentinæ comæ.* Cerd.

Ipsamque in pectore divæ] Hoc est, quæ in pectore ponatur. *Servius.*

In pectore divæ] Expressissime. Tunc enim Ægis, cum a Diis gestaretur, secus cum a mortali. Mart. vii. 1. 'Cum vacat hæc, Cæsar, poterit lorica vocari: Pectore si sacro sederit, Ægis erit.' Et ix. 21. 'At te protexit Superum Pater, et tibi Cæsar Pro jaculo et parma, fulmen et Ægis erat.' Et xiv. 179. ad Minervam argenteam: 'Dic mihi, virgo ferox, cum sit tibi cassis et hasta, Quare non habeas Ægida? Cæsar habet.' In quibus omnibus assentatorie Domitiani divinitatem prædicat. Ergo signate Poëta, 'in pectore Divæ Ægida.' Paus. Attic. loquens de statua Palladis: καί οἱ κατὰ τὸ στέρνον ἡ κεφαλὴ Μεδούσης: *erat illi in pectore caput Medusæ.* Ovid. Metam. iv. de Pallade, 'Pectore in adverso, quos facit, sustinet angues.' *Cerda.*

In pectore] Propert. ii. 2. 'Dulichias Pallas spaciatur ad aras Gor-

gonis anguiferæ pectus operta canis.' *Taubmann.*

438 *Desecto vertentem lumina collo*] ' Aut sua lumina circumferentem, et mortis indignatione quærentem, quorum se interitu posset ulcisci. Aut certe intuentum lumina in saxa vertentem. Aut horrore suo aliorum oculos avertentem, ne cum periculo videretur. Hoc autem caput ideo Minerva fingitur habere in pectore, quod illic est omnis prudentia quæ confundit alios, et imperitos ac saxeos comprobat. ' Desecto vertentem.' Quomodo *vertentem?* Id est, secto collo non sua lumina vertentem, sed immutantem eorum faciem, qui hanc vidissent: aut *vertentem* dixit, lumina adversa habentem, ut habuit cum secaretur ei collum, et quæreret aspectibus vindicari. *Servius.*

Desecto vertentem lumina collo] Sunt codices, in quibus *desecto* legatur. In aliquibus, *disjecto.* In Romano, *dejecto.* Sed *desecto* magis placet, ut in Mediceo est. *Pierius.*

Desecto collo] Hinc Propert. Eleg. IV. 11. ' desecta Tolumni ervix.' *Cerda.*

Vertentem lumina] Sunt hi oculi, quos *obliquos* vocat Horat. epist. I. et ab eo Petron. Sat. Calab. l. XIV. βλοσυρὸν ὄμμα, cum de Ægide: 'Εν γάρ οἱ πεπόνητο κάρη βλοσυροῖο Μεδούσης Σμερδαλέον. Ab eadem intuitione Pallas γοργῶπις dicitur ab Soph. in Ajace. *Idem.*

439 *Tollite cuncta, inquit*] Vile est quod plerique dicunt, propter arma Martis iratum esse Vulcanum, præsertim cum et arment Minervam et fabricent fulmina Cyclopes: et Vulcanus dixerit, ' Cuncta tollite.' Ergo *Tollite,* aut differte, est, aut celerius terminate. *Servius.*

Tollite] Magnum Æneæ meritum, quod cuncta superis necessaria tollerentur, ut arma illi fierent. *Don.*

Cœptosque auferte labores] Quia dixerat, ' His informatum manibus jam parte polita Fulmen erat.' *Servius.*

Cœptosque auferte labores] In codicibus aliquot antiquis, *certos* legitur, hoc est, qui quotidiana opera exercentur, qui olim instituti, qui vobis præcipue soliti. Nam alia, quam soleant excudere, nunc opera imperaturus est. Non tamen displicet *cœptos*, ut codices aliquot etiam manu scripti legunt. *Pierius.*

440 *Ætnæi Cyclopes*] Ut, ' Ætnæos fratres.' *Servius.*

441 *Arma acri viro*] Suppressit cujus caussa, ne nimis uxorius videretur. Nec nominat privignum, qui naturali malitia odiosus esse potest. *Donatus.*

Acri viro] Notat hominem, qui τὴν ἰσχὺν εὔρωστος, ut loquitur Diodorus. Vel ut Suid. νικήσαντα πάντας μάχῃ, καὶ κρατήσαντα. Itaque acritudo ista tota ad bellum, et militarem virtutem, proprie ἕτοιμος. Nam Xenoph. IV. παιδ. ἕτοιμοί εἰσι μάχεσθαι. *Cerda.*

Nunc viribus usus] Hoc est, nunc est vestrarum virium exercitium, id est, tempus est exercendæ virtutis circa arma viri fortis. Et sic dictum est, ut dicimus, ' opus est viribus:' et hoc quidam non ad difficultatem operis, sed ad celeritatem referunt. *Servius.*

442 *Rapidis*] Latis. *Idem.*

Rapidis manibus] Ut in festinatione. Sic supra, ' rapit arma manu;' et conjungit cum manibus ' artem magistram.' Itaque quadrant in hunc locum verba Hippoc. lib. de Flatib. τὸ γὰρ ἔθος τῇσι χερσὶ κάλλιστον διδασκαλεῖον: *Nam videlicet admovere manum operi est optimus magister docendi.* Colum. Rei Rust. l. I. ' Usus et experientia dominantur in artibus.' *Cerda.*

Arte magistra] Ambitiosius quam si dixisset *magistri*, et rem personæ in artem transtulit: ut si dicas, *opus est peritia medicinæ*, non *medici*. Serv.

443 *Præcipitate moras*] Præcipitanter, id est, festinanter abjicite. *Id.*

Præcipitate moræ] In aliquot antiquis, *moram*. Sed numero multitudinis magis placet, quod majorem ostendit festinationem. *Pierius.*

Nec plura effatus] Sicut festinantem decebat. *Servius.*

444 *Ocius incubuere*] Quam ille præceperat. *Idem.*

Ocius incubuere] Jubentis auctoritas ostenditur. *Donatus.*

Ocius] Addidi explicans, 'ocius solito.' Verissime: non enim verum plausibile illud Grammaticorum, comparans sumi pro positivo. Est hoc invertere naturas vocum. Itaque in his mera est ellipsis. Sic postea in hoc libro, 'gravior ne nuntius aures Vulneret,' est, gravior solito: et in Æn. v. 'comitis senioris Acestæ,' non est, senis; sed loquitur cum respectu aliorum. Et, cur Vechnerus in sua Hellenolexia infinitas ellipses agnoscens hanc adimit? Nec verum est in Soph. πλέον ἐχθίστη, explicandum πολὺ, sed aliquid subaudiatur, necesse est. *Cerda.*

Pariter] Pari modo dicitur, et pro *similiter* et pro *simul*. Servius.

445 *Laborem sortiti*] Diviserunt inter se laboris officium: ut, 'Sortiti remos.' *Idem.*

Fluit] De auro et reliquis metallis: quæ ita solvuntur, ut currant tanquam effusa. *Donatus.*

Fluit æs rivis] Illustrare hunc locum potest Plin. xxxiv. 8. ad finem, ubi meminit æris quod ipse *caldarium* vocat, estque fusile æs; et eo ait Cyprum abundare. Et addit, ejusmodi æs excoctum purgatumque vitiis formari inductile et regulare. Quod certe Vulcanus præstat in hac armorum fabrica. Æs quoque ductile in Claud. agnosce Paneg. Stil. II. ubi ad ductum Virg. 'Quæ non incudes streperent? quæ flamma vacaret Fabrilis? quæ non fluerent fornacibus æra Effigie ductura tuas?' Alludit et Paneg. III. celebrans ejusdem liberalitatem: 'si solveret ignis Quas dedit immanes vili pro pondere massas, Argenti potuere lacus, et flumina fundi.' *Cerda.*

Auri] Apud veteres non ita discriminatæ artes ut apud nos. Qui nunc separati medici, ac chirurgi, olim conjuncti. Sic etiam nunc separantur artifices fabri, qui ferrum cudunt, et qui aurum poliunt. Ergo in officina Vulcani, etiamsi hic ferrarius, non tamen materia omnis ferrea. En hic aurum admistum æri et ferro. Supra quoque Cyclopes 'polibant auro' ægidem Palladis. Regia Solis apud Ovid. (quod opus Vulcani est) construitur auro, pyropo, argento, ebore. Claudiani locus de Nuptiis Hon. et Mar. nitidus est ad hanc rem: 'Lemnius hæc etiam gemmis exstruxit et auro, Admiscens artem pretio, gravibusque smaragdis Supposuit cæsas hyacinthi rupe columnas. Beryllo paries, et iaspide lubrica surgunt Limina, despectusque solo calcatur Achates.' Apud eundem Rapt. II. in reliquo ornatu Veneris, tum 'sudata marito Fibula purpureos gemma suspendit amictus.' Tertull. de Cor. loquens de Pherecyde: 'Dat Priapo et tænias idem, et Ariadnæ sertum ex auro, et Indicis gemmis, Vulcani opus, Liberi munus, post et sidus.' De armis Achill. Eurip. Aul. χρυσέων ὅπλων ἡφαιστοπόνων. Jubæ Achill. Il. XXII. dicuntur χρύσεαι, et additur auctor Vulcanus: ἃς ἥφαιστος ἵει λόφον ἀμφὶ θαμειάς. Apud Stat. Theb. II. monile Augiæ habet smaragdos, et adamanta, aitque fabricatum Cyclopum opera. Calab. l. II. meminit poculi aurei, quo Priamus excepit Memnonem, et addit esse opus Vulcani. Hesiod. Theog. facit στεφάνην χρυσέην, ejusdem Vulcani opus. *Cerda.*

Metallum] Recte conjungit, 'aurique metallum.' Est enim *metallum* vox universalis ad fodinas omnes, sive aureas, sive argenteas, sive ferreas. Hispani *minas* dicimus. Ulpian.

in Orat. Demosthen. contra Leptinem: *θάσος καταντικρὺ τῆς θρᾴκης, ὅπου ἦν καὶ τὰ μέταλλά ποτε τῶν Ἀθηναίων*: *Thasus e regione Thraciæ est, ubi metalla fuerunt aliquando Atheniensium.* Herod. Musa VII. loquens de monte Pangæo: *ἐν τῷ χρύσεά τε καὶ ἀργύρεα ἔνι μέταλλα*: *In quo sunt metalla aurea et argentea.* Itaque fodinas quoque marmoris possis metalla nuncupare. Nam et Alciat. Parerg. I. 39. alumen dici metallum ex Ulpiano J. C. observavit. Notio nominis, nam ἄλλον reperitur μετ' ἄλλον, perscrutando scilicet: inde *μεταλλᾷν*, *perscrutari.* Quod etymon probant Eustathius, Isidorus, Plinius, et ab omnibus Galeotus lib. de Prom. Doct. c. 14. *Idem.*

446 *Vulnificusque Chalybs*] Populum apud quos nascitur, pro ferro posuit. *Servius.*

Liquescit] Dixit proprie. Nam ferrum non semper solvitur, sed mollescit. *Idem.*

Liquescit] De ferro quod non ita solvitur. *Donatus.*

Chalybs vasta fornace liquescit] Sic Persius Sat. v. 'anhelanti coquitur dum massa camino.' Et Stat. qui Silv. III. 'Indomitusque silex curva fornace liquescit.' Et iterum eodem lib. 'Quæ Divum in vultus igni formanda liquescat Massa.' Pulchre Soph. Antig. *σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρός*: *ferrum assatum igni.* Qui ita ferrum tractant *χαλκοτύπους* vocat Aristotel. de Cœl. II. 9. Nazianz. carm. 50. *πυρὸς μένος σίδηρον*, subaudi *μαλθάσσει*. *Cerda.*

447 *Ingentem clypeum informant*] Designant. *Ingentem* autem et magnitudine et soliditate. Nam et *clypeum* dixit, qui magnitudine corpus furatur. Unde et clypeus dictus est *ἀπὸ τοῦ κλέπτειν*: et dicturus est, 'septenosque orbibus orbes Impediunt:' id est, veluti septem scuta facta in unitatem connectunt. *Servius.*

Omnia contra Tela Latinorum] Ex persona Poëtæ: nam Cyclopes nesciebant cui fabricarent. *Donatus.*

448 *Septenos, &c.*] Quatuordecim circulis: sic clypei textura currebat ordinatis omnibus, ut se invicem necterent. *Idem.*

Orbibus orbis Impediunt] Hic versus supra Æn. v. in ludo, qui Troja. *Germanus.*

Septenos orbis] Sic infra Æn. XII. 925. Turni clypeus dicitur 'septemplex:' ut etiam Ajacis apud Ovid. Met. XIII. 2. 'Surgit ad hos dominus clypei septemplicis Ajax.' Sic Achillis apud Hom. Il. Σ. 481. quintuplex: *Πέντε δ' ἄρ' αὐτοῦ ἔσαν σάκεος πτύχες.* *Emmeness.*

449 *Ventosis*] Ventos gignentibus. aliter 'Ventosa per æquora vectis,' qui ventis turbentur. *Servius.*

Ventosis follibus] Huc traho historiam Pausan. Lacon. ubi ait ænigmate quodam folles ferrarios appellari *ventos*, quod folles vi expellant conceptas auras. Græca sunt, *ἀνέμους μὲν τοῦ χαλκέως εἰκάζων τὰς φύσας, ὅτι καὶ αὐταὶ βίαιον πνεῦμα ἠφίεσαν.* *Cerda.*

450 *Accipiunt redduntque*] Jungendum: uno enim eodemque tempore partim reddunt, partim ventos accipiunt. *Servius.*

Ventosis follibus auras Accipiunt redduntque] Aristot. lib. *περὶ ἀναπνοῆς*, ubi in Empedoclem disputat, qui causam inspirandi et expirandi sanguini tribuebat aut supera petenti, aut in fistulas quasdam venasque se recipienti; Aristoteles, inquam, respirandi in animantibus rationem follibus officinarum ærariarum assimilat, his verbis: *λέγει μὲν οὖν ταῦτα περὶ τοῦ ἀναπνεῖν· ἀναπνεῖ δὲ, ὥσπερ εἴπομεν, τὰ φανερῶς ἀναπνέοντα διὰ τῆς ἀρτηρίας, διά τε τοῦ στόματος ἅμα καὶ τῶν μυκτήρων, ὥστε, εἰ μὲν περὶ ταύτης λέγει τῆς ἀναπνοῆς, ἀναγκαῖον ζητεῖν πῶς ἐφαρμόσει ὁ εἰρημένος λόγος τῆς αἰτίας. Φαίνεται γὰρ τοὐναντίον συμβαῖνον, ἄραντες μὲν γὰρ τὸν τόπον, καθάπερ τὰς φύσας ἐν τοῖς χαλκείοις, ἀναπνέουσιν, αἴρειν δὲ τὸ θερμὸν εὔλογον, ἔχειν δὲ τὸ αἷμα τὴν τοῦ θερμοῦ χώραν,*

πνίζοντες δὲ καὶ καταπνίγοντες, ὥσπερ ἐκεῖ τὰς φύσας, ἐκπνέουσι, πλὴν, ἐκεῖ μὲν οὐ κατὰ ταὐτὸν εἰσδέχονταί τε τὸν ἀέρα καὶ πάλιν ἐξιᾶσιν, οἱ δὲ ἀναπνέοντες κατὰ ταὐτόν. *Germanus.*

Accipiunt redduntque] Hippocrat. περ. φυσ. ita opponit, ἐμπνέοντα, ἐκπνέοντα, et πνεῦμα διαπνεόμενον, καὶ πάλιν ἐξερχόμενον. Item huic ἕλκειν πνεῦμα opponit ἀὴρ ἀνατρέχει. Manil. l. I. ita, ‘reddit, recipit:’ et II. ‘reddit, rapit:’ et de Luna, ‘reddit, repetit.’ De re Virg. locus est Auson. in Mosella, ubi sic opponit: ‘Sic ubi fabriles exercet spiritus ignes, Accipit alterno cohibetque foramine ventos.’ *Cerda.*

Stridentia tingunt] Tingendo stridere faciunt. *Servius.*

Stridentia tingunt Æra lacu] Lucr. l. VI. ‘Ut calidis candens ferrum e fornacibus olim Stridit, ubi gelidum propere demisimus imbrem.’ Σίζειν autem proprie Græci dicunt de ignito ferro in aqua extincto, unde et σιγμὸς, et σίξις. Arist. Meteor. l. II. τὸν δὲ ψόφον ἐπισβεννυμένου πυρὸς, καὶ τὴν σίξιν βροντήν. Hi autem versus etiam Ge. IV. 171. *Germanus.*

Stridentia tingunt Æra lacu] Eleganter Ovid. Met. XII. 275. cum hoc stridore comparat sonitum, quem Charaxi sanguis ex vulnere, stipite candente ipsi inflicto, effluens dabat: ‘Arserunt crines: et vulnere sanguis inustus Terribilem stridore sonum dedit; ut dare ferrum Igne rubens plerumque solet, quod forcipe curva Cum faber eduxit, lacubus demittit: at illud Stridet; et in trepida submersum sibilat unda.’ Et IX. 170. ‘Ipse cruor, gelido ceu quondam lamina candens Tincta lacu, stridit.’ ad quem locum de hoc verbo vid. Nic. Heinsius. *Emmeness.*

451 *Æra lacu*] Amat *lacum*, pro *aqua* ponere. *Servius.*

Gemit] Ita vis illa explicata. Ut enim Hom. Il. XVIII. tela dicuntur στονόεντα, *suspiriosa* et *gemebunda*, ad notandum impetum, quo emissa: et Il. VIII. dicit, πύλαι μύκον οὐρανοῦ, *mugierunt cœli portæ*, ad magnum strepitum indicandum; sic Latini *gemo.* Ut hic Virg. et Claud. Eutrop. II. ‘multisque gemunt incudibus æra.’ Et III. Hon. ‘Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis.’ Et Callimach. de follibus Vulcani, βαρὺν στόνον, *gravem gemitum.* Hos sive gemitus, sive strepitus Callimach. mire exaggerat, loquens de sonitu malleorum in antris Cyclopum: αὖε γὰρ Αἴτνη, αὖε δὲ Τρινακρίη, Σικανῶν ἕδος, αὖε δὲ γείτων Ἰταλίη· μεγάλην δὲ βοὴν ἐπὶ Κύρνος ἀΰτει. *Cerda.*

452 *Illi*] Quidam pro *alii* accipiunt. *Servius.*

453 *In numerum*] In ordinem: ut, ‘Tunc vero in numerum Faunosque ferasque videres Ludere.’ *Idem.*

In numerum] Ordinatis vicibus feriendi et versandi. Quod autem *incudibus* in plurali dixit, et massam et forcipem in singulari, intelligas singulis incudibus singulas massas et forcipes fuisse. *Donatus.*

In numerum] Ut hic *in numerum* de laborantibus ad ferrariam, ita de laborantibus ad remos Ovid. Trist. IV. 1. ‘In numerum pulsa brachia versat aqua.’ *Cerda.*

In numerum, &c.] Vide quæ dicta supra Ge. IV. 175. *Emmeness.*

Forcipe] *Forfices*, quibus incidimus: *forcipes*, quibus aliquid formum tenemus, quasi formi capes. Nam *formum* est calidum. Unde et *formosos* dicimus, quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat: has tamen forcipes in Medicinalibus Græci ἀρδιοθῆρες appellant, quibus solent in bello vulneratis spicula extrahi. *Servius.*

Forcipe massam] Sunt quidem codices, in quibus *forfice* legatur. Sed enim Servius agnoscit *forcipe*, et utriusque diversum ostendit usum. Carisius *forcipe* loco hoc positum a Virgilio tradit: quamvis de *forfice* cum Servio non sentiat. Quod vero exemplaria *massam* habent, in Carisii codicibus

ejus loco *ferrum* legitur. *Pierius.*

454 *Dum hæc properat*] Hoc est, properanter facit: et est honesta elocutio. *Servius.*

Æoliis] Nam, ut diximus, Vulcania una est de septem Æoliis, in quibus Æolus regnavit. *Idem.*

Lemnius] Quia in Lemnum insulam, ut diximus, cecidit: vel a Iunone propter deformitatem dejectus; quam aërem constat esse, ex quo fulmina procreantur. Ideo autem Vulcanus de femore Iunonis fingitur natus, quod fulmina de imo aëre nascuntur: quod etiam Lucanus dicit, 'Fulminibus terræ propior succenditur aër, Pacem summa tenent.' *Idem.*

455 *Euandrum, &c.*] Similis locus Il. et Od. II. De quibus curiose Scalig. v. 3. *Taubmann.*

Lux suscitat alma] Ita apud Stat. Theb. III. Adrastum jacentem in lecto 'Lux movet, ingentesque jubent assurgere curæ.' Legendum fortasse *monet*. Imitatus est Sophoclem Noster, apud quem in Elect. *Ὡς ἡμὶν ἤδη λαμπρὸν ἡλίου σέλας Ἑῷα κινεῖ φθέγματ' ὀρνίθων σαφῆ*: *Nam nobis jam splendidum Solis jubar Excitat matutinos avium cantus.* Virgilii sententiæ confinis vox Græcorum, quibus Sol dicitur *ἠλέκτωρ*, quod homines *ἀλέκτρυυς*, id est, *sine lecto* faciat. Notatque commode Germ. ubi in Supplicib. Æschyli dicitur, *Ζηνὸς ὄρνιν τόνδε νῦν κικλήσκετε*, scribi ab interprete, *Ζηνὸς ὄρνιν*, *avem Jovis* esse *ἥλιον*, *Solem*. Ratio: quia *ἐξανίστησι ἡμᾶς, ὡς ἀλεκτρυὼν*, *excitat nos, ut gallus.* Cerda.

456 *Matutini volucrum sub culmine cantus*] Potest et generaliter accipi *volucrum* quarumvis, quæ matutine sonant: potest et specialiter, ut hirundinum; potest et gallorum, quæ omnia propter sermonis humilitatem vitavit. *Servius.*

457 *Tunicaque inducitur artus*] Homerus de surgente Agamemnone Il. II. *μαλακὸν δ' ἔνδυνε χιτῶνα*: et de surgente Telemacho Od. II. *εἵματα ἑσσάμενος*: et de surgente Penthesilea Cal. l. I. *ἀμφ' ὤμοισιν ἔδυνε Τεύχεα.* Lege Magium Miscel. III. 3. ubi ex hoc Virgilii loco, ex duplici Homeri, ex duplici Suetonii, disserit de usu tibialium negato veteribus. Quod ex his locis Magius elicit, alii ex Quintil. XI. 3. alii ex Agellio XIII. 20. *Cerda.*

458 *Tyrrhena vincula*] Tusca calceamenta. Et dicit crepidas, quas primo habuere Senatores, post equites Romani, nunc milites. Alii calceos senatorios volunt, quia hoc genus calceamenti a Tuscis sumptum est. *Servius.*

Tyrrhena vincula] Sed quæ sunt Tyrrhena vincula Virgilii? Utique Thusca calceamenta, de quibus Hesychius: *Τυῤῥηνικὰ σανδάλια κάττυμά τι ὑψηλὸν οὕτω καλεῖται*: *Tyrrhenica sandalia dicuntur altum quoddam calceamentum.* Sed major lux ab Polluce, qui VII. 22. *Τυῤῥηνικά· τὸ κάττυμα ξύλινον, τετραδάκτυλον, οἱ δὲ ἱμάντες ἐπίχρυσοι, σανδάλιον γὰρ ἦν· ὑπέδησε δ' αὐτὸ φειδίας τὴν Ἀθηνᾶν, ἐκάλουν δ' αὐτὰ τυῤῥηνουργῆ*: *Tyrrhenica, quorum solea lignea, quatuor digitorum latitudine, lora autem inaurata; erat enim sandalium: hoc Minervam induit Phidias, et hæc vocabant Tyrrhenica.* Servius ait, fuisse 'Thusca calceamenta, quasdam crepidas, quas primo habuere Senatores, post equites Romani, mox milites;' de quibus videtur locutus Agellius XIII. 20. 'Omnia enim ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimé teguntur, cetera prope nuda, et teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt, nonnunquam voce Græca, crepidulas.' Et Festus, de hoc calceamento loquens, ait, 'pedis solo subjicitur.' Imo inde dictæ soleæ, quod solo pedis subjiciantur. Ergo 'Tyrrhena vincula' Virgilii sunt, 'meræ soleæ,' quibus plantæ teguntur, et quibus corrigiæ ad ligationem. De hoc genere sandalii intelligendi veteres, cum nominant *vincula*. Ut Ovid. Fast. v. 'habent gemini vincula nulla pedes.'

et l. II. loquens de Hercule muliebribus calceis induto, 'Scindebant magni vincula parva pedes.' Et Met. III. 'vincla duo pedibus demunt.' Et Tibull. I. 5. 'Vinclaque de niveo detrahet ipse pede.' Et Noster Æn. IV. 'unum exuta pedem vinclis.' Imo, calcei Græce dicuntur ὑποδήματα ab his vinculis. *Cerda.*

Tyrrhena vincula] Tusca calceamenta altiora. Et erant alioqui Tusci peritia artium egregii. Vide Turneb. XXVI. 29. et XXX. 38. *Taubmann.*

459 *Tegeæum ensem*] Arcadicum gladium. *Servius.*

460 *Demissa ab læva pantheræ terga retorquens*] A sinistro humero pellem demissam habuit, quam retorquens et in dextram revocans partem se amiciebat. *Idem.*

Demissa ab læva] Antiqui aliquot codices, *a lævo* legunt, ut subintelligatur *humero*. Sed ab *læva*, scilicet *parte*, vel *manu*, magis recepta lectio. *Pierius.*

Pantheræ terga] Παρδαλέην. Panthera autem, quæ et πάρδαλις, sic dicta, quod cicurari non possit, et inter semper feras posita sit ab Aristot. l. I. De nat. anim. his verbis: ἔτι τὰ μὲν ἥμερα, τὰ δὲ ἄγρια· καὶ τὰ μὲν ἀεὶ, οἷον ἄνθρωπος καὶ ὀρεὺς, ἀεὶ ἥμερα· καὶ ἄγρια, ὥσπερ πάρδαλις καὶ λύκος. Sed et πανθὴρ Græcis dicitur, qui a nonnullis Lupus cervarius. *Germanus.*

461 *Gemini custodes*] Hoc et in Homero lectum est: et in historia Romana, quæ ait, 'Syphax inter duas canes stans Scipionem appellavit.' *Servius.*

Gemini custodes] Hoc et in Hom. Od. II. 11. lectum est de Telemacho Ulyssis f. Vide Lipsium, Epist. Centuria I. ad Belgas, 44. *Taubmann.*

462 *Gressumque canes comitantur her.*] Solemnis mos, et ab ævo Heroum ductus. Homer. Od. II. de Telemacho, Οὐκ οἶος, ἅμα τῷ γε δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο: *Non solus, simul cum duo canes veloces sequebantur.* Hujus loci meminit Philostrat. Apollon. VI. 14. et Martial. l. XI. meminit 'canis Dulichii.' Pollux I. 4. εἵπετο ἄρα τῷ ἡρακλῇ καὶ κύων κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον· οἶσθα γὰρ ὅτι τοῖς ἥρωσι συνεισῄεσαν μέχρι τῆς ἐκκλησίας οἱ κύνες: *Sequebatur Herculem canis veteri instituto. Scis enim canes una cum Heroïbus conciones ingredi.* Hoc de se prædicat Priam. Il. l. XXII. Οὓς (κύνας) τρέφον ἐν μεγάροισι τραπεζῆας πυλαωρούς: *Quos* (canes) *nutrivi in ædibus mensarios janitores.* Et Il. XXIII. de Achille dicitur, Ἐννέα τῷ γε ἄνακτι τραπεζῆες κύνες ἦσαν: *Novem huic regi mensarii canes erant.* Inde in sermone magnorum ducum magna etiam mentio canum. Vid. Plutarch. in Themistocle, ubi de cane Xantippi, et Periclis. Vide eundem de cane Alcibiadis, qui erat θαυμαστὸς τὸ μέγεθος, καὶ τὸ εἶδος: et in Pelopida de cane Alexand. Pheræorum. Alexander etiam Magnus (ut idem testificatur) canem habuit στεργόμενον, ut in deliciis. Et Eustath. in Il. XXII. ἔθος ἦν τὰς αὐλείους θύρας τηρεῖσθαι ὑπὸ κυνῶν. Vide historiam quampiam de cane comite viæ apud Cedren. p. 362. et Plutarch. ἐν ἑλλ. ubi Hyperocho regi Inachiorum dat comitem canem. De canibus porro catenatis videndus Artemid. l. III. Seneca de Ira III. 37. et Petron. Satyr. *Cerda.*

463 *Hospitis Æn. sed. et secr. petebat*] Ut supra Ge. IV. 'In secreta senis ducam.' Vide autem apud Turnebum 'secretum petere,' Advers. III. 4. *Germanus.*

464 *Sermonum memor*] Scilicet promissi auxilii, ut, 'Auxilio tutos dimittam, opibusque juvabo.' *Servius.*

Heros] Hoc nomen non tantum præsentis est virtutis, sed et præteritæ. Unde est quod Euandrum Heroëm dicit, cum sit virtutis emeritæ: plerumque heros et generis est. *Id.*

465 *Se matutinus agebat*] Rem temporis ad personam transtulit. *Idem.*

Se matutinus agebat] Hac loquendi forma frequentissimi sunt Græci, et

ab istis adventitia hæc in Romanos. Hom. Od. XVI. ἑσπέριος ἤλυθεν, vespertinus venit: et Il. VIII. ἠῷοι θωρηχθέντες, matutini armabantur et X. χθιζὸς ὑπέσχετ' Ὀδυσσεύς: hesternus promisit Ulysses. Quin apud illos hæc locutio ad dies quoque translit. Nam Theoc. εἰδ. X. ἔραμαι ἐνδεκαταῖος: et Hippocrat. l. VII. ἐπίδ. ad exitum, ἑβδομαῖος ἀπέθανεν. Quasi dicas: 'Amo undecendius,' 'Obiit septemdius:' id est, 'undecim dies elapsi sunt post quos amo,' 'Obiit die septimo.' *Cerda.*

Æneas se matutinus agebat] Id est, tempore matutino, sic statim vs. 465. 'matutini cantus volucrum,' pro, volucres mane canentes. Et notata jam nobis hæc loquutio supra Ge. III. 538. Vid. et Gronovium Observat. I. 1. sub finem. Sic Homer. Il. A. 497. de Thetide loquens, ἠερίη ἀνέβη μέγαν οὐρανόν: matutina conscendit altum cœlum: ubi Scholiastes τὸ ἠερίη exponit ἑωθινή, ὀρθρινή: et de Jove vs. 424. χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα: hesternus abiit ad epulum, pro χθές, heri. Ut autem hoc loco *agere se*, sic supra VI. 337. 'Ecce gubernator sese Palinurus agebat.' Pro quo Apulejus *facere se*, Met. l. V. 'Psyche paullo fidentior intra limen sese facit:' et l. X. 'Ut primum ante judicis conspectum facta est.' *Emmeness.*

467 *Jungunt dextras*] Sic enim se antiqui salutabant. *Servius.*

Mediis residunt Ædibus] Ut ad capienda consilia in secretiore parte domus. Sen. in Thyest. nominat 'arcanam regiam.' Stat. Theb. III. 'arcanam aulam.' et l. II. ita ait, loquens de Adrasto, Polynice, Tydeo, 'postquam mediis in sedibus aulæ Congressi, inque vicem dextras junxere, locumque, Quo serere arcanas aptum, atque evolvere curas, Insidunt.' Pars enim media secretior, ut quæ ab omni parte remotior ab auscultatoribus. *Cerda.*

468 *Licito tandem sermone*] *Tandem*, quia amborum desiderio nox fecerat moram. Vel tandem dato secreto. *Ser.*

Licito tandem sermone fruuntur] Arcano, ut interpretor: qui sermones a Plutarch. in Lucull. dicuntur λόγοι ἀπόῤῥητοι. Licebat enim jam Evandro secreta animi patefacere. Et vero, 'frui sermone,' loqui ad invicem, quod Calab. l. II. ἀλλήλοις ὀάριζον. *Cerda.*

470 *Maxime Teucrorum ductor*] Dicendo *maxime*, subtiliter ostendit eum Pontificis maximi et scientiam et potestatem habere. *Servius.*

Maxime Teucrorum ductor] Suasorii generis oratio, qua consulit Æneæ, ut a Tarchonte Hetruscorum duce auxilium petat. Suadet ab opportuno, ut spem injiciat firmiorum opum certissimam, adversus potentes hostes. Exordium ductum ab insinuatione. Ostendit enim vires suas tenuiores esse, quam quæ ad tantum bellum sufficiant: laudans simul Æneæ virtutem. *Hort.*

Maxime] Non dubium, quin militaris virtus signetur; nam hæc superlatio non tam a Latinis fontibus manat, quam a Græco, in quo μάχιμος est *pugnax*, *bellicosus*, et μαχιμώτατος, *bellicosissimus.* Cerda.

Nunquam Res equidem Trojæ victas] Satis mature *equidem* dixit: id est, Ego equidem Trojam te vivo victam non arbitror, quantum est in opinione mea. *Servius.*

472 *Pro nomine tanto*] Pro tui nominis gloria. *Idem.*

473 *Thusco claudimur amni*] *Tusco* ideo dixit, quia ipse fuit Romani finis imperii. Juvenalis: 'Et quæ imperii fines Tiberinum virgo natavit.' *Idem.*

Claudimur amni] In Æn. X. 'claudit nos objice pontus.' Et *amni* pro amne: antiqui enim sic finiebant hos casus; quod jam alibi. *Cerda.*

474 *Hinc Rutulus premit*] Hoc est, 'Gens eadem quæ te crudeli Daunia bello Insequitur.' *Servius.*

Et murum circumsonat armis] Et brevitatem sui ostendit imperii, et hosti-

cessitatem: ob quam se peni-
ırmare non poterat. *Servius.*
um circumsonat armis] In codi-
aliquot antiquis *Circumsonat*
legitur. In aliquot aliis, *Ar-*
ut non unus nominetur hostis
orem timoris exaggerationem,
ıonestius excuset, quod modico
ıxilio juvet. Mihi autem *armis*,
odicibus emendatioribus habe-
quaquam displicet. *Pierius.*
um circumsonat armis] Est hoc,
En. x. 'Rutuli portis circum
ıs instant.' *Cerda.*
Sed tibi ego, &c.] Artificiose
etiam quæ monstrantur aux-
sius esse videantur. *Ingentes*
populos, non sine caussa dixit.
Tuscia duodecim Lucumones
, id est, reges, quibus unus
t. Unde est, 'Gens illi tri-
opuli sub gente quaterni.' *Ser.*
entaque] Bene hoc addit. Nam
ı nervus rerum gerendarum.
ius.
Quam fors inopina] Hoc bene-
casus præstat, qui efficit ut eo
re quæras auxilium, quo Tyr-
ducem requirunt. *Servius.*
inopina] Alludit ad oraculum
num: 'via prima salutis, Quod
ı reris, Graja pandetur ab
Hort.
inopina] Præter opinionem.
IV. 16. *Taubmann.*
Fatis huc te poscentibus adfer.]
illuc poscentibus fatis. Nam
t sensus, si legeris *adfer*. Simi-
ngit fortunam fato: ut supra,
, 'Fortuna omnipotens et in-
bile fatum.' Si autem legeris
sensus erit talis, Fati neces-
actum est ut venires: fortunæ
io ut illi ducem requirant. Le-
ergo et *adfer* et *adfers*. Serv.
Haud procul hinc] Ut ire ei fa-
rsuadeat. *Idem.*
incolitur fundata vetusto] Anti-
ere: ut, 'Templa Dei saxo
bar structa vetusto.' *Servius.*

479 *Urbis Agyllinæ*] Quæ nunc *Cere* dicitur. *Idem.*

Urbis Agyllinæ] Hujus urbis conditores fuerunt Pelasgi, qui venerunt ex Thessalia, ut testatur Stephanus, et recte ex eo ad Solinum monet Salmasius: perperam autem is c. 2. 'Agyllam a Pelasgis, qui primi in Italiam literas intulerunt, quis conditam ignorat?' Nam Pelasgi, qui literas intulerunt in Italiam, fuerunt Euander cum sociis, qui venerunt ex Arcadia; cum illi, qui *Agyllam* condiderunt, sint e Thessalia. Dicta præterea fuit hæc civitas, ut recte Servius, *Cære:* unde vero nomen illud sortita sit docet nos Stephanus in Ἀγύλλα his verbis: Θετταλῶν γὰρ κρατούντων τῆς πόλεως, προσελθών τις τῶν ἀπὸ Λυδίας Τυῤῥηνῶν, ἠρώτα, τί ἂν εἴη τὸ ὄνομα τῆς πόλεως; τὶς δὲ ἀντὶ τῆς ἀποκρίσεως, τὸ χαῖρε εἶπεν, ὅθεν Τυῤῥηνοὶ κρατήσαντες, Καῖρε προσηγόρευσαν. Ejus incolæ *Cæretani*, de quibus vid. Torrentius ad Horat. Epist. I. 6. 62. *Emmeness.*

Lydia quondam Gens bello præclara, &c.] Quondam insedit, non quondam bello præclara, nam etiam tunc florebat. Sane etiam supra diximus, Mæoniam provinciam esse, cujus dum brevitas duos fratres Lydum et Tyrrhenum ferre non posset, ex sorte Tyrrhenus cum ingenti multitudine profectus est, et partem Italiæ tenuit, et Tyrrhenam nominavit. Hi diu piraticam exercuerunt, ut etiam Cicero in Hortensio docet, cum captivos novis pœnis adfligerent, occisorum eos religantes cadaveribus: quod Virgilius dat Mezentio, sciens lectum esse de gente Tyrrhenorum. Sane illo tempore Tyrrheni dicti sunt: postea *Tusci*, ἀπὸ τοῦ θύειν. *Lydi* autem a Lydo, regis fratre, qui in provincia remanserat: et Lydia, provincia, positivum; Lydia, gens, derivativum pro Lydica. Sane hanc Agyllinam quidam a Pelasgo conditam dicunt, alii a Telegono, alii a Tyrrheno Telesi filio. *Insedit autem*

secundum Sallustium, ‘Montem sacrum atque Aventinum insedit.’ *Ser.*

480 *Jugis insedit Etruscis*] Nunc dativum, nunc accusativum, verbum hoc assumit: supra Æn. II. ‘arces Tritonia, respice, Pallas Insedit:’ et X. ‘Non satius cineres patriæ insedisse supremos?’ *Germanus.*

482 *Sævis tenuit Mezentius armis*] Unde illi magis indigni injuriis quorum persona laudata: et hoc positum est ut ostendatur, an utile illis sit jungi Æneæ. *Servius.*

483 *Quid memorem infandas cædes*] Figura oratoria, quæ Paralepsis vocatur. Cicero, ‘Nam illa nimis antiqua prætereo.’ *Idem.*

484 *Effera*] Cruenta. *Idem.*

Di capiti ipsius] Ut est, ‘Quod Dii prius omen in ipsum Convertant.’ Quando enim volumus exprimere indignitatem rei, quasi commoti avertimus orationem, ut ‘Dii talia Grajis.’ *Idem.*

Di capiti ipsius] Imprecantis: ut Aristoph. εἰς κεφαλήν σοι. Vide Turneb. XI. 12. et Not. ad Plaut. Pœnulo III. 3. Aut potius Gr. illud respexit, τῇ κεφαλῇ ἀναμάττειν. *Taubm.*

Di capiti ipsius] De hac imprecandi formula vid. Brisson. de Formul. p. 112. et 113. *Emmeness.*

485 *Mortua quin etiam*] Quod supradictum est; quod Cicero etiam in Hortensio de Tuscis dixit. *Servius.*

487 *Tormenti genus*] Exclamatio est inventi supplicii, et detestatio. *Idem.*

Tormenti genus] De hoc tormenti genere Tyrrhenorum, quod Poëta Mezentio tribuit, videatur Plutarch. in Artaxerxe. Val. Max. IX. 2. et P. Victorius IV. 18. Var. Meminit et Cic. in Hortens. *Taubmann.*

Sanie taboque] Sanies, mortui est: tabo, viventis scilicet sanguinis. *Ser.*

Taboque fluentis] In antiquo codice, *fluenti*, quippe *tabo*, legitur. *Pierius.*

488 *Longa sic morte necabat*] De Barbaris quibusdam Valer. l. IX. ait, necandos homines includi ab illis ferarum pellibus, egestis prius intestinis, ‘atque ut diutius pœnæ sufficiant, cibo et potione infelicem spiritum prorogare.’ In bove illo æneo, cui subditæ flammæ, quid aliud quærebatur, quam atrocitas mortis et lentities? Lucan. ‘moremque nefandæ Dirum sævitiæ pereuntis parcere morti.’ Duo nempe illa, atrocitas et lentities, reperta ab Tyranno in Lucianum Martyrem Joh. Chrysost. scribit Or. 46. Ait enim quæsivisse supplicii genus ὁμοῦ καὶ δριμυτάτην γενέσθαι, καὶ μακροτάτην: *quod simul acerbissimum et longissimum esset*: et in Orat. de Macchabæis meminit horribilium suppliciorum cum summa lentitie. Verba ejus: φρικταῖς τιμωρίαις κατὰ μακρόν. Tiberius mortem vocabat ‘leve supplicium,’ et maturitatem in moriendo *gratiam*; quare ‘mori volentibus vis adhibita vivendi,’ ait Sueton. c. 61. Cui affine illud Sophoc. Elect. οὐ γὰρ θανεῖν ἔχθιστον, *non triste est mori*, sed eum, qui mori cupit, non posse consequi. Eurip. Hippolyto dixit, Ταχὺς γὰρ Ἅιδης ῥᾷστος ἀνδρὶ δυστυχεῖ: *Festinata mors grata homini infelici.* Cerda.

489 *At fessi, &c.*] Cum essent fessi, tandem circumsistunt. *Servius.*

At fessi tandem cives, &c.] Fessi videlicet acerbitate suppliciorum, quæ narrata: ideo illius imperium diuturnum esse non potuit. Sallust. epistola illa ad C. Cæsarem de ordinanda Repub. ‘Equidem ego cuncta Imperia crudelia, magis acerba quam diuturna arbitror.’ De Jugurtha idem: ‘fatigati Regis suppliciis.’ *Cer.*

Infanda furentem] Notat enormia supplicia. *Idem.*

491 *Obtruncant socios*] Non dubium, quin eminentissimus Poëta attingat facilem illam rationem expugnandi Tyranni quæ fit diminutione virium. Si enim prius illos opprimas, qui sunt fidi et socii Tyranni, non dubium, quin facilius illum possis opprimere. *Idem.*

492 *Ille inter cædes Rutulorum*] In Vaticanis omnibus codicibus, *cædem* unitatis numero legitur; non ita in plerisque aliis. *Pierius.*

493 *Confugere*] Confugiebat: ut diximus, historicus stilus est. *Serv.*

Defendier] Defendi, id est, defendebatur. Et vertit historiam. Nam, ut diximus, Turnus magis confugit ad Mezentium. *Servius.*

Confugere, &c.] Monet Serv. inverti historiam; nam potius ad Mezentium Turnus confugit. Fortasse, quia scriptum a Liv. I. 'Turnus Rutulique diffisi rebus, ad florentes Hetruscorum opes, Mezentiumque eorum regem, confugiunt; qui Cære opulento nunc oppido imperitans, jam inde ab initio minime lætus novæ origine urbis,' &c. *Cerda.*

494 *Furiis surrexit Etruria justis*] Huic respondet sequens versus, 'quos justus in hostem Fert dolor;' hunc autem 'justum dolorem' et sæpe usurpant jurisconsulti, et Arist. Ethic. *νέμεσιν* vocat, quam inter *φθόνον* et *ἐπιχαιρεκακίαν* locat mediam. Horatius 'justam indignationem:' unde et *ἀξιομίσητοι* apud Plutarch. De invid. et od. *μισοῦνται δὲ πολλοὶ δικαίως, ὡς οὓς ἀξιομισήτους καλοῦμεν*: sic et *εὖ στυγεῖν*, juste odisse, apud Æsch. in Suppl. *ἄλευσον ἀνδρῶν ὕβριν εὖ στυγήσας.* Iram vero, quæ ex injuria conflatur, inter modos rationesque tyrannidis solvendæ ponit Aristot. *πολ. ε.* ubi docet conspirationes in caput principum, ut hic, fieri crebrius potiusque quam in principatum, ab iracundia et contumelia. *Germanus.*

Etruria] Scribendum sine aspiratione, ut monuit Pierius supra ad Ge. II. 533. Vid. præterea Dausq. Orth. I. II. p. 154. *Emmeness.*

495 *Ad supplicium*] Bene, non ad bellum. *Servius.*

Præsenti Marte reposcunt] Sine aliqua dilatione. *Idem.*

Præsenti Marte] Videlicet, dum calent animi, ne furor tepescat, et languescat ardor. Est hæc una militarium virtutum. Ammian. I. XVII. in re simili: 'statim, ne alacritas intepesceret pugnatorum.' Julius magnus tractandi militiam dux Civil. III. milites suos 'conquiescere ante iter confectum vetuit,' quia videlicet ardebant desiderio pugnæ. Pompejus quoque statim, 'moram nullam ad insequendum intulit.' *Cerda.*

496 *His ego te, Ænea, ductorem*] Quasi grande incrementum. *Serv.*

Addam] Aut dabo: aut re vera addam habentibus Tarchontem. *Idem.*

497 *Toto namque fremunt*] Vel præterita narrat, vel conjectura est, utrum velint qui cessant. *Idem.*

498 *Longævus haruspex*] Argumento ætatis vult doctum videri. Quibusdam sane displicet quod aruspicis nomen non addiderit, cujus ætatem auctoritatemque designat. *Idem.*

Longævus haruspex] Propterea *τὸ longævus* additum dicit Servius, ut 'ætatis argumento doctum' ostendat. Hinc quoque apud Apul. Metam. V. Pan inquit: 'Senectutis prolixæ beneficio multis experimentis instructus sum.' Ad quem locum vid. quæ in hanc rem Pricæus. *Emmeness.*

Retinet haruspex fata canens] Cum superstitio plurimum in Ethnicis dominaretur, tum maxime erat illius usus, cum refrænanda esset multitudo. Nam vulgus aliter non continebatur. Inde ab aruspice Virgiliano confictum mendacium Deorum. Opportunus est Polyb. locus I. IX. quem vide. *Cerda.*

499 *Mæoniæ*] Quia Lydi, qui Hetruriam tenuerunt, ex Lydia, Mæonia, et provinciis aliis conflati sunt. *Cerda.*

500 *Flos veterum*] Ennianum. *Serv.*

Flos veterum, &c.] Signat filios, qui a bonis et bellicosis parentibus. Itaque, quamvis magnos duces possis nominare *florem* sui ævi. Sed hic Poëta strictius adhuc pro juventute, quæ vere ætatis flos. Ita vetus in-

scriptio in agro Veronensi, FLORENTES ANNOS MORS IPSA ERIPVIT: indicatur juventus. Signatissime Liv. l. VIII. 'Prima frons in acie florem juvenum pubescentium ad militiam habebat.' Et l. XXXII. 'flos Achæorum juventutis.' Pind. Olym. XIII. Ἄρης ἀνθεῖ νέων οὐλίαις αἰχμαῖσιν: *Mars floret juvenum perniciosis præliis.* In his vides florem cum juventute. Quin Demades apud Athen. l. III. vocat adolescentes *ver civitatis;* ait enim, τοὺς ἐφήβους ἔαρ τοῦ δήμου. *Cerda.*

Flos] *Florem* dixerunt veteres, quod optimum purissimumque est in quaque re, ut egregie docet Rittershusius ad Oppian. Κυνηγετ. IV. 153. *Emm.*

502 *Nulli fas Italo*] In antiquis aliquot codicibus, mutato numero, legitur 'fas Italo nulli.' Sed principium a spondeo versum omnino graviorem reddit. *Pierius.*

Nulli fas Italo, &c.] Applaudit huic loco ille Æn. VII. ubi etiam fata canunt, externo genero jungendam Laviniam, ut hic externo duci committendum exercitum. *Cerda.*

Subjungere] Conjungendo subjungere. *Servius.*

Subjungere] Hoc verbo etiam utitur Horat. Epist. I. 1. 19. 'Et mihi res, non me rebus, subjungere conor.' Est autem loquutio desumpta a bobus, qui *subjungi* dicuntur, cum jugo alligantur, *disjungi*, cum solvuntur: unde *subjuges*, et *injuges* boves, qui sub jugo fuerunt, vel non fuerunt; ut ibi Torrent. *Emmeness.*

503 *Externos optate duces*] Votis scilicet. Vel certe *expectate*, legite. *Servius.*

Optate] Eo significato, quo in Æn. I. 'Pars optare locum tecto.' Itaque non capio *optate*, pro *exoptate*, sed pro *adoptate*. Dici porro *optiones*, illos qui adjutores dabantur centurionibus, quod ab aliis optarentur, id est, adoptarentur, notum jam labore doctissimorum Cujacii, Turnebi, Lipsii, Bisciolæ, qui loca Festi et Taciti producunt et corrigunt. *Cerda.*

504 *Hæc acies campo*] Quasi jam in bellum parati. *Servius.*

Resedit] Ut pugnatura et parata ad bellum. Julius Civil. III. 'Ad Asparagum consedit Pompejus.' Castra enim dicuntur *considere*. Itaque militare verbum. Lucan. l. VI. 'insedit castris.' Eurip. Supplement. ἐφ' ὅπλοις ἥμενος: *in armis sedens.* Sed Virgil. non *consedit*, sed *resedit*, quia, *surrexerat furiis justis.* Sic Capitol. in Pertin. 'in templo Concordiæ resedit:' quia præcesserat illius e castris ad Senatum itio. *Cerda.*

505 *Regnique coronam*] Insigne: non revera coronam, quam Tusci reges nunquam habuerunt: ergo species est pro genere. *Servius.*

506 *Mandatque insignia*] Aut mittit insignia, id est, omnia ornamenta regalia: aut re vera ipse Tarchon oratores ad me misit, coronamque cum sceptro regni. *Mandatque insignia*, id est, magna, ut castris succedam et capessam regna Tyrrhena. Alii, *insignia* pro fascibus qui ad Romanos a Tuscis translati sunt; aliud est enim *insigne*, singulari numero; aliud *insignia*, in quibus vestis et sella regia accipi potest; vel *mandat* tradit, ut dicimus mandari magistratum. Sallustius, 'Ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni.' *Idem.*

Mandatque insignia Tarchon] In antiquo codice, *Tarcho.* Alibi vero ex C. Julii Romani et quorundam aliorum sententia, nullum nomen Latinum *on* literis finiri monuimus: quamvis Plinius nomina quædam dicit proprios gentis suæ vultus formamque apud nos etiam custodire. De nominibus autem hujusmodi Fab. Quintilianus ait, 'ut Palæmo, Thelamo, et Plato' (nam sic eum Cicero quoque appellat) 'diceretur, retinuerunt: quia Latini, quod *o* et *n* literis finiretur, non reperiebant.' *Pierius.*

Tarchon] Hic est Tarchon ille, cujus ministerio usus ad urbium struc-

Tyrrhenus is, qui a se Tyrrhe- nominavit. De quo Tyrrheno l. v. καὶ δώδεκα πόλεις ἔκτισεν, ἐπιστήσας Τάρκωνα: *condidit sedecim, usus præfecto Tarchonte.* in expeditione nobilissima, di, duce Tyrrheno, in Italiam re, credibile secundum locum Tarchonti. Atque adeo ex pe- storiarum locutus Poëta, cum ore aliis nominavit Lydorum tum. Addit Strab. de hoc nte, ὃν διὰ τὴν ἐκ παίδων σύνεσιν γενέσθαι μυθεύουσι: *quem a pue- m fuisse fabulantur propter pru- t.* Idipsum de eodem et Cyc- jano Eustath. scribit in Il. II. νησιν καὶ ὁ Τυρσηνὸς Τάρκων καὶ ὁς Κύκνος πολιοὶ ἐκ γενετῆς φημί- Itaque, quamvis Strabo et alii nominent *Tarchonem*, Vir- *Tarchontem*, ut apparet ex locis amen esse eundem liquidum ex historiarum. Nisi quis inde : in Virgilio legendum *Tarcho-* Cerda.

Sed mihi tarda gelu] Occurrit quæstionibus, dicens se non opter senilem ætatem: filium r mistum genus per originem . Unde Æneam dicit ire de- cui et ætas et origo regna con- . *Servius.*

mihi tarda gelu, &c.] Cum com- Euander ætatem suam senilem gore annorum Æneæ, videtur dubio adumbratus locus Pin- yth. IV. Ait itaque Pelias ad m: ἀλλ' ἤδη με γεραιὸν μέρος ἀμφιπολεῖ· σὸν δ' ἄνθος ἥβας ἄρτι ι: *Sed jam me circumdat pars enilis; fervet vero flos puberta-* r. Et Pindaro quidem hæsit Arg. I. apud quem Pelias post atam senectutem suam, 'Si ae quondam vires,' &c. subji- uens cum Jasone, 'Tu, cui jam ae vigent, animique viriles, I et pecoris Nephelæi vellera Redde tholo, ac tantis temet dignare periclis.' Sed et excursui Poëtico similem Taciti locum anim- adverto. Vides enim, ut Euander excuset se senem a regno, et Pallan- tem juvenem, deferatque ad Æneam, qui in bona ætate et media. Ergo Tacit. de Tiberio: 'Hæc et de Ar- menia apud Patres disseruit, nec pos- se motum Orientem nisi Germani sa- pientia componi; nam suam ætatem vergere, Drusi nondum satis adolevis- se.' Ut hic 'tarda senectus,' ita Sen. Rhet. Controv. 7. 'Ego senectute im- mobilis, et vincto simillimus.' *Cerda.*

Seclisque effœta senectus] Notandum dicta *secula* etiam in uno homine, secundum eos qui dicunt *seculum* tri- ginta annos habere. Nam alii cen- tum et decem: alii mille annis putant *seculum* contineri. *Servius.*

Gelu] Scite hoc in nota senec- tutis. Patrocles apud Stob. Serm. 115. vocat senectutem βίου χειμῶνα, *vitæ hiemem.* Apud eundem Erato- sthenes, cum diceret vigentem æta- tem esse instar veris, declinantem instar æstatis et autumni, addebat, χειμῶνα δὲ τὸ γῆρας: *senectutem esse hiemem.* In dialogismo illo satis ce- lebrato Adriani Cæsaris et Epicteti, cellæ quatuor constituuntur, videlicet *tepidaria, sudatoria, assa, frigidaria.* Prima datur *infantibus*, altera *pueris*, tertia *juvenibus*, quarta *senibus*. Stat. Theb. III. 'pectora gelida' absolute dixit pro senibus, opponens juveni- bus. Causam hujus frigoris reddit Aristot. Rhet. II. 13. nam senes κατ- εψυγμένοι εἰσὶν, *refrigerati sunt*, ab re- frigerato jam sanguine: sicut contra juvenes θερμοὶ, *calidi.* Cerda.

Sæclis] Accipio primam Servii ex- plicationem, qui sæculum explicat de spatio triginta annorum; ducorque hoc argumento: tres illas ætates, aut tria sæcula, quæ de Nestore omnes prædicant, et imprimis Tullius in Ca- tone Majore, et Hor. Od. II. 9. 'ter ævo senectus:' et ante omnes Homer. Il. I. nonaginta anni sunt, explicatore

Plutarcho. Nam is, cum dicat in Catone Majore, virum hunc ætatis anno nonagesimo Servium Galbam accusasse, adjicit, pervenisse illum et vita et factis ad triplicem ætatem Nestoris. Græca sunt: Σερυΐου Γάλβα κατηγόρησεν ἐνενήκοντα γεγονὼς ἔτη· κινδυνεύει γὰρ, ὡς ὁ Νέστωρ, ἐς τριγονίαν τῷ βίῳ καὶ ταῖς πράξεσι κατελθεῖν. *Idem.*

Senectus Invidet imperium] Ita apud Herodian. l. II. Pertinax inducitur γῆρας προϊσχόμενος, *prætendens senectutem*, ut excuset se ab Imperio. Applaudunt et verba Taciti Hist. l. I. 'Ipsa ætas Galbæ, et irrisui et fastidio erat adsuetis juventæ Neronis, et Imperatores forma ac decore corporis (ut mos est vulgi) comparantibus.' *Idem.*

509 *Invidet imperium*] Bona locutio: ut, 'Liber Pampineas invidit collibus umbras.' *Servius.*

Seraque ad fortia vires] De hoc languore senectutis Sophronius apud Stob. γῆρας μαραῖνον ταραχεύει. Marcor enim comitatur res tabidas. Cui accinit Aristotel. qui per verbum μαραίνεσθαι explicat solutionem senum. Et Probl. sect. 30. δειλοὺς vocat, ut etiam Rhet. II. 13. προωδοπεποίηκε τὸ γῆρας τῇ δειλίᾳ: *senectus viam aperuit timiditati.* Quæ ferme repetit in Probl. loco adducto, προωδοπεποίηκε γὰρ τῷ φόβῳ. De Scipione Africano Liv. l. XXXVIII. 'in juventa bella assidue gesta, cum senecta res quoque defloruere.' Nam, ut ait Sen. in Fur. 'Post multa virtus opera laxari solet.' Plutar. de Mario jam sene: τοῦ γήρως τὸ δραστήριον ἐκεῖνον καὶ θερμὸν ἐν αὐτῷ κατασβεννύντος: *extinguente senectute strenuitatem illam atque ardorem.* Euripid. in Hercul. Γήρᾳ δὲ τρομερὰ γυῖα, κἀμαυρὸν σθένος: *Membra trementia senectute, et robur invalidum.* Seras istas vires Græci nominant γῆρας ἀκρότατον, ἔσχατον, προβεβηκὸς, μακρότατον, πολυετῆ. Pulcherrime Plato Leg. VIII. ὑπέρμετρον. Philost. βαθὺ γῆρας. *Cerda.*

510 *Mixtus matre Sabella*] Pro duplici genere natus. *Servius.*

Matre Sabella] Regis Sabinorum filia. *Taubmann.*

511 *Partem patriæ traheret*] Sic dixit *traheret*, quomodo dicitur, originem ducere. *Servius.*

Partem patriæ] Sidon. Epist. IV. 21. ad Asprum, cum præmiserit, 'Heduus pater tibi, mater Averna est,' exemplo Maronis, a quo hanc Pallantis duplicem originem adducit, ita absolvit: 'Ecce habes magnum maximo auctore (Virgilio) documentum, quod patriæ pars computanda sit et regio materna.' *Cerda.*

Et annis] Ad se retulit. *Servius.*

512 *Generi fatum indulget*] Ad Pallanta retulit. *Idem.*

Quem numina poscunt] Ut, 'Externos optate duces.' *Idem.*

Quem numina poscunt] Sup. 'fatis huc te poscentibus affers.' *Cerda.*

513 *Ingredere*] Verbum militare, et in quo ferocia atque ostentatio. Val. Arg. I. de Jasone, 'Heu quibus ingreditur fatis, qui gentibus horror Pergit!' Et l. II. de tauro victore, 'qualis per pascua victor Ingreditur, tum colla tumens, tum celsior armis.' Sic et Lucan. l. II. præmissa Cæsaris ferocitate, 'Ingreditur pulsa fluvium statione vacantem.' Quis nescit de Marte *Gradivo?* Quis non illud Hom. Il. III. μακρὰ βιβῶντα: *grandia ingredientem?* Inde Basil. Seleuciensis l. I. vitæ Teclæ: ἅμα καὶ τούτοις καὶ ὁ Θάμυρις ᾔει, μακρὰ βιβὰς, ποιητικῶς τις ἂν εἴποι, παρὰ τὸ δικαστήριον: *Inter quos et Thamyris, grandia, ut poëtice quispiam loqueretur, ingrediens, ad tribunal cursitabat.* Idem.

Italum fortissime ductor] Εὐσυμβόλως jam ductorem Italiæ vocat Æneam. *Servius.*

514 *Hunc tibi præterea*] In aliquot antiquis legere est, *nunc tibi.* Sed pronomen illud indicativum longe plus ponderis et energiæ habere videtur, dicendo *hunc Pallanta.* Nam et in pronomine ipso, et in proprio

e emphasis est. *Pierius.*

et solatia] *Spes*, quia multa e ejus virtute promittebat pa- *solatia*, quia, amissa conjuge, filii utebatur solatio. *Ser-*

et solatia] Ad filium suum al apud Sil. 'spes o Carthaginis Ideo liberi *spes*, quia propa- genus. Ut *solatia*, ita ab Aga- Poëta filii dicuntur ἡδὺ φυτάν- *nitorum jucunditas.* Cerda.

Pallanta adjungam] Sic et apud n. l. II. Lycus offert filium comitem sociumque Jasoni: ὃν πάντεσσιν ὁμόστολον ὔμμιν Δάσκυλον ὀτρυνέω ἐμὸν υἱέα. *nus.*

rare] Quasi rem asperam et em. Et per hoc significat m eum sufficere, ut intelligatur olit; nam et paternam sollici- m servat, et heroicam virtu- et ideo non vult simpliciter , nondum debere puerum pug- ed verecunde, 'sub te tolerare ro.' *Servius.*

te tolerare magistro] Hoc loco ndatur disciplina et educatio. enim ad militiam adolescenti- oman. primo anno custos, sub sciplinam ediscerent, et ma- sub cujus imperio tyrunculi ntur, publice dabatur, ne ex- operum militarium arma trac- Huc ergo alludit Poëta, ut l. v. 'Custodem ad sese, comi- e impubis Iuli, Epytidem vo- *Pontan.*

Militiam et grave Martis opus] μέγα ἔργον ἄρης. Oppian. ἔργον pro, ἔρως: et Halieut. I. 105. ἔσκων, pro, ὀνίσκοι: ubi vid. Rit- Ita alibi: *ferri rigor*, pro fer- *obur aratri*, pro aratrum. Lucr. *axi*, pro saxum: *rigor auri*, rum. *Taubmann.*

Miretur] Imitetur. Lucanus, oremque Catonis,' id est, imi- a. Optima enim ingenia ne- cesse est, ut ea, quæ mirantur, imi- tentur. *Servius.*

Primis et te miretur ab annis] Sunt codices antiqui, in quibus legere est, *te imitetur* absque synalœpha. Sed omnino *miretur* magis placet: quia plus est *mirari*, in quo rei, quam vix te assequi posse speres, magnitudo ostentatur. *Pierius.*

Miretur] Symmach. Epist. I. 39. 'Frater meus Gorgonius admirator virtutum tuarum.' Apud Valer. Arg. l. IV. Hercules ad Hylam jam rap- tum; 'nec res ultra mirabere nos- tras.' *Cerda.*

518 *Arcades huic equites*] In anti- quis et emendatis codicibus, *Arcadas* per *as* scriptum est, metro ita sua- dente: nam accusativus pluralis in *es* Latinus esset, et non nisi producta ultima poneretur. *Pierius.*

Robora pubis] Antiqui aliquot co- dices *corpora pubis* legunt. Sed omnino longe melius est *robora*. Idem.

Robora pubis] Expressissime in ser- mone Arcadum, qui valentissimi et fortissimi ex roboreo cibo. Stat. Theb. VII. prædicans de Aconteo, solitum feras prosternere, addit ra- tionem cur huic homini tanta virtus, 'Arcas erat.' Sic Catullo, qui in Nupt. Pelei, 'Argivæ robora pubis.' *Cerda.*

519 *Suo nomine*] Bene in omnibus filii gratiam facit: maluit enim mu- nus suum cum persona ejus dividere, quam suo nomine totum dare. Nam- que dicit, Dat tibi Pallas milites du- centos suo nomine: ipse vero a me accipiat ducentos. *Servius.*

Totidemque suo tibi nomine Pallas] In codicibus aliquot antiquis legere est: *suo tibi munere Pallas.* Sed enim Servius *nomine* agnoscit. *Pierius.*

520 *Defixique ora tenebant*] Aut tacebant, ut, 'tenuitque inhians tria Cerberus ora:' aut stupebant. *Servius.*

Defixique ora tenebant] Vetusta

quædam exemplaria legunt *intentique*. Sed enim *defixi* magis placet, quod præ se fert etiam stuporem quendam. *Pierius*.

622 *Tristi cum corde*] Propter brevitatem auxiliorum. *Servius*.

Tristi cum corde] Clarum testimonium veræ syntaxeos, 'putare cum corde.' Sicut et Sall. Jugurth. 'facinus suum cum animo reputans,' pro 'reputans animo.' Sic et *de*. Serv. infra 'de lapide feritur,' pro 'lapide feritur:' et 'de gladio feritur,' pro, 'gladio.' Unde Heraldus ad Arnobium, Gelenium reprehendit, qui legeret, 'discobinata limis;' nam vetus lectio, 'discobinata de limis.' Idem Arnobius l. I. 'Ex malleis fabricatos,' pro, 'malleis fabricatos.' Plaut. Mercat. 'Ex summis opibus, viribus usque experire, nitere,' pro 'summis opibus.' Factum hoc Græcorum imitatione, ajunt Germ. atque Herald. Homer. enim (ait prior) ὅρμαινε ἀνὰ θυμὸν, pro, ὅρμαινε θυμῷ. Euseb. (ait posterior) Præp. l. v. ἐκ τῶν οἰκείων βελῶν, καὶ τοξευμάτων βαλλόμενοι, pro βέλεσι, καὶ τοξεύμασι. Vide etiam, quæ observ. Vechn. in Hellen. *Cerda*.

Putabant] Figura, per tempora: *putabant*, quasi putassent, nisi signum dedisset: aut certe *putabant*, cogitabant. Unde et arbores putari dicuntur, quia diu deliberatur, quid eis adimi debeat, quid relinqui. *Putare* est et discernere, et in partes redigere, inde *disputare*. Servius.

523 *Cælo aperto*] Sereno, ut 'Et aperta serena Prospicere,' in eo est enim quid aperti. *Idem*.

Cælo aperto] *Sereno*, explicat Serv. Ego aliter explico. *Aperto cælo*, id est, rupto et hiante tonitribus, fulguribus, fragore. Nihil enim inconvenit ita accipi hic hoc verbum. Imo liquida totius loci sententia esse videtur, signum datum a Venere disrupto cœlo, quod explicans addit: 'Namque improviso,' &c. Transactis vero fremitibus pacatum est cœlum et visa sunt in serena parte arma intra nubem emicare. Hæc melior consecutio Poëtæ. Quin, tantum abest, ut *apertum cælum* semper sit serenum, ut potius Basil. Seleuciens. in vita Teclæ l. I. id verbi adhibeat ad magnas pluvias indicandas: ita enim loquitur de Deo: καὶ κλείσας ἐπὶ τρισὶν ὅλοις ἔτεσι καὶ μησὶν ἓξ τὸν οὐρανὸν, καὶ τηρήσας ἀνέφελον· καὶ πάλιν ἀνοίξας αὐτὸν, καὶ πετάσας ὀμβροτόκον· ubi *clausum cælum*, est serenum; *apertum*, cum pluvia. *Cerda*.

Cytherea] Antonomastice pro Venere: ab urbe, aut insula ubi colebatur, et in quam delata cum primum nata ex undis est. Hesiodus enim προσέκυρσε Κυθήροις. Cythera vero sic vocata, παρὰ τὸ κεύθειν καὶ κρύπτειν τὸ αἰσχρὸν, *ab occultando turpi*, Phornutus ait. Hesychius etiam ait, dici quasi κευθόμενον. Turpe illud, quod occultatum, est Venus ipsa nuda, cum eo appulit. *Idem*.

524 *Improviso*] Nullum enim indicium præcesserat nubium. *Servius*.

Vibratus] Proprium telorum ad fulgura transtulit. *Idem*.

Fulgor] Id est, fulgetra. Et tria genera fulgoris esse dicuntur: unum *consiliarium*, ubi quid cogitantibus nobis accidit, quod vetat aut hortatur: alterum *auctoritatis*, quod evenit re gesta quod probet: tertium *status* est, ubi nec novi quicquam gessimus nec cogitamus, sed quietis nostris rebus fruimur: sed duo hæc quæ sequuntur ad locum hunc non pertinent. Primum sane apte videtur adnecti, ubi quod cogitantibus nobis accidit, quod vetat aut hortatur, quod *consiliarium* dicitur. Nam et hic modo Æneas de brevitate auxilii cogitat, qui ait, 'Multaque dura suo tristi cum corde putabant:' et sic fulgur factum est, quod eum hortetur, ne de bellicis subsidiis desperet. *Idem*.

525 *Cum sonitu*] Tonitruum scilicet. Et, ut diximus supra, ordinem

ni nobis apparet, ut fulgetras
lores, cum sint ante tonitrua.

omnia visa] Sic enim sonat
atur ruina: alibi, 'cœlique
Bene autem temperavit di-
t, id est, ad opinionem ani-
m.

*yrrhenusque tubæ mugire per
angor*] 'Tyrrhenum clango-
cit: ideo quia apud Tuscos
onstat inventam. Ergo 'Tyr-
langor,' sonus Tyrrhenarum
. Et bene congruis omini-
t nuntiantur per sonum tubæ
t figurate per epitheti immu-
Tyrrhenæ tubæ. Varro de
nditum sonum tubæ de cœlo
'idetur hic opportune 'Tyr-
ubæ' facta mentio, ut jam
orum castra vocare videatur
Idem.

nusque tubæ, &c.] Attingit
oc loco inventionem tubæ,
d Hetruscos. Ex qua opi-
enti alii. Stat. Theb. VI.
ium murmur:' et III. 'Tyr-
langor.' Athen. l. IV. τυῤῥη-
'ὸν εὕρημα κέρατά τε καὶ σάλ-
*Tyrrhenorum inventum sunt
et tubæ.* Pollux l. IV. τυῤ-
ὸς, *Tyrrhenica tuba.* Eurip.
τυρσηνικῆς σάλπιγγος: et in
υρσηνικῇ σάλπιγγι. Inde Stat.
ro, bellicos tumultus, dixit,
ios tumultus.' *Cerda.*

] Ab Lucret. qui l. IV.
iba depresso graviter sub
mugit.' Nonn. Dionys. l.
ὴ μυκήσατο σάλπιγξ: *humida
tuba.* Pari elegantia attri-
ibus aliis. Aristoph. toni-
ησαμένης (inquit) δὲ βροντῆς.
nari l. XXXII. πόντος μυκώμε-
sian. l. XVII. terræ motibus:
im necesse est velut taurinis
mugitibus fragores, fremi-
rrenos.' Stat. l. X. tonitri-
imitationem fortasse Ari-
canum mugire polus.' Hom.

Il. I. hoc extulit per verbum ipsius
tubæ: σάλπιγξεν (inquit) οὐρανός. *Id.*

Clangor] Sic et de tuba Silius l. II.
'Tyrrhenæ clangore tubæ.' Virg.
alibi, 'clangorque tubarum.' Valer.
'Luctificum clangente tuba.' Apul.
de Mund. 'Cum tuba bellicum ceci-
nit, milites clangore incensi.' Hic
clangor a claritate, credo, sonitus.
Inde in Æn. V. 'Inde, ubi clara dedit
sonitum tuba.' Et clarus hic sonitus,
quia tuba instrumentum est direc-
tum, et oppositum raucedini cor-
nuum. Ovid. 'Non tuba directi,
non æris cornua flexi.' *Idem.*

527 *Fragor intonat ingens*] *Fragor*
est proprie armorum sonus. Quod
autem dicit *intonat* illud spectat, 'ful-
minat Æneas armis,' quæ vult fragore
tonitrua, splendore fulgetram, imitari.
Non autem mirum est a Venere adla-
tis armis inesse fulgorem. Nam et
Homerus dicit a Thetide oblata arma
habere motum quendam et spiritum;
quæ duo in aqua esse manifestum est.
Thetidem autem novimus Nympham
esse. *Servius.*

Fragor increpat ingens] Antiqui
plerique codices, Vaticanique om-
nino cum Mediceo, et Porcio, *incre-
pat* legunt: quamvis *intonat* ea ra-
tione Servio placet, quod alibi dic-
tum a Poëta: 'fulminat Æneas ar-
mis.' Quod vero paulo post sequitur,
pulsa tonare, in antiquis aliquot, *so-
nare* legere est. Sunt etiam vetusti
admodum codices, in quibus 'fragor
intonat aures' legatur; sed hoc alio-
rum judicio relinquemus. *Pierius.*

Fragor] Nam frangit se nubes in
fulmine. Stat. l. X. 'tonitru malus
æthera frangit Juppiter.' Simocatta
Hist. II. 7. ῥαγδαῖος σκηπτός. Sen.
Rh. controv. 16. 'terribili fragore
horridæ tempestates.' *Cerda.*

528 *Inter nubem*] Per nubem, mo-
re suo. Et dicit in serena parte cœli
fuisse nubem per quam arma portata
sunt. *Servius.*

Cœli in regione serena] Ominosum

esse tonitru cælo sereno, supra Georg. eo loco docuimus, 'nec cælo plura sereno Fulgura,' &c. ubi in malam partem, ἀναισίως, et inauspicato committi ex serenitate tempestatem constat: hic autem αἰσίως et εὐωνύμως, ut sententia loci satis demonstrat. Semper tamen placide cæli constitutione temperata, tonitru prodigiosum esse, ut insolens et præter naturam docet Lucret. l. v. 'Nec fit enim sonitus cæli de parte serena, Verum ubicunque magis denso sunt agmine nubes:' et item Æn. vi. 'Fulmina —— nam cælo nulla sereno, Nec leviter densis mittuntur nubibus unquam.' Denique: 'cur nunquam cælo jacit undique puro Jupiter in terras fulmen.' *Germanus.*

529 *Per sudum*] *Sudum* est quasi subudum, serenum post pluvias, ut ver sudum. Alii *sudum* semiudum volunt dici, cum per nubes ad nos perveniat Solis ictus non integer. *Servius.*

Per sudum] Puto *sudum* esse serenum, et vere seudum, id est, sine udo. Tiberianus apud Fulgentium: 'Aureos subducit ignes sudus ora Lucifer,' id est, serenus. Tertull. lib. de Pall. directe opponit humiditati. Nam de cœlo: 'dein substillum, et denuo sudum.' Est vero *substillum*, subliquidum, substillansque cœlum. Vir etiam doctus Passerat. *sudum* in hoc Virg. loco accipit, uti illud Horat. 'Per purum tonantes Egit equos.' ut idem sint *per purum*, et *per sudum*. Cerda.

Pulsa tonare] Recte arma, quæ iisdem ignibus quibus fulmina, facta sunt, ait tonare pulsa: et hic magis proprie quam Homerus; ille enim spirare ait et moveri; hic vero armis Æneæ cœlestem sonitum dedit, unde veniebat. *Servius.*

531 *Adgnovit sonitum*] Hoc est quid sonitus significaret. *Idem.*

Et divæ] In Romano codice non habetur *et*, ut per appositionem legas, 'Divæ promissa parentis.' Eruditis tamen auribus vulgata lectio, 'Sonitum et Divæ,' magis adblanditur. *Pierius.*

Divæ promissa parentis] Κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligamus Venerem ei promisisse. *Servius.*

532 *Tum memorat*] Interpretatur prodigium, ut Euandri et præsentium omnium animos confirmet et solicitudinem discutiat. *Hortens.*

Hospes] Et qui suscipit, et qui suscipitur, *hospes* vocatur, ut hoc loco Euander. Item supra, 'Hospitis Æneæ sedem.' *Servius.*

Ne quære profecto] Hic *profecto* vetuste pro expletiva conjunctione positum. Ambæ particulæ ad ornatum pertinent tantum. *Idem.*

Ne vero, hospes, ne quære profecto] In codicibus aliquot antiquis legere est, 'ne quære, hospes, ne quære profecto.' Utraque lectio et venusta est, et a Virgiliana phrasi non aliena. *Pierius.*

533 *Portenta*] Modo bona omina. *Servius.*

Ego poscor Olympo] Aut de Olympo poscor, id est, hæc signa mei caussa fiunt: aut certe in Olympum poscor. Alii *Olympo poscor*, alii *Olympo* sequentibus jungunt. *Idem.*

Poscor Olympo] Poscor ad bellum e cælo. *Taubmann.*

534 *Hoc signum*] Soph. in Colon. σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι παρηγγύα, Ἢ σεισμὸν, ἢ βροντήν, ἢ τοῦ Διὸς σέλας. *Germanus.*

Diva creatrix] Rerum omnium generaliter. *Servius.*

Creatrix] Pro, genitrix, ut apud Catul. 'Patria o mea creatrix, patria mea o genitrix.' *Cerda.*

535 *Vulcaniaque arma*] Verba Hom. Il. xviii. ἡφαίστοιο παρoισέμεν ἔντεα καλά. *Idem.*

537 *Heu quantæ, &c.*] Adeo de victoria fretus est, ut etiam hostium misereatur: quod Æneæ κατὰ τὸ πρέπον recte tribuitur, qui pius ubique indu-

hinc nascitur ille sensus, o Palla, dederas promissa tem Æneas, 'Hi nostri reectatique triumphi, Hæc fides!' *Servius.*

tæ, &c.] Scal. III. 11. et *ibmann.*

pœnas mihi Turne dabis] t qui pœnis digna perpe-)icimus enim pendere, de- olvere, persolvere, luere sta quidem patientis sunt. em, exigere, poscere, re- pere, infligere, irrogare elictum vero Turni, quod scendum sit, est ruptio iod a Latino cum Ænea *'ontanus.*

lta sub undas] In Romano re est, *sub unda:* quod non n loco enim volvenda sunt. *las*, ad locum, omnino ve- est. *Pierius.*

ulta sub undas] Lucretius ulit l. I. 'Dat sonitu mag- volvitque sub undis Gran- *Germanus.*

es] Constantini Paneg. uidem hostium corpora et eps fluvius volvendo de- ssis idipsum per verbum Auctor Theb. de torrente, lapsi montis exesas rotat.'

nt acies] Quasi eant nunc, bellum. *Servius.*

cies, &c.] Eodem plane sen- II. 'Hac gener atque so- mercede suorum.' Quem Ut hic 'poscant acies,' Othon. c. 9. 'pugnam de- .' Stat. Theb. VIII. 'præ- .' Curt. l. IX. 'pugnas .' *Cerda.*

umpant] Quæ se facturum miserat, non enim erant erte *fœdera*, quod in sep- gati cum muneribus missi.

] Sic dicta sedes Principum. Herodian. solium Principum vocat βῆμα. Simocatta Hist. l. I. καθέδραν. *Cerda.*

542 *Herculeis sopitas ignibus aras*] Hypallage est, id est, suscitabat aras Herculeas, in quibus erant ignes sopiti. *Servius.*

Herculeis sopitas ignibus aras] Fuit moris populi illius ignem ad sacra non accendi ex profano igne: sicut nec contra, ignem profanum ex sacro. Ergo, ignis ad sacra accenditur a Virg. ex igne sacri præcedentis diei. Phædrus clare in fabell. 'Itaque hodie, nec lucernam de flamma Deum, Nec de lucerna fas est accendi sacram.' Sumit quippe *lucernam* pro vulgari igne, et non sacro. *Cerda.*

543 *Hesternumque Larem*] Cui pridie sacrificaverat: et est iteratio; nam male quidàm *externum* legunt, id est, extraneum. *Servius.*

Hesternumque Larem, &c.] Placet Servio *hesternum*, cui pridie sacrificaverat, improbatque *externum:* quod tamen et in Romano codice, et quibusdam aliis pervetustis codicibus, invenitur. Sunt qui *parvos Penates* externos intelligant: quum solitus sit Poëta Æneæ Penates 'magnos Deos' appellare; ut eo loco, 'feror exsul in altum Cum sociis, gnatoque, Penatibus et magnis Dis:' et per 'magnos Penates' jurat Ascanius in Æn. nono. Dixerat tamen Euandrus: 'Communemque vocate Deum.' De quo plura Macrobius. *Pierius.*

Hesternum Larem] Hunc locum imitatur Naso Met. VIII. 'Inde foco tepidum cinerem dimovit, et ignes Suscitat hesternos.' *Germanus.*

544 *Mactat lectas de more bidentis*] De more lectas, an de more mactat? *Servius.*

545 *Euandrus*] Pro *Euander*, sed vitavit ὁμοιοτέλευτον sequentis verbi. *Idem.*

Euandrus pariter, &c.] In antiquis plerisque codicibus, *Euandrus* per terminationem *us* scriptum est, quod hoc

loco perplacet, quia sic ὁμοιοτέλευτος evitatur, quæ tribus continuis dictionibus haberetur in *er*, si *Euander* etiam legeretur. Quid vero veteres de nominibus hujusmodi tradiderint, alibi recitatum est. *Pierius.*

Euandrus] Voluit vitare ὁμοιοτέλευτον: ut etiam alibi, *Tum Pater Euandrus*, non *Euander*, quia præcessit, *Pater*. Puto dictum Εὔανδρον, quasi *fortem, et robustum*, quia erat Arcas, videlicet a glandium cibo, quo victitabant Arcades. Cum quo alludit, Arcadiam dictam a Pind. Olymp. VI. εὐάνορα, a viris virtute præstantibus. *Cerda.*

546 *Post hinc ad navis graditur*] Unum vacat, aut *post*, aut *hinc*: ut, 'Post hinc digrediens jubeo frondentia capris Arbuta:' tale est et illud, 'Primus ibi ante omnes.' *Servius.*

547 *Qui sese in bella sequantur*] In expeditionem et bellicam præparationem: nam ut supra dictum est, *bellum* est tempus omne quo vel præparatur aliquid pugnæ necessarium; vel quo pugna geritur. *Prælium* autem dicitur conflictus ipse bellorum. Unde modo bene dixit, 'Qui sese in bella sequantur;' non ad prælium: nam ad auxilia petenda vadit, non ad pugnam. Quanquam etiam si sic diceret, 'qui se in prælium sequantur;' non valde abs re esse videbatur. Hi enim equites, cum a Tarchonte accepisset Æneas auxilium, cum aliis Hetruscis equitibus per terram missi, obvios statim habuere bellantes: et quasi jam hinc recta pergere videntur in prælium. Unde etiam a Cymodocea naviganti Æneæ dicitur, 'Iam loca jussa tenet forti permixtus Hetrusco Arcas eques.' *Idem.*

548 *Præstantes virtute legit*] Ego triplicem divisionem video copiarum. Hic duplicem agnoscis: Trojanorum enim partem secum ad Tarchontem ducit, partem committit fluvio. Rursum, postquam itum ad Tarchontem, equitem in partem duplicem divisit, et unam præmisit ad Ascanium, terrestri, ut credo, itinere (hoc jam Serv. vidit) et de hac parte militum accipienda illa l. x. 'Iam loca jussa tenet forti permistus Hetrusco Arcas eques.' Alteram ipse secum navibus exportavit; de qua in Æn. x. 'medio Æneas freta nocte secabat.' *Cerda.*

Prona aqua] Horat. Carm. I. 29. 'Quis neget arduis Pronos relabi posse rivos Montibus, et Tyberim reverti.' *Germanus.*

549 *Segnis*] Sine remigio, id est, cessans, nihil administrans. Et respexit ad descendentes, de quibus ait, 'Remigio noctemque diemque fatigant:' licet fuerit lenissimus fluvius. Epitheton ergo ad tempus, non enim ignavos dixit: aut *segnis* certe, quia meliores elegerat. *Servius.*

Defluit] Defertur. *Idem.*

550 *Rerum*] Quas gesserat. *Idem.*

Patris] Ubi esset. *Idem.*

552 *Exsortem Æneæ*] Per id quod non est factum, quod factum est indicatur. Per *exsortem* autem optimum et præcipuum significat: *exsortem* autem, ut *exlegem*: et multi hoc loco reprehendunt Virgilium, qui cum Æneam ubique Pontificem ostendat, et Pontificibus non liceat equo vehi, sed curru, sicut in septimo a Latino ei currum missum dicit, cur equo eum usum faciat, dicens, 'ducunt exsortem Æneæ, quem fulva leonis Pellis obit totum præfulgens unguibus aureis:' et, 'Jamque adeo exierat portis equitatus apertis Æneas inter primos:' cujus rei hæc redditur ratio: Æneam non tantum Pontificii juris, sed omnium sacrorum et peritum et primum fuisse: Virgilium autem inventa occasione ritum Romanarum ceremoniarum exponere: more etenim veteri sacrorum, neque Martialis neque Quirinalis Flamen omnibus ceremoniis tenebatur, quibus Flamen Dialis, neque diurnis sacrificiis destinebantur; et ab-

esse eis a finibus Italiæ licebat, neque semper prætextam, neque apicem, nisi tempore sacrificii gestare soliti erant. Ergo si ire eis in provinciam licebat, et equo sine religione vehi licuit: quod hic ostendit velut in Provinciam misso Æneæ, equum datum; nam Euander hoc ait, 'Sed tibi ego ingentes populos opulentaque regnis Jungere castra paro,' deinde infra de potestate obtinendæ Provinciæ subtexuit, 'Ipse oratores ad me regnique coronam Cum sceptro misit.' Tum, excusatione interposita, hortatur Æneam, ut Etruscis regem, et ducem desiderantibus, præsit; ait enim, 'tu, cujus et annis, Et generi fatum indulget.' Incedere ergo et equo merito uti potuit, si ei ire in Provinciam fas erat. Sciendum tamen poëtam contentum esse diversum Jus Pontificale, dum aliud narrat, attingere. *Servius.*

Exsortem] Id est, equum eximium, præcipuum: ἐξαίρετον sive ἀπόκληρον. Scal. IV. 16. Vide Æn. V. 534. 'exsortem ducere honorem,' id est, præmium extra ordinem, quod omnium honorificentissimum erat. Scalig. et Turneb. XIII. 8. *Taubmann.*

553 *Pellis obit totum*] Pellis ostenditur magnitudo in eo, quod dicit *totum obit*, id est, circumdat. *Servius.*

Quem fulva leonis Pellis obit, &c.] Ex equi hujus Virgiliani imagine Stat. l. IX. 'Venator raptabat equus, quem discolor ambit Tigris, et auratos adverberat ungnibus armos.' Et l. IV. pari poësi, 'Cornipedem velatum geminæ dejectu lyncis.' Dicit *geminæ lyncis*, ut suppleat illud Maronis, 'Pellis obit totum:' nam cum lynx leone sit minor, duplex pellis adhibenda pro una leonina. Pulchre Valer. Arg. l. VI. de chlamyde, quam Aron gestabat, 'implet equum;' videlicet, quod Noster, *obit totum*. De equo Flaminii Cons. Silius: 'Caucaseam instratus virgato corpore tigrim.' Hom. Iliad. XI. ad indicandam hanc magnitudinem pellis leoninæ, δέρμα λέοντος μεγάλοιο ποδηνεκές: *pellem leonis magni demissam ad pedes.* Ab Hom. Apollon. Arg. I. δέρμα ταύροιο ποδηνεκές. *Cerda.*

Unguibus aureis] Aut quia ungues ipsi, cum aruerint, auri imitantur colorem, aut quia solent deaurari. Statius, 'auro mansueverat ungues.' *Servius.*

554 *Subito vulgata*] Cur subito? ipse dicit: quasi per parvam urbem. *Idem.*

Urbem] Pallanteum. *Taubmann.*

555 *Ocius*] Positivus antiquus est, id est, celeriter. Nec enim potest esse comparativus ubi nulla est comparatio; tractum ex Græco ὠκέως. *Servius.*

Ocius ire equites Tyrrheni ad litora regis] Antiqui aliquot codices *ad limina* habent. Sed *litora* peritioribus placet. Nam inde navibus in castra provecti sunt. Id etiam observandum, quod Servius ait, 'Ocius positivus antiquus est, id est, celeriter. Nec enim potest esse comparativus, ubi nulla est comparatio.' At quomodo positivus, cujus masculinum *ocior* sit, ut: 'fulminis ocior alis.' Quare dicendum potius comparativum esse pro positivo, ita tamen, ut insolitum quiddam significet. Ita ibi, 'Adloquitur Venus tristior,' quam scilicet solita sit. *Pierius.*

556 *Vota metu duplicant matres*] Bene 'metu duplicant,' nam inest semper in matribus votum. *Servius.*

Vota duplicant] Non signat duo vota, sed multa; id est, multiplicant. Nam quod Horat. Od. I. 6. dixit *duplicis Ulyssei*, eo versu, 'Nec cursus duplicis per mare Ulyssei:' sic legendum, non *duplices:* hoc (inquam) Hom. πολύτροπος, et πολύμητις: ut jam *duplex* Horatii, non sit διπλοῦς, sed πολύτροπος. Ita Sidon. I. 7. 'Vota facimus, preces, supplicationesque geminamus,' id est, multiplicamus. A Virg. Prudentius Hym. XII. περ.

στεφ. 'Mox hæc recurrit duplicatque vota.' *Cerda.*

Propiusque periclo It timor] *Periclo*, id est, ad periculum vicinus: aut certe 'It timor propius periclo,' *propius* pro propior: nam matres quod timent, hoc putant liberis posse contingere. Aut certe æquatur periculo timor, et per dativum extulit, ut 'Propius stabulis armenta tenerent;' aut poëtice dixit timorem periculo comitem. *Servius.*

557 *It timor et major Martis jam apparet imago*] In Romano codice, *et timor et major.* Sed id forte solito more. Sunt etiam vetusti codices, in quibus absque particula *jam* ita legitur, 'major Martis apparet imago.' Nostræ tamen ætatis ingeniis *jam* illud interpositum magis adridet, quod nescio quid addat carminis majestati. *Pierius.*

Propiusque periclo It timor] Tractat locum istum Aristotel. Rhet. v. 2. ubi ait, non omnia mala metui, sed ταῦτα, ἂν μὴ πόῤῥω, ἀλλὰ συνέγγυς φαίνεται ὥστε μέλλειν: *hæc, quæ non longe, sed proxime apparent, ut futura sint.* Nam τὰ πόῤῥω σφόδρα οὐ φοβοῦνται: *quæ longe admodum non metuuntur:* et inf. ἐγγὺς δὲ φαίνεται ὁ φοβερόν: *prope apparet, quod metuitur.* Imo ait, illud esse verum periculum, cum res metuenda est in proximo, τοῦτο γάρ ἐστι κίνδυνος, φοβεροῦ πλησιασμός. Soph. in Antig. Φεύγουσι γάρ τοι χ' οἱ θρασεῖς, ὅταν πέλας Ἤδη τὸν Ἅιδην εἰσορῶσι τοῦ βίου. De Alexandro Curt. l. III. 'Ceterum, ut solet fieri, cum ultimi discriminis tempus adventat, in sollicitudinem versa fiducia est.' Quia videlicet videbat tantum 'unam superesse noctem, quæ tanti discriminis moraretur eventum.' Claudian. Bell. Get. 'propiore periclo Omnibus attonitis.' Ammian. l. XXXV. 'pallescentem morte propinqua Machameum.' *Cerd.*

Jam apparet] Adhuc illis pergentibus jam prælium cogitabatur a matribus; ergo, ut solet, *imaginem* τὴν φαντασίαν, ut est, 'et plurima mortis imago:' hanc Sallustius *speciem* dicit; sicut ipse dicit, 'speciem captæ urbis efficere discedentes.' *Servius.*

558 *Pater Euandrus*] Cum dicit *pater*, ostendit cujus. *Servius.*

Dextram complexus euntis] Filii scilicet, quia dixerat *pater*. Idem.

Dextram complexus] Defendi potest lectio ex imitatione Val. Arg. II. 'dextramque amplexus et hærens:' et supr. Virgil. 'dextramque amplexus inhæsit.' *Cerda.*

559 *Hæret inexpletum lacrimans*] Multi hic distinguunt, ut sit, Inexpletus hæsit, et talia locutus est lachrymans. Alii legunt, 'inexpletus lachrymis.' Honestius tamen est *inexpletum lachrymans*, ut sit nomen pro adverbio, id est, inexplebiliter. *Serv.*

Hæret inexpletum lacrimans] Non placet, quod in quibusdam codicibus antiquis, *inexpletus* legitur, quamvis agnitum veterum etiam temporibus. In aliquot aliis, *in amplexus lacrimans* habetur. Sed *inexpletum* agnoscunt eruditi omnes. *Pierius.*

560 *O mihi præteritos referat si Juppiter annos*] Et *o* et *si* optantis sunt: id est, utinam, quæ nunc junguntur; nam singula ante ponebantur. Ut, 'Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus.' Ergo unum vacat quantum ad antiquitatem: et notandum votum de præterito fieri. *Servius.*

O mihi præteritos, &c.] Votum senum, quale Hom. sæpe. Tale illud Entel. Æn. v. 'Si mihi quæ quondam vires:' et Val. Arg. I. de Pelia, et latius eod. l. de Æsone. *Cerda.*

O mihi, &c.] Comparant hic Grammatici Euandrum cum Nestore Iliad. H. et Λ. sed imperite, auctore Scalig. v. 3. *Taubmann.*

Si] Quam præcessit *o*, est hic elegans pleonasmus. Sic in Æn. VI. 'o si qua via est:' et in XI. 'o si solitæ,' &c. Sed cur pleonasmus? quia, cum vult, adimit, nulla jactura sententiæ, ut in VI. 'si nunc se nobis:' ubi

: 'o si nunc:' et Ecl. II. 'o libeat:' ubi poterat: 'o si Itaque jam, o: jam, si: jam, tes in tuis affectibus. Sed et ar affectus ex utraque dicti- Cerda.

Qualis eram, cum primam aciem] sim talis, qualis tunc eram ista perfeci. Aut certe lau- st, 'Qualis eram cum primam Præneste sub ipsa Stravi.' um principium parentis, qui ad bella mittens cohortetur; e enim juvenum cœpit, cui fa- e debet hostem prosternere; t filium paternis exemplis ad- , ut, 'Et pater Æneas et avun- citat Hector.' *Servius.*

primam aciem] In antiquis co- , *primum* legitur. Sed melius n aciem.' *Pierius.*

este sub ipsa] In septimo neu- nere dixit: 'Quique altum te viri.' *Servius.*

este sub ipsa] In oppidi hujus re variant; Virgilio enim su- n. VII. 682. dicitur *Cæculus.* ho, qui in etymo tamen cum d illum locum convenit, *Tele-* n Παραλλ. p. 316. Τηλέγονος ς καὶ Κίρκης, ἐπὶ ἀναζήτησιν ρὸς πεμφθεὶς, ἔμαθε πόλιν κτίσαι ίῃ γεωργοὺς ἐστεφανωμένους καὶ ας. Γενόμενος δὲ κατά τινα γῆς 'Ιταλίας, καὶ θεασάμενος ς πρινίοις κλάδοις ἐστεφανωμέ- ι ὀρχήσει προσευκαιροῦντας, ἔκ- ν, ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος Πρί- νομάσας, ἣν 'Ρωμαῖοι παραγώγως τον καλοῦσιν. Stephano vero ως: Πραίνεστος, πόλις 'Ιταλίας ιστου τοῦ Λατίνου τοῦ 'Οδυσσέ- Κίρκης υἱοῦ. Aliud etymon, Plutarchus et Servius, adducit 'Præneste dicta est, quia is quo condita est, montibus .' Dicitur autem *hic Prænes-* e *Præneste*, ut monuit Servius ed ex Festo videtur etiam se 'hæc Præneste.' *Emm.*

562 *Scutorumque incendi victor acervos*] Hoc traxit de historia. Tarquinius enim Priscus, victis Sabinis, in honorem Vulcani eorum arma succendit, quem postea secuti sunt cæteri. *Servius.*

563 *Regem Herilum*] In Romano codice, *Erulum* per *u*, more suo, ut *Sibulla* pro *Sibylla*, *Thrasullus* pro *Thrasyllus*, et alia hujusmodi passim apud Tacitum, et aliquot alios. *Pier.*

564 *Cui tris animas*] Per transitum ostendit illam Platonis et Aristotelis contentionem, qui dubitant utrum quatuor an tres animæ sint in homine, φυσικὴ, αἰσθητικὴ, νοητικὴ, remota κινητικῇ. Hoc autem loco per tres animas magnum et perfectum indicat virum. Nam quantum ad fabulam pertinet, tres animas per tria habuit corpora. Attendendum sane hoc sibi Euandrum vindicare, quod fuit in Hercule. Nam ut ille Geryonem extinxit, ita hic Erylum occidit: inde est quod paulo post ait, 'neque finitimo Mezentius unquam Huic capiti insultans.' Herculis enim mos fuit, ut etiam non rogatus laborantibus subveniret. Tunc enim, sicut Varro dicit, 'Omnes qui fecerant fortiter, Hercules vocabantur.' Licet eos primo XLIII. enumeraverit. Hinc est quod legimus Herculem Tirynthium, Argivum, Thebanum, Libyum. *Servius.*

Feronia mater] Nympha Campaniæ, quam etiam supra diximus. Hæc etiam libertorum Dea est, in cujus templo raso capite pileum accipiebant. Cujus rei etiam Plautus in Amphitryone facit mentionem, 'Quod utinam ille faxit Juppiter, ut raso capite portem pileum.' In hujus templo, Tarracinæ, sedile lapideum fuit, in quo hic versus incisus erat: BENEMERITI SERVI SEDEANT, SVRGANT LIBERI. Quam Varro libertorum Deam dicit Feroniam, quasi Fidoniam. *Idem.*

565 *Horrendum dictu*] Dictum est

per Poëtam his, quibus fides difficiliorem interponit adfectum, ut alibi, 'Horresco referens,' et 'Horrendum dictu latices nigrescere sacros,' et hoc facit, ut probabilitas credendi nascatur. *Idem.*

Terna arma movenda] Figura poëtica, nam *trina* debuit dicere. *Arma* enim numeri sunt tantum pluralis: *movenda* autem vel contra ipsum, vel ab ipso. *Idem.*

569 *Finitimo*] Aut in finitimo: aut finitimo capiti, id est, vicino. *Idem.*

570 *Huic capiti insultans*] Ad curam enim viri fortis et viri boni pertinet, ne quid injuriose fiat alicui homini: ergo et hinc contumeliam ducit, quod finitimos a tyranni injuria non defenderit. *Idem.*

Neque finitimus Mezentius unquam, &c.] In antiquis aliquot codicibus, *finitimo* legitur, vel *mihi*, vel *huic capiti*. Et 'exultans dedisset funera.' Legitur et *usquam* in codicibus aliquot antiquis, quod pertinet ad repetitionis ornatum, si cui ita legere placuerit: 'Non ego nunc dulci amplexu divellerer usquam Gnate tuo. Neque finitimo Mezentius usquam Huic capiti insultans tot ferro sæva dedisset Funera, tam multis viduasset civibus urbem.' Quo loco Servius ait: Proprie *viduasset* dictum a Virgilio: quia Urbs est generis fœminini, abusive vero et satis incongrue ab Horatio dictum, 'Viduus pharetra risit Apollo.' Quia scilicet putat ipse *viduam*, quasi *viro iduam* dici. Atqui sunt ex Grammaticis, quorum auctoritas minime contemnenda est, qui *viduum*, a *ve* et *duitate*, dictum velint; sicut *vesanus*, non *sanus*, atque ita non incongrue dixerit Horatius, 'Viduus Apollo.' *Pier.*

Huic capiti] Pro toto Soph. Elect. ὦ κασίγνητον κάρα. Sen. Rhet. Cont. 16. 'in caput testimonium dicere.' Max. Tyr. dissert. 20. εἰς ἐχθρῶν κεφαλὰς ἀπελθεῖν. Synes. epist. 49. θεοφιλῆ κεφαλὴν, id est, ἄνθρωπον θεοφιλῆ. *Cerda.*

571 *Viduasset civibus urbem*] Scilicet viris fortibus peremptis: et proprie *viduasset* dixit, quia urbs generis est fœminini. Horatius abusive et satis incongrue in genere masculino posuit, dicens, 'Viduus pharetra risit Apollo.' *Servius.*

Viduasset civibus urbem] Pari forma Sen. in Œdip. 'viduas colonis Respicis terras miseranda Thebe.' Etenim vox ista eleganter transfertur ad plura. Quin de virgine quoque dicitur. Consule, quæ Delrius scripsit ex Labeone in Medeam. Et adde ex mea observatione vocem quoque *orphanus*, qui non de eo tantum, qui caret patre, cum dixerit Pind. Olymp. IX. ὀρφανὸν γενεᾶς: orphanum Cerda.

Viduasset civibus urbem] Scil. viris fortibus interemptis. Alluditur ad χηρείαν πόλεως, quam vult Eustath. λειπανδρίαν dici. Sic. Ge. IV. dixit: 'Arvaque Riphæis nunquam viduata pruinis.' *Taubmann.*

572 *At vos, o superi*] Jam hinc quasi pater loquitur: divisa enim est hæc adlocutio, et ultima pars ejus habet adfectum parentis, quod et ipse ostendit dicens, 'Et patrias audite preces.' Prima vero viri fortis est: ut, 'Qualis eram cum primam aciem Præneste sub ipsa Stravi.' *Servius.*

At vos, o superi, et divom tu maxume rector, &c.] In antiquo admodum codice, lectio hæc variat in hunc modum, 'Divom tu maxume rector Jupiter Arcadii quæso reminiscere regis, Exaudique preces patrias.' Vulgata tamen lectio plures habet fautores, quia sequitur, 'si numina vestra Incolumem Pallanta mihi, si fata reservent;' apostrophe ad plures. *Pierius.*

At vos, o superi, &c.] Perculit hic subito Euandrum horror timentem de nati exitu; vere enim Liv. l. XXIV. de consule eunte ad bellum: 'Subiit

inde cogitatio animum, qui belli casus, quam incertus fortunæ eventus, communisque Mars belli sit, adversa, secunda,' &c. Si in omnes hæc quadrant, certius in Euandrum, qui senex, et pater, et jam tacito quodam animi sensu ferebatur, putabatque non deinde visurum se vivum natum. Consule Henr. Steph. Sched. IV. 17. *Cerda.*

574 *Patrias audite preces*] Poterat videri idem dixisse, nisi libenter voto suo immoraretur. *Servius.*

576 *Si visurus eum vivo*] In codicibus aliquot antiquis, *vivom* legitur: quod non ita placet. Nam ad id, quod nonnulli objiciunt, recte *vivom* positum quia præter vota vidit eum postmodum, sed non *vivum*, responsum fecerim, satis esse, quod jam dixerat, 'si numina vestra Incolumem Pallanta mihi, si Fata reservant.' Et quia non satis erat desiderio patris filium esse incolumem, nisi et jucundissimo ejus frueretur aspectu, ejusque complexus peteret, adjecit, 'Si visurus eum vivo, et venturus in unum.' *Pierius.*

Visurus eum vivo] Recte sentit German. exprimi ab eminenti Poëta effigiem humanæ vitæ sub persona Euandri, ejusque metu, cum fata sæpe corrumpant parentum gaudia, ademptis liberis, prolato Plutarch. loco e libro περὶ τῆς ἐς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας, quod videlicet parentes prius decedant ex vita, quam viderint virtutem filiorum. Nulla enim parentes punguntur acriore cura. Thamyris apud Basil. Seleuciæ Episcopum lib. I. sanctiss. Teclæ, ait, hoc maximum esse parentum votum, καὶ παῖδας, καὶ παίδων παῖδας καταλιπεῖν: *relinquere liberos, et liberorum liberos.* Vere Chorus apud Euripidem Supplic. Τί γὰρ ἂν μεῖζον τοῦδ', ἔτι θνατοῖς Πάθος ἐξεύροις, ἢ τέκνα θανόντα ἐσιδέσθαι; et Androm. Θανεῖν σὲ πρέσβυ χρὴ πάρος τῶν σῶν τέκνων. *Cerda.*

577 *Patiar*] In antiquis pene omnibus codicibus, *patior* est præsenti tempore, quod auget assensum, et rem jam actu esse subinnuit, vel ad incommoda senectutis respicit, quæ per se ipsa morbus est, de qua Comicus ait: χαλεπὸν τὸ γῆράς ἐστιν ἀνθρώποις βάρος. *Pierius.*

Durare laborem] Ipsius scilicet senectutis. Terentius, 'Senectus ipsa morbus est.' *Durare* autem est sustinere. Horatius, 'Ac sine funibus vix durare carinæ Possunt imperiosius æquor.' *Servius.*

578 *Infandum casum*] Parentis est nolle memorare quod formidat. *Id.*

Infandum casum] Non nominat mortem, sed circumscribit, territus omine. Itaque vitam nominavit, mortem non audet, sed loco mortis 'infandum casum' dixit. Quæ vox cædem notat usu Virgiliano. In Æn. III. 'infandi Cyclopes, gentem nefandam,' quia illi occisores hominum. In II. 'Jamque dies infanda aderat;' in qua ego occidendus: et, 'vos aræ, ensesque nefandi,' quibus ego occidendus. Sup. clare, 'Quid memorem infandas cædes?' Itaque vocem, quæ mortem notat, pro morte posuit. Quia quæ sunt ἐξάγιστα esse debent ἄῤῥητα. *Cerda.*

579 *Nunc nunc o liceat*] In antiquissimo codice Romano, et quibusdam aliis, legere est *nunc o, nunc liceat.* Quod quantam præ se ferat venustatem et elegantiam, nulli arbitror ambiguum esse. *Pierius.*

Crudelem vitam] Quæ filio est superstes. *Servius.*

581 *Sola et sera*] Quia et unus erat, et serius susceptus, id est, a seniore: vel propter hoc vitam optat longiorem, quod brevem ex illo fructum consecutus sit, vel quod sera ex filiis voluptas est. *Idem.*

Mea sola et sera voluptas] In Mediceo, et in Porcio, transpositis verbis, legere est, 'mea sera et sola voluptas:' quod majori cum orationis ornatu, si diligenter inspicias, factum

animadvertes. Est vero hoc cujusmodi filium Homerus vocat τηλεγένητον, τηλύγετον; καὶ μονογενῆ. *Pierius.*

Sera et sola] Μονογενῆ sive μονόπαιδα, et τηλύγετον significat. Τηλύγετοι autem sunt, ut Hom. Interpres ait, ἐν γεροντικῇ ἡλικίᾳ σπαρέντες. Ita Ægeus ad Theseum apud Catull. 'Gnate, mihi longa jucundior unice vita: Gnate, ego quem in dubios cogor dimittere casus, Reddite in extremæ nuper mihi fine senectæ,' &c. ita supra Æn. vi. 764. 'Quem tibi longævo serum Lavinia conjux:' et infra Æn. ix. 481. 'tune ille senectæ Sera meæ requies?' *Taubmann.*

Sola] Indicatur filius, μονόπαις, et μονογενὴς, id est, ut vertit Catull. *unigena.* De Oreste apud Soph. Electra, αἵ μοι μόναι παρῆσαν ἐλπίδων ἔτι: *Quæ mihi sola spes erat reliqua.* Inde incrementum orationis Apollon. Arg. i. Hinc enim auget animum Alconis, qui Phalerum filium ad bellum miserat, tum τηλύγετον, *genitum in senectute:* cum μοῦνον ἐόντα, *unicum.* Cui loco videtur Poëta institisse, cum Euander Pallantem ad bellum mittat, et τηλύγετον, et μόνον, *serum et solum.* Cerda.

582 *Conplexu teneo*] In Romano codice legere est per participium, *complexus.* 'Dum te complexus.' Sed enim *complexu* omnino melius. *Pier.*

Conplexu teneo] Dignus est, qui legatur locus Eurip. in Hecuba, ubi miri excitantur affectus inter extremos complexus Hecubæ matris, et Polyxenæ filiæ, cum hæc ibat ad mactationem. Certe Sen. Tragicus Euripidem habuit pro magistro cum filius Hectoris rapitur a Græcis a sinu matris. *Cerda.*

Gravior ne nuncius aures Vulneret] In codicibus antiquioribus scriptum est, 'nuncius auris Volneret.' Exponit vero Marcellus *gravior, tristior.* Pierius.

Auris Volneret] Proprie: quia ingrata. Arnob. l. i. 'Vulneratis accipiunt auribus.' Lactant. vii. 1. 'Vulnerant aures eorum præcepta continentiæ.' Tale illud Plauti Aul. 'lapides loqueris,' &c. Ita Æn. xi. 896. 'Turnum sævissimus implet Nuntius.' Symmach. epist. vi. 8. 'nuntii vulnus.' *Taubmann.*

583 *Supremo*] Hoc ex persona Poëtæ, quia periturus erat Pallas. *Servius.*

584 *Famuli collapsum in tecta ferebant*] In antiquis codic. *conlapsum* habetur, præpositione incolumi, instar ejus inscriptionis, quæ Romæ adhuc superat in monumentis L. Septimii Sev. Pii,

ARCVS CAELIMONTANOS PLVRIFARIAM VETVSTATE CONLAPSOS ET CONRVPTOS A SOLO SVA PECVNIA RESTITVERVNT. *Pierius.*

Famuli conlabsum, &c.] Supra Æn. iv. de Didone idem pene. *German.*

585 *Jamque adeo exierat*] *Adeo*, ad ornatum pertinet tantum. *Servius.*

587 *Inde*] Hic *deinde* significat, et est polysemus sermo. *Idem.*

Ipse agmine Pallas In medio] Hic enim mos fuit ut tyrones ponerentur in medio, et ambirent viri fortes exercitum. Aut certe honoris est, medium locum in exercitu tenere, ut ipse alibi, 'medio dux agmine Turnus.' *Idem.*

588 *In medio*] Quæ J. Goropius de loco digniori hinc etiam disputat, nugas esse docet Lipsius Elect. ii. 2. Pallas erat in medio quidem agmine: sed in suo, non Æneæ; ut dux et imperator, cui locus iste debebatur. Neque ulla hic comparatio est ad alium, sive altiorem, sive minorem. *Taubmann.*

Conspectus] Conspicuus, conspicabilis. Nam pro nomine participium posuit: sic est, 'et versis Arcades armis.' *Servius.*

Conspectus] Veste militari conspicuus et spectabilis: sive, ut Tibull. i. 1. conspiciendus: 'Totus et argento conspectus, totus et auro In-

sideat celeri conspiciendus equo.' *Taubmann.*

589 *Qualis, ubi Oceani*] Homericum est. *Servius.*

Qualis ubi Oceani, &c.] Vide omnino quæ de his versibus J. C. Scaliger de Re Poët. v. 3. Eos quoque adhibuit Fabilius quidam, magister Maximini Junioris, cum eum Græco carmine describeret, ut testatur Julius Capitolinus in ejus vita c. 1. 'Usus est magistro Græco literatore Fabilio, cujus epigrammata Græca multa extant, maxime in imaginibus ipsius pueri: qui versus Græcos fecit ex illis Latinis Virgilii, quum ipsum puerum describeret. 'Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda Extulit os sacrum cœlo, tenebrasque resolvit, Talis erat juvenis patrio sub nomine clarus.'' Græce eos hoc modo vertit Is. Casaubonus: Οἷος ἀπ' Ὠκεανοῖο Ἑωσφόρος εἰσὶ ῥοάων, Οὐρανόθεν κεφαλὴν προφέρων σκεδάων δέ τε νύκτα, Τοῖος ἔην νέος οὗτος ἐν ἡλικίεσσι φαεινός. Ut autem hoc loco Pallas cum Lucifero comparatur, sic apud Horat. Od. III. 9. Lydia de Calaï suo: 'Quamquam sidere pulcrior Ille est.' *Emmeness.*

590 *Ante alios astrorum diligit ignis*] Venus in cœlo habet unam propriam stellam, quæ oriens Luciferum, occidens Vesperum facit. Inde Statius, 'Et alterno deprenditur Venus in ortu.' Habet etiam duas alias, unam in signo Tauri, et unam in Septentrione. Unde etiam Taurus domus esse dicitur Veneris. Ideo dixit, 'Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes.' *Servius.*

591 *Os*] Dari os astris alibi indicavi, et illustravi. Manil. l. v. ex correctione Scalig. 'cum corniger extulit ora.' *Cerda.*

Sacrum] Venerabile. *Servius.*

Tenebrasque resolvit] Propter jubar, quod sola possidens aliquod adfert lumen. *Idem.*

592 *Stant pavidæ matres, &c.*] Affectus fœminarum exuberans: de quo Scal. III. 13. *Taubmann.*

Oculisque sequuntur] Mira brevitate hoc explicuit, id est, quam longissime prospiciunt. *Servius.*

Oculisque sequuntur] In plerisque vetustis codicibus, *secuntur* notatum observes. Sed enim per *q* scribendum Victorini sententia est. Alii quidam *q* in verbo *sequuntur* et *loquuntur* ita adamarunt, ut eorum etiam participia *sequutus*, *loquutus*, per *q* scribere voluerint, præcipientes horum scriptionem ad originem referri debere. *Pierius.*

593 *Pulveream nubem*] Ὕστεροπρότερον. *Servius.*

Pulveream nubem] De pulvere *nubem* dixere Silius l. III. 'Incita pulveream campo trahit ungula nubem.' Idem l. XIV. omitto. Claud. Bell. Get. 'Pulveris ambiguam nubem.' Quintil. Declam. 315. 'in illa nube pulveris.' Isti a Lucret. qui lib. v. 'Pulveris exhalat nebulam.' Et omnes adhuc ab Hom. qui Il. XXIII. de pulvere excitato ab equis, ἠΰτε νέφος, ἠὲ θύελλα: *ut nubes, aut procella.* Et *procellam* dixit, ut etiam Soph. in Elect. κλύδων' ἔφιππον, *equestrem procellam*, loquens de cursu equorum. *Cerd.*

594 *Qua proxima meta viarum*] Qua proximus circuitus est. *Servius.*

Agmine facto] *Agmen* est proprie exercitus ambulans: quicquid fuerit aliud, abusive dicitur. *Idem.*

596 *Quadrupedante, &c.*] Notetur carminis artificium: cujusmodi repetitur Æn. XI. 875. *Quadrupedare* autem, auctore Turn. XXVI. 29. de quadrupedibus dicitur. Ita apud Plautum Capt. IV. 2. 'pisces advehuntur quadrupedante crucianti canterio.' *Taubmann.*

Sonitu quatit ungula campum] Ita Horat. Epod. XVI. 'et urbem Eques sonante verberabit ungula.' Unde Græcis et μώνυχες et μονώνυχες ἵπποι. Pindarus a pulsu pedum ἱππόκροτον ὁδὸν vocat, Pyth. IV. et Hesiod[illegible] χήποδες ἵπποι, qui pedibus [illegible]

reddunt. *Idem.*

Est ingens, &c.] De loco religioso videatur Macrobius III. 3. et Gell. IV. 9. *Idem.*

597 *Prope Cæritis amnem*] Agylla civitas est Tusciæ, a conditore Agella appellata, cui ex inscientia Romana aliud est inditum nomen. Nam cum Romani euntes per Tusciam interrogarent Agyllinos quæ diceretur civitas, illi utpote Græci, quid audirent ignorantes; et optimum ducentes si prius eos salutarent, dixerunt χαῖρε: quam salutationem Romani nomen civitatis esse putaverunt, et detracta aspiratione, eam *Cære* nominaverunt, ut dixit Yginus de urbibus Italicis. *Amnis* autem aut tacuit nomen, aut, ut quidam volunt, Minio dicitur: quia alibi dixit, 'Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in arvis.' Alii certe montem putabant, ob hoc oppidum dictum. *Servius.*

598 *Late sacer*] Hoc est, non solum colebatur a civibus, sed etiam ab accolis. *Idem.*

Undique] Deest *quem*, vel *eum*. Id.

599 *Nigra*] Umbrosa: more suo. *Idem.*

Nigra] Alluceat hic mos. In Ge. III. 'nigrum nemus:' et Ge. I. 'turbine nigro:' in Æn. VI. 'nigra Tartara:' in Æn. V. 'nigra nube.' Ge. IV. 'Et caligantem nigra formidine lucum.' In his, et multis aliis obscuritas indicatur. *Cerda.*

600 *Veteres sacrasse Pelasgos*] De his varia est opinio. Nam alii eos ab Atheniensibus, alii a Laconibus, alii a Thessalis dicunt originem ducere, quod est propensius. Nam multas in Thessalia Pelasgorum constat esse civitates. Hi primi Italiam tenuisse perhibentur. Filocorus ait, ideo nominatos Pelasgos, quod velis et verno tempore advenire visi sunt, ut aves. Yginus dicit Pelasgos esse qui Tyrrheni sunt: hoc etiam Varro commemorat. *Servius.*

Veteres sacrasse Pelasgos] Pelasgi quinam fuerint, quomodo in Italiam venerint, quæ loca tenuerint, quo pacto se Aboriginibus junxerint, tandemque deleti fuerint, omnia hæc persequitur lib. primo antiq. Dionys. *Pont.*

601 *Arvorum pecorisque deo*] Publica ceremoniarum opinio hoc habet, pecorum et agrorum Deum esse Silvanum. Prudentiores tamen dicunt eum esse ὑλικὸν θεὸν, hoc est Deum τῆς ὕλης. Hyle autem est fex omnium elementorum, id est, igni sordidior et aëre, item aqua et terra sordidiora, unde cuncta procreantur: quam ὕλην, Latini *materiam* appellaverunt; nec incongrue, cum materia silvarum sit. Ergo quod Græci a toto, hoc Latini a parte dixerunt. *Servius.*

Arvorum pecorisque deo] Vehementer inclino, legendum hic, *Silvarum pecorisque Deo*, non *arvorum*. Quia sermo Poëtæ, qui hic totus de luco, ad silvas nos ducit, non ad arva. Deinde, quia Ge. I. Deum istum invocavit ad argumentum l. IV. nam in nemoribus et hortis apiaria, quæ res longe ab arvis et campis, in quibus frumenta. Quam ad rem consentanee Horat. Epod. II. 'Ut gaudet insitiva decerpens pyra, Certantem et uvam purpuræ.' *Cerda.*

Lucumque diemque] Hoc a Romanis traxit, apud quos nihil fuit tam solenne quam dies consecrationis. Hinc est illud, 'Nostrosque hujus meminisse minores.' Ecce et hic luco et numen et consecrationem dedit. *Serv.*

603 *Tarcho et Tyrrheni*] *Tarcho*, sic legitur, et est Latinus nominativus de Græco veniens, ab eo quod est *Tarchon*: perdita litera *n*, et ω in *o* mutata, ut *Apollo* Ἀπόλλων: aliter versus non stat. *Idem.*

Tuta tenebant Castra locis] Hoc est, industria et natura munitissima. Sed novimus castra per naturam munita esse non posse, nisi in collibus fuerint: quod si in montibus sunt, quomodo procedit, 'Latis tendebat in arvis?'

Ne sit ergo contrarium, intelligamus quod hodieque videmus et legimus, hanc collium fuisse naturam, ut planities esset in summo, in qua inerant castra Tarchontis. Quanquam multi velint, 'celsoque omnis de colle videri Iam poterat legio,' ad Æneam referre, ut intelligamus venientes in collibus fuisse Trojanos: castra vero Hetrusca in campis. Quod si velimus accipere, quemadmodum procedit, 'tuta tenebant Castra locis?' nam *tuta*, id est, per naturam locorum. *Idem.*

Tuta tenebant Castra locis] In aliquot codicibus antiquis legere est, 'cuncta tenebant castra:' quod si admittas, Servii omnis ambiguitas tolletur. 'Namque omnis furiis surrexit Etruria justis,' quæ castra eo loco metata erat. *Pierius.*

604 *De colle videri*] Incertum utrum ipsa in colle agens, an ab his qui de colle prospiciunt. *Servius.*

605 *Tendebat in arvis*] Ut, 'Hic sævus tendebat Achilles.' Hoc est, tentoria habet. *Idem.*

Tendebat] Vide Æn. II. 29. *Taub.*

606 *Et bello lecta juventus*] Quia ait supra, 'qui sese in bella sequantur, Præstantes virtute legit.' Aut *lecta* proprie, quia delectus militum est. *Servius.*

607 *Fessique et equos et corpora curant*] Ingenti arte quod sequebatur omisit, redditurus in decimo. Namque si vellet dicere venisse Æneam, vidisse Tarchontem, petisse auxilia, satis longum fuerat, et peribat illud quod ait supra, 'Toto namque fremunt condensæ litore puppes:' cum et Hetruscorum festinationi dicentis brevitas congruat. Verum hoc quod in isto loco prætermisit, reddidit in decimo, dicens, 'Namque ut ab Euandro castris ingressus Hetruscis, Regem adit, et regi memorat nomenque, genusque.' *Idem.*

Curant] Verbo *curandi* utebantur in rebus ad vitam victumque spectantibus. 'Cura te, mi Tyro,' apud Cic. Apud Horat. 'curare cutem, genium, pelliculam.' Apud Terent. 'Curasti te molliter.' Lucret. l. II. 'Propter aquæ rivum, sub ramis arboris altæ Non magnis opibus jucunde corpora curant.' Livius et historici frequentissime. *Pontanus.*

608 *At Venus, &c.*] Locus clarus Hom. in exitu Il. XVIII. ubi de Thetide Achillis matre: 'Η δ', ἴρηξ ὣς, ἆλτο κατ' οὐλύμπου νιφόεντος, Τεύχεα μαρμαίροντα παρ' Ἡφαίστοιο φέρουσα: *Hæc vero, velut accipiter, desiliit ab Olympo nivoso, Arma splendentia a Vulcano afferens.* Cerda.

Ætherios nimbos] Per aërem numinum, scilicet purgatiorem, qui circa deos est. 'Η δ' ἐς νῆας ἵκανε, θεοῦ πάρα δῶρα φέρουσα. *Servius.*

Ætherios nimbos] Servius aërem Numinum purgatiorem, qui circa Deos est, (de quo supra) intelligit: at Gifanius, nubes: imitatione Lucretii, qui 'æthereas nubes' dixerit; ut et Prudent. *Taubmann.*

Dona ferens aderat] Et Virgilio, et superioribus Homeri, adhæsit Silius l. II. 'Ecce autem clypeum sævo fulgore micantem Oceani gentes ductori dona ferebant, Callaïcæ telluris opus.' Thetis apud Hom. θεοῦ πάρα δῶρα φέρουσα. *Cerda.*

Reducta] Secreta. *Servius.*

610 *Egelido secretum flumine vidit*] *Egelido*, id est, nimium gelido: et est una pars orationis, ut Ge. IV. 'Eduramque pirum:' id est, valde duram: et sic dixit, 'secretum flumine egelido,' hoc est, præsidio fluminis: ut dicimus, *secretus est monte* vel silvis. Latenter autem ostendit, Æneam, non nisi flumine ablutum, numen videre potuisse. *Idem.*

Ut procul egelido secretum flumine vidit] In Romano codice *hæc gelido*: ut sit *hæc* scilicet *Venus*, quod incomptum videtur. In aliis *et*, in aliis *e* separatim legitur. Placet vero unica dictione *egelido* per compositionem

particulæ, quæ *valde* significat. *Pier.*

Egelido] Servius leg. *egelido*, et exponit, Nimium gelido: ut 'edura pyrus' Ge. IV. valde dura. Muretus tamen Catulli illud Carm. XLIII. 'Jam ver egelidos refert tepores,' interpretatur moderatos calores; exemplo illius Ovid. Amor. XII. 11. 'Et gelidum Borean, egelidumque Notum.' De cujus tamen lectione vide J. C. Scalig. Poët. l. VI. Ita Columell. l. X. 'Nunc ver egelidum, nunc est mollissimus annus.' V. N. Ge. II. 65. *Taubmann.*

611 *Seque obtulit ultro*] Id est, Deam confessa, ut in secundo dixit; est autem ὑστεροπρότερον, et ordo est, Obtulit se, et locuta est. *Servius.*

612 *Promissa*] Κατὰ τὸ σιωπώμενον, ut supra, 'Hoc signum cecinit missuram Diva creatrix.' *Idem.*

613 *Laurentis superbos*] Ut, 'Quos illi bello profugos egere superbo.' *Idem.*

614 *Acrem Turnum*] Fortem: et proprie apud nos *acer* est, qui apud Græcos δεινὸς dicitur. Nam fortem et vehementem δεινὸς, et asperum, et amarum potest significare. *Idem.*

Poscere] Provocare. Cicero, 'Poscunt majoribus poculis,' id est, provocant. *Idem.*

616 *Radiantia*] Sic et ab Græcis ἀκτῖνες dantur armis. Propert. I. 4. 'miles radiabat in armis.' Hi radii fortasse ab insertis gemmis. Nam Ovid. Pont. III. 4. 'Scuta, sed et galeæ gemmis radientur et auro.' *Cerd.*

617 *Deæ donis*] Propter arma. *Servius.*

Ille deæ donis] Macrob. V. 8. et 9. Homer. Iliad. XIX. *Hartung.*

Tanto lætus honore] Quod manifeste viderat matrem, et plenam numinis sui. *Servius.*

618 *Expleri nequit*] Si perpendas omnia; quod non expleatur; quod oculos in cuncta intendat; quod miretur, et verset: magnum opus, magnum Æneam, magnum etiam Virgilium intelliges: Scal. V. 3. Hunc locum defendit etiam contra Grammaticos Pontanus in Antonio. *Taub.*

Oculos per singula volvit] Ita Eurip. Phœniss. ὧν οὕνεκα ὄμμα πανταχοῦ διοιστέον: et Hom. Il. XVII. ὄσσε φαεινὼ Πάντοσε δινείσθην. *Cerda.*

619 *Miratur, interque manus*] In plerisque codicibus antiquis legere est, 'miraturque, interque manus:' quod quidem mihi plurimum placet. *Pierius.*

Interque manus et brachia versat] Jungendum est, ut intelligas Ænean manibus minora, brachiis majora arma considerasse, ut puta loricam vel scutum: hæc enim sunt arma majora: minora vero, galeam, gladium, ocreas. *Servius.*

Versat] Considerat. Ut, 'huc illuc vinclorum immensa volumina versat.' *Idem.*

620 *Terribilem cristis galeam*] Vides, ut galeam ornet a cristis, quibus terribilis: a flammis, quas vomit. Hom. galeam Achillis ita: Τεῦξε δέ οἱ κόρυθα βριαρὴν κροτάφοις ἀραρυῖαν, Καλὴν, δαιδαλέην, ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκε. Vides et victoriam. Quid, quod uno versu, quod duobus ille, imo plura? nam addit flammas, quæ desunt Homero, et adimit varietatem, quæ hic non necessaria. Sil. l. II. 'galeamque coruscis Subnixam cristis vibrant, cui vertice coni Albentes niveæ tremulo nutamine pennæ.' Et *terribilem* dixit, reddens frequentissimum illud Hom. δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν: *Horrende desuper conus nutabat.* Cerda.

621 *Fatiferumque ensem*] *Fatum* sæpe pro morte positum legitur; *fatiferum* ergo lethiferum. *Servius.*

Fatiferumque ensem] Quia in eo sita fata Turni. Ad hunc modum dixit Cicero hostilem sicam suo lateri devotam. Et Sil. de Annibale: 'Ensem unum, ac multis fatalem millibus hastam.' Et Hesiod. in Scut. ait de sagittis Herculis, esse in illis mortem præfixam: πρόσθεν μὲν θάνατόν τ' εἶχον. Sic ergo in ense Æneæ fixa mors

Turni. *Cerda.*

Rigentem, Sanguineam, ingentem] Distinguendum propter plura epitheta. *Sanguineam* autem velut cruentam, terribilem. *Servius.*

622 *Cum cærula nubes*] Profecto nihil potuit aptius; quum cæruleam nubem implevit splendore. Idem namque in ferro polito est. Scal. v. 3. *Taubmann.*

623 *Solis inardescit radiis*] Irim Physica ratione describit, quæ fit cum aquosam nubem ardor solis inradiat. Nec est incongrua hæc comparatio, cum lorica de diversis metallis fieri plerumque consueverat. *Servius.*

624 *Levis ocreas*] Id est, nitida tibialia. *Idem.*

Recocto] Sæpe purgato, quia quanto plus coquitur, melius fit: ergo ad qualitatem et ad commendationem refertur. *Idem.*

Auroque recocto] In Oblongo codice, quem Pomponii Læti delicias ajunt, 'auroque nitentem' legitur, ut sit 'levis ocreas electro, auroque nitentem, Hastamque et clypei non enarrabile textum.' Sed magis placet, *recocto*, ut in reliquis omnibus exemplaribus habetur. *Pierius.*

625 *Non enarrabile*] Bene *non enarrabile;* cum enim in clypeo omnem historiam Romanam vellet esse descriptam, dicendo 'Illic genus omne futuræ Stirpis ab Ascanio, pugnataque in ordine bella:' carptim tamen pauca commemorat, sicut in Æn. primo ait, 'videt Iliacas ex ordine pugnas:' nec tamen universa describit. Sane interest inter hunc et Homeri clypeum: illic enim singula dum fiunt narrantur; hic vero perfecto opere noscuntur; nam et hic arma prius accipit Æneas quam spectaret: ibi postquam omnia narrata sunt, sic a Thetide deferuntur ad Achillem. Opportune ergo Virgilius; quia non videtur simul et narrationis celeritas potuisse connecti, et opus tam velociter expediri, ut ad verbum posset occurrere. *Servius.*

Clipei non enarrabile textum] Refert Serv. ad bella, quæ ibi sculpta. Ego ad varia metalla, e quibus confectus, et veluti textus clypeus. Itaque, sicuti ocreæ ex electro et auro factæ, sic potuit clypeus; in quo acumen invenio. Quasi dicat: Materiam ocrearum potui explicare, clypei nequeo; ideo *non enarrabile.* Neque hoc novum. Nam Lucret. l. VI. 'ferrea texta.' *Cerda.*

626 *Illic, &c.*] Poëtæ sex (mitto alios) vocari in certamen possunt: Græci tres, Homerus, Hesiodus, Nonnus: Latini tres, Virgilius, Statius, Silius. Hi omnes clypeos suos simili apparatu exornarunt. Homeri judicium sit penes Scaligerum, de quo ait, 'licuisse illi in ea verborum opulentia ineptire.' Enituit etiam in re simili ingenium Calabri l. v. in fabrica scuti Achillis: qui tamen totus, ut assolet, ad Homeri umbram. *Idem.*

627 *Haud vatum ignarus*] Liptotes figura, id est, futurorum non inscius. Et quibusdam videtur hunc versum omitti potuisse. *Servius.*

Venturique inscius ævi] Non *ævi*, sed quæ in ævo erant futura. *Idem.*

Stirpis ab Ascanio] Usque ad Augustum Cæsarem. *Idem.*

Pugnataque in ordine bella] Et hic subaudiri potest de Ascanio. Et bella Albanorum, quæ Romanorum, in clypeo dicit. *Idem.*

Pugnata bella] Forte a Catull. qui 'magna bella pugnata.' Aut a Lucil. qui apud Donat. Comm. Terent. 'Vicimus, o socii, et magnam pugnavimu' pugnam.' Liv. l. VIII. 'bellum a Consulib. bellatum:' et l. IX. 'pugnam pugnatam:' quod repetit l. XL. Latini hoc a Græcis. *Cerda.*

630 *Fœtam*] Vere hallucinantur, qui hanc vocem trahunt ad duplicem significationem, in sermone animalium. Semper enim in sermone animalium significat levatam partu femi-

nam. Plin. VIII. 16. loquens de leæna, 'cum pro catulis fœta dimicat.' Silius l. X. 'Haud secus ac Libyca fœta tellure leæna, Invadunt rapidi jamdudum, et inania tentant Nondum sat firmo catuli certamina dente.' Dixi signate, in sermone animalium; nam extra hunc exempla suppetunt contrarii significati. *Idem.*

Mavortis in antro] Potest accipi, et fecerat lupam Mavortis, et Mavortis in antro. Fabius speluncam Martis dixit. Dicendo autem *et*, ostendit multa alia esse depicta. Est autem elegans figura 'fecerat procubuisse,' sane laus operis, ut tale videretur. *Fœtam* vero quæ peperit et nutrire potuisset. *Servius.*

631 *Procubuisse*] Id est, prima parte se inclinasse, quod Græci *προκύπτειν* dicunt: ut inclinatione corporis ubera præberet infantibus. Nam si *procubuisse*, jacuisse accipias, contrarium est quod dicit, 'Ludere pendentes pueros.' Quod si *procubuisse*, ut, 'cum fœtis concolor albo Procubuit,' acciperemus; intelligere debemus *pendentes*, desiderio alimoniæ suspensos, vel intentos, ut, 'pendetque iterum narrantis ab ore.' Alii *pendentes*, cessantes, ut 'pendent opera interrupta minæque Murorum ingentes.' Sciendum tamen voluisse eum gestum proprie exprimere, quem in ipsius lupæ cernimus statuis. *Id.*

Lupam] An fera hæc, an femina hujus nominis, otiosum sit quærere, ubi exstant Livius, Dionysius, Plutarchus. Sed Poëtam de vera lupa intellexisse, clarum. Similes successus illorum, qui nutriti a feris, lege apud Alex. Gen. II. 31. Vide et Notas Dalecamp. ad Plin. XV. 18. ubi de ficu Ruminali. Lege etiam Ælian. Var. Hist. XII. 42. et XIII. 1. ubi successus Atalantæ simillimus Romulidis. Et natales Lycasti, et Parrhasii, Regum Arcadiæ, apud Plut. de Fort. Rom. qui etiam nutriti a lupa: et historiam Æsculapii apud Paus. Corinth. De historia Romuli, in qua sum, audi Plinii judicium VIII. 17. Paneg. Majorani ad umbram Virgilii describit clypeum Romæ, 'videas hic crasso fusa metallo Antra Rheæ, fœtamque lupam, quam fauce relicta Blandiri quoque terror erat: quamquam illa vorare Martigenas, et picta timet.' Claud. quoque Paneg. Olibr. et Prob. simili historia clypeum ornat, 'Et formidato clypeus Titana lacessit Lumine, quem tota variarat Mulciber arte. Hic patrius Mavortis amor, fœtusque notantur Romulei, post amnis inest, et bellua nutrix: Electro Tyberis, pueri formantur in auro, Fingunt æra lupam, Mavors adamanta coruscat.' *Cerda.*

Geminos huic] Modo revera geminos: alias similes. Sane totus hic locus Ennianus est. *Servius.*

632 *Ludere*] Moveri. Terentius, 'Congrum istum paulisper in aqua sinito ludere,' id est, moveri. *Idem.*

Ludere pendentes pueros] Scribit ex Q. Fabio Pictore Dionys. Antiq. l. I. suo ævo Romæ sacellum extitisse, ubi esset statua hujus rei index; videlicet lupa duobus infantibus mammas præbens, opus antiquum, atque ex ære. Statuæ Romuli lactentis meminit Cic. Divinat. l. II. Credendum allusisse Poëtam ad hanc statuam. Et hoc est, quod dixit Serv. Virgilium expressisse gestum, 'quem in ipsius lupæ cernimus statuis.' Existimo statuam illam, cujus meminit Dionysius, esse illam, quam Liv. l. X. factam scribit ex bonis fœneratorum: 'Ad ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum urbis sub uberibus lupæ posuerunt,' videlicet Ædiles. *Cerda.*

Lambere matrem] Quasi matrem, cujus affectum pueris exhibebat. Sane veteres etiam nutrices *matres* vocabant, ut ait Plautus in Menæchmis, 'Et mater non possit dignoscere quæ mammam dabat.' *Servius.*

Lambere matrem] Dionys. l. I. *ἐδίδου*

τὰς θηλὰς τοῖς στόμασιν αὐτῶν, καὶ τῇ γλώττῃ τὸν πηλὸν, οὗ κατάπλεῳ ἦσαν, ἀπέλιχμα: *Dabat illis mammas, et lingua abstergebat lutum, quo erant pleni.* Liv. l. I. *Summissas infantibus præbuisse mammas, ut lingua lambentem pueros magister Regii pecoris invenerit.* Ov. Fast. I. 'Constitit, et cauda teneris blanditur alumnis, Et fingit lingua corpora bina sua.' Hoc extremum a Virgil. qui statim, 'et corpora fingere lingua.' Græci λιχμᾶσθαι dicunt, quod in uno Opp. crebrum, ut cum ait 3. *κυν.* de ursa λιχμᾶται γλώσσῃ φίλον γόνον: alibi λιχμῶν: nam post pauca: ἄρκτος λιχμῶσα παῖδας. *Cerda.*

633 *Tereti cervice*] Rotunda cum longitudine. Ut, 'incumbens tereti Damon sic cœpit olivæ.' *Servius.*

Illam tereti cervice reflexam, &c.] In Romano codice, *reflexa* eodem casu cum *cervice* legitur. Sed *reflexam* figuratum magis. Operæ pretium vero est hujusmodi figuram plerisque in locis, tum ex marmore tum ex ære, Romæ spectare. Ambigas enim utrum Virgilius a Sculptoribus, an Sculptores a Virgilio hujus imaginis desumpserint exemplar. Quod vero subsequitur 'et corpora fingere lingua,' sunt antiqui codices, in quibus *lingere* scriptum sit: sed enim *tingere* pro *tergere* agnoscit Servius etiam M. Tullii Ciceronis usu. *Pierius.*

Tereti cervice reflexam] Ex Lucr. l. I. 'Atque ita suspiciens tereti cervice reposta.' Cic. etiam ex Arato de Nat. Deorum: 'Obstipum caput, et tereti cervice reflexum:' Catull. de Acme et Septim. 'Leviter caput reflectens.' Virg. iterum in X. 'reflexa cervice.' *Cerda.*

634 *Mulcere alternos*] Non quod in pictura erat, dicit: sed id quod intelligimus factum fuisse. Ut, 'Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.' *Servius.*

Mulcere] Hinc Sil. l. v. 'Ceu fœtum lupa permulcens puerilia membra.' *Cerda.*

Et corpora fingere lingua] Id est, tergere. Cicero in Sestiana, 'Spongiis sanguis effingebatur,' id est, tergebatur: *fingere* tamen et formare aliquid, et ad integram faciem arte perducere significat: inde *fictores* dicuntur, qui imagines vel signa ex ære vel cera faciunt. *Servius.*

635 *Nec procul hinc Romam*] Congrue juxta proprios conditores. *Id.*

Raptas sine more Sabinas] *Raptas* spectaculo, sine ullo exemplo. Aut sine ullo bono more: vel *raptas* stupratas, id est, per vim: historia autem talis est: Romulus, cum turbam civium non haberet, asylum condidit; ad quem locum si quis confugisset, eum exinde non liceret auferri; hic cum videret virorum multitudinem sine connubiis posse deperire, a vicinis civitatibus matrimonia postulavit; sed ab eis contemptus, *celetes* se Neptuno, Equestri Deo, qui et Consus dicitur, editurum proposuit, ad quos *celetes* cum de vicinis civitatibus maxima multitudo cum omnibus fœminis convenisset, Romulus eas, signo dato, rapi de spectaculo fecit: ob quam rem a Sabinis bellum ei indictum est, in quo cum jam capto a Sabinis Capitolio in foro Romano pugnaretur, et ejus milites fugerent, Jovi Statori templum se facturum esse promisit, si ejus stetisset exercitus. Quo voto restituta pugna cum anceps esset, intervenientibus mulieribus Sabinorum quæ jam Romanis nuptæ erant, pugna sedata est, et icto fœdere, Tatius Rex Sabinorum in partem urbis acceptus est; unde Romani a Curibus *Quirites* appellati sunt. *Idem.*

Raptas de more Sabinas] Sunt qui *de more*, *præter morem*, hoc loco teste, dici velint. Sed enim ego *de* quidem illud in nullis antiquis codicibus notatum observavi. Passim vero *raptas sine more* scriptum animadverti. Sed id de paraphrasi sumptum puto

Quod vero sequitur, 'consessu caveæ,' dictio *consessu* corrupta plurimum est in codicibus antiquis. *Pierius.*

Raptas sine more Sabinas] A Servio, qui *Consualia*, quibus raptus contigit Sabinarum, dicit fuisse mense Martio, dissentit Plutarchus in Romulo p. 26. festum hoc in diem XVIII. Augusti, qui est XV. Kal. Septembr. conjiciens: Ἐτολμήθη μὲν οὖν ἡ ἁρπαγὴ περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην ἡμέραν τοῦ τότε Σεξτιλίου μηνὸς, Αὐγούστου δὲ νῦν, ἐν ᾗ τὴν τῶν Κωνσαλίων ἑορτὴν ἄγουσιν. Kalendarium vero Romanum vetus die XII. Kal. Septemb. collocat: et idem Kalendarium etiam a. d. XVIII. Kalend. Januar. refert. Festo autem hoc, quia Neptuno Equestri sacrum, equi asinique coronari ac otiari solebant, teste Plutarcho in 'Ρωμαϊκ. pag. 276. *Emm.*

636 *Consessu caveæ*] *Cavea* est, ubi populus spectat. Vallis autem ipsa, ubi Circenses editi sunt, ideo *Murcia* dicta est, quia quidam vicinum montem Murcum appellatum volunt; alii, quod fanum Veneris Verticordiæ ibi fuerit, circa quod nemus e myrtetis fuisset, inde mutata litera *Murciam* appellatam: alii *Murciam* a murco, quod est murcidum, dictam volunt. Pars a Dea Murcia, quæ cum ibi Bacchanalia essent, furorem Sacri ipsius murcidum faceret. *Servius.*

Caveæ] Habes in Virgil. insignem hunc locum, quo probes *caveam*, dici de Circo. Certe dictam de Theatro, et Amphitheatro, jam alibi. De Circo, non ita in promptu testimonia. *Cerda.*

Magnis Circensibus actis] Magnis quantum ad paupertatem pristinam pertinet. Nam legimus propter equorum inopiam diversis eos tunc usos animalibus. Raptæ autem Sabinæ Consualibus, hoc est mense Martio. *Consus* autem est Deus consiliorum: qui ideo templum sub Circo habet, ut ostendatur tectum debere esse consilium. Inde est quod Fidei panno velata manu sacrificabatur, quia fides tecta esse debet et velata. Ideo autem dicato Consi simulachro rapuerunt Sabinas, ut tegeretur initum de raptu consilium. Iste Consus et equestris Neptunus dicitur; unde etiam in ejus honorem *Circenses* celebrantur. Errant ergo qui dicunt 'magnis Circensibus,' aut Megalesiacis aut Romanis, quos constat fieri ante calendas Januarias. *Actis* autem, cum agerentur: quia non erat præsens a passivo participium, ut, 'Et qua vectus Abas.' *Circensibus.* *Circenses* dicti vel a circuitu, vel quod ubi nunc metæ sunt, olim gladii ponebantur quos circumibant; dicti inde *Circenses* ab ensibus, circa quos circumibant. Sane notandum positos *Circenses* sine adjectione ludorum, cum ita dicamus ludos theatrales, ludos gladiatorios, ludos *Circenses.* Servius.

Magnis Circensibus] Circenses ludi cur *magni* sint appellati, docet Asconius. *Taubmann.*

638 *Romulidis*] Hic dativus pluralis venit ab eo quod est hic *Romulida.* Servius.

Curibusque severis] Mire et merito dixit *severis.* Cum enim filias perdiderint Ceninenses, Antemnates, Crustuminii, et Sabini; cæteris quiescentibus, Sabini soli bella sumpserunt, sicut dictum est: sed intervenientibus postea triginta fœminis, jam enixis, de illis quæ raptæ erant, pax facta est: ex quarum nominibus *Curiæ* appellatæ sunt. In communem etiam mulierum honorem Calendæ eis dicatæ sunt Martiæ. Horatius, 'Martiis cœlebs quid agam calendis?' Juvenalis, 'Munera fœmineis tractat secreta calendis.' Nec enim aliter congruit Martias calendas esse fœminarum, nisi quia (ut diximus) a fœminis bella sedata sunt. Sane sciendum omnes virgines raptas, excepta Hersilia, quam, sublatam a marito, sibi Romulus fecit uxorem.

Aut *severis*, disciplina; aut rem hoc verbo reconditam dixit, quia Sabini a Lacedæmoniis originem ducunt, ut Hyginus ait de Origine Urbium Italicarum, a Sabo, qui, de Perside Lacedæmonios transiens, ad Italiam venit, et expulsis Siculis, tenuit loca, quæ Sabini habent: nam et partem Persarum nomine Caspiros appellare cœpisse, qui post corrupte Casperuli dicti sunt. Cato autem et Gellius a Sabo, Lacedæmonio, trahere eos originem referunt. Porro Lacedæmonios durissimos fuisse omnis lectio docet: Sabinorum etiam mores populum Romanum secutum, idem Cato dicit: merito ergo *severis*, qui et a duris parentibus orti sunt, et quorum disciplinam victores Romani in multis secuti sunt. *Idem.*

Curibusque severis] Ita Livius de Numa e Curibus orto scribit, 'Ipsum non tam peregrinis artibus instructum, quam disciplina tetrica ac tristi veterum Sabinorum,' &c. Vide Florid. II. 12. Ald. Manut. de Quæsit. per Epist. I. 1. *Taubmann.*

639 *Posito certamine*] Finito: ut, 'Ante diem clauso componet vesper Olympo.' *Servius.*

Posito certamine] Recte Servius exponit *finito*. Sic Apul. Met. II. 'Cum primum Telephron hanc fabulam posuit, compotores vino madidi rursum cachinnum integrant.' *Emmeness.*

Reges] *Romulus* Romanæ: et *Titus Tatius* Sabinæ gentis. *Taubmann.*

640 *Jovis ante aram*] Ante templum Jovis Statoris; quod fecerat Romulus postquam orans elatis armis meruit ne suus exercitus fugaretur. *Servius.*

Pateramque tenentes] Vino repletam: moris enim erat in faciendis fœderibus vinum effundere in terra, ac precari ut fœdifragorum sanguis similiter effunderetur. Ita apud Homer. Il. Γ. 300. post vinum e cratere effusum precatur quis: *Ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι, ὡς ὅδε οἶνος, Αὐτῶν καὶ τεκέων*: *Sic ipsorum cerebrum in terram fluat, sicut hoc vinum, Ipsorum et liberorum.* Emmeness.

641 *Cæsa jungebant fœdera porca*] *Fœdera*, ut diximus, dicta sunt a porca fœde et crudeliter occisa. Nam cum ante gladiis configeretur, a Fecialibus inventum ut silice feriretur; ea causa quod antiquum Jovis signum lapidis siliceni putaverunt esse. Cicero *fœdera* a fide putat dicta. Sed hujus porcæ mors optabatur ei, qui a pace resilisset. Falso autem ait *porca*: nam ad hoc genus sacrificii porcus adhibebatur: ergo aut usurpavit genus pro genere, ut, 'timidi venient ad pocula damæ:' cum *has damas* dicamus: item supra *lupam*, cum artis sit *hic* et *hæc lupus*: aut certe illud ostendit, quia in omnibus sacris fœminei generis plus valent victimæ. Denique si per marem litare non posset, succidanea dabatur fœmina. Si autem per fœminam non litassent, succidanea adhiberi non poterat. Quidam porcam, euphoniæ gratia, dictam volunt. Hujus autem facti in sacra via signa stant: Romulus a parte palatii, Tatius venientibus a rostris. *Servius.*

Cæsa jungebant fœdera porca] Quintilianus libro octavo, ubi de ornatu disserit, 'Quædam,' ait, 'non tam ratione quam sensu judicantur, ut illud, *cæsa jungebat fœdera porca*. Fecit elegans fictio nominis, quod si fuisset *porco*, vile erat.' Quod vero ait Servius falso dictum a Virgilio *porca*, quod ad hoc sacrificii genus *porcus* adhiberetur, Suetonius Tranquillus in vita Claudii contra opinionem Servii, 'Cum regibus fœdus in foro icit, porca cæsa,' inquit. Tametsi Livius quoque *porcum* statuit. *Pier.*

Porca] Ita et Quintil. VIII. 3. atque ita et Sueton. in Claudio, c. 25. Et notat Servius, in omnibus sacris fœminini generis plus valuisse victimas. Livius tamen l. I. in fœdere *porcum* saxo silice feriri dicit. Verum in [illegible]bus fecialium *porcum* etiam de fœmi[illegible] dictum, Turneb. docet XXVI. 19.

Cic. de LL. II. 'porco fœmina piaculum dare:' et Cato R. Rust. 134. 'Priusquam porcum fœminam immolabis.' Etiam Marcell. Donatus P. Comes, l. I. Dilucidation. Livium cum nostro et aliis conciliat. Quod, ut titulo *hominis* mas et fœmina comprehenditur, ita sit in *porco*. Et notetur *porcum* a Poetis passim vocari 'mysticam hostiam.' Vide me ad Plautinam Rudent. IV. 6. *Taubmann.*

642 *Citæ Metum in diversa quadrigæ*] Donatus hoc loco contra metrum sentit, dicens, 'Citæ, divisæ:' ut est in jure, 'Ercto non cito:' id est patrimonio vel hereditate non divisa. Nam *citus*, cum divisus significat, *ci* longa est. Ergo *citæ*, veloces intelligimus. Quod autem dicit Virgilius *Metum*, *Metius Suffetius* dictus est, quod nomen mutilavit caussa metri. Novimus autem nominum vel mutationem vel mutilationem concessam poëtis: sic pro Polluce, Castorem: pro Citheride, Lycoridem posuit: ut, 'Sed quæ legat ipsa Lycoris.' Hic autem Metius Suffetius, cum apud Albanos summam rerum teneret, e Romanis in auxilium contra Fidenates vocatus, jure societatis venit quidem, sed in ipso prælio ad hostes defecit. Quod cernens Tullus Hostilius, ait voce maxima militibus suis, ita ut etiam hostis audiret: 'Ne trepidetis, meo consilio factum est, ut factiose Metius Suffetius ad hostes transiret.' Quo consilio et suis pene amissas jam reddidit vires; et effecit ne hostes crederent Metio: quem, post victoriam captum, Tullus Hostilius religavit ad duas quadrigas, ita ut ab unis quadrigis traherentur manus, pedes vero ab alteris: quibus agitatis velociter, eum crudeli morte discerpsit. Videns itaque poëta Romano nomini incongruam esse vindictam, culpam criminis retorquet in auctorem, dicens ex sua persona ad ipsum Metium. *Servius.*

Citæ] Veloces: Turn. VI. 24. *Taub.*

Metium in diversa quadrigæ Distulerant] Antiqui omnes codices, quotquot habui, *Metum* legunt dictione bisyllaba, quam alibi unico *t*, alibi geminato reperias; mutilatamque esse dictionem caussa metri Servius ait, dum ipse quoque *Metum* bisyllabum agnoscit. Sane *Mettius* duplicato *t*, pluribus locis in veterum monumentis scriptum animadverti. Placentiæ in D. Pauli templo *L. Mettius. L. F.* duobus *t t* notatum est; et Romæ in ædibus Pauli Plancæ legere est, *Q. Mettio* et *P. Mettio*, tametsi non ignorem et *Metia*, et *Metius* unico *t* alibi notatum. Utcunque vero, primam in eo nomine syllabam produci volunt. Sed enim hic minime præterire possum, quod pervulgato errore in Livianis codicibus, et alibi passim, *Metius Suffetius* per *S* prima litera scriptum est, cum dubio procul *Fuffetius* per *F* sit scribendum. Ita etiam apud Dionysium Halicarnassæum et Græcos alios invenias φουφέτιον. Præterea, si qui noluerint Græcis adhibere fidem, ostendit mihi Ianus Parrhasius, vir utraque lingua eruditissimus, T. Livii codicem vetustate venerabilem, in quo *Fuffetius* scriptum erat prima litera per *F*, non per *S*. Quem quidem codicem nomina quædam speciosa Vindicianus, Nicomachus Dexter, et Victorianus se emendasse adscripserunt; idque in Symmachorum gratiam fecisse professi sunt. Ad hæc, et Nonii Marcelli vetustum codicem protulit, et alios quosdam auctores, in quibus eodem modo *Mettius Fuffetius* scriptum habebatur. Ajunt præterea Pomponium Lætum, totius antiquitatis virum observantissimum, qui superiori ætate in Romano Gymnasio primas obtinuit, sæpius inclamitare solitum, *Fuffetius* dicendum. *Pierius.*

643 *Distulerant*] Dilaceraverant. Horat. Epod. V. 'Post insepulta membra Different lupi.' Ita et Græcis, διαφέρειν est διασπαράττειν. *Taub.*

dictis, Albane, maneres] Ideo *ndacis* infert, ut tacitæ quæs- invidiæ crudelitatis occurrat. istat, post victoriam de Al- manorum, quam per condi- Horatiorum et Curiatiorum unt, hoc factum esse, quod poëta narravit: nam quem- m Metius vel ad auxilium si jussus venisset? vel post n fraudem acciri tam facile t, nisi tanquam subjectus latum victoriam ad Tullum m venisset? *Servius.*

dictis, Albane, maneres] Eodem itio, quod sæpius adnotavi- codicibus aliquot legitur *Al-* r *v* digammon: quo sono hu- nomina Hispani adhuc mag- arte pronuntiant. Id quod tiam ætate frequentissimo ptum, Adamantium compulit, , *alba*, *album*, per *b* mutam um præciperet, discretionis it *Alvus* ab *Albus* discernere- e nomina tunc corrupta pro- i ratione confundebantur. hæc Parenthesis, et apo- conjuncta simul, 'Haud pro- citæ Metium in diversa Distulerant (at tu dictis maneres) Raptabatque viri viscera Tullus.' Ut Quintil. *Pierius.*

es] Manere deberes. Ita *eis* usurpant; quod Cic. Of- lixit 'conventis stare.' *Taub.* *fendacis*] *Perfidum* vocat Paneg. Hon. 4. 'Perfidiam Metii satiabere pœnis.'

sarsi rorabant sanguine vepres] us fœminino genere *vepram* Nonius attestatur. Et apud m legitur libro quarto, 'nam emus Illorum spoliis vepres ms auctas:' quamvis ita dici neget Caper in Orthopeia.

ec non Tarquinium ejectum Porsenna jubebat Accipere, &c.] Tarquinius Superbus habuit perditos filios, inter quos Aruntem: qui dum in castris esset, patre suo Ardeam obsidente; et ortus esset inter eum et Collatinum maritum Lucretiæ, de uxoribus sermo, eo usque processit contentio, ut ad probandos earum mores, arreptis equis, statim domus suas simul proficiscerentur. Ingressi itaque civitatem Collatinam, ubi Lucretiæ domus, invenerunt eam lanificio operam dantem, et tristem propter mariti absentiam. Inde ad Aruntis domum profecti, cum uxorem ejus invenissent cantilenis et saltationibus indulgentem, reversi ad castra sunt. Quod Aruns dolens, cum de expugnanda Lucretiæ castitate cogitaret, mariti ejus nomine epistolam finxit, et dedit Lucretiæ: in qua hoc continebatur, ut Aruns susciperetur hospitio. Quo facto, per noctem stricto gladio ejus ingressus cubiculum cum Æthiope, hac arte egit ut secum coiret, dicens, 'Nisi mecum concubueris, Æthiopem tecum interimo, tanquam in adulterio deprehenderim.' Timens itaque Lucretia ne famam castitatis morte deperderet (quippe quam sine purgatione futuram esse cernebat) invita turpibus imperiis paruit. Et altera die convocatis propinquis, marito Collatino, patre Tricipitino, Bruto avunculo, qui tribunus celerum fuerat, rem indicans, petiit ne violatus pudor, neve inultus ejus esset interitus: et ejecto gladio se interemit: quem Brutus de ejus corpore extractum tenens processit ad populum: et multa conquestus de Tarquinii superbia, et filiorum ejus turpitudine, egit ne in urbem reciperentur, auctoritate qua plurimum poterat: nam ut diximus, Brutus tribunus equitum fuerat. Sed cum non susciperetur Tarquinius, contulit se ad Porsennam regem Tusciæ: qui pro Tarquinio cum ingentibus copiis, capto Ianiculo, et

illic castris positis, Romam vehementer obsedit. Et cum per sublicium pontem, hoc est, ligneum, qui modo lapideus dicitur, transire conaretur, solus Cocles hostilem impetum sustinuit, donec a tergo pons solveretur a sociis; quo soluto, se cum armis præcipitavit in Tyberim, et licet læsus esset in coxa, tamen ejus fluenta superavit. Unde est illud ab eo dictum, cum ei in comitiis coxæ vitium objiceretur, 'Per singulos gradus admoneor triumphi mei.' In tantam autem obsidionis necessitatem populus venerat, ut etiam obsides daret; ex quibus Clœlia, inventa occasione, transnatavit Tyberim, et Romam reversa est. Redditaque rursus est, pacis lege eam Porsenna repetente: qui admiratus virtutem puellæ, dedit ei optionem, ut cum quibus vellet, rediret. Illa elegit virgines, quæ injuriæ poterant esse obnoxiæ: unde Porsenna, hoc quoque miratus, concessit: et rogavit per literas populum Romanum, ut ei aliquid virile decerneretur: cui data est statua equestris, quam in sacra via hodieque conspicimus. *Ejectum* autem quare? aut quia facile poterat suscipi et occidi. Sed ideo non susceptus, quia occidi non poterat, religione impediente: rex enim etiam sacrorum fuerat: unde etiam alii postea consules facti sunt, alii reges sacrorum. Sane *Porsenna*. Unum *n* addit metri causa: unde et penultimæ datus accentus est. Nam *Porsena* dictus est. Martialis, 'Hanc spectare manum Porsena non potuit.' *Servius.*

Nec non Tarquinum, &c.] In codicibus antiquis, *Tarquinium* quadrisyllabum esse diximus alibi, et Poëtarum testimoniis secundam a principio syllabam esse brevem ostendimus. *Porsena* quoque unico *n* scribitur in antiquis plerisque: ut quæ per se longa esse possit in *Murena*, *Aufilena* pene ultima: tametsi jure suo, 'Hanc spectare manum Porsena non potuit,' dixerit Martialis: non aliter ac illud etiam, 'Traducta est Getulis, nec cœpit harena nocentis,' duabus syllabis eluxatis. Illud etiam advertendum, quod Servius Lucretiæ stuprum ab *Arunte* illatum ait, quem Livius *Sextum* dicat. *Pierius.*

Porsenna] Horatius, Martial. Silius, et alii mediam corripiunt, 'cum Porsena magne jubebas.' *Taubm.*

648 *Æneadæ*] Satis longe petitum epitheton. Et potest hoc loco historia de Mutio accipi. *Servius.*

649 *Illum*] *Coclitem* scilicet. Et modo *Cocles* in hoc loco de quo dicit, proprium est nomen. In aliis appellativum: nam luscos, *coclites* dixerunt antiqui. Unde et Cyclopas, *coclitas* legimus dictos, quod unum oculum habuisse perhibentur. Quasi στρογγυλώπας, a rotunditate. *Idem.*

Illum] Porsenam Clusinorum regem. *Taubmann.*

650 *Pontem auderet quod vellere Cocles*] In antiquis omnibus codicibus, quotquot habui, legi *auderet quia vellere.* In uno ex antiquioribus, *qui. avellere* notatum est puncto inter i et *a*, librariorum inscitia interjecto, quum forte *quia* scriptum invenissent: sed puto ego *quia* desumptum ex paraphrasi, et *quod* antiquam esse lectionem. *Pierius.*

Pontem auderet, &c.] At non ipse *Cocles*, sed Romani: nam ille tantum hostem sustinuit. Sed defendi potest: nam *Cocles* auctor facti et audaciæ illius, ut Liv. II. 10. Gloriam autem, quæ secuta Coclitem ex hoc facto, vid. apud Dionys. l. v. et Liv. d. l. *Cerda.*

651 *Vinclis innaret Clœlia ruptis*] Atqui obsides non ligantur: sed *vincla* pro custodiis accipiamus; aut certe pro fœderibus; aut certe *ruptis vinclis* pontis, id est, ponte resoluto. *Servius.*

Vinclis ruptis] De dispositione verborum ita Scaliger IV. 48. Magno,

milio posuit adjectivum in
is enim frequenter *l.* im-
, *Clœlia vinclis*: et vox illa,
versum claudit, sane rum-
, &c. *Taubmann.*

umme custos Tarpeiæ Man-
In summa clypei parte:
a ait, 'In medio classes
Et bona ratione utitur in
pta unicuique rei loca dis-
Ideo enim in summa cly-
dicit esse factum Capito-
hoc arcem urbis esse ma-
est. Hæc historia autem
Brenno duce, Senones Galli
ad Urbem: circa Alliam
currentem sibi omnem de-
exercitum populi Romani.
e cum vellent ingredi civi-
mo cunctati sunt, insidias
quia et patentes portas, et
muris videbant. Postea
ingressi cuncta vastarunt,
ris mensibus: adeo ut quæ
non poterant, militari ma-
ent, solo remanente Capi-
quod cum utensilibus reli-
gerant cives; qui tamen a
idebantur, etiam id pene-
entibus: quos alii per du-
xa aspera, alii per cunicu-
conatos ascendere. Tunc
custos Capitolii, Gallos de-
rce, clangore anseris exci-
em privatus quidam dono
derat. Namque secundum
nullum animal ita odorem
entire dicitur. Qua causa
die quo hoc factum est,
tunc dormientes non sen-
nci suffigebantur; anseres
urpura exornati in lecticis
ur. Sane hic Manlius post
Capitolium pro præmio sin-
s farris ob virtutem a popu-
as est. In tantam autem
riam redacti erant in obsi-
coriis madefactis et postea
scerentur; cujus rei argu-
est, quod hodieque ara in
Capitolio est Iovis Soteris, in qua liberati obsidione, coria et sola vetera concremaverunt. Hic tamen Manlius postmodum adductus in suspicionem regni appetiti, vel inimicorum oppressus factione, a populo damnatus est. *Servius.*

Custos Tarpejæ Manlius arcis] In Romano codice *Malius* legitur unico *l.* Sed in Oblongo, et aliis, *Mallius*, *ll* geminato, ut apud Catullum in codicibus emendatis. Sane *Manlius* per *n* parcissime habetur in antiquis his exemplaribus: tametsi apud Livium in veteri codice *Manlius* sæpe legatur. Neque tamen mirum, si aliter inveniatur usquam, quum et antiquorum inscriptiones in hoc nomine, perinde ac etiam in aliis, plurimum varient. *Pierius.*

653 *Pro templo*] Pro defensione templi, hoc est in templo: nam ante templum, non procedit; cum obsessus intra templum esset. Sic in Æn. nono, 'Ipsi intus dextra ac læva pro turribus astant.' Terentius, 'Nam nisi hæc ita essent, pro illo haud stares, Phædria.' *Servius.*

Tenebat] Defendebat, et est militare verbum, et etiam Sallustius dicit. Unde e contrario victos, loco motos dicimus. Cicero, 'Loco ille motus est.' *Idem.*

Capitolia celsa] A. Postumius Albinus rerum Romanar. l. I. 'Illi, cui ternis Capitolia celsa triumphis Sponte Deum patuere, cui freta nulla repostos Abscondere sinus, non tutæ mœnibus urbes.' Leguntur hi versus apud Priscian. l. VIII. Fuit autem A. hic Albinus Cos. cum L. Lucullo A. U. C. DCII. Auctores, Cicero in Bruto, Gellius XI. 8. Macrob. l. I. *Ursinus.*

654 *Romuleoque, &c.*] Per literarum transpositionem, in Romano codice *Rumoleo* scriptum est: nisi a *Ruma* *Rumolum*, quod ajunt, dictum velis, atque inde *Rumoleus*, quod ego nusquam alibi observavi. Sed apud As-

prum in antiquo codice, *Romolus* omnino scriptum est per *o* in pene ultima, ut *popolus* in XII. tabulis. *Pier.*

Horrebat regia culmo] Curiam *Calabram* dicit, quam Romulus texerat culmis. Ideo autem *Calabra*, quod cum incertæ essent Calendæ aut Idus, a Romulo constitutum est, ut ibi patres vel populus calarentur, id est, vocarentur, et scirent qua die Calendæ essent, vel etiam Idus. A Rege Sacrificulo idem fiebat: ut quoniam adhuc Fasti non erant, ludorum et sacrificiorum prænoscerent dies. *Servius.*

Horrebat regia culmo] Non hoc ex historia sumpsit, sed ipse vidit. Nam Vitruv. qui vixit ævo Julii, ita scribit II. 1. 'Athenis Areopagi antiquitatis exemplar ad hoc tempus luto tectum. Item in Capitolio commonefacere potest, et significare mores vetustatis, Romuli casa, in arce sacrorum, stramentis tecta.' Prudent. in Symm. l. II. 'Ipsa casas fragili texat gens Romula culmo.' Tibull. II. 2. 'Et stabant humiles in Jovis arce casæ.' Petron. etiam 'Romuleam casam' dixit. Sen. Controv. IX. 'Colit etiamnum in Capitolio casam victor gentium populus.' Ait, *etiamnum*, quod ævum et post Virgilium. Ovid. Fast. III. 'Quæ fuerit nostri si quæris Regia nati: Aspice de canna, straminibusque domum.' Hanc casam fuisse *Curiam Calabram*, Serv. explicat. de qua Curia Macrob. Sat. I. 15. Notet vero diligenter Lector, duplicem fuisse casam Romuli; unam in Palatio, cujus meminit Dionys. l. II. et Victor: alteram in Capitolio; et de hac capiendus Virgilius. Nam post mentionem Capitolii, statim, ut vides, de ea casa loquitur. *Cerda.*

655 *Atque hic argenteus anser*] Hic, in Capitolio scilicet, satis prudenter argenteum anserem dixit. Nam quasi et epitheton est coloris, et significavit rem veram. Nam in Capitolio in honorem illius anseris, qui Gallorum nuntiaverat adventum, positus fuerat anser argenteus. *Servius.*

Atque hic] In quibusdam codicibus antiquis, *hinc* legitur. Sed Servius agnoscit *hic*, dum exponit in Capitolio. *Pierius.*

Anser] Historia ubique nota. Ovid. alludens ad eam dixit Fast. I. 'Capitolia defensa:' et Met. II. 'Servatoris vigili Capitolia voce anseribus:' ut et Plin. X. 22. 'Est et anseri vigil aura, Capitolio testata defenso.' Basilius in Hexam. vocat genus anserum *ἄγρυπνον*, *insomne*, et *πρὸς τὴν τῶν λανθανόντων αἴσθησιν ὀξύτατον*: *acerrimum ad sentiendum quicquid lateat.* Ducitque argumentum ab hac ipsa historia; nam illi *τὴν βασιλίδα πόλιν περιεσώσαντο*: *servaverunt regiam civitatem.* Propert. III. 3. 'Anseris et tutum voce fuisse Iovem.' Lucret. l. IV. 'humanum longe præsentit odorem Romulidarum acris servator candidus arcis.' Sed quis honor habitus volucri? Audi Plut. Orat. I. de Fort. Alexandri: 'Etiamnum solemni pompa gestatur canis in crucem actus, et anser splendide admodum in lectica, et veste stragula pretiosa sedens.' Vide eundem in vita Camilli. En primus honor. Alter, Plin. loco laudato: 'Quamobrem cibaria anserum Censores imprimis locant.' Meminit et Cic. pro Sex. Rosc. et Arnobius l. VI. *Cerda.*

Auratis porticibus] Hoc ad tempus retulit florentis Romanæ reipublicæ. Nam illo loco ubi dixit, 'horrebat regia culmo;' ideo addidit *Romuleo*, ut incipientis et pauperis adhuc imperii tempora designaret. *Servius.*

656 *Gallos*] Senones, qui Senones dicti sunt, quod Liberum patrem hospitio recepissent. *Idem.*

Canebat] Quasi præcanebat. Nam *canere*, et dicere, et divinare significat. *Idem.*

657 *Galli per dumos aderant*] In antiquo admodum codice, *olli per dumos:* quia jam positum erat, 'Gallos

in limine adesse canebat.' Cæterum ea repetitio tam nominis quam verbi mihi non parum venustatis et elegantiæ habere videtur, 'Gallos in limine adesse canebat, Galli per dumos aderant.' *Pierius.*

Arcemque tenebant] Deest *pene.* Nam prope tenuerunt. *Servius.*

658 *Defensi tenebris et dono noctis opacæ*] Multi iterationem volunt. Alii dicunt *tenebris*, propter cuniculos. *Dono noctis:* somno Manlii. Nam somnus noctis est donum. *Idem.*

Dono noctis] Græci sæpe somnum dicunt δῶρον θεῶν: ut etiam Latini, *donum Deorum* somnum. *Cerda.*

659 *Cæsaries*] Coma, ideo quod cædi potest. *Servius.*

Aurea cæsaries illis] Hoc autem loco *ollis* in antiquis habetur exemplaribus. *Pierius.*

Aurea vestis] Hoc est barba. Unde contra *investes* dicimus imberbes: unde est, 'Tunc mihi prima genas vestibat flore juventas.' *Servius.*

660 *Virgatis lucent sagulis*] Quæ habebant in virgarum modum deductas strias. Et bene adlusit ad Gallicam linguam, per quam *virga* purpura dicitur. *Virgatis* ergo, ac si diceret purpuratis. *Idem.*

Virgatis sagulis] Turneb. II. 14. *Virgatum* hic exponit ῥαβδωτόν: quod virgas quasdam in longum aut latum varia serie et colore porrectas habet; ut concharum genere sunt *virgulatæ*, id est, ῥαβδωταί. Ita Val. Flaccus l. II. de muliere Thracia: 'nostrosque toros virgata tenebit?' Intelligit vestes barbarorum ritu discolores, et veluti virgatis segmentis contextas, non purpureas. Alii tamen, ut Cælius XVI. 7. et Pimpont. itemque Serv. putant Poëtam περιπορφύρους et εὐπορφύρους Gallos intelligere: ac si diceret, *purpuratis sagulis.* Et Servius expresse ait alludi ad Gallicam linguam, qua *virga* dicatur purpura. *Taubmann.*

Sagulis] Hæc vox a sago ducitur. Quæ sint saga Appian. explicat in Iberic. loquens de Lusonibus Hispanis accolis Iberi fluminis: χρῶνται δὲ διπλοῖς ἱματίοις παχέσιν ἀντὶ χλαμύδων, αὐτὰ περιπορπώμενοι, καὶ τοῦτο σάγον ἡγοῦνται: *Utuntur duplicibus vestimentis crassis chlamydum vice, et fibulis connectunt, eaque pro sagis ducunt.* Sueton. in Jul. c. 48. per *sagatos* intelligit Gallos. Et Trebellius in Galieno: 'Perdita Gallia arrisisse, et dixisse perhibetur, non sine trabeatis sagis tuta Resp. est.' Porro in Poëta Lector per *sagula* intelligat militares chlamydes et paludamenta, legatque Lipsium de Mil. Rom. l. II. *Cerda.*

Lactea colla] Hac commendatione prædicati Galli. Sil. l. IV. 'Colla viri fulvo radiabant lactea torque.' Loquitur de Chrixo duce Boïorum. Ammian. l. XV. 'Candidi pene sunt Galli omnes.' Petron. Sat. 'Quin tu,' inquit, 'Giton, circumcide nos, ut Judæi videamur: et pertunde aures, ut imitemur Arabas; et increta facies, ut suos Gallia cives putet.' Certe omnes in universum Septemtrionales *candidis coloribus* honestatos Vitruv. scribit VI. 1. Et imprimis Gallos fuisse pulcherrimos Julianus Cæsar in Misopog. his verbis ait, καλοὶ δὲ πάντες, καὶ μεγάλοι, καὶ λεῖοι, καὶ ἀρτιγένειοι, νέοι θ' ὁμοίως καὶ πρεσβύτεροι ζηλωταὶ τῆς εὐδαιμονίας τῶν φαιάκων: *Sunt omnes formosi, proceri, glabri, et recens barbati, juvenes pariter et senes felicitatem Phæacum imitantur.* Quid, quod Poëta allusit ad etymon? nam Galli, ut multis placet, ἀπὸ τοῦ γάλακτος, *a lacte.* Idem.

661 *Auro*] Aureo torque. *Taubm.*

Duo quisque Alpina coruscant Gæsa manu] Gæsum grandius longeque feriens telum Gallorum, de quo vid. quæ Lipsius Poliorc. IV. 4. Claud. de Laud. Stiliconis II. 241. 'Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro, Binaque gæsa tenens.' Et ut hoc loco *Alpina gæsa*, sic apud Sil. Ital. l. I. 'Et Ligurum horrentesque comæ,

parmæque relatæ Hispana de gente rudes, Alpinaque gæsa.' De quo vid. Turneb. Advers. XXIII. 3. Scribendum autem per diphthongum, ut patet ex Polluce, cui γαισὸς est δόρυ πολυσίδηρον. *Emmeness.*

662 *Gæsa*] Hastas viriles. Nam etiam viros fortes Galli *gæsos* vocant. *Servius.*

Scutis longis] Per hoc, corporum ostenditur magnitudo, ut supra, 'Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis.' Per quod equorum magnitudinem expressit. *Idem.*

Scutis longis] Clypeus et scutum opponuntur, clypeus enim rotundus est, scutum vero formæ oblongæ, majusque clypeo; et *scutum* Græci hinc θυρεὸν, quod referat similitudinem forium, quæ longiores sunt, quam latiores, clypeum ἀσπίδα vocant. Turneb. XI. 27. *Taubmann.*

663 *Hic*] In eodem scuto. Et congrue sacerdotes statim post templa commemorat. *Servius.*

Hinc exsultantis] In antiquis aliquot, *Hic exsultantis. Hic*, hoc est in scuto, vel in hac parte. *Pierius.*

Salios] Qui sunt in tutela Jovis, Martis, Quirini, dicti *Salii*, ideo, quod circa aras saliunt et tripudiant. Alii a Salio Æneæ comite dictos volunt. *Servius.*

Nudosque Lupercos] Cum in honorem Panos Lupercaliorum solemne celebraretur, pecora Romanorum subito a latronibus rapta sunt: illi, projectis vestibus, insecuti sunt: his latronibus oppressis et receptis animalibus, propter rem a nudis propere bene gestam, consuetudo permansit ut nudi Lupercalia celebrarent. *Id.*

Nudosque Lupercos] Sed cur *nudi?* Satis commentatio Servii: sed male nuditatem refert ad vestes abjectas. Non sic est: sed sublatæ sunt vestes, et cinctæ, ut expeditius sequerentur, inde pedibus, tibiis, femoribus nudi, ut exhibent marmora. Unde ab Ovid. *cinctuti:* ab Statio *succincti.* Quam ob rem a Plutarch. dicuntur γυμνοὶ διαθέοντες ἐν περιζώμασι: *nudi, et incincti currentes.* Cerda.

664 *Lanigerosque apices*] Flamines in capite pileum habebant, in quo erat brevis virga desuper habens lanæ aliquid. Quod cum per æstus portare non possent, filo tantum capita religare cœperunt. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat. Unde a filo, quo utebantur, flamines sunt dicti, quasi filamines. Verum festis diebus, filo deposito, pilea necesse erat accipere, quæ secundum alios ad ostendendam sacerdotii eminentiam sunt reperta: sicut columnæ mortuis nobilibus superponuntur ad ostendendum eorum columen. Alii dicunt non propter eminentiam dignitatis hoc factum: sed quia cum sacrificarent apud Laurolavinium, et eis exta frequenter aves de vicinis venientes locis abriperent, eminentia virgarum eas terrere voluerunt. Exinde etiam consuetudo permansit ut apud Laurolavinium ingentes haberent virgas, non breves ut in urbe. *Servius.*

Lapsa ancilia cœlo] Regnante Numa Pompilio scutum breve et rotundum cœlo lapsum est. Et cum aruspices respondissent illic fore orbis imperium, ubi illud fuisset, diligentia Numæ, ne quandoque ab hostibus posset auferri, adhibito Mamurio fabro, multa similia facta sunt, et in templo Martis locata. Quod autem dicit *ancilia*, plurali utitur numero pro singulari. Nam unum lapsum est. *Ancile* autem dicitur, aut quasi undique circumcisum, aut quasi ἀμφίχειλον, id est, undique labrum habens. *Idem.*

Ancilia] In antiquis codicibus manu scriptis, *ancilia* per *i* Latinum scribitur. Et eodem pacto in Antonini Pii nummis notatum est, ubi scuta tria oblonga ovali propemodum figura inspiciuntur, cum inscriptione ANCILIA. *Pierius.*

665 *Extuderat*] Studiose fecerat. *S.*

Extuderat: castæ ducebant, &c.] In Romano codice *extuderant* legitur numero multitudinis, ut de Cyclopibus intelligatur. Sed magis placet *extuderat*, ut omne opus ad Volcanum referatur, uti superius, 'Fecerat Ignipotens:' et paulo infra, 'Hinc procul' addit. Et in emendatis Prisciani codicibus, *extuderat* est, ubi ait: 'Tundo tutudi, cujus pene ultimam antiqui modo producebant, modo corripiebant.' Virg. Æn. VIII. 'Cœlo extuderat.' Enn. in Ann. 'viresque calentis Contudit crudelis hyems.' Insulsum vero illud est, quod apud interpretes legitur, Matronas non nisi castas pilentis usas, quum *casta* sit epitheton matronis adcommodatum. Præterea tangit hoc loco Virgilius historiam, quod matronis concessum est ut pilento ad sacra ludosque veherentur. Sed animadvertendum est perperam in vulgatis exemplaribus Livii *plaustro* legi, pro *pilento*, ut veteres codices habent: ita enim locus ille legitur: 'Honorem ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilento ad sacra, ludosque, carpento festo, profestoque uterentur.' *Pierius.*

Ducebant] Deducebant. Hæc enim fuerat consuetudo. *Servius.*

Ducebant sacra] *Ducere sacra*, et *ferre sacra*, dicuntur, qui res sacras et quæ ad sacrum utilia sunt, ferunt. Propert. IV. 1. 'Ducebant macræ vilia sacra boves.' Turn. II. 14. Sic et ἱερὰ ἄγειν, et πομπὰς, et θυσίας, Græci dicunt. Supra: 'solemnes ducere pompas.' *Taubmann.*

666 *Pilentis matres in mollibus*] Pilenta sunt vehicula, sicut nunc basternas videmus. Erant autem tunc veneti coloris, non ut nunc sunt russati, quibus nisi castæ matronæ uti non poterant, sicut nec vittis, unde addit *Castæ*. *Mollibus* autem, pensilibus: ut *molle feretrum*, et *oscilla mollia*: contra, *plumas pensiles* dicimus, et *molles* significamus: et *mollibus*, molliter stratis: quidam pilenta, tecta cisia vulgo dicta tradunt. *Servius.*

Pilentis matres in mollibus] De hoc vehiculi genere vid. omnino quæ Schefferus de Re Vehiculari II. 25. *Emmeness.*

Matres] Matresfamilias intelligit, hoc est, senatorias, nobiles, patricias fæminas; quæ sacerdotiis præerant: nam sacerdotes et virgines etiam Vestales pilentis carpentisque ferebantur. Prudentius contra Symmach. l. II. 'Fertur per medias, ut publica pompa, plateas Pilento residens molli.' Turneb. XI. 6. et XIII. 8. *Taub.*

Hinc procul] Bene a templis longe Inferos facit. Et bene 'Tartareas sedes,' ut nihil prætermissum videretur. *Servius.*

667 *Alta ostia Ditis*] Alludit ad epitheton Græcum Plutonis πυλάρτης, frequens apud Hom. ut Od. Λ. ἢ δ' ἔβη εἰς Ἀΐδαο πυλάρταο, κρατεροῖο: et post paulo; εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ. *Germanus.*

668 *Scelerum pœnas*] Pro sceleratorum. Et bene ait *scelerum pœnas*, in crimina enim personæ incidunt, non ipsarum sunt proprie crimina. Unde et sceleribus sunt statuta supplicia, quæ in se incidentes homines obnoxios faciunt. *Servius.*

Et te, Catilina, minaci Pendentem scopulo] Hoc quasi in Ciceronis gratiam dictum videtur. *Idem.*

Te, Catilina, minaci Pend. &c.] Apud tragicos immanissima habebatur imprecatio, ut quis apud Inferos etiam in sublimi scopulo insepultus pendeat. Vide Turn. XXIII. 3. *Taubm.*

670 *Secretosque pios*] Aut in secreto morantes, aut participaliter ab illis secretos. *Servius.*

Secretosque pios] Horat. 'Juppiter illa piæ secrevit litora genti.' Et alibi: 'Et judicantem vidimus Æacum, Sedesque discretas piorum.' *Cerda.*

His dantem jura Catonem] Et significat, Uticensem, qui contra Cæsarem

bella suscepit. Quomodo enim piis jura redderet, qui in se impius fuit? Et supergressus est hoc loco Homeri dispositionem. Siquidem ille Minoën, Rhadamantum, Æacum de impiis judicare dicit, hic Romanum ducem innocentibus dare jura commemorat. *Servius.*

671 *Hæc inter*] Bene inter Inferos et Superos mare factum dicit, quod, ut supra diximus, nos ab Antipodibus dividit, qui Inferi sunt nostri comparatione. *Idem.*

Tumidi maris] Sen. Rhet. Cont. 16. 'Intumuerat subitis tempestatibus mare.' Ita vero proprius maris tumor, ut Græci *κύματα*, id est, *fluctus*, vocant *οἴδματα*, id est, *tumores*, *οἴδματα* (inquam) pro *οἰδήματα*. Orph. Hymn. *πόντιον οἶδμα*. Sidon. Epist. II. 2. 'immane turgescit.' Vocat *mare tumidum*, quia cum in conflictu hoc Cæsaris et Antonii mare tranquillum fuerit, diebus tamen præcedentibus, et hos hic describit Poëta, mare tumuerat. Audi Plut. in Anton. *ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν καὶ τρεῖς τὰς ἐφεξῆς μεγάλῳ πνεύματι κυμαθὲν τὸ πέλαγος τὴν μάχην ἐπέσχε*: et addit: *πέμπτῃ δὲ νηνεμίας καὶ γαλήνης ἀκλύστου γενομένης συνῆεσαν*. Congressum hunc postea describit Poëta, ac propterea nunc tumore isto putandus est allusisse ad illum, qui præcessit in mari. *Cerda.*

Imago Aurea] Non est contrarium quod et cæruleam, et auream, et argenteam maris esse dicit imaginem: quam scimus pro ventorum qualitate mutari, et colores varios reddere, quod expressum in scuto fuisse significat. *Ibat* autem quidam pro *erat* accipiunt, ut, 'Ast ego, quæ Divum incedo regina.' Sane ubique propositum est poëtæ, Augusti gloriam prædicare; itaque majorem partem operis in hoc clypeo, Augusto adsignat. *Servius.*

672 *Cærula*] Id est, maria. *Idem.*

Fluctu cano] Omnis enim spuma alba est. *Idem.*

Fluctu cano] Canities hæc ab spumis. Catull. 'Tortaque remigio spumis incanuit unda.' Sidon. Epist. II. 2. 'spumoso canescit impulsu.' Ovid. 'spumisque sonantibus albet.' Græci *πολιὸν κῦμα*, *πολιὸν ἅλα*. Pulchre Eurip. Iphig. *Λάβετε κώπας, ῥόθιά τε λευκαίνετε*: *Remos sumite, fluctus dealbate*. Lucret. l. II. 'Vertitur in canos candenti marmore fluctus.' Calaber etiam l. V. in Scut. Achillis, *μέλας λευκαίνετο πόντος*, a quo, credo, Virgilius, *cærula*, ut ille *μέλας*: *cano fluctu*, ut ille *λευκαίνετο*. Sicut et Sen. Agamem. 'Dirimuntque canæ cærulum spumæ mare.' Ennius prior apud Agellium II. 26. 'Cæruleum spumat sale conferta rate pulsu Per mare.' *Cerda.*

Spumabant] In antiquis plerisque codicibus *spumabat* unitatis numero legitur, ut sit, 'cærula maris imago Spumabat fluctu cano.' *Pierius.*

673 *In orbem*] In circuitu, in medio, utrum clypeo an mari? *Servius.*

In orbem] Vere et proprie ex animantis hujus natura. Ita ab Nazian. Carm. 50. Delphinus inducitur *γυροῖς εὐγνάμπτοισιν ἑλισσόμενος*, quia videlicet ludibundus exhibet gyros, flexus, tortiones. Eurip. Helen. *τῶν καλλιχόρων δελφίνων*, a pulchris choreis, quas exercent. Et in Elect. *ἔπαλλε δελφὶς*, et ibidem dicitur *φίλαυλος*, est enim amicus musicæ et tibiarum. Vide Plutar. in Conviv. Sept. Sapient. *Cerda.*

674 *Æquora verrebant*] Ad imaginem fortasse Calab. l. IX. qui extra picturam loquens, *Ἀμφὶ δὲ οἱ δελφῖνες ἀολλέες ἐσσεύοντο Κῦμα διαπρήσσοντες, ἁλὸς πολιοῖο κέλευθα*. Τὸ *verrebant*, quis nescit illustrari posse vel ab Catull. qui Nupt. Pel. 'Cærula verrentes abiegnis æquora palmis?' vel ab Ennio, qui apud Agell. II. 26. 'Verrunt extemplo placide mare marmore flavo?' *Idem.*

Æstumque secabant] Naturalem rem

ostendit. Nam semper mare turbatur cum Delphini apparuerint. *Serv.*

675 *Actia*] In antiquis codicibus fere passim legitur *Accia*, *cc* geminato, quod a similitudine quadam inter *c* et *t*, quæ est in literis Longobardicis, evenisse puto, quum *Actia* per *ct* sit scribendum. *Actia* enim Acarnaniæ oppidum, ab Ambracio sinu venientibus, ubi templum Apollinis, et certamina Gymnica, et equestria celebrabantur. Unde Apollo, et *Actæus*, et *Actiacus* cognominatur. Arcadius in orthographia, ἀκτία, inquit, καὶ ἡ πόλις καὶ ἡ ἑορτή· ἀλλ' ἡ μὲν ἑορτὴ βαρύνεται τὰ ἄκτια. *Attius* tamen, uti superius comprobatum est, pro nomine proprio ab *Ati*, duplicato *t*, etiam asserente Victorino in præceptis de orthographia, scribi debet: cui pleræque veterum inscriptiones adstipulantur. *Pierius.*

676 *Cernere erat*] Græca figura est. *Servius.*

Totumque instructo Marte, &c.] Antiqui aliquot codices, *extructo* legunt. Aliquot alii *instructum* per accusativum, quippe *Leucaten*. Sed enim *pugnam instruit* apud latinissimos historicos sæpe. Quare melius 'instructo Marte.' *Pierius.*

677 *Fervere Leucaten*] *Fervere* ab eo quod est *fervo* facit, nam ab eo quod est *ferveo*, *fervere* facit *ve* producta; sic *effulgere*. Alii dicunt antique per tertiam conjugationem correpta media syllaba positum, ut, 'lavit ater corpora sanguis,' pro lavat: de eo in tertio Georgicorum in ipso loco plenius dictum est. *Leucaten:* In promontorio Epiri est mons *Leucata*, quod quia saxa nuda in cacumine habuit, ex horum candore *Leucates* appellatus est. *Servius.*

Fervere Leucaten] Sic Stat. *defervere campo*. Cato, *efferverit*, uti ex manu script. restituit Victorius. Lucil. 'fervit ad amnem.' Attius Meleag. 'Cor ira fervit:' et in Achille: 'Fervat pectus iracundia.' Afran. Vopiscus, 'vociferatione fervitur.' Pomponius Scriptor Asellanarum in Pappo Agricola, 'Domus hæc fervit flagitiis.' Ter. Varro in Desultorio, 'Fervere piratis, vastarique omnia circum.' Denique ita multa sunt veterum testimonia, ut putem apud veteres non agnitum aliud verbum. Et *ferveo*, *ferves*, debet existimari novitium respectu illius. De classe Cæsaris ad *Leucaten* scribit Florus IV. 11. *Cerda.*

Auroque effulgere fluctus] Non quod hic ex auro fluctus esse dicat, quos supra canos dixit; sed quod mare ex auro expressum sit, fluctus per aurum effulgeant. *Servius.*

Effulgere fluctus] Græci aquis dant μαρμαρυγήν: et Catull. Nupt. Pel. de illis, *refulgent*. Cerda.

Hinc Augustus agens Italos] Cum de statu reipublicæ esset longa contentio inter Augustum et Antonium et Lepidum, placuit ut totum Orientem teneret Antonius; Augustus Gallias et Hispanias cum Italia; Lepidus Africam, Siciliam, Sardiniam: et ad caussam majoris fidei Antonius sororem Augusti duxit uxorem. Profecti itaque sunt in provincias suas. Sed Antonius in prima ætate creatus Tribunus plebis, Cæsarianas partes cum Curione defendens, bellum civile inter Cæsarem Pompejumque commovit. Quæstor fuit, idemque Augur: quo Consule, in senatu Cæsar occisus est. Hic, sicut dictum est, cum, divisa Repub. ad Orientem isset, in Ægypto captus est amore Cleopatræ, non usquequaque adeo, ut, ea dimissa, contra Parthos proficisceretur: quibus, cum ante victor esset, post repulsus, dum Cleopatræ cupiditate festinat, exercitum omnem frigore in Armenia perdidit. Ipse tamen animalium cadaveribus pastus, cum paucis ad Ægyptum est reversus: ubi ei cœpit suadere Cleopatra ut se sortiretur uxorem, derelicta sorore Augusti: quo facto, Augustus vehemen-

ter accensus, contra eum cœpit bella moliri. Antonius re comperta, collectis Orientis viribus, prior cum uxore Cleopatra venit ad bellum. Conflictum est navali certamine circa Actium Epiri promontorium, ubi victi sunt Antonius et Cleopatra, et in fugam coacti: postea, occiso Antonio, illa sibi serpentes adhibuit. Sed Antonius, cum Alexandriam obsideri videret et in eo esse, ut capi posset, se ipsum occidit. Cleopatra vero, cum ad Augustum esset adducta, et in custodia esse jussa esset, admotis sibi, ut putatur, serpentibus, vitam finivit. Sed quia belli civilis triumphus turpis videtur, laborat poëta ut probet justum bellum fuisse, dicens Augustum esse 'cum patribus, populoque, penatibus, et magnis Diis,' contra, cum Antonio auxilia peregrina et monstrosa Ægypti numina: et re vera in exercitu Antonii omnes barbari fuerunt: quod et Virgilius dicit, 'Ægyptum viresque Orientis, et ultima secum Bactra vehit.' Unde etiam de hoc bello egit triumphum. Nec enim civile putatum est, quod tantummodo Romano duce gestum est, qui et ipse barbaræ serviebat uxori: adeo ut prætoria ei castra concederet: quorum qui potiebatur imperio, ipse vocabat exercitum. Unde est illo loco de Cleopatra, 'patrio vocat agmina sistro.' Nam Antonius consulare sibi tantum detinuit imperium, in quo sola est potestas jubendi. Ille enim ducit exercitum, qui habet in potestate castra prætoria. *Servius.*

679 *Penatibus et magnis dis*] Alii id unum volunt esse; alii separant; ut *magnos Deos* accipias Jovem, Minervam, Mercurium, quos Æneas de Samothracia sustulit. *Idem.*

Penatibus, et magnis dis] Non iidem Dii hoc loco Penates, et Magni: sed diversi. Lege Æn. III. initio ad illud, 'Cum sociis, natoque, Penatibus, et Magnis Dis.' *Cerda.*

680 *Stans celsa in puppi*] In Romano codice, et quibusdam aliis, *stat*, verbi non participii forma, legitur. Respicit enim rectum suum, *Augustus agens Italos*, et quæ sequuntur: quod si *stans* legas, subaudiendum, *sculptus erat.* Pierius.

Tempora flammas Læta vomunt] Naturaliter enim Augustus igneos oculos habuisse dicitur, adeo ut obtutum ejus nemo contra aspectare posset: denique quidam eques Romanus interrogatus ab eo cur, se viso, verteret faciem, dixerit, *quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum*, sicut ait Suetonius. *Servius.*

Geminas cui tempora, &c.] Indicat galeam. Cum enim Principes et duces exercituum, tum aliis notis, tum maxime galeis, cognoscantur, insignem galeam Augusto dedit, ut is esse nosceretur. Certe, qui ad igneos Cæsaris oculos Virgilium ducunt, torquent illum. *Cerda.*

681 *Aperitur vertice sidus*] Apparet sidus in vertice, hoc est super galeam. Nam ex quo tempore per diem stella visa est, dum sacrificaretur Veneri genitrici, et ludi funebres Cæsari exhiberentur, per triduum stella apparuit in Septentrione, quod sidus Cæsaris putatum est Augusto persuadente: nam ideo Augustus omnibus statuis, quas ob divinitatem Cæsaris statuit, hanc stellam adjecit. Ipse vero Augustus, in honorem patris stellam in galea cœpit habere depictam. Honorifice autem poëta unam stellam *sidus* dixit, cum sidus ex multis stellis constet. *Serv.*

Patrium aperitur vertice sidus] De hoc sidere vid. quæ dicta ad Ecl. IX. 47. ubi etiam numisma cum ipso sidere expressimus. Recte autem ex Suetonio corrigendum hic esse Servium, quod per triduum tantum dicat apparuisse hanc stellam, monet Cerda, cum Suetonius referat apparuisse per dies septem in Jul. c. 88. 'Ludis, quos primo consecratos ei heres Au-

gustus edebat, stella crinita per septem dies continuos fulsit, exoriens circa XI. horam. Creditumque est animam esse Cæsaris in cælum recepti,' &c. Exponendum vero illud, *consecratos ei*, consecratos ab eo, ut ad illum locum monet Casaubonus, ut cum aliis concilietur Suetonius, qui eos ludos, quibus apparuit hæc stella, non Cæsari, sed Veneri Genetrici tradunt consecratos. *Emmeness.*

682 *Parte alia*] Non, e contra; sed in alia parte aciei. *Servius.*

Ventis, et dis Agrippa secundis] *Agrippa* dicitur ab ægro partu, id est, qui pedibus nascitur. Sed hic *Agrippa* non adeo claro genere ortus, viribus, et societate Augusti, ad summos honores pervenit, nam et Tribunus plebis quietissimus fuit, et post tertium Consul, et in multis bellis cum Augusto gestis victoriam Augusto sua virtute confecit; nam et Sextum Pompejum apud Mylas ipse devicit, et apud Actium Antonium et Cleopatram navali certamine prope ipse superavit, ob quod meruit etiam gener esse Augusto. *Secundis* ergo dixit, Augusti comparatione. Nam hoc dicit, Augustus nimio ventorum et numinum utebatur favore. *Agrippa secundis.* Hoc est, Ille habuit primum favorem, hic secundum. Hadrianus scribit Agrippam solitum tempestate orta milites cogere, naves in fluctus urgere, ut consuetudine discriminis, dempto metu, redderet eos adversum pericula fortiores: ergo πρὸς ἀντιδιαστολὴν sævi maris, quod exercitationi militibus erat, ait, 'diis et ventis secundis' esse pugnatum; ut tempestatem quidem Agrippa non timuerit; sed favor divinus maria constraverit: nam et ipsa Actiaca pugna, cum Aquilo ei esset adversus, eo exercitio, quo milites adsueverat adversum fluctus naves agere, ad portum se fugere finxit: quare cum hostes decepti insequi conati essent, conversis subito navigiis suis Alexandrinas naves incurrit, et telis ac flammis in eas missis, refragante hostibus fluctu, cum nihil ipsi tale facere possent, victoriam consecutus est: merito ergo *ventis secundis*. Idem.

683 *Arduus agmen agens*] In aliquot antiquis *arduos*, ea religione quam superius contra Terentii Scauri sententiam nonnullos diximus observasse. *Pierius.*


Insigne superbum] Quasi principale decus. *Servius.*

684 *Navali rostrata corona*] Sextus Pompeji filius in Sicilia piraticam exercuit, contra quem primo cum Agrippa dimicavit Augustus. Postea Agrippæ cura data est; qui eum delevit: ob quod ei Augustus rostratam dedit coronam, quia vicerat navali certamine. *Idem.*

Rostrata] *Navalis corona* etiam Plinio *rostrata* dicitur: quod quasi navium rostris insignita sit. Turneb. XXVI. 29. de bello Siculo intelligit, quod cum Sex. Pompejo gestum est. De qua re sic Paterculus, l. II. 'Insigne Coronæ classicæ, quo nemo unquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa singulari virtute meruit. Etiam Dio l. XLIX. tradit, Agrippam ab Augusto corona donatum esse post devictum Sext. Pompejum. Vide et Jos. Castalion. Observat. Dec. IV. 1. Gell. I. 6. *Taubm.*

Navali rostrata corona] Corona navalis rostrata est dicta, a navium rostris, et fieri solebat ex auro, teste Gell. V. 6. 'Navalis (*corona*) est, qua donari solet maritimo prælio qui primus in hostium navem armatus vi transilivit: ea quasi navium rostris insignita est: et muralis autem, et castrensis, et navalis fieri ex auro solent.' Agrippæ autem ob victorias navales datas esse ab Augusto coronas navales, testantur et nummi, qui extant in Augustini Numism. Tab. XI. n. 21. et 22. In quibus alter effigiem Agrippæ repræsentat cum corona navali, in qua, præter rostra,

conspiciuntur quædam turres, sive tabulata, quæ videntur explicanda de *turritis puppibus* Virgilii; nam has Servius interpretatur de *tabulatis*, sive 'turribus in navibus erectis, quæ hoc bello primum excogitatæ ab Agrippa.' Nummos hic repræsento. *Emmeness.*





685 *Hinc*] A parte contraria. *Serv.*

Ope barbarica] Crimen Antonii, quod ope barbarica Romanus pugnet. *Idem.*

Ope barbarica] Hanc numerat exacte Plutarch. in vita Anton. Interfuere enim *Bocchus Africæ*, *Tarcondemus Ciliciæ*, *Cappadociæ Archelaus*, *Paphlagoniæ Philadelphus*, *Comagenæ Mithridates*, *Adallas Thraciæ Reges*. Misere vero auxilia Manchus, Herodes, Amyntas, primus Arabas, alter Judæos, tertius Lycaonas. Medorum quoque Rex auxilia misit Antonio. Florus IV. 11. meminit 'Arabumque, et Sabæorum, et mille aliarum gentium Africæ.' Itaque per Barbaros hoc loco non necesse est intelligere ipsos Ægyptios: sed eos, qui auxilia misere Ægyptiis, cum præsertim dicat Herodotus Musa secunda, βαρβάρους δὲ πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφ' ὁμογλώσσους. *Cerda.*

Variisque Antonius armis] In codicibus aliquot antiquis, 'variis Antonius armis' legitur, absque particula *que*: ut sit, *Armis variis opera Barbarica*; de habitu enim et ornatu hic agitur, quo singuli internoscerentur. *Pierius.*

686 *Victor ab Auroræ populis*] Quia primo vicerat Parthos, ut diximus: aut quia Antonium Parthi postea pepulerunt: sed videtur hoc ideo tacuisse, ne Augustus imbellem superasse videatur; ideo addidit victorem Orientis Antonium, ut majorem hostem Augustus vicisse videatur. *Servius.*

Victor] Dici ita potest; nam tametsi infelicissima fuerit expeditio illius in Orientem, tamen μάχας ὀκτὼ καὶ δέκα Πάρθους ἐνίκησεν, ait Plut. *Parthos vicit præliis decem et octo.* Cerda.

Litore rubro] Erythræo mari, quod est inter Ægyptum et Indiam. *Serv.*

687 *Ægyptum*] Sunt codices, in quibus *Æguptum* per u scriptum inspicitur; et ita notari solitum Augusti temporibus, qui ea litera etiam in formæ superlativæ nominibus delectabatur, inscriptio declarat Horologii, quod in campo Martio erexit: in cujus basi hæc adhuc inspiciuntur:

AEGVPTO IN POTESTATEM POPVLI ROMANI REDACTA.

Et quæ plurima hujusmodi supra recitavimus. Sane vero in Hadriani nummis utroque modo legitur, nunc *Æguptos* per u vocalem Latinam,

nunc *Ægyptos* per *υ* ψιλὸν Græcam. *Pierius.*

Ultima secum Bactra vehit] *Ultima,* non quantum ad fines pertinet orbis terrarum: sed ultima in imperio Antoniano. Constat enim Bactrianos post se habere gentes innumeras. *Servius.*

Ultima Bactra] Propert. III. 1. 'finem Imperii Bactra.' *Cerda.*

688 *Sequiturque (nefas) &c.*] Exclamatio est: quasi *pro nefas!* aut per parenthesin dictum est: et *nefas* non in eo tantum, quod Ægyptiam Romanus duxerat, sed etiam quod mulier castra sequebatur; quod in ingenti turpitudine apud majores fuit. Unde bellaturus Pompejus in Lesbo reliquit uxorem. *Servius.*

Sequiturque (nefas) Ægyptia conjunx] Ita hic *Æguptia* in quodam antiquo codice; *conjux* vero variat, et in veteribus codicibus, et in marmorum inscriptionibus, ut alibi dictum. Quantum vero pertinet ad sententiam; D. Hieronymus ad Oceanum De vita clericorum locum hunc citat: quia Virgilius *nefas* posuit. 'Uxores enim,' ait ille, 'castra non sequebantur.' Quamvis, 'Romanis civibus matrimonia cum externis non permissa,' Livius dicit. Et super hoc Severinus in Topicis Ciceronis plura. *Pierius.*

689 *Ruere*] Ruebant: id est, veniebant cum impetu. Et hoc verbo more suo ostendit velocitatem. *Serv.*

690 *Convolsum remis rostrisque stridentibus æquor*] In antiquis *convolsum.* De *rostris* vero *stridentibus,* in quinto Æneidos multorum recitavimus opiniones, inserendumne esset *que,* an aliter legendum, quæ non videntur nunc ad repetendum necessaria. *Pier.*

Convolsum] Σπασμὸν θαλάσσης, et σπάσμα, dixerunt Appian. l. v. et Plutarch. in vita Ciceron. id est, 'maris convulsionem.' Convelli mare dicitur cum extrahitur a se, et divellitur, sive fluctibus in tempestate, sive remis in quacunque navigatione; præeunte hic Virgilio, qui *convulsum æquor,* in summa tranquillitate. Nam auctore Plut. in vita Anton. hic navium conflictus factus νηνεμίας καὶ γαλήνης ἀκλύστου γενομένης. *Cerda.*

Rostrisque stridentibus] Lege *rostrisque tridentibus.* Nam tametsi defendi queat lectio vulgata, sed inclino in hunc, secutus Erythræum in Indice, Germanum, Turnebum XXVIII. 29. Julium Scal. Poët. IV. 16. tum etiam veteres picturas, et nummos, in quibus rostra navium visuntur trifida. Ursinus etiam attestatur ita scriptum in codice, qui fuit Pomponii Læti. Rostra hæc Polybius, et Appianus vocant ἐμβόλους. *Idem.*

Convolsum remis rostrisque tridentibus æquor] Vide quæ Pierius supra ad Æn. v. 143. *Emmeness.*

691 *Credas*] Pro credat quis. *Serv.*

Credas] Ut ab Hom. φαίης, Expendit vocem istam Sen. Rhet. Suas. I. quasi non dicat fieri, sed videri, ideo *credas.* Cerda.

692 *Cycladas*] Cleopatræ naves inusitatæ magnitudinis fuisse, etiam Dio narrat: quas Poëta hic insulis singulas comparat. Sunt autem *Cyclades* insulæ maris Ægæi numero LIII. in Cycli formam dispositæ. *Taubmann.*

Aut montis concurrere montibus, &c.] Hæc quidem non tam Hyperbole poëtica est, quam ex historia locus sumptus. Apud Florum enim legas de navalibus Antonii: 'Sed numerum magnitudo pensabat, quippe a senis in novenos remorum ordinibus: ad hæc turribus, atque tabulatis allevatæ, castellorum et urbium specie, non sine gemitu maris, et labore ventorum ferebantur: quæ quidem ipsa moles exitio fuit.' *Pierius.*

Concurrere montibus altos] Alii *Altis* legunt; unum tamen est. *Servius.*

Montis montibus] De his et Prudent. 'Institerant tenues cymbæ fragilesque phaselli Inter turritas, Mem-

phitica rostra, Liburnas.' Vide Horat. Epod. I. 'Ibis Liburnis inter alta navium,' &c. *Taubmann.*

Montis concurrere montibus altos] Similiter Ovid. Met. VII. 62. 'Quid, quod nescio qui mediis concurrere in undis Dicuntur montes,' &c. Ad quem locum vid. Nic. Heinsius. *Emmeness.*

693 *Turritis puppibus instant*] Hoc de historia traxit. Nam Agrippa primus hoc genus turrium invenit, ut de tabulatis subito erigerentur, simul ac ventum esset in prælium, turres hostibus improvisæ, in navigando essent occultæ. *Servius.*

Turritis puppibus] De his vide Cælium XXIX. 27. Bayf. De re navali, et Gyrald. de Navigiis. *Taubmann.*

694 *Stuppea flamma, &c.*] Illud, *stuppea flamma*, accipe de navibus Cæsarianis contra Antonianas. Quod sequitur, 'telisque volatile ferrum,' de Antonianis contra Cæsarianas. Itaque Cæsariani ignitis telis rem gerebant; Antoniani aliis missilibus, non certe ignitis. Dio de hac pugna, et de Cæsarianis, οἱ μὲν γὰρ βέλη τε πυρφόρα ἐπ' αὐτοὺς ἐξετόξευον, καὶ λαμπάδας ἐκ χειρὸς ἐπηκόντιζον· καί τινες καὶ χυτρίδας ἀνθράκων, καὶ πίττης πλήρεις, πόῤῥωθεν μηχαναῖς ἐπεῤῥίπτουν, &c. Florus quoque: 'Singulas' (Antonianas) 'plures' (Cæsarianæ) 'adortæ missilibus simul cum rostris, ad hoc ignibus jactis ad arbitrium dissipavere.' De classico apparatu Antonii, in quo nulla ignis mentio, vid. Plutarch. in Anton. orat. ad milites. *Cerda.*

Telisque volatile] Cato: 'Sub tela volantia.' *Servius.*

695 *Nova cæde rubescunt*] *Nova cæde*, magna, nimia. Nam non dicit re vera nova arva, sed *nova cæde*. Homerus ἐρυθαίνετο αἵματι γαῖα: sed non est hoc *rubescunt*. Idem.

Arva] Ut *campus*, sic etiam *arva* de mari. Oppian. ἁλιευτ. I. in exitu lib. ποσειδάωνος ἀλωή: *Neptuni area.* Pin. Pyth. I. πλάκα πόντου. Sedul. l. III. 'et vasti premit arva freti.' Iterum; 'Libera per vitreos movit vestigia campos.' Sidon. epist. II. 2. 'Pelagi mobilis campus cymbalis late secatur pervagabilibus.' Vide plura Æn. X. ad illud, 'campos salis ære secabant.' *Cerda.*

696 *Patrio vocat agmina sistro*] Cleopatra sibi tantum adsumpserat, ut se Isin vellet videri. Isis autem est genius Ægypti, qui per sistri motum, quod gerit in dextra, Nili accessus recessusque significat: per sitellam, quam sinistra manu retinet, ostendit affluentiam omnium lacunarum: Isis autem, lingua Ægyptiorum, est terra: quam Isim volunt esse. Hanc Isim et alios Deos ideo Ægyptii colunt, quia Deos reges habuisse dicuntur. Ergo in opprobrium Alexandrini exercitus, pro classico sistrum posuit; quod autem ait 'vocat agmina:' hoc est quod superius dictum est, et Augustus in commemoratione vitæ suæ refert, 'Antonium jussisse ut legiones suæ apud Cleopatram excubarent, ejusque nutu et jussu parerent:' bene ergo, 'vocat agmina,' quæ signum dabat. *Servius.*

Patrio vocat agmina sistro] Ac si *Isis* esset et Genius Ægypti. Propert. III. 9. 'Scilicet incesti meretrix regina Canopi Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubin,. Romanamque tubam crepitanti pellere sistro,' &c. Erat autem *sistrum* instrumentum e metallo arguto, quo in sacris Isidis utebantur: παρὰ τὸ σείεσθαι. Vide Turneb. XXVI. 33. *Taubmann.*

697 *A tergo respicit anguis*] Hoc est, nondum videbat mortem futuram. Traditur enim, ne ad Triumphum Augusti adservaretur, admoto sibi aspide defecisse: tum *geminos*, cum unum sibi admoveretur. *Servius.*

Geminos anguis] An morsu anguium, an alio veneno interierit Cleopatra, nulla certa historia compertum. Lege Plutar. in vita Antonii, et Cedrenum pag. 150. Tantum Poëta locutus ad

opinionem Augusti, qui ex duabus punctionibus, quæ visæ in brachio Cleopatræ, credidit morsu aspidis interiisse. Inde gestata est in triumpho imago Cleopatræ cum aspide fera affixa mordicus brachio. Sed quare illud, *non respicit?* Jactabatur (ait Plut.) jussisse Cleopatram, ut ita bestia contecta afferretur, ut illa ipsius ignorantis Cleopatræ corpus invaderet, μηδὲν ἐπισταμένης, ait scriptor. Et *gemini angues*, quia *geminæ punctiones;* de quibus Plut. Ita etiam Prop. III. 11. 'Brachia spectavi sacris admorsa colubris.' A Virg. Martialis l. IV. 'Elidit geminos infans nec respicit angues.' *Cerda.*

698 *Deum monstra*] Ideo *monstra* dixit, quia sub Augusto necdum Romani Ægyptia sacra susceperant. Et admittebat locus pro laude Augusti aliquid etiam in Deos inclementius dici. Varro indignatur Alexandrinos Deos Romæ coli. *Servius.*

Deum monstra] Juven. Sat. xv. *portenta* vocat. Qua voce usus quoque Minutius, et S. Cyprian. de idol. vanit. Cic. de Nat. l. III. 'Omne fere genus bestiarum Ægyptii consecrarunt.' Nazian. Orat. contra Julian. II. Ægyptiorum Deos vocat θηρία σύνθετα, *bestias conflatas:* et Orat. XXIV. numerat omnium reptilium plasmata. Dixi in genere. Si bestias numerem, quis finis? Juvenalis numerat *crocodilum, ibidem, cercopithecum.* Prudentius *simiam*, scribens in Symm. Plinius III. 11. *scarabæos.* Tertull. Apolog. *Cynocephalum.* Plutarch. Sympos. IV. *gryphem, felem.* Phil. περ. δέκ. λόγ. *canes, lupos, accipitres.* Euseb. Præp. II. 1. *bovem, ovem, ichneumona, aquilam, hircum, Panas, Satyros.* Max. Tyr. dissert. 38. *Nili pisces.* Adde *lactucas, cæpe, allia;* unde illud, 'Felices gentes quibus hæc nascuntur in hortis Numina.' Merito igitur Virgil. 'Omnigenumque Deum monstra:' et Cyrill. Alexand. in Mich. cap. 7. num. 71. τὰς βδελυρὰς τε καὶ ἀκαθάρτους τῶν δαιμόνων ἀγέλας. Tertull. Apolog. 'Deorum dedecus.' et Plutar. Symp. IV. Deorum Ægyptiorum, meras ἀλογίας, *ineptias*, nominat. *Cerda.*

Latrator Anubis] Quia capite canino pingitur, hunc volunt esse Mercurium: ideo quia nihil est cane sagacius. Bello autem Gigantum plures Deos ferarum formas accepisse traditur. *Servius.*

Latrator Anubis] In codicibus aliquot antiquis, *natator Anubis* syllaba reclamante legitur, cum interpretatione superaddita *sagax.* Natatores enim nonnunquam proverbiali schemate de iis dici solet, qui abditissima quæque pervestigant; deque remotissimis penetralibus aliquid indagando eruunt; quum de stupidis contra et rerum omnium ignaris dici soleat μήτε νεῖν μήτε γράμματα. Sed enim Virgilius ænigmata hujusmodi solitus est abhorrere. Quare *latrator* omnino tam ex probatioribus exemplaribus, quam etiam ex Ovidii Synepeia legendum. Apud eum enim Metamorph. IX. 'cum qua latrator Anubis.' *Anubis* enim apud Ægyptios canino capite figurabatur. Quæ vero multa de hujusmodi pictura dici possent, alterius esse negotii existimamus. *Sagax* autem etiam canis. *Pier.*

Latrator Anubis] Nam colebatur hic Deus canino capite, quod scribit Plutarch. de Is. et Osir. et Euseb. de Præp. II. 1. Unde Lucan. l. VIII. 'semicanes dii.' Eundem hunc fuisse cum Cynocephalo, cui caninum caput, certum est. Sunt et qui putent vere hunc Mercurium fuisse, ut Serv. hic. Et juvant verba ista Apul. 'Ille Superum commentor, et Inferum, nunc atra, nunc aurea facie sublimis, attollens canis cervices arduus Anubis, læva caduceum ferens, dextra palmam virentem quatiens.' Plutar. etiam de Is. et Os. ait *Anubin* vocatum aliquando *Hermanubin.* Hermes autem Mercurius est. Ut Virg. ita

et Ovid. Met. IX. et Prud. Symm. II. 'latrator Anubis.' Idem Prud. in Apoth. et Prop. III. 11. 'latrantem Anubin.' *Cerda.*

699 *Contra Neptunum*] Homerum sequitur, qui Deos dicit contra se pro diversis partibus habere certamen. Et quidam latenter illud tetigisse Virgilium volunt, quod Plinius Secundus in historia naturali dicit, quod Antonii navem piscis Echen retinuerit, qui piscis Latine *Remora* dicitur. *Servius.*

701 *Cælatus ferro*] Aut in armis locatus: aut de ferro sculptus, scilicet metallo sibi congruo: aut sævit ferro. *Idem.*

Diræ] Diræ proprie sunt ultrices Deæ, et bene has interesse dicit prælio: aut a Jove missas ad terrorem Ægyptiis inferendum, aut puniendum Antonium, qui matrimonii læserat fidem. *Idem.*

Tristes Diræ] In Rom. cod. et in Mediceo *divæ* legitur: sed *diræ* magis placet, quod agnoscit Servius. Tametsi *divæ* cum epitheto *tristes*, periphrasis *dirarum* esse possit. *Pierius.*

Diræ] Bene *Diras*, id est, ultrices Deas, et *Discordiam* et *Bellonam*, comites facit Martis: ut alibi *Terrorem* et *Pavorem* et *Contentionem*. Vide Turn. XXIII. 14. *Taubmann.*

702 *Scissa Discordia palla*] Utrum *scissa palla* gaudens, an *scissa palla* vadit, et seorsum gaudens? Ideo autem *Discordia*, quia unius civitatis et cives principes erant: et bene *Diram* Discordia sequitur, quam Bellona comitatur. Nam per discordiam venitur ad bellum, in quo necesse est sanguinem fundi, ideo ait 'sanguineo flagello.' Horatius, 'Ira, truces inimicitias, et funebre bellum.' *Servius.*

Scissa Discordia palla] Egregia Discordiæ hypotyposis sub humana figura. Ita apud Stat. I. VII. sub humana forma, 'geminumque tenens Discordia ferrum.' Latam pestis hujus descriptionem habet Petron. et inter alia, plane ut Virg. 'scisso Discordia crine.' et paulo post: 'Atque inter toto laceratam pectore vestem Sanguineam tremula quatiebant lampade dextram.' Sic de Luctu Stat. Theb. III. 'sanguineo discissus amictu:' et de eodem Claud. Ruff. I. 'scisso mœrens velamine:' et de Perfidia Cons. Manl. Theod. 'fractis ut lugeat armis.' Vide multa in Dione Chrysost. qui sæpissime hujus pestis meminit in re civili. Lege et Sen. II. 35. de Ira, ubi mire, adductis etiam et expensis Virgilii locis. *Cerda.*

703 *Quam consanguineo*] Legendum distinctis dictionibus, *cum sanguineo*: quod inscitia librariorum fere passim corrumpitur. *Pierius.*

. . *Quam cum sanguineo*] Solebant Bellonæ ministri brachia sibi cruentare &c. Vide et Turneb. VIII. 23. Sane Fetialis etiam hasta sanguinea et cruenta bellum indicebat, teste Livio. *Taubmann.*

704 *Actius hæc cernens*] Quem postea Actium nominavit Augustus. *Servius.*

Accius hæc cernens arcum intendebat Apollo] *Actius* hic legendum, ut superius adnotatum. Est vero in Mediceo, *tendebat* simplex verbum, ut apud Horatium, 'Neque semper arcum tendit Apollo.' *Pierius.*

Actius Apollo] Semper Trojanis Romanisque faventem inducit Apollinem, et Juliæ familiæ veluti præsidem. *Actius* dicitur, vel quasi litoralis, ἀπὸ τῆς ἀκτῆς· unde et *Litorales Dii*, apud Catull. ἀκταῖοι θεοί: idem et in Leucadio illo litore colebatur: et litora ei grata esse Homerus etiam ostendit: vel ab *Actio* promontorio: vel, occulta allusione et vocum parechesi, allusit ad *Acciam* Augusti matrem in æde Apollinis a dracone compressam. Vide Turneb. XXI. 9. inprimis Pimpont. *Taubmann.*

705 *Ægyptus et Indi*] In antiquis *Æguptus.* Valerius vero Probus *Æ-*

gyptos per os agnoscit, ubi hujus carminis exemplo rectum in os quorundam nominum corripi tradit. *Pierius.*

Ægyptus et Indi] Vide Turneb. Adversar. XXI. 9. *Taubmann.*

706 *Omnis Arabs*] In codicibus aliquot antiquis, *Araps* per *p* scriptum est: nempe quia sonus literæ ψ in *ps* exire videretur. Hinc Scaurus, ut alibi dictum, ait voluisse nonnullos *opstitit* etiam per *p* scribere. Sed enim inesse *b* mediam literam in litera ψ declarant obliqui casus, ut ἄραψ ἄραβος. Et tamen eam, quam tangit Scaurus, consuetudinem mutandi *b* in *p* ante *s*, quod ψ sonaret, in plerisque veterum inscriptionibus animadverti, ut quam e regione sacelli Divi Eustachii legisse me superius ostendi, AVT HANC ARAM APSTVLERIT: et ita in plerisque aliis locis. *Pierius.*

Vertebant terga Sabæi] Omnes isti populi Orientis sunt. *Servius.*

707 *Ipsa videbatur ventis, &c.*] Apud plures, Cleopatram priorem fugisse; post insecutum Antonium. *Id.*

708 *Vela dare*] Qui leget Plut. et Romanos alios Scriptores, videbit fugam istam incepisse a Cleopatra, quam deinde secutus est Antonius; cum tamen ejus milites perseverarent in acie, fortissime absque duce pugnantes. Florus IV. 11. ‘Prima dux fugæ, Regina cum aurea puppi, veloque purpureo se in altum dedit.’ Vide et Prop. IV. 6. *Cerda.*

Jam jamque] Scilicet aviditate fugiendi. Et bene *jam jamque* addidit, quia tempus operis in pictura declarare non poterat. *Servius.*

709 *Inter cædes*] Inter suorum cadavera. *Idem.*

Morte futura] Omine mortis futuræ. *Idem.*

710 *Iapyge ferri*] Vento, qui de Apulia flans, optime ad Orientem ducit. Iapygia enim Apulia dicta est. Horatius, ‘Obstrictis aliis præter Iapyga.’ Quem Varro de ora maritima Argesten dicit, qui de Occidente æstivo flat: hic in Apulia pestilens est. *Idem.*

Iapyge ferri] In antiquis aliquot *Iapuge*, ut ejusmodi pleraque. *Pierius.*

Iapyge] *Iapyx* ventus idem, qui *Caurus*, sive *Argestes*; peculiari vero appellatione sic vocatus a Calabris, quod ex Iapygia sive Apulia veniens ipsis infestus esset. Iapygiæ autem sinus, ex quo *Iapyx* in Calabros flabat, sine dubio ille sinus est, in quo Ἰαπυγίαν ἄκραν collocant Græci, qui est in ipso ore sinus Tarentini: ut egregie ad Solinum docet Salmasius, quem omnino vide, pag. 1256. et seqq. *Emmeness.*

711 *Magno corpore*] Aut ita eum tanquam Deum magno corpore formatum accipiendum est, aut *magno* septemfluo, et non corpore mœrentem, sed magno corpore pandentem sinus. *Servius.*

Magno corpore] Ad Nili magnitudinem, quam hic celebrat Poëta, advoco verba Simocattæ VII. 16. a quo Nilus, cum is prodigiose humana forma apparuit in ipsis undis, ita describitur. Omitto Græca, ut multa: ‘Obstupendus magnitudine, facie Gigantis, ferus aspectu, subflavus coma, eaque canis intermista, malæ adsimiles habitatoribus hominibus, quique ad palæstram exercentur, lumbi nautici, pectus validum, humeri lati, qualesque Heroum, brachia torosa.’ Additque de hoc tam grandi homine, λόγος δὲ ἐκεῖνον αὐτὸν πεφυκέναι τὸν Νεῖλον: *Rumor fuit hunc illum fuisse fluvium Nilum.* Ex verbis Simocattæ explico locum Cedreni pag. 328. Ait ille apparuisse in Nilo (præternavigante amnem hunc Mena præfecto Ægyptiorum) monstra duo, viri unum, feminæ alterum. Simulacrum viri hoc erat: εὔστολος, εὔστερνος, καταπληκτικὸς τὴν ὄψιν, ξανθὸς τὴν κόμην, μιξοπόλιος, καὶ μέχρι τῆς ὀσφύος ἐγύμνου τὴν φύσιν, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη τοῦ σώματος τὸ ὕδωρ ἐκάλυπτε: *Vir erat bene compositus, amplo pectore, terribili as-*

pectu, fulvo crine, intermistis canis, usque ad lumbos nudus, ceteras partes aqua tegebat. Mox adhibet speciem feminæ, quæ huic monstro comes, ejus fortasse uxor. Talia quippe Gentiles connubia. *Cerda.*

712 *Pandentem sinus*] Allusum ad Nili septem ostia. Theocr. in Europ. ἑπταπόρῳ Νείλῳ. Ab Plin. Paneg. Trajani Nilus dicitur 'panditor amnis.' *Idem.*

Tota veste] Putat Gif. legendum *torta.* Nam Auson. Mosell. 'Naviger undisona dudum me mole Saravus Torta veste vocat.' Verum est tamen a multis legi in Auson. *tota.* Et quamvis non respuam lectionem Gifanii, sed mihi certe plenius dici videtur *tota;* quasi Nilus sinus aperiret, et vestem totam panderet ad tegendos fugientes. *Idem.*

712 *Vocantem Cæruleum in gremium*] Hoc de historia est: nam legitur Cleopatram præsagio mortis futuræ oblitam esse recessus Ægypti petere: in quibus facile poterat bella reparare. De qua re se moriens dicitur increpasse. Bene ergo poëta adjicit hortatum fuisse Nilum ut interius fugeret, ideo 'tota veste vocantem Cæruleum in gremium.' *Servius.*

713 *Latebrosaque flumina*] Quia Nili origo nescitur: licet Plinius dicat haud longe ab Æthiopia Maurorum, post majorem Atlantem, lacum esse ex quo Nilus erumpit. Quod videtur esse verisimile ex belluarum similitudine. *Idem.*

714 *Triplici triumpho*] Tres enim Augustus habuit triumphos. Nam primo die triumphavit exercitus, qui Antonium vicerat navali bello. Secundo, qui Dalmatas vicerat. Tertio, ipse cum Alexandrino est ingressus triumpho. *Idem.*

Triplici triumpho] Nam videlicet Augustus 'Curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum, continuo triduo omnes;' verba sunt Suet. c. 22. Videndus etiam Dio l. LI. Julianus tamen in Sermone de Cæsaribus, tria potissimum bella inducit Augustum commemorantem, videlicet *Germanicum, Actiacum, Philippense:* ubi neque Dalmatici neque Alexandrini meminit; et de Siculo ait, fuisse tanquam suorum operum πάρεργον. *Cerda.*

715 *Dis Italis votum immortale sacrabat*] Videtur ædem Apollinis dixisse, quæ est in Palatio. *Servius.*

Votum immortale sacrabat] Hoc est, nuncupatis votis, debitum consecrabat. *Germanus.*

716 *Tercentum*] Hoc est pro multis. *Servius.*

717 *Ludisque viæ, plausuque fremebant*] Hoc est, compitalitii ludi celebrati sunt. Et est Zeugma, nam et 'delubra fremebant.' *Idem.*

Ludisque viæ] In Oblongo codice *lusu* legitur: quod non æque placet. *Pierius.*

Plausuque fremebant] Ita optat Propert. III. 'Ante meos obitus sit precor ille dies: Quo videam spoliis oneratos Cæsaris axes, Ad vulgi plausus sæpe resistere equos.' *Cerda.*

718 *Omnibus aris*] In antiquis omnibus codicibus, quotquot habui, legere est *omnibus aræ,* quod longe magis placet. *Aræ* enim ad preces extruebantur. *Pierius.*

720 *Candentis limine Phœbi*] In templo Apollinis in palatio de solido marmore effecto, quod adlatum fuerat de portu lunæ, qui est in continio Tusciæ et Liguriæ, ideo ait *candentis.* Servius.

Candentis limine Phœbi] Ascensius, *candentis,* resplendentis interpretatur. Certe hic, *candentis μαρμαίροντος* accipio ἀπὸ τοῦ μαρμάρου, qua voce et marmor, et marmoris luciditas significatur, et μαρμαρυγή. *Germanus.*

721 *Dona recognoscit populorum*] Aurum coronarium dicit: quod triumphantibus hodieque a victis gentibus datur. Imponebant autem hoc imperatores propter concessam vi-

tam. Ideo ergo dicit *Dona:* Si hoc non esset, spolia diceret. *Servius.*

Dona recognoscit populorum] Aurum coronarium dicit. Id specie triumphorum vel oblatum vel exactum. Origo fuit, ut socii et amici victori Imperatori coronas aureas offerrent, quasi gratulantes, et meritum ei caput cingentes, quæ ante ipsum in triumpho prælatæ, populo ostendebantur. Postea invaluit, ut pro iis pecunia et aurum in coronas offerretur, et hoc proprie 'aurum coronarium.' Lipsius de magnit. Rom. II. 9. Id auri Suetonius quoque scribit in Circo offerri solitum a populo. *Hortens.*

Aptatque superbis postibus] Porticum enim Augustus fecerat, in qua simulacra omnium gentium conlocaverat, quæ porticus appellabatur 'Ad nationes.' *Servius.*

722 *Incedunt victæ longo ordine gentes*] In codicibus aliquot antiquis, *matres* non *gentes* habetur. Sed *gentes* rem facit ampliorem: et statim ad earum species descendit, genere jam posito. *Pierius.*

Incedunt victæ longo ordine gentes] Hæret mori. Herodian. καλόν σοι θριαμβεύοντί τε καὶ δεσμίους ἀπάγοντι, καὶ αἰχμαλώτους βασιλεῖς τε, καὶ σατράπας βαρβάρους: *Gloriosum tibi triumphanti erit, vinctosque, et captivos Reges prætergenti, ac satrapas barbaros.* Plin. Paneg. 'Video jam cernere non spoliis Provinciarum, et extorto sociis auro: sed hostilibus armis, captorumque Regum catenis triumphum gravem.' Symm. epist. x. 67. 'Vidimus, quæ acta miramur, catenatum agmen victæ gentis induci, illosque jampridem truces vultus misero pallore mutatos.' Ovid. Art. I. de triumpho Augusti: 'Ibunt ante duces onerati colla catenis, Ne possint tuti, qua prius, esse fuga.' *Cerda.*

723 *Quam variæ linguis*] Lucret. l. v. 'Queve modo genus humanum variante loquela Cœperit:' unde et μέροπες ἄνθρωποι. *Lingua* autem ut et apud Græcos a Latinis pro dialecto sæpe usurpatur, ut apud Hom. ἄλλη δὲ ἄλλων γλῶσσα. *Germanus.*

724 *Hic Nomadum genus*] Atqui Antonius Orientis habuit populos: sed intelligamus has gentes Africæ operas suas locasse: et simul cum Antonio ab Augusto esse superatas. *Servius.*

Hic Nomadum genus] In antiquis plerisque codicibus, *Numidum* legitur, quo pacto gentem eam ab Romanis appellari tradit Appianus, ut alibi diximus. *Pierius.*

Discinctos] Vel habitum eorum ostendit, qui usque in talos fluebat. Quod Plautus ridet in Pœnulo dicens, 'Quænam illæc avis est?' cum Afrum vidisset vestem demissam trahentem; neque enim utuntur hodieque zonis; aut *discinctos* dixit, inhabiles militiæ. Omnes enim, qui militant, cincti sunt. Aut certe inefficaces: ut contra *præcinctos*, strenuos dicimus. Horatius, 'Altius ac nos præcincti sunt.' Unde et Græce εὔζωνος appellatur, non qui bonam zonam habet, sed strenuus. *Servius.*

Mulciber] Vulcanus: ab eo quod totum ignis permulcet: aut quod ipse mulcatus pedes sit, sicut quibusdam videtur, aut quod igni mulcatur. *Idem.*

Mulciber] Vulcani epitheton, quod omnia mulceat ignis. Vide Macrob. VI. 5. *Hartung.*

725 *Lelegas*] Thessalos. Lucanus de Thessalia, 'Mox Lelegum dextra pressum descendit aratrum.' *Serv.*

Carasque] Caræ insulani populi fuerunt piratica famosi, victi a Minoë, ut Thucydides et Sallustius dicunt. *Idem.*

Lelegas, Carasque] Hos Strabo l. VII. eosdem esse censet: aut certe contermini fuere. Ovid. Met. IX. 'Caras et armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat.' Vide Beroald. Annot. in Servium. *Taubmann.*

Gelonos] Populus Scythiæ. *Serv.*

726 *Finxerat*] In Romano codice *tinxerat*: in aliquot aliis *fixerat*: utrumque Librariorum negligentia. *Pierius.*

Euphrates ibat jam mollior undis] Sentiens quasi se esse superatum. Horatius, 'Minores volvere vortices.' *Servius.*

Euphrates mollior] Vocem *mollitudinis* non vulgari significatione accipiendam existimo, et præmitto Græcam cognitionem: τέρην Græcis, id est, *tener*, et *mollis*, ducitur a verbo τείρω, id est, *vexo*, *affligo*; quasi illa dicantur tenera, quæ attrita jam et vexata. Sic et apud Plautum in Mil. Glor. 'Mitis sum equidem fustibus.' Idem Curcul. 'Hisce ego, si tu me irritaveris, placidum te hodie reddam.' Terent. quoque Eunuch. 'commitigari sandalio caput.' Ergo Euphrates *mollior*, erit, afflictus jam ac bello domitus, et vexatus; non aliter, quam si quis pellem tundendo, mollem reddat ac teneram. Est hoc, quod Horat. II. 9. 'Medumque flumen gentibus additum Victis minores volvere vortices.' Tale et illud veteris inscriptionis factæ in honorem Drusi, 'Dum tibi Roma decus, æternaque sudo trophæa, Ister pacatis lenior ibit aquis.' *Cerda.*

727 *Extremique hom.*] Ἔσχατοι ἀνδρῶν. Scilicet in finibus Galliæ, qui spectant Britanniam, quæ Romanis olim Alter Orbis censebatur: ut notat Turneb. XXII. 11. Plin. XIX. 1. 'Ultimi hominum existimati Morini.' Ita et Hom. Odyss. A. Æthiopes vocat ἐσχάτους ἀνδρῶν. Alii etiam ἀγχιάλους, *maritimos* ex Eustath. interpretantur. *Taubmann.*

Morini] Populi in Galliæ finibus, qui Britanniam spectant, proximi Oceano. *Servius.*

Rhenusque bicornis] Fluvius Galliæ, qui Germanos a Gallia dividit. *Bicornis* autem, aut commune est omnibus fluviis, aut proprie de Rheno, quia per duos alveos fluit: per unum qua Romanum imperium est: per alterum qua interluit Barbaros. Ubi jam Vahal dicitur et facit Insulam Batavorum. *Idem.*

728 *Indomitique Dahæ*] Scythiæ populi a parte Septentrionali juncti Persidi, unde *Dani* dicti. *Idem.*

Indomitique Daci] Nomen hujus gentis varie scribitur in antiquis codicibus. Nam codices omnino sunt, in quibus *Daci* scriptum habeatur. In aliquot *Dacæ*. In Rom. codice *Dahæ*, adspiratione interjecta, unde factum ut etiam *Dachæ*, veluti accidit in *nichil*, alicubi notatum inveniatur. Sed enim *Daæ* recipitur ab eruditis, qui sunt Scythiæ populi. Hermolaus Byzantinus, ut ex Stephani compendio legitur, Δάαι, σκυθικὸν ἔθνος, εἰσὶ δὲ νομάδες· λέγονται καὶ Δάκαι μετὰ τοῦ κ. In quo advertendum est, impressos codices corruptos esse. Sed enim et *Daci*, ex regione *Dacia*, juxta Borysthenem dicuntur, quos a Græcorum consuetudine in comœdiis *Davos* appellamus, pro servorum nominibus. Eos Attici Δάους dicunt. Vergunt illi in Germaniam, et ad Istri fontes, ut idem auctor est Hermolaus. *Pierius.*

Pontem indignatus Araxes] Hic Armeniæ fluvius, cui Alexander Magnus pontem fecit, quem fluminis incrementa ruperunt, postea Augustus firmiore ponte eum ligavit, unde ad Augusti gloriam dixit 'Pontem indignatus Araxes.' *Servius.*

Indignatus] Ita dictum a Plut. (ait Victorius XXXVI. 10.) ἀγανακτέω de vino, quod fervet, et se claudi ægre patitur, neque vult vase contineri: οὐ γὰρ τὸν οἶνον εἰκός ἐστι μόνον ζῆν, καὶ ἀγανάκτειν. De mari Valer. Arg. I. 'Oceanus Phrygios prius indignatus Iülos.' Pari emphasi Claudian. VI. Cons. Hon. 'Atque indignantes in jura redegerit Arctos.' Sed iræ istæ imprimis Araxi conveniunt, qui ab Appiano in Parthicis dicitur ἐν

βάθει καὶ τραχύτητι χαλεπός: asper profunditate et rapiditate. Cerda.


720 *Per clipeum Volcani, dona parentis*] Hic distinguendum, nam *Vulcani parentis* non procedit. *Servius.*

Per clipeum Volcani] In antiquis *per clupeum Volcani:* de cujus utriusque ratione, satis superque superius disputatum. *Pierius.*

730 *Rerumque ignarus imagine gaudet*] Ignarus erat veritatis, sed triumphorum imagine delectabatur. *Serv.*

731 *Attollens humero, &c.*] Si *fata* legeris, hoc est, quod nepotes fataliter fecerunt. Hunc versum notant Critici, quasi superfluo et inutiliter additum, nec convenientem gravitati ejus; namque est ejus magis neotericus. *Idem.*





[redacted]